IOAN.
Andreae
Sup. Reg. Juris

Mart. Carrach
Soleneris Hisp.

D. Lafranchi
IC.
Oriano
...

11498

99

M. 336
N.o 99

S. Fratado

Cat. 14(1º).- 57(2º).- 87(3º).- 86(4º).- 140(5º)

E. 35.
C. 4

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y DE LA UNIVERSIDAD DE SEVILLA

336
49

5 tratados

Cat. Inc. 14

UNIVERSIDAD DE SEVILLA

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y DE LA UNIVERSIDAD

# On eſt nouū.

Sic inci
pit gl. ſu
per R̄ca. cuius gl. pͥcipio ⁊ fini reſi
ſtens faciā plura noua. Erit primuꝫ
qꝛ per alphabetū ad minus dupl'r pō
deratuꝫ regulas proſequar: ⁊ non eo
ordine quo ſunt ſcripte ⁊ ſic fini gl. re
ſiſtā. Mouet: qꝛ h̄ lectura nouelle
nō in ſcholis legenda ē ſed ſtudēda.
Illū aūt ordinem ſtudio magis h̄ ex
pedire putaui. per quē ꝙ q̄rit̄ facilꝰ iuenitur. ¶ Ipſarū ta
men regularū ordinē textualeꝫ ſemp numerus deſcriptus ⁊
duplicatus oſtendet. ꝓpter qȯ illum etiaꝫ in textu ſignari ſu
adeo. Taleꝫ autē modum tradēdi fuiſſe ab oli. ⁊ nō nouiter
adinuentum videri poteſt in Hieronymo caplo hebraico
rum nominuꝫ. ⁊ c. ſequēti. ¶ Erit ſecundū qꝛ extra rubricā
ad ſuffragium in totius huiꝰ rubrice ſuffragio non remittaꝫ
cuius contrariū in tota nouella ſeruaui breuitatis cā. ⁊ ꝓp
mās chatenādas ad ordinarias tamen glo. qn̄qꝫ remittam.
¶ Tertio qꝛ tepidus ſuꝫ ⁊ fui in opere Mercurialiuꝫ que
ſtionū. quod iam lapſis multoruꝫ annorum curriculis ichoa
ui. Et hoc ideo qꝛ illius expedientie non eſt quā a pͥcipio
exiſtimaui. Sexti eni ⁊ Clementinarū ⁊ extrauagātiū ſuper
uenientia noua iura ex antiquis q̄ōnibus quas p volumina
cedulaſqꝫ collegerā omnes fere notabiliter dubias termina
rūt. qȯ ⁊ de multis vtilibus q̄s p mās ſupra deſcripſi: ⁊ ꝺ in
fra ſcribendis futurū fore preſumo. Nec hoc me retrahit a
labore. Licet. n. per id ſciā operis vſum ⁊ ſic eius laudeꝫ mi
nui tamē ſi talis fructus determinatiōis extabit: ex nūc ſum
me cōtentor. Nā valde delectat quod p dei opus actiuū vt
puto nō ſimpliciter ꝑmiſſiuū ipſius vicarius ſic totius eccle
ſie mōarchiā gubernat ⁊ regit ſic ſibi paretur a ſubditis: qȯ
pacifice ſuarum conſtitutionū ſuaſiones ⁊ monita deciſio
nes ⁊ frena ſuſcipiūtur. propter qȯ ad illas condendas vti
liter ⁊ prudēter inuigilat. Sꝫ qꝛ monarchia imperij iam du
dū non multū viguit nec laborauit ad ſui iuris dubia decidē
da. legiſtas ex vigilo quibus optime ꝯgrueret illud opus.
¶ Hoc ideo dixi qꝛ in eas omnes nō perditas p me alibi n̄
locatas hic inſerā. ⁊ de perditis aliquas reficere laborabo.
Aliorum etiam qui non ſunt actu legentes nec habiles ad le
gendū h̄ multas ſub regulis q̄bus cōueniēt collocabo. illas
precipue q̄s Clemētinarū apparatus allegat. In quaꝝ pro
ſecutione monitus p Hiero. ad Cypri. ſtudentis intelligēti
am querā. ⁊ nō doctrine gloriā ex multiplicatiōe ſermonū.
Itē ad Dama. vbi contra frondentia ſpumātia ⁊ trutinata
verba dicebat. Mihi ſufficit ſic loqui vt intelligar. Diffor
mes aūt diſputādi forme in illarū diuerſitate patebūt. Ipſa
rū etiā vtilitatē ponit. l. vlti. §. mixta. ff. de muneri. ⁊ hono. di
cens ꝙ Modeſtinus notando ⁊ diſputādo bene ⁊ optima
rōne decreuit. ⁊ ſm̄ Augu. Ratio vincit per diſputatiōis pu
gnā. xxiij. q. vj. vides. ¶ Quarto poſt ſingulas lr̄as alpha
beti iuris ciuilis regulas hic obmiſſas per eaſdē lr̄as incho
antes h̄ ordinate deſcribam que allegate videri facile pote
runt ſic locate. Et licet ſciā hoc agē non ſubtile nec tn̄ igno
ro longe plus vtile canoniſtis mēbranas ex illis q̄ꝫ ex gl. to
tidē occupari. ¶ Quito ſciendum eſt ꝙ ſcripta Dy. ſuper
his regulis decidere nō itēdo. ea tn̄ tangā ex illis que i ſcho
lis recitare ſolebam. ⁊ que canoniſtis expedire putabo. ⁊ qn̄
qꝫ ſuper regula totum qȯ ſcripſit includam. Archi. autē ſu
p his regulis nihil ſcripſit. ¶ Sexto ⁊ vltio nō obmittā ꝙ ꝯ
poſitores harum regularū multū iuuari potuerunt ex gene
ralibus que in fine ſui repertorij poſuit Guiliel. ¶ Iuxta ſo
litum ergo gloſarum ordinē ad iſtius glo. epilogū veniamꝰ.

¶ Glo. iſta primo cōtinuat rubricā. Secundo ad ſituatio
nem opponit ⁊ dupliciter ſoluit. tertio p modum ſumme de
regula querit qnqꝫ. ⁊ tria de iure. In eadem glo. ibi inquit
lex in fine. ibi ſunt ad litterā v̈ba predicta ⁊ ibi gnāli nomina
tis vidua diaconiſſa deo dedicata ⁊ ſantimoniali. ſubdit oēꝫ
aliam feminā religioſi nominis vel dignitatis. Et ibi oīs dif
finitio hāc ⁊ tres ſequentes vide ifra ſub littera. N. ⁊ ibi ne
mo. xiiij. ſunt ibi que ſic icipiūt. Et prima ſic dicit. nemo qui
condēnare nō poteſt: abſolueꝛ pōt. ⁊ ibi nullū. ſequitur. cri
men patitur is qui non prohibet cū prohibere non poſſit: ⁊
ibi. l. vltima actionis nomē oēs comprehendit in rem vel in
perſonā. Et ibi non p̄nt. ſequitur: omnes iuris articuli ſigi
latim lege cōprehendi ⁊ ideo de ſiꝛ ibus ⁊c̄. ¶ In glo. j. ibi
enarrat quādoqꝫ dicitur regula ius ſcriptum. lvj. di. nomanē
ſem. Io. mo. dicit ꝙ regula iuris ideꝫ quod regula iuridica.
Sicut cappa Socratis ē cappa ſocratica. dicit autē ꝙ in dif
finitione regule iuris ſunt ꝯiungenda ius ⁊ regula. quare ſꝫ
eum congrue dicit̄ ꝙ regula iuris eſt diſtortū prauūqꝫ corri
gens bonū ⁊ equū breuiter comprehēdēs. Et ibi regulares
nō ſolū religioſi: ſed etiā ſeculares clerici dicuntur eē ſub re
gula. Unde dicit Canon ꝙ eccleſiaſticis ordinibus manci
pati canonicis regulis tenentur aſtricti. xxiij. di. quāq̄ꝫ ⁊ cla
re patet hoc. xij. di. c. vlti. ibi nec monaſteriorum conſuetudi
nes cū eccleſiaſticis regulis ſint permixte. ad id facit. c. o. de
his poſt pri. i fi. xj. di. nolite. xxv. q. j. a ſāctl. ⁊. q. ij. ꝓuilegia. ⁊
i. c. igitur. i auc. ꝺ ſanc. epi. poſt p̄n. §. damꝰ. oēs etiā chriſtia
ni ſunt ſub regula fidei. xxv. q. j. pria ſalus: ⁊ ibi per regulam.
i. virgam. j. q. iiij. §. Item peccato in p̄n. ibi regulam auream
⁊ Ioſue. vij. Et ibi tollatur imo etiā per exceptioneꝫ dicitur
regula in alijs cōfirmari. ff. de fun. inſtruc. l. queſitum. §. deni
qꝫ neratius de teſta. mi. l. tribunus. §. vlti. Et ibi equipollēt
de hoc ſatis h̄ per Dy. vide ſupra eo. lib. de elec. vt circa. Et
ibi ſimul iungere datur exemplum qꝛ qȯ ſtatutū eſt de piſci
bus auibus beſtijs feris lapillis in littore maris inuentis ꝙ
cōceduntur occupanti. qꝛ in nullius bonis ſunt. ff. de re. d. l.
quedā. de ac. poſ. l. j. in prin. inſti. de re. di. §. j. ⁊ §. fere. Hij ca
ſus ⁊ ſimiles coniūguntur per regulam ꝙ nullius in bonis ē
id naturali rōe occupāti conceditr. ff. ꝺ acq. re. do. l. iij. in p̄n.
vt dixit Ac cur. ff. eodem. l. j. ⁊ hic Dy. qȯ tamē fallit i libero
homine. re ſacra. ⁊ alijs que no. ff. de re. di. l. j. Et ibi legantl
tm̄ vt qꝛ non poterat teſtari ⁊ ſic nec legare. ⁊ qȯ ſequitur ꝺ
legāte ⁊ legatario puta qꝛ legat teſtator ſeruo ſuo. vel legat
heredi a ſeipſo. De tertio eſt exēplū qn̄ legat ſuo heredis. ꝺ
quarto. qn̄ leganꝛ colūne edibus infixe. Quintū patet p pre
dicta. Et ibi aptius dici poſſet hoc placet h̄ Dy. Et ibi men
te ſedebat: ⁊ hoc reſpectu ius dicit̄ ars bōi ⁊c. Nā ſi ponimꝰ
ſciam iuris in hoīe: dicemus ꝙ ars ſiue cōceptus q eſt in ta
li hoīe eſt ars in mente hominis iuſti ⁊ equi hn̄tiē noticiam
diuinarum ⁊ humanarū rerū ſciētiſqꝫ diſcernere equum ab
iniquo iuſtū ab iniuſto licitū ab illicito. Habꝫ ergo talis hō
artem ⁊ ius in mēte ſicut q̄ſqꝫ artifex q vult opus in eſſe pro
ducere: habet in mēte cōceptū que mentis rō vel conceptus
dicitur ars etiā ante operis ꝓductionē in actū. a tali ergo iu
re ⁊ arte lꝫ nōdū ſcripta produci poſſet regula. Et ibi. ad ſe
cundū quo queritur. ¶ Circa iſtud ſciendū ꝙ Io. mo. i de
cre. cupientes in fi. prime partis prolixe tractauit q̄uo ius hꝫ
varias ſignificationes. ⁊ vt ſcripſi ſuper glo. ſignificata ſup
verbo iuribus exquiſite ⁊ in expedienter id poſuit cū ſatis
illa dec. glo. proprijs abundaret. h̄ ergo vbi remiſi abbreui
ando ponamus. Eſt. n. ius aqua pinguis. inde. Oratius. of
fas in iure natantes. ⁊ dicūt medici ꝙ vinum oua ſorbilia ⁊
ius bonorū carnium cito cōuertunꝛ in nām. ⁊ vide qȯ dixi de
obſer. ieiu. conſilium ſuper verbo ab alijs. Secūdo dicitur
ius rectum vel iuſtū. vnde iſte habet ius ideſt habet pro ſe
iuſtitiam a qua ius dicitur vt hic in glo. ⁊ hoc modo ibi. ele
cti debent comparere cū iuribus. ſ. que iuſtificant eoruꝫ cau
ſam vel intentū. ſic dicitur poſſeſſio habere plus facti q̄ꝫ iu
ris. i. eius quod cenſeatur iuſtū cum in poſſeſſione notaꝛ fa
ctum. habetur id de conceſ. pre. cum noſtris. ſic dicitur ferri
ſnīa cōtra ius litigatoris. ē. eo. li. ꝺ ſen. excō. venerabi ibꝰ. §.

vbi autem cum coꝛ. Tertio idem eſt ꝙ poteſtas. xxv. q. j. §.
ſi ergo. v͛ſi. his ita. ff. de pac. contra iuris. §. ſi filius. ff. ꝺ tute.
l. j. in pn. ⁊ inſti. de iure na. in pn. ſm litteram que habet ius ⁊
ptās. ſʒ lr̃aʒ vis ⁊ ptās expōit. i. virtus poteſtatiua vel viri
tuoſa ptās. ⁊ reprobat gl. q̄ expōit. i. violenta. nā vt dicit oē
violentū reprobū. vj. di. in fi. ⁊ tamē vt dicit poteſt dici ꝙ eſt
violentia a iure permiſſa. xl. di. ante oīa. C. vnde vi. l. j. de ſen.
excō. ſi vo. ff. de verbū. ſig. pupillus. §. territoꝛiū. Quarto di
citur ius ars. ff. ꝺ iuſti. ⁊ iure. l. j. Quinto ponit̃ ꝓ verboꝛum
conceptione vel foꝛma. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus i pꝛinc. ⁊
de hac cōceptiōe habetur. ff. de verb. obli. l. j. §. ſi quis ita ⁊
. C. de contra. ⁊ com. ſti. l. omnes. Sexto ponitur pꝛo rigoꝛe
iuris. ff. de legi. l. cum nulla. C. e. l. j. Septimo pꝛo vinculo. in
ſti. de obli. in pꝛin. ff. de ac. ⁊ ob. l. obligationum ſubſtātia in
pꝛin. inſti. de rebus eoꝛum in fi. Octauo pꝛo naturali pꝛopꝛi
etate. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. v͛ſi. quod in ſpē. Nono di
citur ius locus vbi ius reddit̃. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. pſt. §. alio
Decimo dicitur ius. i. iuris impoſitio nam lex ponit dr̃iam i
ter conditionem iuris ⁊ facti. nam facti conditio non ineſt
rei ſed ab extrinſeco imponitur ſʒ conditio iuris ineſt ab in
trinſeco ⁊ a iure imponitur. ff. de condi. ⁊ de. l. mſtū. cuius le
gis rō habetur. ff. de cōdi. ca. da. ſi pecuniā. §. Itē ſiquis. Vn
cimo dicitur domininm. ff. de cura. furi. cōſilio. §. eū. Duode
cimo dr̃ idem quod totale. vel totaliter. vt pꝛe. §. pactus. ij.
rñ. ⁊. l. ſi tibi. x §. q̄dā. vnde hoc habet̃ ipſo iure. i. totaliter
nullo extrinſeco opante. s̃. de elec. quāq̃. ij. rñ. ⁊ ꝺ vſur. quā
q̃ in fi. Idem ſi dicat̃ eo ipſo vel ipſo facto. s̃. eo. lib. de elec.
qua ſit in fin. de penis. c. vlti. §. pꝛeſenti de ſenten. excō. eos.
Tertiodecimo pōitur pꝛo iuris capacitate. ff. de capi. di. l. le
gatum in fi. ⁊ ratio r̃dditur eo. ti. l. eas. Quartodecimo po
nitur pꝛo iuris neceſſitudine vt ius ſanguinis vel agnationis
. ff. eo. ti. l. iura. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. fi. Quītodecimo pꝛo iuris
efficatia. ff. eo. ti. quod attinet. ⁊ pꝛe. l. eas. de ca. di. Sexto
decio pꝛo iuris deciſiōe vel determinatinoe. ff. ad. l. aquil. ſi
ex plagis. §. in cliuo. ibi ius eſt i cauſa poſitū ideſt iuris r̃ſpō
ſio poſita eſt i exemplificatione facti. ſic dicitur queſtio iuris
. ff. de ſta. ho. l. arethuſa. Decimoſeptimo ius ſumitur pꝛo to
to coꝛpoꝛe iuris. vnde is habet totum coꝛpus iuris. i. om
nia volumina iuris ſcripti. s̃. e. li. de pꝛiui. c. ij. Decimoctauo
dr̃ ius quod ſcriptum vel iure ſcripto ē appꝛobatum vt lau
dabilis ꝯſuetudo. ff. de aqua plu. arcen. l. ij. §. labeo in fi. ff. de
iuſti. ⁊ iur̃. l. pſt. i. ij. ⁊. iij. rñ. inſti. ꝺ iure natu. gē. ⁊ ciui. §. ꝯſtat.
⁊. §. ex nō ſcripto. s̃. eo. lib. de elec. quāq̃ in pꝛin. de ſup. ne.
pꝛe. c. romana. viij. di. quo iure. ix. q. iij. cōqueſtus. Decimo
nono dr̃ ius quod iuſtum eſt habendo reſpectū ad id qd̄ fie
ri conſueuit lʒ de ſe ſit iniuſtum. ff. de iuſti. ⁊ iur. l. pſt. §. pꝛe
toꝛ. Vigeſimo ponit̃ pꝛo ſeruitute vt iu ius aque ducende. ff.
de ſerui. vr. pꝛe. l. j. Vigeſimopꝛimo pōit̃ pꝛo titulo iuris. vñ
iſte debet docere de iure ideſt de titulo. ff. ſi ſerui. vendi. ſi qs
diuturno in pꝛin. s̃. de con. pꝛeben. cum noſtris. Vigeſimoſe
cundo dicit̃ qualitas indiuidua ſupꝛa de pꝛebē. dilecto. v͛ſi.
ſe. Et ponebat ibi verſus. Ius aqua. Ius rectū: ius dicitur
eē poteſtas. Ius ars foꝛma rigoꝛ vinculū nā locuſq̃. Impo
nēs dōinans totū capieſq̃ neceſſe Effice ꝺcide coꝛp⁹ ſcrip
tū dic iniq̄. Ius titulus ſeruit⁹ quali quoq̃ ꝺnotat hoc ius.

Ccessoꝛium. xlij. nām regule iu
ris ciuilis vt vide
bis ſuper gl. ⁊ antique cōcoꝛdātie non poſue
rūt hanc dictiōeʒ quā tñ poſuit noua ꝺc. ſi ſu
per quā alle. gl. Inter diuerſos autē modos
quibus dr̃ natura ſumitur pꝛo quadā in reb⁹
nāliter inſita. que de ſimilibus ſimilia pꝛocreat vel pꝛoducit.
Acceſſoꝛium ergo ex pꝛicipali pꝛoductū vel̃ ꝺriuatum illi⁹
efficatie virtutis ⁊ nature eſſe debet cuius eſt pꝛoducens vl̃
deriuans. ¶ Sequi congruit. oꝛnatus cā poſitum qꝛ ſuffici
ebat dicere ſequitur ⁊ impoꝛtat neceſſitatem. ſic ſupꝛa de vi.
⁊ ho. cle. clerici. ij. poſt pꝛincipium. ff. de offi. pꝛeſi. l. cōgruit.
ſic ⁊ pars dʒ congruere ſuo toti. viij. di. que contra moꝛes. ꝺ
ſpon. du. c. fi. pꝛincipalis contra. ff. de eo qd̄ cer. lo. l. centum
capite. ⁊. l. fi. ff. de fun. inſtruc. ſi cui fundum. in quibus acceſ
ſoꝛium non ſequitur nām pꝛincipalis. ¶ So. cōtraria locuʒ
habent quādo i acceſſoꝛio repitur ꝓuiſio vel diſpoſitio ſpā
lis alias locus eſt regule ⁊ eſt rō pꝛouiſio vel diſpō ſpecialis
derogat illi que virtute iuris vel ſignificatione verboꝛum in
telligebatur īcluſa. C. de pac. conuen. l. fi. ff. de vul. ⁊ pu. ſub.
. l. cohꝛedi. §. qui patrem Dy. ⁊ ſimile de oꝛ. cog. tuam qui
fi. ſint le. latoꝛ. s̃. eo. li. de ſentētia excōmunica. ſi iudex. Dice
bat ēt Io. mo. regulā locū habere qñ pꝛicipale ⁊ acceſſoꝛiuʒ
ſunt diuerſa ſeſe nō attingentia nec acceſſoꝛiū certā determi
nationnem habet. tunc enim induit naturam pꝛincipalis.
¶ Glo. j. ponit exempla ⁊ dicit vnde ſumpta. ¶ Secūdo
ſucceſſiue ſignat ⁊ ſoluit. vj. ꝯ̃ria. ¶ Tertio ponit q̃dā diſti
ctionem Accur. ⁊ ſubdit concoꝛ. duas. ¶ In glo. j. ibi cū pꝛi
cipalis ſequitur cā non ſubſiſtit plerunq̃ nec ea que ſequū
tur locum habent ⁊ idē. §. ſe. ibi. l. j. ⁊ aut. ſacramenta. vēdi
tio fcā per minoꝛē ⁊ iurata non reſcinditur pp etatem. ⁊ ibi
quid tamen legato vſufructu fundi q accedit ville lʒ extīcta
ſit villa durat vſufructus. ⁊ ibi generaliter fideiuſſoꝛ debito
ris heres liberatus eſt a fideiuſſione ⁊ quaſi reus: ⁊ ibi. l. ij.
legato ſeruo cū peculio extīguitur legatum peculij illo alie
nato moꝛtuo vel manumiſſo: idem in penu cum vaſis legata
⁊ cōſumpta ⁊ hoc vult. l. ſe. ¶ In glo. j. ſ. dotis vt dicit Io.
mo. qꝛ dos non pōt eē ſine matrimonio lʒ mr̃imoniuʒ poſſit
eē ſine dote: patet ꝙ dos accedit matrimonio. ff. de iure do.
l. iij. poſſet etiam exemplū poni in dote ⁊ additamento dotꝭ
. ff. de pac. dota. inter ſocerum. §. cū inter obligatione pꝛinci
pali ⁊ acceſſoꝛia. ff. de īſtito. cuicūq̃. §. ſi ei quē ⁊ in legatꝭ. ff.
de le. iij. pꝛelijs. §. qui domuʒ. Item per. l. C. de vſuris eos. i.
rñ. ſm eū ⁊ ibi de reſcrip. c. j. ⁊ de pꝛe. ſuper eo. ⁊ ibi debita.
per que iura pʒ vt etiā dicit Dy. regulam locū habere ſiue lo
quat̃ de pꝛicipali iducēdo ſiue tollēdo ſiue cōfirmādo ⁊ ibi.
xl. annoꝛū hoc qñ intentat̃ cōtra debitoꝛē vl̃ eius heredē ali
as iterdū quadriēnio quādoq̃. x. vel. xx. vel. xxx. ānis tollit̃
qd̄ dic vt nota. in ſpe. ⁊ de pſcrip. ad fi. ⁊ vide qd̄ no. ꝺ pac. ſi
tibi. §. ꝺ pignoꝛe: ⁊ ibi pacta q̄ ꝯ̃ ⁊. ff. ad. l. fal. qd̄ ꝺ hōis. §. j.

b Abeo coꝛdi vt dixi ſup rubꝛica certas q̄
ſtiones p alios vel p me ſolēniter
diſputatas ſb̄ h̄ ti. collocat̃ q̄re cōueīet̃ ſb̄ iſta re
gula hui⁹ oꝛdis pꝛia illa q̄ſtio ꝺſcribet̃ q̄ actui di
ſputatiōis ꝯuenit ⁊ p regulā termiat̃ q̄ tal̃ ē p me diſputata.

a Rtat ſtatutū doc. legētes vt diſputent
⁊ vt queſtiones diſputatas īfra cer
tū dieʒ in ſcriptis ſtationario tradant. Doctoꝛ
pꝛiuilegiatus ꝙ diſputare non tenet̃ diſputauit
ſed queſtionē diſputatā ſtationario nō tradidit queritur an
inciderit in ſtatutum. ¶ Pꝛo doctoꝛe pꝛimo ⁊ contra eum
ſcđo q̄narius inducetur numerus tñ ꝓgnans. Aperiet̃ tertio
dubiū queſtiōis ⁊ per id dabitur ſolutō. ⁊ cōtrarijs ſatiſfiet.
Pꝛimo ꝙ non inciderit inducunt̃ tria pꝛocedētia ex dec. cu
pientes. s̃. eo. li. de elec. Pꝛimū colligit̃ ex notatis circa pꝛi
cipiū in glo. in hoc caſu vbi patet poſt Guill̃. ⁊ Gar. ꝙ ele
ctus cathedralis vel regularis eccleſie qui non aſtrictus ſed
ſola voluntate pꝛo cōfirmatione vadit ad curiā nō artat̃ ad
tempoꝛa ⁊ foꝛmā dec. illius. Scđm ex decreta. nō deceat eo.
ti. vt ibi ēt no. in glo. ij. vbi patet ꝙ eligētes qui non artati ſʒ
ex nuda voluntate vadūt ad curiam electiōis negotium in
ſtructuri nō habēt circa pcipiendos bñficioꝛū frucus pꝛiuile
giuʒ illius dec. Tertiū pʒ eo. ti. ſi poſtq̃. ij. rñ. ⁊ eo qd̄ ibi no.
glo. ij. vbi ſi talis electus q volūtate nō neceſſitate vadit ad
curiā ſi recedat illicentiatus nō icurrit penā dec. cupientes.
¶ Ex his tribus cōcluditur doctoꝛē q non neceſſitate ſʒ vo
lūtate diſputauit ad illa nō teneri ad que tenetur neceſſario
diſputans ⁊ ſic nec in terminis queſtionis ſtatuti penā icur
rit. ¶ Scđo iducit̃ decre. cū inter vniuerſas ꝺ elec. per quā
pʒ ſʒ verā lecturā modernoꝛū licet ibi glo. cōtra ꝙ ſi cano
nici vacantis eccleſie vocant ad electionē nō vocandū ⁊ il
lo non expectato eligāt tenet electio cum ꝯ̃ conſtitutionem
aliquaʒ

aliquã non ſit facta licet illi venienti teneri poſſit ad expenſas ⁊ itereſſe vt ibi ſatis ſcripſi. ¶ Tertio inducit̃ dec.cũ dilecti eo.ti.vbi compromiſſarius q̄ non ex forma mandati ſed nuda volũtate ſcrutatus eſt vota compromittentiũ illa non habet ſeq neceſſe. ¶ Quarto inducit̃ lex tutori.C.de nego. ge.per quem patet ꝙ in volũtarie gerente alterius negotia ſufficit ꝙ aliq̄d fecerit ad amici commodũ non ſic in illo qui gerit neceſſario vt tutor vel curator in q̄bus requiritur plena geſtio.ſuper quo vide ꝙ ſcripſi de procura.non iniuſte.i fi. Dicit ergo doctor ſatis eſſe ſtudentibꝰ ꝙ in paucis ſuo labore conſuluit qui contentari debent de gratia ſibi facta.vt eccle.bene.c.vni.potiſſime q̄r ⁊ ſine aſſignatione predicta ipſum diſputare eſt q̄d perfectum ⁊ vtile ⁊ licet q̄ſq; gratioſe facientem penitere de iſtitu.cum veniſſent. ¶ Quĩto iducuntur leges.C.de excu.tuto.volũtarie tutele munera priuilegijs non derogant.C.de his q̄ ſpon.mu.ſub.l.ij.⁊.iij.C.de epi.⁊ cle.autẽ.preſbyteros.i. Item ſublata perſonali remanet hypothecaria vt ħ no.per que concluditur ꝙ licet diſputauerit remanere priuilegium non tradendi facit qđ ſcripſi poſt Compoſt.de conſti.cum acceſſiſſent qui tenet hãc eẽ regulam ꝙ vnico actu priuilegiũ non tollitur contraria ſũt ſpecialia propter conſideratione odij vł fauoris. ¶ In contrarium inducitur q̄r diſputare ⁊ tradere aut dices eſſe cõnexa aut ſm acceſſoriũ primi aut duo ſeparata.primis duobus caſibus ex quo alterum apprehendo renunciaui priuilegio .ſ.diſputando tenet̃ reliquum.ſ.ad traditionẽ ſiue illud dicas connexũ ſiue acceſſorium.primũ patet.ſ̄.de conſti.tranſlatio.iij.q.vj.hec quippe.lxxxj.di.tantis.fa.de preſcrip.cũ ex offi.ſc̄d̄z patet hic cum cor.⁊.ſ̄.de no.op.nũcia.cum ex iniuncto ⁊ ꝙ no.eo.li.de reſcrip.c.j.in glo.ij. Unico ergo actu ſit perditum priuilegium vt pre.decre.cũ acceſſiſſent de prebẽ. pro illorum.C.de iure do.impe.l.ij.quod de facili perdit̃.C. de iure aure.ãnu.l.j.⁊.ij.C.ad.l.cor.d̄ fal.ſi q̄s d̄curip.ex ſcó meo ius meum perdo.ff.de diuor.l.ſi.vnde ⁊ ſet̃ agnoſcẽdo iudicium q̄s renunciat excuſationi.ff.de va.⁊ excu.mu.l.pretor.§.ſi poſt. Tertio caſu cum dicis illa duo ſeparata ergo tenet̃ tradẽ cũ ſup traditione priuilegiatus nõ fuerit ⁊ ipſorũ cã ſit diuerſa.nã primũ preſentibus tñ diſputãtibus ⁊ audientibus proficit.ſecundũ etiam abſentibus ⁊ poſteris.priuilegiatus ergo ſuper diſputationis labore contra vtilitatem preſentium nõ propter id ꝑuilegiatus eſt cõtra actus memoriam ⁊ vtilitatem poſteruʒ vt infra dicet̃. ¶ Sc̄d̄o inducit̃ contra doctorem q̄r ex quo poſuit principiũ ⁊ finem ponere debuit.de cõſi.j.nullus epĩ.⁊ dʒ aut totũ agere:aut nihil de cõſe.di.ij.cõperius ſicut de pupillo dicit̃ circa nõia per tutores data.ff.de admi.tu.cum queritur.imitetur ergo doctor creatorẽ ſuum qui non nouit opus imperfectum de bap.maiores.verſi.ſed adhuc. ¶ Tertio contra doctorẽ iducit̃ .C. de his q̄ ſpõ.mu.ſub.l.j.li.x.⁊ quod ibi in rubrica no.veterani eni qui cũ poſſent vti immunitate paſſi ſunt ſe in ordine decurionũ eligi ad excuſationẽ non redeunt ⁊ muneribus fungi coguntur vt ibi.ff.d̄ priui.vetera.l.vlti. Fortius ergo iſte qui ſeipſum poſuit in ordine diſputãtiũ excuſatione nõ vtit̃ ⁊ ad perficiendũ munus artatur. ¶ Quarto cõſtat ꝙ multa ſunt a ꝑncipio volũtaria que ſi ichoent̃ eorũ proſecutio ẽ neceſſaria hinc eſt ꝙ heres qui accuſauit occiſorem defuncti illo abſoluto non tenet appellare.ff.ad ſilla.propter veneni in fi.ſi tñ appellauerit tenetur proſequi.C.eo.ti.l.minoribus ⁊ ſic ſoluitur dictarũ legum contrarium i pre.l.propter. ¶ Quinto conſtat ꝙ quis ad icerta nõ tenetur que tamẽ ſi aggreditur omnẽ incertitudinem tollere debet vnde non tenet̃ quis agere nec in cauſa propria appellar̃ ſi tamẽ agit perſonali vel appellat ante ſententiam debet exprimere cauſam vt tollatur incertudo de li.ob.c.ſi.de ap.vt debitus de elec. vt circa.ſ̄.eo.lib. Cum ergo ſtatutũ de tradendo cõtra incertitudinẽ ſolutionis ſit factũ vt eius certitudo per poſteros haberetur tradere tenebat̃ ex quibus ⁊c. ¶ Pro ſolutiõis veritate videnda aduertendũ eſt ꝙ queſtio non proponitur de doctore nõ incluſo ſtatuto puta non legẽte vel viatore q̄ cum ſtatuto ligatus non fuerit dici nõ põt ꝙ diſputando renũciet priuilegio ⁊ reſubmittatur ſtatuto ⁊ i tali procedunt que pro doctore ſuperius ſunt inducta. Item nõ proponitur queſtio d̄ priuilegiato in duobus vt nõ teneatur diſputare ⁊ ſi diſputauerit non teneatur q̄ſtionẽ tradere q̄r tunc nullum dubiũ ſed proponit̃ in illo qui tenebatur diſputare ⁊ tradere ſed ꝑ priuilegiũ eximebatur ab onere diſputãdi.⁊ per cõſequẽs vel tacitũ ⁊ ab onere tradẽdi ꝑꝑ impoſſibilitatẽ que impoſſibilitas ceſſat eo diſputante:⁊ illõ cõſequẽs: vel tacitũ ſicut orit̃ ſic ⁊ tollit̃ ꝑ.l.iij.C.ſi pen.ap.mors interuenerit ⁊.C.ſi reus vel accu.l.vlti.per q̄s pʒ ꝙ ſi dãnatus d̄ crimine q̄ appellauerat mortuꝰ ẽ appellatione pẽdente ſi bona non expreſſe ſʒ tacite dãnata erant ex q̄litate crimis extincta cã crimis ꝑ mortẽ extincta erit ẽt cã bonorũ.ſed ſi nõ tacite vł ꝑ cõſequentiã ſed expreſſe fuiſſent bona dãnata lʒ extincta eſſet cã criminis remanet q̄ſtio ſuper bonis ꝑ quas leges ⁊ ea q̄ notantur d̄ cle.cõiu.qđ a te.⁊ ꝑ.l.iij.§.q̄ hʒ.ff.d̄ ſerui.vr. pre.⁊ ꝑ hanc regulã dico doctorẽ de quo q̄rit̃ i ſtatutũ icidiſſe.lex volũtarie vt ibi no.in.l.j.⁊.ij.glo.ñ obſtat ſed facit ꝓ. munꝰ.n.tutele volũtarie ſuſceptũ lʒ ñ ꝑiudicet q̄ ad alia munera quo ad illõ ꝑiudicat ⁊ ad inuẽtariũ tenebit̃ ⁊ ad reliq̄ tutorũ onera.⁊ obligata erũt ipſius bõa. ſic ẽt r̄ndet̃ ad.l.ij. ⁊.iij.C.de his q̄ ſpõ.⁊ ad auẽ.preſbyteros.ij.C.de epi.⁊ cle. ad id qđ dr̃ iſtũ feciſſe gratiaʒ.r̄ndetur ꝙ nõ ꝓprie fecit gratiã ſʒ renunciauit gr̃e ſibi facte quo ad iſtum actũ.ꝓprie eni faceret gratiam alias nõ icluſas de quo ſupra dixi.

Ctus legitimi.l.vt dixit Jo.mo. actus de potẽtia egreditur.⁊ ideo dicit̃ effectus potentie. Legitimũ ãt dicit̃ qđ obuenit vel firmat̃ a lege.ff.de ver.ſig.l.lege obuẽire. Ex quibus ꝯcludit̃ ꝙ actus.i.effectus potentiarũ lege velati vł approbati nõ recipiũt diẽ vel conditionẽ contra ſubſtãtiã vel nãm ipſorũ actuũ imo adiectiões q̄ tales ſunt ificiũt ipſos actus hoc pʒ in matrimonio de cõdi.appo.c.vlti.⁊ ſic oʒ itelligi hãc regulã aut eã reſtringi ad certos actus vt ſic regula in cõtrariũ maneat vt dicã ſuper glo.neq; diem heredis.inſtitutio nõ recipit diem certã.ff.de heredi.inſti.l.hereditas. inſti.de heredi.inſti.§.heres in diẽ recipit tñ cõditionẽ. Itẽ diẽ incertã.ff.de here.inſti.l.ſi quis inſtituatur ⁊.l.ſi ſub conditione.⁊.l.qui filio ⁊.C.de here.inſti.l.extraneum diuerſitatis rõ vt dicit Dy.q̄r qđ in ſe non recipit diuiſionem i partes nec recipit diuiſionẽ in ꝑtes tẽporum ⁊ ecõtra.ff.d̄ teſta. mi.l.miles cũ heredẽ.§.qđ diximus ⁊ de vſufruc.l.vſufructus ⁊ ab initio.ſʒ iſtitutio heredis nõ recipit diuiſionẽ in ſe. q̄r nõ poteſt q̄s pro parte decedere teſtatus imo cã teſtati trahit ad ſe cãm inteſtati.ff.eo.l.ius noſtruʒ.vnde limitatio tp̄is habet̃ pro nõ adiecta ⁊ valet inſtitutio ꝓ toto tẽpor̃ vt in pre.l.hereditas ⁊ .§.in diem.vbi võ ſit inſtitutio ſub conditione vel in diẽ incertã que ſimilatur conditiõi horũ euẽtus trahit̃ in tp̄s retro.ff.de teſta.mi.l.qđ dr̃.⁊ ideo non videtur pro ꝑte inteſtatus ſʒ in toto teſtatus cũ euenit dies vel conditio. ¶ Prima glo.dicit vnde ſumpta fuit ⁊ ponit exempla.ſc̄d̄o ſignat ſucceſſiue lex cõtraria ⁊ ſoluit.tertio oſtẽdit regulam iuris ciuilis cautius formatã. ¶ In.j.glo.ibi actus legitimi ſequit̃ q̄ non recipiũt diẽ vel conditionẽ veluti emãcipatio acceptilatio hereditatis aditio ſui optio tutoris datio in totũ vitiat̃ per tẽporis vel cõditionis adiectionẽ ⁊ ibi hec venditio vẽdit dñs ſeruũ ſub conditione ſi rationes ipſius arbitrio cõputauerit. ¶ In glo.j.ibi exemplificat ⁊ ponit ẽt Dy.exemplũ in auctoritate tutoris q̄ ſi interpõatur ſb conditione interpoſitio ẽ nulla.ff.de auc.tu.l.⁊ ſi conditionalis.⁊ ibi ſecus. quare ſecus no.C.de teſta.tu.l.j.vbi duas rationes reddit glo.additur tertia q̄r obmiſſuʒ a teſtatore propter diem vel conditionem ſuppleri poteſt per iudicem quod non ꝯuertitur ⁊ ibi ſatiſdederint tenet Tan.vt refert Bar.in veneriali.xxxvj.q̄ ꝙ etiã in collatione eccleſie hec cõditio poteſt apponi licet per ſubditos apponi non debeat d̄ hoc.viij.q.iij.in ſumma. Dama. in q̄ne.vj.de preben. dicit hanc conditionem indebitã cum ſatiſdatio nõ debeat exigi niſi a ſuſpecto.xxviij.di.d̄ ſyracuſane q̄r vero i tutore datiuo

ſubintelligitur .ideo non eſt conditionalis. Item dictum Tan. cum datur tibi eccleſia ſi debita eius ſoluas. vide i ſpe. ſuper rubrica ḋ re. permu. verſi. ſi adhuc queritꝰ. ⁊ ibi ſtricti dixit ⁊ ad illos caſus reſtringenda ē regula ſ3 Dy. vt ſic generalis regula remanet in contrariū vel intelligatꝰ de die vel conditione cōtra ſubſtantiā vt in pri. dixi ⁊ ibi ꝟditio Dy. alle. inſti. de contrahē. emp. §. emptione. ff. de in diē adiec. l. ij. de peri. ⁊ cō. rei ven. l. neceſſario ꝓ ēptore. l. ij. §. ſi ſub cōditione. vnde ſocietas locatio mādatum ⁊ ſimilia que ſunt legitimi actus eſt ꝙ conditionem ⁊ diem recipiūt.

**Eſitationis** cuiuſdā quā paulopoſt doctoratus mei primordia diſputaui articulus vnus ponetur ſup regula ſeꝗ deo. alius autem erat. an ex cauſa poſſet papa diſpenſatiue cōcedere ꝙ matrimoniū cōtraheretur duraturū ſolū quouſqȝ filiꝰ maſculus ex matrimonio haberetur: Ne mirāda ſit queſtio: ſcias ꝙ rex antiquus habēs vnicum filiū mōachum petebat a papa vt cū illo ꝙ matrimoniū poſſet cōtrahere diſpenſaret aut ſimpliciter aut ad tēpus vt. ṡ. quia de ſecundo dicebatur plus filius contētari. ¶ Hic primo ad negatiuā faciam quattuor demōſtratiōes. qrū primā per quattuor ſimilia roborabo vbi tres opi. adducā. Scḋo ad affirmatiuā ſeptē rōnes inducam. Tertio ſolutionem pape reſeruās tria ſubmittā. ¶ Primo allegatur ꝙ non ꝑꝑ duo incōuenientia. primū ꝙ cōtraheretur ad tempus. ſcḋm qḋ diſſolueretur iam cōſūmatum ꝑ copulā. contra vtrūqȝ ē diffinitio matrimonij qua dicimus ꝙ eſt maris ⁊ femine coniūctio indiuiduā vite ꝯſuetudinē retinens. xxvij. q. ij. §. j. ff. ḋ ritu nup. l. i. facit. ff. de iur. do. l. i. hic autem eſt diuidua etiam ꝓpoſito ergo non eſt matrimoniū nec mirū q2 ēt hereditas non datur ad tēpus vt. ṡ. dixi nec lex recipit filios temporales. ff. de adop. ſi tibi. alias incipit queſitum nec libertas datur ad tempus. ff. de ma. teſ. libertas. ij. nec ſpūale matrimonium contrahitur. lv. di. precepta de tranſla. quāto. idem ergo in carnali. quod eſt expreſſum. xxxij. q. ij. ſolet ⁊. c. aliqn̄. i tm̄ ꝙ conditio que facit matrimoniū temporale vitiat cōtractū q2 contra eius nām de condi. ap. c. fi. ¶ Secundo euangelium Math. xix. prohibet ſeparari per hominē cōiunctos a deo. xxvj. di. deinde cum concor. ſed papa contra euāgeliū non diſpēſat. xxv. q. j. ſunt quidam q2 nec angelus dei auderet contra euangelium ad gala. j. xj. q. iij. ſi is qui preeſt ergo nec papa. ¶ Tertio cōſtat ꝙ propter ſolum adulteriū ſeparantur coniuges. durat tm̄ cōiugium xxxij. q. i. dixit dominus ⁊. q. vij. oēs accuſationes cū ergo etiā ſeparatis cōiugibus auctoritate legis diuine ⁊ canonice duret tm̄ coniugium inſeparabiliter fortius eis non ſic ſeparatis. ¶ Quarto expreſſum videtur de con. cōiu. ex publico in fi. ꝙ papa diſſoluere non pōt matrimonium cōſūmatū ⁊ qḋ ibi no. in vlt. gl. ¶ Quinto ad hāc partē ēt inducitur qḋ notat Hug. ⁊ Jo. xv. q. vj. auctoritatem in fi. magne gl. qḋ no. Ber. de tranſac. c. fi. in. v. glo. quod ſcripſi poſt Gof. de ſpon. du. c. vult.

¶ In cōtrarū allegatur in euangelio caueri ꝙ in ore duorū vel triū. ⁊c. Math. xviij. ſed hoc imutat papa addēdo vel minuēdo patet. ij. q. iiij. preſul. ṡ. de teſt. in omni de conſe. di. iiij. paruulos. ⁊ vide no. eo. ti. pluralꝰ. ¶ Scḋo diſpenſat cōtra diuinum preceptū de ſoluendis decimis. ṡ. de de. ex parte ⁊. c. a nobis vbi de hoc. ¶ Tertio contra diuinum preceptū permittit recipi aliquid vltra ſortem qḋ ē vſura. xiiij. q. iij. pleriqȝ. Jllud patet de vſur. c. i. ⁊. c. ſalubriter. ¶ Quarto diſſoluit matrimonium vt pꝫ. de c. ex publico ⁊. c. verū. ēt iā conſūmatū inter iudeos ad quos tm̄ dicta fuerūt illa verba quos deus cōiūxit ⁊c. de cōſang. ⁊ affi. de infidelibus. nec in his facit cōtra euangeliū vt homo ſed vice dei. xxxiij. q. ij. quos deus. ṡ. de tranſ. per totū. ¶ Quinto ipſius auctoritate ſpirituale mr̄moniū cōtrahitꝰ ad tēpus. vij. q. i. paſtoralis. ¶ Sexto ponderatꝫ terminis queſtionis mr̄moniū poteſt eſſe perpetuum puta ſi ex illo filius maſculus nō haberetur ⁊ hoc videtur ſufficere ar. ff. de lega. i. cum res. §. fi. de condi. inde. l. ſufficit. ¶ Septimo facit ad predicta q2 etiam i matrimonijs imutat generalem obſeruātiam eccleſie ḋ cōſang. ⁊ affi. non d3. ⁊ naturas rerum ḋ cōſe. di. ij. reuera ⁊ diſpēſatꝰ ſupra ius de conceſ. preben. propoſuit. ¶ So. ne ligua tranſiens ſuper terram os ponatꝰ i celum contra id. xxj. di. in tātū ipſe papa de cuius potentia queritur queſtiōe3 ſoluat conſulendum tantum ſibi eſt ꝙ abſtineat: ſed ſi diſpenſat multis videtur ꝙ diſpenſatio teneat ſecundū quos. c. ſunt quidam non vetat papam contra euangelium cauſa diſpēſare ſ3 euāgelia deſtruere vt ibi no. Lauren. ⁊ de ipſius potētia in ſpe. de leg. §. nunc oſtendendum. verſi. lxxxix. contra ipſam ibi vide i. §. nūc breuiter.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere. A. ſunt he.

a **Lterius** circūuentio alteri non prebet actionem.

Ctus legitimi vt. ṡ.

Liud eſt vendere aliud venditioni conſentire.

Refertur ad vniuerſos qḋ publice fit ꝑ maiorē partē.

Bſurdū eſt plus iuris habere eum cui legatus eſt fundus ꝗ̄ heredem ſiue teſtatorem ſi viueret.

Bſētia eiꝰ q reipu. cā abeſt neqȝ ei neqȝ alij dānoſa eē d3

B ea q̄ nō habent atrocitatē facinoris vꝰ ſceleris in his ignoſcitur ſeruis vel dominis vel his qui vice dominorū ſūt veluti tutoribus ⁊ curatoribus obtemperauerit. ¶ Sēper qui dolo fecit quo minu haberet pro eo habendus eſt ac ſi haberet. In cōtractibus ſucceſſores ex dolo eorū qbus ſucceſſerūt nō tm̄ in id qḋ peruenit verum etiā i ſolidū tenētur hoc eſt vt vnuſquiſqȝ ꝑ ea parte qua heres eſt cōdemnetur.

a **Eneficium** ideſt canōia h̄ reſpectu oē eccleſiaſticu3 perpetuū bn̄ficiū dꝰ canonia ḋ quo vide qḋ dixi. ṡ. eo. li. de elec. c. i. ſuper ver. canonije.

¶ Glo. prīo ponūt exemplū ⁊ ius nouū ſuper huius regule rōne fundatū. Scḋo no. caſum impreſcriptibilē ⁊ de ſiꝭibus remittunt. Tertio ponunt quadruplicē ſignificationem bn̄ficij. Quarto quid ſit inſtituere ⁊ ad quē ſpectat circa id duas obiectiōes ſoluendo. Quinto de dictione pt. ponūt diiam inter affirmatiuā ⁊ negatiuam locutionē. Sexto ſignant ⁊ ſoluūt tria cōtraria loquētia in proprietate eccleſie vel in prouentibus tm̄ vel in iure eligendi. Septimo ad qōnē de clerico a quo titulus petiꝰ arguūt ꝓ ⁊ cōtra ⁊ ponūt duas opiniōes cōtrarias qs diſtinguēdo cōcordāt. ¶ In glo. i. ibi herēnius ſola ſalarij perceptio non facit dcurionē eū qui nō legitiē creatus ē. ⁊ ibi ſeruus vbi dꝰ cū beneficio affici hominē ſi iterſit hois. ¶ In gl. ij. ibi qui etiā filiuſfamilias pōt eſſe arbiter ⁊ iudex in cā patris.

¶ In glo. vlt. ibi ḋ acq. poſ. l. i. poſſeſſio dꝰ pedu3 quaſi poſitio ⁊ nāliter tenetur ab illo q ei inſiſtit. ⁊ ibi. actor caſu. vbi ṡ. proxio. ¶ In glo. i. ibi tribuere. Sciēdū ē ꝙ Dy. qui nō fuit canoniſta vn̄ ⁊ hanc gl. Ber. ſtati allegatā dicebat eſſe in dec. frequētibus de inſti. ⁊ de caſu dec. queſtionē formabat infra eodē indultū volens hāc regulā q2 pria erat copioſe gloſare ſicut de prima filia patreſfamilias facerꝰ cōſueuerunt ſe cōtulit ad ſum. Hoſti. de inſti. ⁊ aliqd vltra: ⁊ cōtra ibi deſcripta ſubtiliter poſuit dicēs ꝙ iſtitutio ē alicuius bn̄ficij verbalꝰ collatio. Jnueſtitura iſtitutionis vꝰ collationis cōfirmatus vel declaratio. Miſſio in poſſeſſionē precedentium inſtitutionis vel veſtiture executio. ⁊ ſic p3 ꝺm eū ꝙ h̄ tria ſunt ſpēs diſticte ⁊ diſticta iura: vt ꝑ ꝑmū tribuatꝰ ius ꝓprietatiꝫ. per ſcḋm cōfirmetur. per tertiū ius poſſeſſionis ⁊ quaſi ius adminiſtrationis nec per hoc inferꝰ aliqḋ cōtradictoriū: vt dicatꝰ poſſeſſio ⁊ quaſi poſſeſſio in eadē re concurrant q2 cōſiderato iure beneficij qḋ eſt icorporale dꝰ q̄ſi poſſeſſio: ꝯſideratis rebꝰ corporalibꝰ ipſius beneficij dicitꝰ vera poſſeſſio. Et dat ſimilia de iure ciuili primū in inſtitutiōe heredis q̄ inſtitutio ꝓcedit per diſpoſitione3 verbalem. ſcḋm inſtitutionis illius irreuocabilis confirmatio per teſtatoris mortē. tertium inſtitutitonis ꝯfirmationis executio q̄ contingit

v. d. abb. in c. ex par. de conuer. coniuga.

tingit per aditionē hēditatis ⁊ p̄ ſubſequēs adminiculū.ſ.
apprehēſionē poſſeſſiōis que ad aquiſitionē poſſeſſiōis ne
ceſſaria eſt ſ; non dominij.ff.de ac.poſſ.cū heredes in prin.⁊
de bo.poſ.c.i.⁊.ij. Idem in datiōe tutoris q̄ fit primo a teſta
tore ſcđo cōfirmat̃ a iudice datio illa verbalis.ff.⁊.C.đ teſta.
tu.⁊ de cōfir.tu.tertio ſequit̃ decretū iudicis admiſtratiōez
ꝯcedens.C.arbi.tu.l.fi.⁊ in auc.vt hi q obli.§.pſt. Idē i feu
do. Fit enim primo feudi ꝯceſſio.ſecundo inueſtitura que
eſt precedentis cōceſſionis ꝯfirmatio.tertio in poſſeſſionem
inductio que eſt ꝯceſſionis.⁊ inueſtiture real' executio vt i ti.
quid ſit inueſtitura colla.x.⁊ licet fateatur predicta nō eſſe
per omnia ſimilia tamen ſimilātur quoad ordinē ſucceſſiuū.
¶ Subdit demū ꝙ predictorum defectus facit inſtitutio-
nem nullam que vt ſit canonica debet eſſe habilitas in inſti-
tuēte inſtituto ⁊ inſtitutionis forma de his in vltima glo.
Sic ⁊ tutoris datio tūc eſt legitima quando is dedit qui da
re potuit is accepit cui fuerat dandus is datur cuius dandi
facultas erat ⁊ pro tribunali decretum interpoſitū eſt .ff. de
ꝯfir.tu.l.naturalis.§.ſi querat̃ vt dicit dy.hic in ſua noua q̄-
ſtione ſi de ſubſtantialibus aliquid deeſſet vitiaretur inſtitu
tio.ff.de tranſac.cum hi.§.ſi pretor.ſecus ſi obmittant̃ leuia ⁊
non ſubſtantialia.ff.de ven.inſpici.l.i. in fi. Tractat etiā hic
Dy.quod ſcripſi de his que fi.a ma.pte ca.ex ore.ſuper.iiij.
glo.quare aliud in traditione clauium ꝗ̄ ānuli libri vel bacu
li.Querit demū ſi inſtitut⁹ v̄bo ⁊ inueſtit⁹ ānulo inducat̃ in
poſſeſſionem vnius rei beneficij nomine illud ⁊ aliarum an
intelligat̃ acquiſita poſſeſſio illius tantū vel illius ⁊ aliarū
ꝙ habeat poſſeſſionem oium alle.ff.ad treb.l. reſtituta in
prin.⁊ .ff.đ ac.poſ.poſſideri.§.ꝙ aūt.dicit autē ꝙ licet ſuade
ret equitas hoc ius ſcriptum vult contrarium q̄ licet heres
adeundo omnium hereditariarum rerum acquirat dominiū
non tamen querit ſingularis rei poſſeſſionem niſi illam ap-
ꝓhēdat vt.d.l.cum heredes.ff.de acquirē.poſ.⁊ ſi qs teſta.
liber eſſe iuſ.fu.l.i.§.ſceuola. Lex reſtituta loquitur in tranſ
latiōe dominij ad quā ſufficit verbalis hereditatis r̄ſtitutio
vt ibi ⁊.l.facta.C.eo.ti.Item.l.poſſideri nō dicit ꝙ p̄ poſſeſ
ſionē fundi acquiratur poſſeſſio aliarū rerū ſ; ſingulariū p̄-
tium ipſius fundi.Item querit̃ an ſat] ſit cōferētem fuiſſe ha
bilem tp̄e quo cōtulit l; poſtea factus ſit ihabilis ⁊ tenet ꝙ
ſic ad hoc.ſ.eo.factū legitime vbi videas ꝯcor.quas ad hoc
allegat ſup prin.i.glo. ¶ In ꝯ̃riū inducit.ff.de iniuſto rup.
⁊ irri.teſta.ſiquis exheredat.§.irritū inſti.qui.mo.te.infir.in
prin.⁊.§.nō tñ vbi vitiatur teſtamentū ſi propter delictū vel
factum ſuum ſup̄ueniens teſtōr p̄dit ius teſtādi. ¶ Rndet
ꝙ teſtamentum erat reuocabile ſ; collatio bñficij nō ⁊ faci-
lius vitiatur primū ꝗ̄ ſecundum. Inde ē ꝙ donatio inter vi
uos non vitiatur pp ſup̄ueniens delictū donātis.C. de bo.
dam.ſi quis poſt. ſed donatio cā mortis ſic.ff.de dōa . cauſa
mor.l.ſi aliqs rō q̄ p̄ria irreuocabil̃.ſcđa reuocabil̃. ¶ De
iſtituto ēt querit idē ⁊ tenet ꝙ ſicut hēs debet eē capax tp̄e
teſtam̄ti mort] ⁊ aditiōis.ff. de her.inſti.ſi alienum.§.i extra
neis.ſic ⁊ iſte debeat eē capax tēpore collationis iueſti:ure
⁊ poſſeſſionis nec nocet ſm eū ſi intermedijs tēporibus iter
predicta fuerit inhabilis.ff.de here.inſti.ſ; ⁊ ſi in ꝯditione.§.
ſolemus cum.l.ſeruū meū.nulli dubium autē quin pp inha-
bilitatē ſuperuenientē ex delicto priuati poſſit pp aliā coad
iutor dari. Circa hāc qōnem vide qō ſcripſi đ cleri. egro.c.
pen.in prin.format demū qōnē de illo qui credebat̃ habere
ius cōferendi ſ; nō habebat ad partē ꝙ collatio nō valet in
ducit.ff.de re.eo.qui ſub tu.qui neq;.de admi.tu.l.ticiū.§.q
rē.de eo qui pro tuto.l.ſi is qui.in quibus nō valēt facta per
eum qui credebat̃ tutor ſed nō erat. Ad contrariū inducit.l.
barbarius.⁊.ff.de ſup.le.l.i.i fi.C.de teſta.l.i.⁊ de ſen.⁊ iter.
.l.arbiter.⁊ hoc tenet dicēs ꝯtraria loqui errore ſingulari q
veritati non nocet.ff.de ac.here.cū qdā.§. qō dicitur.đ ſup.
le.l.labeo.§.verū.l; in fructibus ꝯſumptis ēt ſingularis er
ror facti vel iuris excuſet.C.de rei ven.certum.dicit tñ ꝙ ſm
theologos forſā in principali ꝯtrarium diceret̃ veritate cō-
perta. Solutio iſta Dy.v̄r cōtra caſum dec.cōſultationibus
de iure patro.vbi credulitas ſine poſ.nō iuuat ſed forſā ipſe
intellexit de eo qui credebatur eē ille prelatus ad quem ſpe
ctat collatio. Subiungit qōnē de canonico qui recepit pre
bendā đ manu prelati nō legitīe inſtituti an petere poſſit ip
ſum p̄latū remoueri vt nō legitime inſtitutū ⁊ hanc ſatis ꝓſe
quitur.tenet tamē ꝙ poſſit ſi defectus inſtitutiōis prelati nō
procedit ex facto vel voluntate canonici.ff.de proba.l.qdā;
.ff. de is q.vt indig.l. poſt legatum alias ſi ex eo pendebat ⁊
ſcienter recipit non agit:ſecus ſi ignoranter:allegat ad pri
mū.ff.de inoffi.te.ſi pars.§.vlti.⁊.l.nihil.ad h̄; allegat.eo.ti.
mater.§.ceterum.⁊.l.eum q. Ad ſolutionē facit.ſ.de his q̄
fi.a ma.par.ca.ex ore.⁊ quod ibi no.in glo.pe.⁊.ſ.de trāſac.
ex litteris.⁊ qō ibi no.đ vltimo quod hic dicebat ſoluendo
quedā contraria. ⁊ad id quod dicitur reſeruationes legato
rum perire legatione finita vide.ſ.eo.lib. de offi. lega. pre
ſenti ſuper verbo vacuari. ¶ In glo.vl.ibi cū eccleſia. dice-
bat Io.mo. ꝙ cōtraria loquuntur in poteſtate actiua h̄ loq
tur de paſſiua.⁊ iſta differunt:facit de cle.excō.ſi celebrat.ſ.
eo.li.de elec.nullus in prin.⁊.c. ex eo ꝙ in fi.⁊ ibi.c.iij.vnde
ſm Dy.vicarius epi vel cap̄lm vacante ſede. id ſi poſſet qō
dic.vt.ſ.eo.li.de offi.vic.⁊.c.fi.đ iſti.c.i.ne ſe.va.c. vni.⁊ ibi.c.
vlt.qō dic vt ibi no.in vlt.glo.in confirmationibus eni lo-
cū habet ſed non in collationibus vt ibi. Itē da exemplū p̄
dec.ij.eo.li.de elec.⁊ per regulā actus hoc eo.ti.⁊ ibi ordina
rij.⁊ ibi de hoc per archi.⁊ licet plura ibi recitet omnia ha-
bentur p̄ remiſſiones huius gl. Tenet aūt qō ſequit̃ in gl.cū
moderamine qō ſtati ſubdā ⁊ ibi.dilecto.tenet archi.in pre.
dec.ordinarij.ꝙ ſi ordinarius viſus eſt in poſſeſſorē conſen
ſiſſe tacite vel expreſſe.ꝙ tunc non coget eū ad titulū oſten
dendū de his que fi.a maio.par.ca.ex ore.poterit tñ ipſe lic;
ſit collator docere collationē ꝯtra ius factā per hāc dec. di
lecto.in fi.cuius verba poſſuit archi.i dec.ordinarij.

**Iccirca** regulam iſtam ſatis inſtetimus ⁊ ideo breuis hic erit qō diſpu
tata quōdā per do.Iaco.can.bonoñ.⁊ eſt talis
Datus ē executor p̄ papā ad prouidendū mihi
de beneficio in certa eccleſia querebat an in prouidendo de
beneficio per lateranē.concilium ad papam deuoluta cano
nica eſſet inſtitutio i hac non inſtabimus q̄ ē hodie expedi
tum ꝙ ſic per cleñ.de prebē.ſi de beneficio. ¶ Et p̄io ar-
guit̃ ꝙ ſic.ſcđo cōtrarium ⁊ his cōtrarijs rñdetur.tertio po
nitur diſputanti] ſoluto q̄ reprobatur. Arguebat ergo ipſe
ꝙ ſic ex voluntate mādātis que ſequēda eſt ⁊ ſi ſit.xix.di.in
memoriā.⁊ itentio ꝯſideranda de reſcrip.mandatū.⁊ ratio
q̄ delegantē mouet ⁊c.eo.ti.ſuper litteris in fin.⁊ cum mora
collatoris non purgetur in hoc caſu de ſup.neg.pre. l;.ſi exe
cutor conferre non poſſ; pati poſſ; ecc̄ia defectum miſtro
rū ꝯtra mentē iuris de cle.non reſi.c.pſt.imo ſi canōici ſe op
ponerent non eſſent audiendi.ſ.de elec.cum inter. R.
¶ Ad contrarium inducebat ꝙ forma mādati q̄ exacta di
ligētia eſt ſeruanda id non patiebatur q̄ cū papa ſcribēdo
preiudicat ordinario collatori tūc videt̃ facere gratiā ſpā-
lem.qñ vero eſt deuoluta ad eū collatio non eſt gratia cū ha
beat neceſſe conferre ⁊ in neceſſitatibus non ſit liberalitas.
Sed ad hanc rationem reſponde per no.de prebē. relatum
In vlt.glo.addebat ꝙ reſcripta ſecundum ius intelligenda
ſunt ⁊ ſic ſecūdum ius facienda eſt prouiſio de offi.dele.ex p̄
te.ff.de confir.tu.l.tutores.hoc concedo ſed nō obſtat deci-
ſioni iuris noui.ſubdebat ꝙ littere videbantur ſurreptitie
quia non faciebant mentionem de vacatione tanti tempo-
ris quare non valebant de reſcrip.cum dilecta. Soluebat ꝙ
ſi in litteris dicebatur volens facere gratiam ſpecialem de il
lo prouidere non potuit allegabat de conceſ.prebē.cum no
ſtris.⁊.c.litteras. paruz vel nihil vrget illa clauſula quā per
remiſſionem.ſ.dedi.nec obſtat dec.in fi.alleg.q̄ non ſequit̃
ſi non valet reſcriptum ad beneficium de alterius colorata
poſſeſſione facti non faciens mentionem.ergo nec valet nō
faciens mentionem ꝙ collatio ſpectet ad papā. conſtat eni
ꝙ magis impetrabile eſt beneficium quādo ſolus cōcedēs
leditur ꝗ̄ ſit cū leditur tertius ⁊ largior ſit impetratio p̄io

caſu quam ſecundo de conſue.cum dilectno.⁊ quod dixi de tranſla.c.vlt.ſuper vlti.glo.⁊ quod no.in clemen.de offi. de leg.c.vni.in magna glo.

**Una fides** lxxxiij.non patiṫ qſi nõ ſuſtinet: non permittit ⁊ ibi exactam hoc proprie eſt qđ ſoluiṫ ab initio .ff.de ver.ſig.ſi debitor.habet tñ h̄ locũ etiam cũ debens nulla coactiõe adhibita qđ debebat ſoluit.ſatis enĩ eſt ꝙ exigi poterat ab initio ex quo debebat vt in.l.pre.exigaṫ ab eodem nec obſt.ff.de noua.l.fundũ cornelianũ nam ibi erant ſolutiones diuerſe.⁊ ex diuerſis cauſis ducẽtes originem ⁊ ideo exactio vniꝰ non impediṫ per exactionem alteriꝰ niſi omnes cãe eſſent lucratiue.ff.de ac.⁊ ob.l.omnes. Item in illa lege vna obligatio erat ſuper fũdo alia ſup eſtimatione ⁊ ſic ſuper diuerſis ꝓcedit duplex exactio ⁊ nõ ſup vno. Dy.ponit hunc caſum de eo qui prius ſtipulatur fũdũ poſtea nõ aĩo nouãdi ſtipulatur quãti fundus ẽ conteſtata lite ſuper fundo ſi deterioreṫ ſine culpa debitoris cõſideratur pſens eſtimatio ſed in altera petitione venit eſtimatio q̃ fuit tẽpore ſcđe ſtipulationis. ¶ Prima.glo.dicit vnde ſũpta ⁊ ponit exemplum dicens etiam in penis regulam procedeṫ. ſecundo dicit regulam veram vbi vnica exactio competit.tertio arguit ad queſtionẽ. ¶ In glo.pria ibi bona fides ſequitur nõ patitur vt bis idem exigatur ⁊ ibi.§.cõdẽnatio.ſi ego legatarius ſub cõditione egi cõtra heredem de tabulis exhibẽdis ⁊ qꝛ non exhibuit cõdẽnatus ẽ ad intereſſe ideſt ad ſolutionẽ legati exiſtente poſtea conditione non agã ad legatũ ſecus ſi illud intereſſe fuiſſẽ conſecutus a tertio non exhibente vt ibi ⁊ ibi oẽs.cõdẽnatus ad certum tempus in exilium ſi tẽpus perfecerit in carcere vlterius in exilium non mittitur ⁊ ibi.§.ſed ſi plures in.l.aquilia pena vniꝰ nõ liberat aliũ. ¶ In glo.i.ibi ab eodem dicebat ergo Dy. regulã itellig ẽdã ne ab eodem exigaṫ vel ab eo q ab ex acto cauſam habet vel qui contra exactũ eſſet habiturus regreſſum ⁊ ſic ſoluitur de illo q dolo deſijt poſſideṫ a quo lꝫ agẽs cõſecutus ſit eſtimationẽ nihilominus agit ad rem contra poſſeſſorem .ff.de peti.here.nec vllam.§. Item ſiquis.de ſolu.ſtichuꝫ.§.dolo.dicit tamen per.l.ff.ſi fa.fur.fe.dicatur.l. quotiens ⁊ de re.eo.qui ſub tu.vel cu.l.illicite ⁊ de re iud.ſi quis dolo.§.ſiquis creditorem ꝙ petẽs ab alio q contra alium habiturus eſſet regreſſum audiṫ per palle.§. Item ſi qs ⁊.§.dolo ⁊.§.condẽnatio ⁊ ibi.§.ſed ſi plures. Hoſti.in dec. ij.quod metus cauſa.dabat doctrinam ꝙ vno ſoluente alij obligati liberantur qñdo petit actor quod ſibi abeſt ⁊ eis adeſt vel quãdo pena pro.priuato cõmodo eſt inducta:ſecꝰ ſi petatur quod eis non adeſt vel cum pena pro publico cõmodo inducta eſt vel eſt pura pena ibi videas ſup glo.j.

**Ic diſputanda** videtur mã de qua remiſi i gl. an res ⁊ pena ſimul peti poſſũt. Et eſt opi.dicẽs ꝙ ſi pena ſuccedit loco rei debet petens altero eſſe cõtẽtus.ff.pro ſo.ſi quis a ſocio ⁊.l.ꝙ ſi.⁊.ff.de acti.ẽp. l.predia facit hec regula ſi non ſuccedit loco rei tũc peti poſſit vtrũqꝫ.ff.de arbi.ſi quis rem. Hanc poſuit Archi. in pre. caſi.ſi eccleſie.⁊ vide qđ not.xij.q.ij.eps q mãcipiuꝫ in vlt. gl. Sꝫ quia Ja.ð bel.diſputauit ⁊ ſoluit diſtinguẽdo an promiſſor pene ꝯuenerit aliqđ dare tradere vꝉ faceṫ ipſi ſtipulatori aut alteri q̃ ſtipulãti aut ꝯuenit ſtipulanti aliqđ facere corã iudice vꝉ arbitro aut cõuenit ñ faceṫ ⁊ qõnẽ ad lr̃am poſuit ſup.l.ſi pacto.C.de pac.⁊ ð mã ẽt per eũ ſup.l.ſi.ff.ð eo qđ cer.lo.⁊ vtrũqꝫ habeṫ ideo nõ inſiſto.⁊ vide p Roſ. rubrica ð acti.ex ſtipulatu ad icertũ. ꝟ.q̃rit ſi ꝓmitto cum ſequẽtibus ⁊ p cy.poſt pe.C.de traſac.cũ ꝓponas.vide ẽt qđ ſcripſi poſt Hoſt.de ar.dilecti ſup vl.gl.⁊ facit qđ ipe no.in ſũ.de ar.§.qualiter.ꝟ.lꝫ nunq̃ religioſi cũ ſe. Hoc ãt ſcias ꝙ ad r̃gulã ptinet ꝙ ſiue pẽs ꝯuẽtioaṫ ſuccedat loco rei vt .ð.dixi.ſiue loco intereẽ totius oꝫ actor alterũ eligeṫ ⁊ illo eẽ cõtẽtus p leges pdictas ſi qs a ſocio ⁊.l.pdia.ff.de pac.

reſcriptũ.§.ſi pacto.niſi q̃tenꝰ vnũ excederet reliquũ vt ibi. ad pdicta facit.ff.q ſat.da.co.l.ij.§.ſi.⁊ ſi qs i ius vo,no.ie.l. ſi.vbi de hoc ⁊.ð.ð fideiuſ.c.ij.⁊.iij. Et ſit rõ qꝛ pẽa i eo ꝙ cõcurrit ſuccedit loco itereẽ ⁊ bis idẽ vꝫ eẽ ðductũ i vtraqꝫ obligatiõe ⁊ iõ ſufficit alterũ ſolui vt h̄ ⁊.ff.de ꝟ.ob.l.ꝙ bis idẽ. ſꝫ ſi apponiṫ loco pticularis itereẽ vt qꝛ illð pticulare ſtipulatus ſuꝫ ſi mutuũ ñ reddas certa die tũc ſꝫ Pe.pdictũ petiṫ vtrũqꝫ.ff.de ac.⁊ ob.traiecticie i pn. Si ãt dubitaṫ an loco itereẽ an pp puniẽdã cõtumaciã vꝉ cõtẽptuꝫ ſit appoſita pſumẽdũ vꝫ ꝙ loco itereẽ.ff.ſi qs cau. ſi duo. ſꝫ vbi apparet pp puniẽdã ꝯtũaciã vꝉ cõtẽptũ appoſita nõ ẽ locꝰ regl'e cũ tũc nõ ideꝫ ſꝫ diuerſuꝫ ſit ꝙ petiṫ ibi vide pleniꝰ vbi remiſi. ¶ Huius littere. B.vnica.regula reſtat.

Una fides vt.ð.

Una fides tantundẽ poſſidenti parat quantum veritas quotiens lex impedimento non eſt.

**Ertũ** lxxxviij.⁊ vltima dicit Dy.ꝙ ſic facere ſꝫ verba legis ⁊ ſꝫ ſniam. Item ſꝫ ſniaꝫ tñ non ſuatꝫ verbis ſũt paria.ff.de ꝟ.ſig. nomis.§.vbũ.ita ꝯrio faceṫ ꝯ verba ⁊ ſniaꝫ ⁊ facẽ ꝯ ſniam tñ paria r̃putaṫ alle.legeſ qs alle.h̄ glo.ſi dicit hãc mẽtem huiꝰ regule. Pria glo.ponit exemplũ ⁊ pro mã remittit. ¶ In.j.glo.ibi ſi cũ eſſem.ſi mulier cũ ꝟe fideiuberet ꝯſtituit pncipalẽ ðbitricẽ i fraudẽ ꝯpetit velleyanũ.⁊ ibi fraꝰ. fit fraus legi cũ fit qđ fieri noluit aut vetuit. ¶ In gl.i.ibi q̃ro dy.h̄ ꝓſequẽs illos q̃ttuor modos fraudis ibi notatos diċ alios quos ibi ſcripſi ſatꝫ r̃dubiciles ad illos.tractat ⁊ h̄ de eo qđ ibi ſcripſi an licet offendere verba ⁊ non mentem.

**Ec regula** faċ ad q̃ſtionẽ diſputatã hic per do. Guil.de petra lata de monacho qui bene defert habitũ monachalẽ ſed coopertũ habitu clericali ꝙ ſit apoſtata qđ vꝫ hodie approbatũ per cle.de vi.⁊ ho.cle.q̃m i pn. ⁊ ꝟ.at religioſi vbi ð h̄. Propter qđ abbreuiaṫ qđ h̄ addã qđ allegationibus ꝯrijs r̃ndebo ⁊ noua iura ꝓiugã.ad qđeꝫ primo allegabaṫ ꝙ ñ eẽt apoſtata qꝛ hoc iura tractantia loquunṫ de his q relicto hitu ⁊ ordine ad ſeculũ redeũt de apoſ.c.i.⁊.c.tue.⁊.l.di.c.vl.ſꝫ iſte ñ dimiſit habitũ ergo ⁊c. ¶ Ad hoc reſpõdetur in ñ. Itẽ qꝛ monitio nõ proceſſit ar. de ſen.excõ.in audientia ⁊.c.contingit.iſte nõ eſt caſus quo requiritur mõitio vt patet.ð.eo.li.ne cle.vel mo.c.ij.⁊ videtur ſufficere veritas habitus in effectu de cõſue.quanto i ſi. ⁊ opinio debet cedere veritati de re iudi.cũ iter vos. Facit .C.plus valere qđ agitur per totũ.item veſtis clericalis tan quã ſuperflua non debet vitiare.ff.ð ver.ob.que extrinſecus de reg.iur.non ſolent.nec vtile per inutile vitiatur.xij.q.ij.ſi quoſ. ¶ Reſpõde ad predicta ꝙ vitas mõachatus non tollitur per opinionem putantium eum clericũ nec per veſtem ſuperfluam vel inutilem ſed ſtante monachatu ex culpa ligatur. Et iſte mõachalis habitꝰ religioſo adheret.ergo ſit religioſus.ff.de rei ven.que religioſis.vt ſic magis dignum attrahat ad ſe minus dignũ de conſe.eccle.vel al.quod in dubijs in commiſcibilibus ⁊ his que inſeparabiliter adherent ⁊ ſine vitio procedunt predicta.hic ſecus per omnia.⁊ facit de vi.⁊ ho.cle.cum decorẽ.puto ꝙ precedentẽ.c.ſ.deus qui voluit allegare ſed iſtud de pape licẽtia. Item iſte nõ mutauit animũ ergo nec habitũ dimiſiſſe vdetur ar.ij.q.iij.preuaricator. Item deus carnẽ noſtraꝫ veluti quoddã velamen induit.xxij.q.ij.vtilem ⁊ nihilominus vera deitas in ſuo ſtatu permãſit. adde ⁊ vera humanitas de here.cum xp̄s i cãu qui ſequitur cedit natura miraculo ð cele.miſ.cũ marthe.§. q̃ſiuiſti.ſic ⁊ in ſacramento altaris eſt verum corpus lꝫ ſub ſpẽ panis ⁊ vini:de cõſe.di.ij.veruꝫ ⁊ in dubio preſumiṫ i meliorem partem de reg.iur.eſt ote ſed hic i facto nil dubium. ¶ Ecõtra ꝙ apoſtata videaṫ qꝛ iſte cũ boue ⁊ aſino vult arare quod hodie non licet.ð.de apoſ.quidam. Item qꝛ iſte in habitu ſuo religionem nõ oſtendit vnde fingiṫ habtum dimiſiſſe:de ſen.excõ.cõtingit.ij.⁊ per exteriorem habitũ preſumimꝰ eius mentẽ mutatam de pſũ.ex ſtudijs. Itẽ ſi habitꝰ

iſte eſt

iſte eſt exteriꝰ clericalis preſumimꝰ eum interius clericalem
xxij.q.v.humane aures. Item deferēs veſtes clericales de-
bet clericus iudicari de ſen.excō.ſi iudex eod.lib.vſic.iuſtū
eſt. ⁊ ſic non religioſus.xxvij.diſ.ꝙ interrogaſti.
¶ Item cū ipſe recipiat habitū quem nō poteſt habere cū
ꝑmo priori habitui renūciat ipſo facto arg.de ꝓben.de mul
ta. Item modicū fermenti totā maſſam corrūpit.ix.di.ſi ad
ſacras. ¶ Sol.cum iſte religioſus iuſtā cauſaʒ transforma
tionis ſui habitus nō alleget indubitanter dico ipm eē apo
ſtatam ⁊ qꝛ tali habitu nō vteret̃ in clauſtro vt in extrauag.
ne cler.vel mona.grauis.quam hodie nō habemꝰ licet ipſiꝰ
mens habeat̃ in parte.ī.eod.lib. ne cleri.vel mo.c.ij.⁊ quia
deferri dʒ deſuꝑ de vi.⁊ hone.cle.clerici ⁊ qꝛ publice dʒ ab
alijs diſtingui de iude.in nōnullis.⁊ qꝛ nō dicit̃ portare nō
portando vt dʒ de reg.iur.qui ex timore.

c **Contra** eum.lvij.legeʒ largiſſime ponit
ſic in eodem. ꝯtu facienda fa-
cit.ſ.de conſue.cum dilectus. Prima glo.dicit
vnde ſit ſumpta ponit exemplū ⁊ ad alterum remittit. ſcd̄o
ſucceſſiue ſignat ⁊ ſoluit.vij. ꝫria. ꝗrto diſtinguit ꝑncipal̃r
v.mēbra ſextum ⁊ ſeptū addit in fi. ¶ In.j.glo.ibi in cōtra
henda venditiōe ſequit̃ ambiguū pactum cōtra venditorē
īterpretādū eſt.ambigua aūt intētio ita recipiēda eſt vt res
ſalua ſit actori ⁊ ibi.ſi qs intentōne vide.ſ.e.cū ſunt in ꝑnci.
vl.glo.⁊ ibi ambiguis.ij. ſeqtur oratōibus maxime ſn̄ia ſpe
ctanda eſt eius ꝗ eas protuliſſet.⁊ ibi ꝗdaʒ loquit̃ de illo ꝗ
inſtituit aliquē heredē ſi religas ſuas in mare ꝓijciat ⁊ ibi ti
cia falcidia inducitur cōtra volūtatem teſtatoris. ⁊ ibi ſi is
qui nauem non ſufficit ſentētia vbi edictū volūtatem requi
rit.⁊ ibi nō aliter ſeqꝫ a ſignificatiōe verboꝝ recedi ñ opor-
ter ꝗʒ cuʒ manifeſtū eſt aliud ſenſiſſe teſtatorē. ⁊ ibi legato
vt homine legato debet̃ nō optimꝰ nec peſſimus.⁊ ibi ſi do
mus. ſi teſtator legauit domū nec appet de qua ſenſerit he-
res ex domibꝰ quas habebat ꝗʒ voluerit dabit legatario ſi
nullam domū habebat deriſoriuʒ eſt legatū.⁊ ibi qui duos.
habens duos ſeruos legat vnū ex his nec apparet quem le
gatarius eligit. ⁊ ibi ſi generaliter ſequit̃ ſeruꝰ vel alia res
legetur electio legatarij eſt niſi aliud teſtator dixerit. ⁊ ibi
duo ſunt hanc ⁊.l.nominati que ſeqtur vide de offic.deleg.
quādo abbas in glo.penul.circa mediū etiam ibi cū ex plu
ribus vide de offic.ord.ſi ſacerdos in glo.penul.⁊ ibi volun
tas defuncti ſequit̃ queſtio in eſtimatiōe iudicis eſt. ⁊ ibi.l.
vlt.in fi.generaliter petens omne ius ſuum in iudiciū dedu
ci.⁊ ibi.§.j.iudicium reddit̃ in inuitum. ⁊ ibi illud.§.penul.
locus eſt tributorie etiam cum dominus negat deberi alias
expediret domio negare ⁊ ibi.§.damꝰ alias eſt verſi. ſub.§.
ij.qui ꝓmiſit ephesi aut capue ſi eius eſſet electio vbi pete-
retur nō iret ad eum locū vt nec peti poſſet.⁊ ibi.§.nihil ſe-
quitur intereſt an quis taceat an obſcure reſpōdeat.⁊ ibi in
ambiguo ſequit̃ ſermōe non vtrūqʒ dicimꝰ ſed illud dūta-
xat qᵭ volumꝰ. ⁊ ibi in venditiōibꝰ. in vēditionibꝰ attendi
tur ꝯſenſus vnde ſi in venditōe diſſentiāt in precio vel in re
imperfecta eſt emptio.⁊ ibi.l.ij.in ꝑnc.error litigantiū non
prorogat qꝛ ibi deficit cōſenſus.⁊ ibi quotiēs.ij.ſequitur in
ſtipulationibꝰ ambigua eſt oratio.cōmodiſſimū eſt id acci-
pi quo res de qua agitur in tuto ſit.⁊ ibi eum qui id ſtipula
tur ſequit̃ mihi ⁊ titio.x.dare ſpondes veriſimile ē ſuꝑ vna
x.cōiter mihi ⁊ titio ſtipulari.⁊ ibi obſcuris.vide i regl̃a in
ſpicimꝰ ſtatiʒ allegata ⁊ ibi quicqd ſcd̄m ꝓmiſſorē interpre
tamus qꝛ licitum fuit ſtipulatori verba late cōcipere.⁊ ibi ſi
quis alias qui ex pluribꝰ fundis.ſi ſtipulatus ſuʒ vnū fundū
ex pluribꝰ ꝗbus idem nomen erat electio eſt ꝓmiſſoris.⁊ ibi
ab executore appellatio ab illo qui male interpretatur ſn̄ia.
¶ In glo.j.ibi veteribꝰ ꝑ quam.l.⁊.ff.de ſer.vr.pre. ſi ar-
boreʒ.§.hec lex ⁊ de ꝯhē.emp.cū in.l.⁊.l.labeo ponit Dy.
in eo qui vēdēs ⁊ tradēs domū dicit ſtillicidia vti nūc ſunt
ita ſint.videt̃ dicere ꝙ domui vendite debeat̃ a vicinis ſer-
uitus ſtillicidioꝝ nō eꝯ ꝙ domus vendita debeat ſeruitutē
vicinis ⁊ ibi fuiſſe ab emptore ꝯ.ff.loca.ea.l.vbi ſit interpre
tio ꝓ locatore qui ea verba ꝓtulit. Sol.ibi fauore locatoris
tantū pactū appoſitū erat ⁊ ideo ꝯ eum nō ſit interpretatio
ne offendat̃ regula.ſ.e.qᵭ ob gratiā. Et ibi aut in ſentētijs
aut in ſtipulatiōe ꝑtoria ⁊ tunc ꝑtoris erit interꝑtatio.ff.de
preto.ſtip.l.j.§.fi.⁊.l.in ꝑtorijs. Dy.⁊ ibi minimū. ⁊ hoc ſi
ambiguitas ē in volūtate relinquēte ſi in adimēte ſubdiſti-
guit Dy.ꝓut no.ff.de re.du.ſi fuerit in gl.añpe.aut eſt icer-
titudo ꝑſonaꝝ ⁊ rerū aut rerum tm̄ aut ꝑſonaꝝ tm̄ ⁊ ibi ꝓ-
ferēte ſit actor vel reus ſm̄ Dy.qui allegat qᵭ no.in.l.ſi qs
itentiōe ⁊ ibi vt ibi no.⁊ eo.ti.ꝑ tuas ⁊ in pre.dec.in ꝑnia in
iiij.glo.⁊ ibi cū ceſſante ⁊ pleniꝰ ibi ſcripſi ⁊ in fi.⁊.ſ.de offi.
or.ordinarij.§.ſi vo ⁊.ff.eod.ti.l.neratiꝰ ⁊ vide ꝙ dixi poſt
Inno.⁊ Hoſti.⁊ Cōpoſ.de reſcrip.cām ſuꝑ glo.pe.

b **Et regula** facit ad ſolutionē qōnis
ꝑ me diſputate quā feci
i vno mēbro diſtinctiōis vt i fi.patebit. Et erat
qᵭ an epūs ad quē erat deuolutū ius eligendi abbatem in
monaſterio ſancti Stephani teneret̃ eligere de gremio ſcti
Proculi cū monachi ſancti Stephani tenerent̃ ad id ⁊ eſt
ſiſis qᵭ de qua dixi.ſ.e.li.de iurepa.c.j.ſuꝑ verbo ſemeſtre.
¶ Et primo ad affirmatiuā allegant̃.vij.ſcd̄o.iiij. ad nega
tiuam.tertio de qōne excludunt̃ duo caſus indubij ⁊ datur
ſol.tria mēbra diſtinguēs. ¶ Quod ergo de gremio ſancti
Proculi eligere teneret̃ inducebat̃ regula huiꝰ titu. is qui
in ius cum cōcord.ꝑ quas dilatari pōt allegatio. ¶ Scd̄o
facit de elect.ne ꝓ defectu vbi in caſu deuolutiōis ꝓpter ne
gligentiā di ꝙ ipſa eligēdi poteſtas ad ſuꝑiorē deuoluitur
illud relatiuū ipſa hʒ denotare ꝙ illam poteſtatē ⁊ nō aliā
recipit eps quā hēbant monachi tenebit ergo ad id ad qᵭ
illi tenebant̃ facit de elect.cum in veteri.ne vna via ꝓhibitū
per aliaʒ concedat̃ cōtra id de ꝓcur.tue ⁊.j.eo.cū quid vna.
¶ Tertio res de vno ad alium tranſit cū onere ſuo.xvj.q.
j.ſi quis laicus de deci.paſtoralis ⁊.c.cum nō ſit.ff.de ꝯhen.
emp. alienatio de pactis inter debitorē.iſtud aūt erat onus
rei ergo ⁊c̄. ¶ Quarto inſpicimꝰ loci conſuetudinē ō quo
querit̃ de teſti.rainutius ad fi.⁊ hoc etiā ſi ad alium iudiceʒ
appellatio vel aliter diffinitio deuoluat̃ vt ibi ergo ꝯſuetu-
dineʒ monaſterij ſeruabit epūs ad quē eſt deuoluta ꝓuiſio.
¶ Quinto bene facit.C.de impu.⁊ al.ſub.l.hūanitatis vbi
in exemplari ſubſtitutiōe que fit filio vel nepoti furioſo per
patrem vel auū illos neceſſe eſt ſubſtitui quos ille inſtitue-
rat vel qui ad eius ſucceſſionē veniret. ¶ Sexto facit.ff.de
ſol.l.j.vbi debitore ex pluribꝰ cauſis ſimpliciter ſoluēte cre
ditor in quem deuoluit̃ ius imputādi ex quo ſoluēs non ex-
preſſit in illam cauſaʒ dʒ imputare in quā ſoluēs facturꝰ eēt
ſic ergo hic faciat epūs qᵭ illi facturi fuerant. ¶ Septimo
ꝓ hac parte facit qᵭ poſt Hoſtiē.ſcripſi in decr. ne ꝓ defe-
ctu ſuꝑ vlti.glo.⁊ clarius qᵭ ſcripſi eod.ti.publicato in vlt.
qōne vbi ꝑ.l.ff.de iure fiſ.nō intelligit̃ ſi poſteriori credito-
ri fiſcus ſuccedat eo iure vtit̃ quo vſurus erat cui ſucceſſit di
xit poſt Vincē. Cōpoſt. Pe.⁊ Abb.ꝙ ſi publicato ſcruti
nio negligant canonici eligere ſuperior ad quē deuoluit̃ te
net̃ illū eligere de quo fuerat ſcrutiniū publicatū. Ad ꝯriū
adducit̃.C.cōia de le.l.vlti.§.ſed ⁊ ſi quis.vbi qui ſuccedit
eligenti nō vtit̃ eadem poteſtate quā habebat eligens vñ ſi
teſtator legauit ſeruū quem titius elegerit ſi ille nō eligit le
gatarius eliget ſed nō poterit melioreʒ eligere vt ille pote-
rat ſed eſtimatiōis medie. ergo ⁊ hic poterit epūs aliud ꝗʒ
monachi. ¶ Scd̄o videmus ꝙ ſepe res nō tranſit cuʒ one
re ſuo vnde non tenet̃ emptor ad pacta per venditorē facto
colono.C.loca.l.emptori. ¶ Tertio conſtat ꝙ conari de-
bemus ꝙ electio habeat in ſe qᵭ verbū ſonat ſed ceſſat ele
ctio cum libertas admittit̃ eligendi de elec.cū terra ⁊.c.vbi
periculū ad fi.c.eo.lib. ¶ Quarto ſi per negligentiam epi
ad archiepiſcopum deuoluat̃ correctio ipſe irrequiſito ca-
pitulo ipſius epi ꝓcedit ad correctionē qᵭ epiſcopus non
faceret ꝓbatur hoc.ſ.eod.lib.de cen.romana.§.notoria qᵭ
colligit̃ ex verbo libere corrigat qᵭ eſt ibi.ſic ⁊ epūs hic ꝑ-
permittet qᵭ negligenter ꝑtermittere nō poterant.

C Sol. nō loquitur de epiſcopo in quē ꝑ cōpromiſſuʒ monachoꝝ delatum eſſet ius eligendi abbatē ſancti Stephani facit de elect. cauſam que. q2 tunc certum eſt q̄ eligere tenetur de gremio vnde ⁊ cōpromittentes tenebanṫ de elect. cum in veteri. nec enim ibi hȝ aliquid ꝓprium ſed cōpromittentiū vnde ſibi ſunt cōpromittentiū tempa limitata. ē. eo. li. de elec. ſi cōpromiſſari⁹. j. reſpōſo. ⁊ tunc ꝓcedit regula is qui in ius. ⁊ regula cum quid vna. idē in electōibus vel ꝓuiſionibus deuolutis que tamen de iure cōi deberent fieri de certo collegio patet exempluʒ de p̄ben. cum ſingula. §. ij. ē. eod. lib. Et ꝓbatur hoc in cle. de ſup. ne. pre. c. vni. in fine. j. rñſi. ⁊ ibi etiā de hoc: loquitur autē queſtio de epiſcopo in quem ꝓpter negligentiā vel delictum monachoꝝ deuolutum eſt hoc ius de iure cōmuni. ē. de elect. ne ꝓ defectu eod. lib. ⁊ eod. titu. q̄ſ. ⁊ tunc diſtingue aut tenebanṫ monachi ſic eligere ex conſuetudine p̄ſcripta aut ex priuilegio aut ex inſtitutione facta tempe fundationis. Primo caſu cum p̄ſcriptio ſit odioſa ⁊ reſtringibilis ſolis monachis p̄iudicabit. ⁊ nō epiſcopo cōtra quem nō eſt p̄ſcriptum ⁊ qui negligens in ſuo iure nō fuit alias p̄ſcribereṫ contra nō negligētem. cōtra id. ē. de p̄ſcript. c. j. Scđo caſu ponderanda ſunt verba priuilegij que ſi reſpiciunt ſolum monachos idē qđ ſupra prime. q2 epiſcopus de quo priuilegiū nō loquiṫ ad id non tenebiṫ alias tenereṫ vt ſi dicat papa in priuilegio in monaſterio ſancti Stephani nō p̄ficiaṫ abbas niſi de monaſterio ſancti Proculi de verb. ſig. abbate vt ſic ꝓuilegio ruʒ verba ſeruenṫ de priuileg. porro. ſi dubitareṫ de verbis iudicamus ꝓ epiſcopo vt eum nō ledat ⁊ aliquid conferat vt eo. ti. patientibus. ⁊ c. paſtoralis cum cōcor. Tertio caſu adhuc verba ſeruabim⁹ eo ſaluo q̄ ſi hoc vltimo caſu v̄ba eſſent obſcura ⁊ ꝓlata ab epiſcopo illa interpretabunṫ ꝯtra ipſum. ē. de conſue. cum dilectus ⁊ ꝑ hanc regulā cum concor. ⁊ ꝓpter hoc licite aliquantulū exq̄ſite poſita eſt hic hec queſtio. Joan. and.

c **Contractus.** lxxxv. Dy. hic late ꝑſequitur idē quod tāgit glo. ſcȝ quomō in quibuſdam ꝯtibus venit dolus ⁊ lata culpa tantū vt in depoſito ⁊ p̄cario in quibuſdam etiā leuis vt in his qui celebranṫ gratia vtriuſq3 in quibuſdam leuiſſima vt in mandato quod eſt ꝓpter ſuſcipiētis tacitā aſſertionem qua ſe innuit induſtrioſuʒ cum ꝓpter induſtriam aſſumatur. C. man. a ꝓcuratore. Item in cōmodato facto gratia recipiētis tantū caſus fortuit⁹ nō venit ⁊ ex natura alicuius cōtract⁹ ex quo debeaṫ certa ſpecies in mutuo nō tenetur de caſu ex natura cōtractus ſed ꝓpter naturam debiti q2 generaliter debituʒ perire nō poteſt. C. ſi cer. peta. l. incendiū. ff. de actio. ⁊ oblig. l. j. §. his quoq3 ⁊ ad. l. fal. in ratione. §. incerte. modo reſtant exempla regule in leui leuiſſima ⁊ caſu quādo nō veniunt ex natura ꝯtuum veniunt ꝓpter pactum ⁊ hoc vult regula predicta tamen itellige ⁊ proſequere vt plene ſcripſi ſupra de cōmo. c. vni. Prima glo. dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exempla dicens regulaʒ intelligi de conuentione honeſta ⁊ poſſibili.

C In glo. j. ibi cōtractus quidā ſequitur dolum malū dūtaxat recipiunt quidam ⁊ dolū ⁊ culpam. quidam dolū tantum vt depoſitū ⁊ precarium dolū ⁊ culpam mandatū commodatum venditū pignori acceptū locatuʒ. Item dotis datio tutele negocioꝝ geſtorum in his quidem ⁊ diligentiam ſocietas ⁊ rerum cōmunio dolum ⁊ culpaʒ recipiunt ⁊ hoc ita niſi quid nominatim conuenit vel plus vel minus in ſingulis ꝯtractibus. nam hoc ſeruabiṫ qđ mutuo cōuenit legē enim ꝯtractus dedit excepto eo q̄ Celſus putat nō valere ſi conuenit nē dolus preſtetur. hoc enim bonefidei iudicio ꝯtrariuʒ eſt: ⁊ ita vtimur. animaliū vero mortes caſus qui ſine culpa accidūt fuge ſeruoꝝ qui cuſtodiri non ſolent rapina naufragiū tumult⁹ incendia aquarū magnitudines impet⁹ p̄donū a nullo preſtanṫ. In glo. j. ibi caſu fortuito de h̄ tractat hic Dy. dicēs qđ ſcripſi de ꝓcur. qui ad agendū. ⁊ plenius de cōmodato. c. vni. Jo. and.

b **Hic regule** adaptabim⁹ quatuor qōnes de ꝯtibus aduocatoruʒ vna interſerta de ꝯtibus medicoruʒ ab olim diſputatas ⁊ ſatis tritas ⁊ eſt p̄ma que fuit domini calis. lxix. de aduocato qui ꝓ certo feudo vel annuo ſalario conuenit patrocinari monaſterio ſancti andree in omni ſua cauſa ⁊ idem fecit ſcđo monaſterio ſancti bn̄dicti hec duo monaſteria litigant inuicē queriṫ ſi cui ⁊ cui ex illis patrocinari debet. Scđa queſtio veñ. lv. ⁊ Damaſi. iij. de poſtulando querebat an eodem ſalario tenereṫ aduocat⁹ patrocinari appellatōis cauſaʒ addebat Dama. ex quo ſimpliciter recipit cauſam defendēdā. Et eſt huic ſimilis queſtio dñicalis. lxxiij. An medicus infirmū recidiuantē ꝓ ſalario conuēto curare teneaṫ quam ponit Guil. in ſpec. de ſala. in p̄ncip. vlti. §. tertia dñicalis. lxxiij. ⁊ Dama. iiij. q̄rebat ſi aduocatus meus cui cōuenerā dare centū ſi obtineret cauſaʒ alias conueni de decem cum tranſegeriʒ cum aduerſario debeat habere centuʒ. quarta an aduocatus habere debeat totum ſala. conuentū ab herede titij intentante actionē quā ignorauit elidi poſſe ex p̄ſona ipſius titij ⁊ fuit Dama. ſcđa tit. p̄dicto. In p̄ma qōne alleg. Barto. ad quatuor partes ſcȝ ꝓ p̄ma eccleſia ꝓ ſcđa ꝓ neutra ⁊ ꝓ vtraq3 ſoluit diſtinguēdo q̄ſ ſolutionē due opiniones ſequunṫ. C Probat ergo patrocinandū p̄mo monaſterio q2 p̄us eſt tempe: ergo potius eſt in iure hoc eod. titu. qui prior cum concord. vnde ſi duobus eſt legatus vſuſfructus primo nominatus primo ad vſumfructum admittitur. ff. de vſufruc. l. quotiens circa p̄nc. Item prius fuit contra iſtum acquiſita actio p̄mo monaſterio quam ex alieno facto perdere non debuit cum alteri per alterum iniqua conditio afferri nō debeat. ff. eod. tit. non debet facit. ff. de alie. mu. iudi. cauſa fac. l. p̄ma in p̄nci. Nec potuit mutare conſilium in preiudiciū primi monaſterij hoc eod. titul. mutare cum concord. ergo facta intelligitur ſecūda promiſſio ſaluo iure prioris. xvj. q. j. ſi quis laic⁹ de offic. delega. ex parte p̄ma. Et in verſic. feudoꝝ conſtit. Frede. de prohibitō. feud. alie. l. imperialē. §. illud. Item illud vniuerſale in omni ſua cauſa vniuerſaliter ⁊ ſine exceptione recipi debet vt verbuʒ ſonat. xix. di. c. j. ⁊. j. q. j. ſunt nonnulli. xiiij. q. iij. putant. cum ergo primū pactum fuerit legitimū ergo ſeruandū de pact. c. j. ⁊. ij. ff. de pact. iur. gen. §. ait pretor. C In contrariū allegat q̄ cuʒ iſta conſideratis ſaltem terminis ſint incompaſſibilia recipiendo ſcđm renūciat p̄mo de preben. de multa de conceſſ. preben. litteras. C. de fur. l. j. facit. ē. eod. lib. de elect. vt quis duas cum concord. Item in primo pacto ſubintelligiṫ ſi res eodem ſtatu p̄manſerit. xxij. q. ij. ne quis de iureiur. quemadmodū. ff. de ſoluti. cum quidam in p̄ncip. C Item cū poſſit eligere ſeruire cui vult eligendo ſecundū primum conqueri nō poteſt ſicut dicitur de ſeruo qui duob⁹ dominis ſeruire nō poteſt eligere alterum. ff. ad ſille. ſi quis in graui. §. ſed cum omnes. facit. xiiij. q. iij. ipſa pietas. ff. de reli. ⁊ ſumpt. fu. l. fina. Alleg. etiā q̄ neutrū iuuare debeat ex quo id nō poteſt ſine leſione alterius. xiiij. q. v. deniq3 cum nulli ſit conſulendū cū alterius iniuria. xxij. q. ij. primū circa medium. xiiij. q. v. forte. Item q̄ pro vtroq3 allegari poſſit inducit quod dicitur de tutore duorum pupilloꝝ. ff. de auct. tuto. l. accipiētis. ⁊ quod legitur de Moyſe qui cauſam dei coram populo allegabat ⁊ populi coram deo. xlv. diſ. diſciplina. ff. de poſt. l. vltima. iij. q. vij. Item ſi contra patrem. Soluebat Barto. illud monaſteriuʒ iuuandū quod fouet iuſtam cauſaʒ ſi hoc conſtat in dubio iuuet primū ⁊ ſcđo det ſubſtitutum. ⁊ dixit Hug. ideʒ dixiſſe in vaſallo qui habet duos dominos ⁊ dixiſſe eū ⁊ Tan. q̄ aduocatus eccleſie factus epiſcopus alteri⁹ eccleſie prime ſeruiſſʒ per ſubſtitutū. C. de epiſco. ⁊ cleri. ad ſimilitudinem. Idem poteſt vaſallus factus claudus vel clericus ſi feudum retineat quod etiam ponit Guil. in ſpec. de aduoc. §. j. v̄ſi. qđ ſi is Ber. in decre. vlt. de poſtu. in vlti. gl. ⁊ vt ſcripſi Guil. cōcor. in ſpec. de aduo. §. j. v̄ſic. qđ ſi hȝ bn̄ficium tenent ſic in beneficiato q̄ neutrā iuuabit ꝑ rōnes dictā. ē. parte ſcđa v̄ſic. allegato: niſi eſſet prelatus alteri⁹ tm̄.

Sed

Sed ipſe Guil.eod.§.vſic.quid ſi aduocat⁹ ponit ad litte
ram que.ſ.ſcripſi poſt Bar. ¶ Ad primū dictum de ipſa
cā inducit no.de iureiur.breui in glo.ij.ꝛ vide qd̄ de vaſallo
no.de feu.§.ij. vſic.xij.ꝛ vſic.ſeq.Jo.Gof.Innoc.ꝛ Hoſti.
dicunt ꝙ ſine pena iuuat primā cōtra ſcdam de iureiur. tua.
ꝛ.c.veniens.ꝛ.c.intellecto.ꝛ.c.eam te dicit tn̄ ibi Hoſtien.
de bn̄ficiato duarum eccleſiaꝝ quib⁹ equaliter tenet ꝙ ſibi
conſulit nec aſſumat ptes aduocati ſed mediatoris.
¶ Ad ſcdam qōnem allegat p ꝛ cōtra ponit ſolut.ꝛ dicit
ꝙ concordāt.ponit alia opinio diſtinguēs circa quam dat
remiſſio ꝛ ſubdit inſtructio. ¶ Inducit ad partē ꝙ tenetur
qꝛ p appellationē extinguit pnunciatū.ff.ad turpit.l.j.in fi.
ergo nō eſt cā finita. Nec videt dānatus qui appellauit.ff.d
penis.l.ij.§.fi.ꝛ cā appellationis eadem cum pma.ij.q.vj.ſi
quis in quacūqꝫ ꝛ.§.poſt ſcdam.C.de pcurato.ita demum.
Item cū pendente appellatione nihil ſit inouandū.ii.q.vi.
appellatiōe.ff.nil inno.l.i.ergo inuitus cogit cōſūmare litē
quā incepit.C.de iudi.pperandū.§.pe.cum nil dicat actuꝫ
cum ſupeſt aliquid ad agendū.C.de his qui.vt indig.l. pe.
in fi.iteꝫ pcurator datus ad cām principalē datus etiam vr
ad cām appellatōis.C.de pcur.inuit⁹.ff.de pcur.qui pprio
.§.item querit. ¶ In zrium allegat ꝙ alia eſt cā appellati
onis a pncipali.ii.q.vi.ſi epus.vii.q.iiii.oſius ergo ꝛc̄. Iteꝫ
ſepe ad aliam puinciā vel dioc.mittit cā appellatiōis de re
ſcript.nōnulli ꝛ.ii.q.vi.§.illo ꝛ ſcdm id aduocat⁹ cogeretur
in alia puincia defendere cām qd̄ eſt falſuꝫ.ff.de pcura.ſed
he.§.nō ſolum vbi de hoc.Item lꝫ pcurator datus ad cām
appellare teneat tamen pſequi nō tenetur de pcuratore nō
iniuſte in fine.C.de pcurato.inuitus ergo nec aduocat⁹.fa
cit ad hanc partem.ff.de euic.herēnius ꝛ per hoc euitat infi
nitas de quo no.ſ.eod.lib.de reſcript.cum in multis in pn.
¶ Sol. Bald.omnes tenere aduocatū nō teneri per ſcda
iura ꝛ dicit pileum ita tenuiſſe queſtiōe.xxvj.Et qd̄ dicitur
eandē eſſe cauſaꝫ exponit ideſt idem negociū tamen eſt ali
ud iudicium cum alij ſint iudices ꝛ ſic reſpondet Joā.ij.q.
v.§.poſt ſcdam accur.tenet idem.C.de ſuffragio.l.j. in vlti.
glo.idē no.ſ.eo.li.de teſti.roma.no.in glo.ij. Guil. in ſpec.
de ſala.§.ſequit.ver.ſed.nūqd aduocatus dicit hoc verū in
diffinitiua.ſed ſi ante ſniaꝫ appellat vel in integrū reſti.peti
tur putat ꝙ teneat ſi in eo loco cā tractet vl ſatis prope. Et
de hoc vide quod dixi eo.§.ver.qd ſi cā.Et circa hoc vide-
as quod plene ſcripſi poſt Inno.ꝛ Hoſtien.de pcur. nō in
iuſte in vl.glo.vbi de pcuratore ſatis dixi quē in hoc equipa
ro aduocato.facit.ſ.eod.lib.de teſtib. romana.iij.q.vij.c.j.
ꝛ.v.q.iij.c.vlt.ff.de teſtib.l.fina.hoc ſcias ꝙ omni caſu quo
aduocatus vel alius pcurator perget ad locum alium pro
pter cām habebit expenſas a cliētulo.facit qd̄ dicitur de le
gato ꝛ de teſte.ſ.eo.lib.de reſcript.ſtatutum.§.inſuper ꝛ.§.
penul.non enim cogūtur ſuis militare ſtipendijs.xxviij.q.
j.iam nūc in fine de reſcrip.cuꝫ ex officij . ꝛ aduocati militāt
.C.de aduo.diuer.iudi.l.aduocati in fine. Joan.an. In que
ſtione medici que pter ſimilitudinē huic incidit remittit.
¶ Primo alleg.contra medicuꝫ ſcdo p medico tertio po
nitur triplex ſol.quarum qualibet diuerſimode diſtinguit.
¶ Primo dicit repetenda illa argemēta prime queſtio-
nis que huic conueniūt ꝙ autem medicus teneatur probat
qꝛ non videtur egritudo diuertiſſe que ſtatim redit de pe.
di.j.diuortium.ff.de diuorti.diuortium.ff.de in rem verſo. ſi
p patre.§.verſuꝫ.ꝛ ad medicum ſpectat centies infirmū cu
rare de pe.di.iij.ad hunc inſtant.Eſt enim totus homo ſa-
nandus ea.di.ſunt plures ꝛ de bap.maiores verſic. ſed ad-
huc.nec videtur ſanitatem adeptus qui illā retinere potuit
ff.eod.titu.non videtur.ij.ꝛ de acquiren.poſſeſſio. nō vide
tur.Et verba cum effectu ſunt intelligenda de penitē. di.j.
.§.hec autem verba de cleric.non reſiden. relatum . ꝛ nil vi
detur actum ꝛc̄.de renūciatio.c.j.C.de his qui veni.eta.im
petra.l.penul.in fin.Item egritudo ſurrogata pme eadem
cum illa videtur.vij.q.j.deniqꝫ.ff.de iudi.pponebatur.xvj.
diſtin.habeo de voto magne verſic.cum ergo.
¶ In contrariū actio extincta non reuiuiſcit.ff. de ſolutio.
qui res.§. areā.xxiij.q.iiij.ſi illic ꝛ recte geſtum ex euētu re
ſuſcitari non debet.C.de adminiſtrati. tuto.ſancimus ꝛ ca-
ſus fortuiti preuideri nō poſſunt de homi. Joannes cuꝫ cō-
cordan.ꝛ euitari debet infinitas vt dixi in prima queſtione
nec videt inter eos de futura egritudine cogitatum ſed de
illa que tunc apparebat.ff.de contrahend.emptō,rutilia.ff.
de pact.tres fratres.ſ.de iureiuran.c.penul.Solutio ſcdm
Barto.ſi recidiuauit infirmus ex ſua culpa medicus non te
netur hoc eod.titul.damnum cum concord.alias tenetur p
prima iura. Pileus queſtione ſua.xij.diſtinguit an ex pmis
an ex nouis humoribus recidiuaſſet plus ſibi placet diſtin-
ctio an illicito an longe poſt recidiuauit vt in primo caſu te
neatur.ſcdo vero non allegat.ff.de in integ. reſtitutio.l.di-
uus.ꝛ de verbo. obligatio.ſi ita quis.§.ſeya facit quod no.
ſ.eod.li.de elect.cōmiſſa.§.pmo in prima glo.queſtio Pi
lei formata fuit in podagrico. ¶ In tertia queſtione indu-
cuntur ſeptem p aduocato.ſecūdo contra ipſum alia ſeptē
ſcilicet quiqꝫ regule ſucceſſiue verbi ſignificatio ꝛ vnum in-
ſolubile.tertio facit quatuor primo ſolutioneꝫ ponit cui ſex
doctores ꝯcordant.ſcdo ponit alias duas: ꝛ tertiā Jacobi
qui diſtinguit.tertio diſtinctionē improbat ꝛ rōnibus eius
rn̄det.quarto primā approbat ꝛ duabus rōnibus roborat.
¶ Primo igitur allegat Bart.pro aduocato ꝙ habere
debet centum cum per eum non ſteterit quo minus cauſam
fuerit pſecutus hoc per.l.que expreſſe de aduocato loqui-
tur.ff.locat.qui operas ꝛ eod.titul.ſi addes.§. vlti. ꝛ.C. de
conditio.ob cauſam.l.vlti.nil ergo imputari poteſt aduo-
cato qui nō fuit in culpa.lxiij.diſtin.ephesijs.xlvij.di.quod
ad nos.xxiij.queſtiōe.v.de occidendis.facit hoc eod.titul.
imputari cum concord.ſufficit etiā per aduocatum fuiſſe ne
gocium vtiliter ceptum licet nō habuerit effectū.ff. de neg.
geſtis.ſed an vltro.C. de pigno.acti. ſi neceſſarias in fine p
mi reſpon.ff.de mino.verum.§.ſi locupleti.Item ſi is cui ad
uocatus vel aſſeſſor locauit operas ſuas vſqꝫ ad annum mo
ritur habebit aduocatus totius temporis ſalarium.ff. de of
fic.aſſeſſo.l.diem functo.idem ſi moritur aduocatus.C. de
aduoca.diuer.iudi.poſt duos. Item inducitur regula cum
ſtat.ſ.eod.titul.cum concord. ꝛ forſan timore aduocati in-
ductus eſt aduerſarius ad tranſigendū habeat ergo ſtipen
dium qui p tempore preſtitit auxilium.xij.q.ij.caritatem in
ducit etiam ꝙ res inter alios ꝛc̄.ſ.de re iudica.c.penul. al-
legat Dama.ꝙ non obtinere eſt contrariā ſententiā repor-
tare.C.de his qui.vt in.l.j.de falſ.l.qui falſas.quam iſte nō
reportauit ergo ꝛc̄. In contrariū inducit ꝙ non extitit con
ditio ꝛ ſic obſtat hec regula cum concor.facit.ſ. de condit.
appo.de illis.C.de conditio.inſer.legatum.ff.de conditio.ꝛ
de.l.municipibus.Item contra eum inducitur regula in ge
nerali hoc eod.ti.cum concord.non enim eſt veriſimile iſtū
pmiſiſſe ꝙ tranſigere non poſſet vel ꝙ centum daret tranſi
gendo ergo in generali obligatiōe iſta non venient nec im-
ponere quis ſibi poteſt legem nō tranſigēdi.ff.de pac.l. pe.
¶ Inducitur etiam regula locupletari hoc eod. titu. vult
enim ipſe aduocatus locupletari cum damno clientuli ꝛ ſi-
ne labore lucrum conſequi contra id.xiij.q.j.§. quia ergo.
Item cum litis euentus ſit dubi⁹.ff.de pecu. ꝙ debetur ꝛ in
dubijs vel obſcuris ſequimur minimū eod.titu.in obſcuris
repelletur iſte petens maxime cum ſibi clientulus puiderit
qui poterat condēnari.ff.de neg. geſt. diuortio circa medi-
ūm.Item quotiens ſine captione quid fieri nō poteſt eligē
dum eſt qd̄ minimū habet iniquitatis.ff.eod.titul.quotiens
nihil.hoc autem eſt tale ergo preeligendum Dama.allega
bat ꝙ vincere nihil aliud eſt q̄ ſibi aduerſariū condemna-
ri.iij.q.iij.quod fieri hic autem aduerſarius condēnatus nō
eſt ergo non vicit quare huic aduocato ſcdm Guil. fieri vi-
detur inſolubile tale qꝛ non poteſt agere ex clauſula ſi obti
neat quia non obtinuit ꝛ nō obtinens ſuccubuiſſe videt ar.
.ff.de inoffic.teſta.papinianus.§.meminiſſe.nec quia ſuccu-
buit quia hoc non apparet. Caſus ergo nō expreſſus habe
atur p omiſſo.ſ.eod.lib.de reſcript.ſuſceptum cum cōcor.
aliud pulchrum inſolubile ibi ſcripſi.

an aduocatus in cā appellaonis patrocinari teneatur

¶ Sol. Bar. Hug. ſibi reſpondiſſe ꝙ totum pōt petere aduocatus. Item Pileus. q. lxxvij. allegat. ff. de euic. ſi dictum. §. j. in auten. vt cum de appella. co. §. ſi talis colla. viij. Dama. tenet idem ⁊ Azo in ſūma de ſuffrag. ⁊ accur. in ꝑallega. l. vnica. C. de ſuffrag. in vlti. glo. allegat. l. fina. ff. mā da. vbi etiam de hoc in. iij. gloſ. quaſi lex illa velit ꝙ tranſigere ſit vincere ſed ꝙ lex illa non facit oſtenditur ſic ꝑ modernos. nam ibi dicitur ꝙ ſi conueni tecum mihi cōmunicā dum ꝙ haberes ex euentu litis cōicare teneris ꝙ ꝑ tranſactionē habuiſti ſed hic nō concludit ꝙ tranſigere ſit vincere ſed cōcludit ꝙ tranſigere eſt finis vel euentus litis. puto ꝙ accur. ponderauit mētez victorie que ibi talis erat vt hic illud enim ſibi cōicare intēdebat quod vinceret dicēdo cōe futurū quicqd ad eum ex euentu litis hereditarie ꝑueniſſz. Cōmunius aūt ꝑ ſnias ꝙ̃ per tranſactiōes finiunt̃ lites. Illud ergo qđ plerūqz fieri cōſueuit cogitaſſe vident̃ hoc eo. ti. inſpicimꝰ ⁊ tñ qđ per tranſactionē conſecutꝰ eſt cōmunicat Guil. in ſpec. de ſalarijs. §. ſequit̃. vſic. qd ergo ſi litigator ⁊ vſi. ſe. dicit ꝙ ꝑdicte ſolutioni ꝯcordant Gof. ⁊ Jac. Bal. ſed dicit Ubertū ⁊ alios id fateri de iure ſed de eqtate fiet ſolutio ꝓ rata. ff. de leg. ij. qui ſolidū. §. j. tz finaliter ꝙ ſi ꝑs tranſigit in fraudē aduocati habebit totū ſi bonafide ꝓpter dubiū litis ſoluet̃ ꝓ rata. ſed Jac. de rau. vt ibi ponit Cy. aliter diſtinguit qꝛ trāſactio fit ꝯſentiēte aduocato aut eo ꝯ̃dicente aut eo ſciente ⁊ tacēte. Primo caſu non hēbit qꝛ nō vicit. Scđo caſu ſi aduocatus pōt oñdere clientuluz obtinuiſſe ꝓpter bonā cām niſi trāſigiſſet habebit palmarium qꝛ lz litis euētus ſit dubiꝰ tñ ꝑſumimus ꝙ iudex iuſticiā faciet. ff. de pec. eod. tpe. ſi vo hoc nō ꝓbat nō habebit. ff. de cō. ⁊ de qbus. §. fi. Tertio caſu cū tacuit habebit ꝓ ꝯſentiēte qꝛ ſuū officiū nō eſt tacere. Et ad vell. ſi ſine. debuit ergo reſiſtere tranſigēti. C. de ap. qm̄. nō obſtat qđ per eū nō ſtetit qꝛ illđ hz locū in cōditiōibꝰ ꝑtātiuis ſecus in cāibꝰ q̄lis iſta ꝓpter dubiū litis euentū vt in ꝑdicta. l. ꝙ debet̃ lz oñſa cāe iuſticia ꝑſumat̃ ꝓ victoria vt prediri. ¶ Hz forte plus coloris ꝙ̃ ſaporis iſta diſtinctio q̄ vult ꝯſenſuz vel taciturnitatē nocere in actu q tñ ꝑ ꝯſentientē vr̃ ꝓhiberi vel ipediri nō poterat ⁊ ad quē ipſius ꝯſenſus nō erat neceſſariꝰ ⁊ i caſu medio nō vult ꝯ̃dictionē ſolā ſufficere. Et ſi ad primū alleget dec. ex lr̄is de tranſac. R̄ñdet̃ ꝙ ibi de iure aduocati in re de qua trāſactū erat hic extra rē. ſ. in palmario. qđ de tertio mēbro di ꝙ officiū aduocati eſt nō tacē fateor cuz ꝺ iure ꝑtis in iudicio tractat̃ qꝛ ad hoc aſſūptꝰ eſt. ſz ſi ex iudicium tranſigit̃ qd ad eū. lex ſi ſine. nō obſtat qꝛ ex taciturnitate aduocati nulla fraus parabat̃ tranſigenti cū clientulo ibi parabat̃ ꝯ̃henti cū marito mulieris tacētis. ¶ Item negari poſſz cāis illa ꝯditio quā labore ⁊ volūtate aduocati oz ipleri nec valz dicere ꝙ dubiꝰ ſit litis euētus qꝛ ēt in ꝑtātiuis de facto ſꝑ ineſt dubiū cū nō ſint in hoie vie eiꝰ. Hier. x. in fi. ⁊ xlvij. di. §. neceſſe in fin. quare qđ ꝑus dcm̄ eſt vr̃ tenendū ꝙ faciliꝰ ꝓcedet̃ ſi formet̃ caſus in clientulo q noluit litē ꝓcedere. dicebat aūt Jo. de deo in ſuo ordine iudicioꝝ lib. iiij. poſt ꝑncipiū cuiꝰ dcm̄ ponit Guil. in ſpe. pre. §. vſi. ⁊ no. ꝙ gnāl̃r aduocatꝰ ſalariū ꝓmiſſuz habebit ēt ſi nō ꝓcedat ex quo nō ſtat ꝑ eū ſed ꝑ clientuluz. ff. loca. q opas. ſz talis eſt caſus qōnis tranſigēs eni plus ꝓcedere noluit. Itē ille viciſſe vr̃ cuius deſideriū eſt impletū ar. ff. q ſatiſ. co. l. j. ¶ Quarta qđ ſatis ꝑ ꝑdicta dici pōt expedita. arguebat eni Dama. ſalariū totū deberi cū nō ſtet ꝑ aduocatū ꝑ pre l. qui opas. ⁊ ff. de va. ⁊ extraor. co. l. j. §. pen. C. de condi. ob cau. l. pecuniā a te. Hic in ꝯ̃rium regula eſt cū cōcor. ⁊ regula cū quis in ius eo. titu. cū cōcor. ¶ Item qꝛ fortuitꝰ caſus ſꝑ nocet locatori ergo aduocato locanti opas. ff. loca. ex cōducto ⁊. l. ſe. ¶ Itē aduocatꝰ certat de lucro captādo heres de dāno vitando quare fauorabilior eſt. C. de codicil. l. iul. ſoluit ꝙ ad totū ſalariū teneat̃ hēs. ff. loc. ſz addes. §. vl.

q **Vi licet.** liij. Jo. mo. dicit ponendū exemplū ꝑ legez inſti. man. §. is qui exequit̃ ſi mandaui fundū emi ꝓ centū mandaſſe videor ꝙ emat̃ ꝓ minori ſi haberi pōt ⁊ remittit ad regulam plus ſꝑ. ¶ Prima glo. dicit vñ ſumpta ⁊ ponit exempla. ſcđo ponit brocarda. tertio ſucceſſiue ſignat ſeptem ꝯ̃ria ⁊ ſoluit ⁊ remittit. quarto ſignat ꝯ̃rium ad negatiuam ¶ In glo. j. ibi marcellus hec lex exēplificat qđ ꝑdixit gl. in filiofamilias milite ⁊ ibi. l. filius in fin. q̄ ſequit̃. ⁊ ibi tā is. filiusfamilias ēt patre volēte nō teſtat̃ pōt tamē volēte eo donare cā mortis vt de ſepul. c. pe. eo. lib. ¶ In glo. j. ibi tam is. Dy. ponit exemplū in pře cui lz occidere adulterum inuentū cū filia multomagis cōtumelijs afficere. ff. de adul. nec in ea. §. ius occidēdi. ¶ Item iudex pōt deferre actori iuramentū in litē qđ plus eſt poterit ergo taxationē iuriſiurandi adijcere qđ eſt minꝰ. ff. de iureiur. videamꝰ. §. penul. ſignat ipſe duo ꝯ̃ria primuz de preſide q hz ius gladij qđ eſt maius ⁊ nō deportat qđ eſt minus. primū ꝑz. ff. de offic. ꝑſi. l. illicitas. §. qui vniuerſas ſcđm. ff. de leg. iij. l. j. §. hi quibus R̄ñdet illud ꝓcedere qñ preſes nō hz iſulas ſibi ſubiectas alias ſecus. ff. de inter. ⁊ rele. l. relegatoꝝ circapn. ⁊ no. eo. titu. inter penas fatet̃ ꝙ quidā aliter dicūt ⁊ tex. ⁊ gl. quas alleg. concedūt ꝙ relegare pōt ſi inſulā hz ſed nō deportare ſcđm. l. fi. C. de predi. cur. vbi curialis donare pōt predia qđ plus eſt ⁊ non vendere quod eſt minus. C. de contrario iudi. l. j. Reſpondet ꝙ facilius venderet ꝓpter precium habendum quod eſt cauſa ꝓhibitionis que ceſſat in donatione ⁊ ibi cum queritur eadem reſponſio ad. l. in cauſe. §. de ꝓcurato. vbi licet ꝓcuratorē in totum reuocare non in parte ſcđm Dy.

r **Ec regula** facit ad qōnem de epiſcopo faciente ꝯ̃ ſtatutuz ſuum qđ nō incidat in eius penā cum eni poſſit in totum illud tollerare fortius licz ei cōtra facere penā vel in parte tollere ⁊ ſic tenui in qōne quā diſputaui quā trimembrem integraliter inſerā hic. Et eſt talis boñ. epiſcopi ſtatutum excōicat ludentes ad azardū ludi hic ipſe epus vel eiꝰ metropolitanꝰ cum ticio de ꝑdictis tribus ſtatuti cōſocijs querit̃ an ſint excōicati. ¶ Eſt ſciendū ꝙ Dama. diſputauit primū mēbrum ſcz de epiſcopo ⁊ Octauātus de florentia. ego vo miſcēdo ꝑma duo dubia allegabo ſex ad negatiuam ſubdens opinionē ꝓ hac parte quā ſoluendo tenebo. ſcđo tria faciā ponam ꝑmo opiniones ꝯ̃rias ⁊ ipſaꝝ rōnes infringā. ſcđo rñdebo ad ſex alias rōnes. tertio exemplificabo ⁊ iprobabo dictū Octauāti. ¶ Primo aūt allegabat Dama. ꝙ queſtio fatua vr̃ cum certū ſit ꝙ nullus pōt ſibi iperare. ff. de arbi. l. pe. ⁊ dz eſſe ꝑſonalis diſtinctio inter iudicatum ⁊ iudicantē. iiij. q. iiij. nullus. Itez par nō ligat parem ergo nec ſeipſum de elect. inotuit cum cōcor. ſcđm Dama. adiuuant̃ hec ꝑ illa vulgaria ꝙ nemo in ſua cā ⁊c̄. C. ne quis in ſua cā per totum. ff. de iur. om. iudi. qui iuriſditioni ⁊ per ea que de correlatiuis no. de inſti. c. fi. ¶ Ad hanc ꝑtem ꝙ ſtatutū nō liget maiorē inducit̃. xxj. di. inferior. ff. de mino. l. minor autē. facit cle. de elect. ne romani in ꝑnc. de ſe ipſo ⁊ de pari ꝓbatur. ff. ad trebel. ille a quo. §. tempeſtiuuz ff. de donati. inter vir. ⁊ vxo. ꝙ aūt. §. vxori de pari ⁊ maiori ꝓbatur. ff. de arbitr. l. iij. ⁊ iiij. inducit ergo. c. inferior illud verbū Iſaie. x. nūquid gloriabit̃ ſecuris ⁊c̄. qđ etiam habet̃ xiij. q. v. §. fina. poſt ꝑnc. Quod ꝓ epiſcopo ſic inducit̃ ſtatutum eſt inſtrumentū ſecuris vel ſerra epiſcopi ergo ⁊c̄. ꝓ archiepiſcopo ſic epiſcopus eſt inſtrumētum ſecuris ⁊ ſerra metropolitani ab eo ſcilz ꝓductuz ꝑ confirmationē ⁊ cōſecrationē: non ergo ⁊c̄. ¶ Scđo ad vtrūqz caſum inducitur ꝙ ſtatuta cōmunia vel ſingularia ligant ſubditos tantū de penitē. ⁊ remiſ. ꝙ autem. de ſentē. excom. a nobis eo. tit. romana. §. ꝑmo. eod. lib. ⁊ ff. ad trebellia. omnibꝰ ciuitatibus. C. de ſum. trinita. l. j. in ꝑncip. de iuſtiniano. C. cōpo. l. ꝑma ad finem de iudi. rem nō nouam poſt ꝑncip. de inceſt. nupt. l. fina. de colo. paleſ. l. vnica. lib. xj. cum ergo predicta decr. a nobis negatiue loquatur ꝙ nō niſi ſubditi. ⁊ decre. romana. ꝙ ſubditi tantum ⁊ hoc ſapit negatiuam de cauſa poſſe. cum eccleſia. reſtat ꝙ par vel minor nō ligatur.

¶ Tertio

¶ Tertio ſic. conſtat ꝙ omnis delinquens hȝ iudiceȝ. ad
Ro. xiij. de cenſi. c. ij. queꝫ ſi alius iudicat facit iniuriā pmo
ꝓprio iudici ſiue ille ſit deus vt in occult. ij. q. j. nomen. ſiue
papa vt in exemptis ⁊ appellantibꝰ. xvj. q. j. fratrē. ff. de ap
pella. de pñoꝛe ⁊ patriarcha archiepūs vel epūs. xj. q. iij. c. j. iij.
⁊. xj. q. j. ꝑuenit vel inferioꝛ de appel. dilectꝰ de vb. ſigni. ex
parte. i. ſed cōſtat ꝙ epūs eſt ſubditus metropolitani ⁊ me
tropoli. patriarche vel pape iniuriā faceret ergo epūs me-
tropoli. iudicando ſeipſuȝ ⁊ patriarche vel pape iudicādo
metropoli. Conſtitutio ergo generaliter formata ſic intelli
gatur ꝙ nō includat hunc caſum illicituȝ de vb. ſigni. ex ꝑ-
te. ij. de iureiur. c. j. §. eo. lib. ꝑcipue qꝛ ſtatuta ſunt ſtricti iu-
ris ꝓbatur de iureiur. in nr̄a ⁊ dixi de hoc plenꝰ ſup regula
ꝓ poſſeſſoꝛe eo. tit. ita ꝙ nō includūt etiā id ꝙ ꝓpria verbi
ſignificatio poſſet includere ex quo nō eſt veriſimile ſtatuē
tem id intellexiſſe vt ibi. ſed hic nō eſt veriſimile ſtatuenteȝ
ſe vel ſuperioꝛē ligare voluiſſe ergo ⁊c̄. hoc eo. titu. in gene-
rali cū ꝯcoꝛd. ⁊ leges cōes ſingl̄ares ⁊ ꝑuatas īterꝑtamur
ſcd̄m intentionē edentiū. xj. q. j. §. ex his de verb. ſigni. ex ꝑ-
te ⁊. c. dilecto. C. de legi l. j. ⁊ fi. ¶ Quarto ſic. fauoꝛabilioꝛ
eſt abſolutio q̄ȝ condēnatio ſiue tractet̄ de facienda ſiue de
iam facta ad primū. xxvi. q. vij. alligant. de ꝓba. ex lr̄is. ff. de
acti. ⁊ obli. arrianus. ad ſcd̄m de re. iur. c. fi. ff. eo. ti. inter pa-
res vel ſaltē inter hec duo ſit paritas. de pe. diſti. j. verbum.
Sed conſtat ꝙ epūs ſe vel ſuperioꝛem non poſſet abſolue
re vt ꝑalleg. c. ꝙ autē. de pe. ergo nec ligare vnde notauit
Uincē. eod. ti. cum ex eo. ⁊ Guil. in ſpec. eo. ti. ad fi. Archi.
c. ſi hoc eo. ti. ⁊ eo. lib. ꝙ dans indulgentiā vel remiſſionē il
la vti nō poteſt ⁊ tn̄ illa hȝ vim ⁊ ꝑpetuitatē ſtatuti vt not.
de offic. le. c. vlti. foꝛtificat̄ hoc qꝛ legatus de latere abſoluit
nō ſubditos quos tn̄ ligare nō poſſet de offic. delega. c. pe.
¶ Quinto ſic. regulariter qḋ nō poſſum expꝛſſe nec tacite de
ꝑben. dilecto. ⁊ qḋ nō poſſuȝ ſpāliter nec gnāliter de deci-
ma. j. ſed ſi epūs ſpāliter ⁊ expꝛeſſe ſtatueret de ſeipſo vl̄ ſu
perioꝛe conſtitutio parēter eſſet iniqua per ꝑus allegata ⁊
ſic nō valeret. iiij. di. erit aūt. ⁊ dicenda eſſet deſtitutio de re.
eccle. nō alie. c. fi. qꝛ patēs erroꝛ faceret illā nullā. ij. q. vj. §.
diffinitiua poſt ꝑn. de re iudi. cum iter. C. qn̄ ꝓuo. nō eſt ne-
ceſſe. l. ij. ¶ Ultimo ſpāliter ꝓ epo inducitur ꝙ pſona lo
quens ⁊c̄. de iureiur. petitio cum cōcoꝛ. ¶ Ad hanc partē
ſunt opiniones. Lauren. eni de archiepo tȝ ꝙ nō liget̄ qꝛ ē
oꝛdinarius ꝓuincie. ix. q. iij. c. ij. ⁊ hec rō ꝯcludit idem ⁊ foꝛ
tius in epo. Ber. ꝓuincialis tȝ hanc partē de archiepo per
dec. graue de ꝑben. de ſen. excō. a nobis in auten. de defen.
ciui. §. nō habente. Hoſti. etiā in ſum. de ſen. excō. §. quis va
leat excōicari poſt ꝑnc. dicit certo certiꝰ hoc tenendū ꝙ ſu-
perioꝛē nō ligat ſicut nec ꝓferentē. ¶ Ego ſoluēdo dico
ꝙ coꝝ dictū placet iuribꝰ ⁊ rōnibus antedict. ſed Dama.
qōneȝ de epiſcopo nō ſoluit ſȝ diſputatiōi reliquit. quid di
xerit Octauianus dicam in fi. qꝛ vō huiꝰ diſpoſitionis potiſ
ſimuȝ eſt illa ſoluere ꝑ que contraria fulcitur opinio vt illā
primo videamꝰ eſt ſciēdū ꝙ de archiepo Hug. tenuit ꝯtra
rium vt no. iij. q. vj. c. j. allegat ꝙ incidit in factū dānatum.
xxiiij. q. j. c. j. ij. ⁊. iij. ad que iura reſpondeo q̄ loquunt̄ de fa
cto dānato per ius cōe. ſcilicȝ de hereſi. ⁊ ſic nō ꝓbant non
ſubditū ligari facto dānato ꝑ ſingulare ſtatutum ⁊ illud tȝ
ibi Bar. brix. per. l. iij. ff. de offic. pꝛeſi. que lex dicit ꝙ pſes
ꝓuinciaȝ ſuā purgare dȝ malis hōibus nec diſtinguit vnde
ſint. ſed. l. lȝ. excludat diſtinctionē loci idētitatis vel pſidē
tie de qbus loquimur. Hug. videt̄ etiā velle de epo per id
qḋ no. de ſucceſſoꝛe. lxiij. di. adrianus. ij. vbi tȝ ꝙ lȝ can̄. epi
ſcopi nō liget ſucceſſoꝛē: ligat̄ tamen qꝛ ſe inuoluit in factū
dānatuȝ per iura ꝑus allegata qbus iā eſt reſponſuȝ. archi.
in dec. ij. de cōſti. §. eo. lib. tȝ idem de vtroqȝ. i. de epo ⁊ ar-
chiepo. cum eni auctoꝛitate pape vel canonis epiſcopus fa
ciat ſtatutum ergo ligat̄ auctoꝛitate pape dicens ꝙ efficaci
ter facit. xj. q. iij. nemo cōdēnat ꝙ. c. ſi ſic ſimpl̄r recipiat̄ vt
inducit̄ triplex inſurget abſurdū. primū ꝙ cuȝ ēt auctoꝛita
te pape vel canonis epūs feret ſn̄iam ⁊ nō per modū ſtatu
ti ergo ēt per illā ligabit̄. qḋ ipſe ⁊ oēs negant. ſcd̄m qꝛ illa
ratio cōcludit papā ligare ſuo canone quaſi liget̄ a chꝛiſto.
cuius auctoꝛitate facit canoneȝ vt in ꝑdicto. c. nemo. ⁊ hoc
eſt falſum vt no. xciij. di. ſi inimicus de ſen. excō. nulli. tertiū
qꝛ ex eo ſequeret̄ oēm ꝑlatum ēt non ſubditos ligare poſſe
cum oēs ſint ſubditi Chꝛiſto ⁊ pape cuiꝰ auctoꝛitate ligat.
ponderet̄ ergo tex. illius capl̄i qui ſic iacet. nemo cōdēnat
vincl̄a eccleſiſtica pſupponit ergo quē vinculatū qḋ n̄ pōt
quis niſi ſubditū vt ꝓbatū eſt: ſequit̄ nō eni homo eſt qui li
gat ſed Chꝛiſtus q hanc ptāteȝ dedit. fateoꝛ ergo ꝙ ſubdi
tus a pꝛelato vinculatꝰ di a Chꝛiſto vinculatus qui clauiuȝ
ptāteȝ illi dedit. Math. xvj. Jo. vlt. virtutē ergo vinculi ex
primit ⁊ ⁊ foꝛtificat ille canon ſed ptātem vinculādi nō am
pliat ⁊ ſic pȝ ꝙ nō ſic efficacit̄ facit vt dicebat̄ imo nil fac̄ ad
caſuȝ. ¶ Petrus de bel. etiā ſequit̄ hoꝝ opinionē tenens
de epo ꝙ liget̄ vt no. C. de ſa. ſan. eccle. aute. qbuſcūqȝ. ⁊ ibi
Cy. ponit eiꝰ rōnem qꝛ ſtatuendo gerit perſonā publicā de
linquēdo priuatā ⁊ hec rō ꝯcludit idem in archiepo alleg.
ff. de admi. tu. cū hereditas. ff. de pac. cū in eo eēt: illa iura ꝓ
bant ꝙ in gnāli ſermone pſona loquēs includit̄ vnde ſi tu-
toꝛ cū pu. nō expediret adire cū creditoꝛibꝰ hēditatis pciſ
fecit decreta quota ſi ipſe eſt ēt creditoꝛ illa quota dȝ eē cō
tentus. ¶ Ad leges pmo rn̄dendo in pmo ꝯrio ad rōneȝ
dico ꝙ tollit̄ p. §. tempeſtiuū allegatū in ꝑn. ꝯſtat eni ꝙ cō
ſul vel ꝑtoꝛ inſtitutꝰ heres vt reſtituat in adeundo gerit ꝑ-
ſonam ꝑuatā ⁊ tn̄ a ſeipſo vel alio cōſule vel ꝑtoꝛe nō cogi
tur qꝛ tn̄ in cogēdo gerunt perſonā publicā eodē mō tollit̄
ꝑ ꝑdi. l. iij. ⁊. iiij. ff. de arbi. ¶ Item tollit̄ hec rō qꝛ ꝯcludit
etiā ꝑncipē ligari lege ſua quā ꝯſtituit vt ꝑnceps ⁊ delinqt
vt priuatꝰ. argumēta ergo de tanq̄ȝ impꝛopꝛietatē habent q̄
excuſanda eſt nō ſequenda ⁊ dicamꝰ cum. l. ſi plures. ff. de
pact. ꝙ difficile eſt quē gerere vices duoꝝ ⁊ hoc maxime in
caſu noſtro quo impoſſibile eſt ſtatutū fieri ꝑ dignitatē ſepo
ſitam a pſona. ¶ Item ipſe idē Petrus in. l. cū ipſe. C. de
ꝯhen. emp. nō audet aſſerere ꝙ poſſit ſe abſoluere ⁊ tn̄ illa
rō vrget in abſoluēdo ſicut in ligādo. fateamur ergo ꝙ cū
ſtatutū epiſcopi totuȝ pendeat a ptāte epi ita ꝙ illud tolle
re pōt. xij. q. j. certe ⁊ hoc nullus negat lȝ alias dicat̄ ius fa-
cere tn̄ eſt ius epi vt ex denominatiōe pȝ. ergo nec ipſuȝ nec
ſuperioꝛē ipſius ligare poterit coꝛam quo etiā ſine ipſiꝰ iuſ
ſu non poſſet bn̄dicere. xxi. di. deniqȝ. ¶ Solutis rōnibus
⁊ iuribꝰ inductis per eos qui tenebāt opinionē ꝯriaȝ indu-
cam alias rōnes ⁊ iura qbꝰ illa opinio fulciri videt̄ illis ſin
gularit̄ rn̄debo. ⁊ inducebat dama. illud qḋ quiſqȝ iuris ⁊c̄.
ff. quod quiſqȝ iur. l. i. de mu. pe. c. ii. de conſtit. cum omnes
quod locuȝ habet in ſtatuto vt ibi in ꝑnc. d. l. ⁊ in ſn̄ia vt in
fine. d. l. Sed nō recte diceret̄ vti eodē iure ſi non incideret
in ſn̄iam ſicut ſubditi. ergo ⁊c̄. ſm̄ Dama. ¶ Ad h̄ rn̄deo
iura iſta nō ꝓbant ꝙ ipſo fcō vl̄ ipſo iure liget̄ ſua lege vel
iure ꝙ alijs dixit ſed loquūtur de pena per iudiceȝ inferen
da. iuſte ergo arbitrabit̄ archiepiſcopus epiſcopum puniē
dum illa pena ꝓ ludo qua ſua lege putat puniri ſubditos
⁊ ſic ad tempus ꝑuabit illuȝ cōmunione hominū ⁊ ſacramē
toꝝ quod facit excōmunicatio. ⁊ facit qḋ dicam. j. eod. in pe
nis Joan. and. ¶ Per eundū modū reſpondet̄ ad. l. §. al
leg. per Petr. nō enim ipſo facto pactum tutoꝛis cum cre-
ditoꝛibus factum diminuit creditum tutoꝛis. ſed ꝓuidebit̄
miniſterio iudicis vt ea parte ſit contētus nos auteȝ in que
ſtione loquimur de vinculo iuris ſine miniſterio iudicis.
¶ Scd̄o ſic. conſtat epiſcopum poſſe facere ſtatutum. iii.
q. iiii. nullus de con. diſt. iii. c. i. de maio. ⁊ obediē. ſi quis ve-
nerit de loca. c. ii. de ſent. excom. a nobis eod. titu. c. ii. §. eo.
li. Sicut autem ius gnāle ligat totum: ſic iſtud particulare
ligat partem qꝛ qḋ iuris in toto q̄ ad totū ⁊c̄. ix. q. iii. cū ſi-
mus de offic. delega. paſtoꝛalis. §. i. ff. de rei vendica. que de
tota. cum ergo in ſuo territoꝛio factum iſtud ſit damnatum
ergo ⁊c̄. xxiiii. q. i. c. i. Ad concluſionem reſponſum eſt. §. ꝑ.
us dicta fateoꝛ quo ad ſubditos ⁊ ligabiles.
¶ Tertio ſic. quandoqȝ ligat quis maioꝛem ad Gala. i.
xxiiii. q. i. §. ſed qui. xxi. q. iii. ſi is. ſolue vt ibi. ⁊. xl. diſtin. ſi pa
pa ibi ſoluitur. Iteȝ parē. xii. q. ii. non liceat pape. ibi ſoluit̄

Jtem ſeipſum vt.xxi.di.nunc aūt ibi ſoluitꝰ de peni.di.j. mul
tiplex ibi ꝓprio iudicio ſe condēnantes.C.de ſum. trini.l.in
ter claras.v̄ſic.huic cōfeſſioni.C. de fideicō.l.fi.ipropꝛie lo
quuntꝰ vt in eis no.Jtem artat quis ſeipſuꝫ.ſ̄.de elect. cū in
veteri in fi.ff.ſi quis cau.l.ij.§.ſi quis cū concoꝛ.etiā iudex ō
offic.deleg.cōſuluit.in fi.ſol.ibi artatio facti q̄ꝫ poſſet ēt pn
ceps nō verbi vel legis date vt no.in p̄dicta.l.pe.ff.de arbi.
¶ Quarto ſic conſtitutio iſta de re illicita ⁊ a iure ꝓhibita
xxxv.diſ.c.j.de vita ⁊ ho.cleri.clerici de exceſ.pꝛe. inter dile
ctos.C.de epi.⁊ cler.interdicimꝰ ⁊ de reli.⁊ ſump.ſu.autē.
alearū.eſt ergo iuris cōis executiua per penaꝫ qd̄ pōt ep̄us
⁊ ſcripſi de offic.archiepi.c.fi.ſicut ergo cum papa inchoat
gr̄am ⁊ ſucceſſoꝛ exequitꝰ eccleſia p p̄deceſſoꝛē grauata cen
ſetur de reſcrip.lr̄is.ita hic ep̄s vel archiep̄us a iure cōi cuꝫ
executione ſtatuti ligati dicuntꝰ vt ſic iure acceſſoꝛij liget q
p̄ncipaliter id nō poſſet de offic.deleg.ſi ſup eod.li.Sol.vt
dixi in q̄ōne poꝛroꝝ ad fi.nec valet ſi dicas ꝙ ſaltem ratiōe
delicti perdat priuilegiū in autē.de man.p̄nc.§. ꝙ ſi.C.vbi
ſena.vel cla.l.j.Jura nouiſſima collegi i cle.de ſepul. dudū
poſt p̄nc.qꝛ illud fateoꝛ quo ad ius quod allegari poterāt
nec valet ſi dicis ꝙ in ſe debent oſtendere quomō alij in ec
cleſia debent conuerſari fateoꝛ ſed hoc nō concludit eos ꝓ
pter hoc ligari ad penam de qua queritꝰ lꝫ ligentꝰ ad culpā
⁊ penam iuris cōis.Jtem fateoꝛ ꝙ quilibet pōt iurando ſe
ligare ad pluriuꝫ ⁊ ſic ſoluitꝰ de iureiur.c.j.ſ̄.eod.lib.vbi p̄
lati ſeculares ⁊ eccleſiaſtici ſe ligant per iuramentū ad ſta
tuta obſeruanda. ¶ Quinto cōtra epiſcopū ſpecialiter in
ducitur qꝛ aut dicis principē lege ſua ligari.ff.de lega.iij.ex
imperfecto ⁊ habeo ꝓpoſitum .aut dicis nō ligari ⁊ opoꝛ
tet tunc fateri id ſpeciale in p̄ncipe.C.de legi.digna.ff.eod.
ti.p̄nceps ergo eius ꝯ̄triuꝫ in aliis regulare vt ligentꝰ.l. quā
dant alijs de p̄ben.ꝓ illoꝝ.C.ſi man.ita fu. ali.ne ꝓſti.l.j.⁊
facit ꝙ dicitꝰ perſonā loquentē includi in generali ſermone
ff.de pigno.paulus in fin.cum ſi. ¶ Sol.fateoꝛ p̄ncipē nō
ligari cōi lege ⁊ hoc ſpeciale in ip̄o qꝛ ſibiipſi nō ſubeſt ſed
alij ſibi ſubſunt.ſed ratio cōis eſt oibus qui nō ligantꝰ lege
ſua vel minoꝝ ⁊ ſic p̄nceps ligatꝰ lege maioꝛis.ſ. canone de
elect.fundamenta.§.vt ergo de re iudi. ad apoſtolice. v̄ſic.
ꝑpetrauit.ſ̄.eod.lib.facit cle.de re iudi.paſtoꝛalis ad fineꝫ
ſic ⁊ alij ligantꝰ legibꝰ maioꝝ.perſona v̄o loquens nō inclu
ditur qꝛ ex hoc ſequeretꝰ abſurditas de qua dictū eſt in p̄n.
¶ Ultimo ſpecialiter inducitꝰ ꝯ̄ archiep̄m.ꝙ non hꝫ iuriſ
ditionem in dioceſi ſuffraganei niſi in certis caſibus.nō de
offic.oꝛ.paſtoꝛalis de q̄bus iſte non eſt ergo ligabitꝰ ſtatuto
loci.Sol.negari nō poteſt quin archiep̄us in dioceſi ſuffra
ganei habeat oꝛdinariā metropolitiā. ⁊ ſi dicas illā reſtrin
gi ad certos cāus fateoꝛ quo ad ſubditos epiſcopi ſed quo
ad ipſuꝫ ep̄m nō q ſic imediate ſibi ſubeſt vt cleri cꝰ ep̄o: rō
ne ergo illꝰ imediate iuriſditiōis illiꝰ ſtatuto ligari nō pote
rit. ¶ Expeditis his duobus caſibꝰ qꝛ vt predixi.Octauā
tus diſputauit primū mēbꝛum.ſolutionē ipſius lꝫ ridiculo
ſamꝰ hic inſero qꝛ dixit ꝙ Ray.⁊ Goſ.in ſum.de ſent.excō.
fuerant in q̄ōne ꝯ̄trij qꝛ Ray.dixit ꝙ nō ſua ſed iuris ſn̄ia li
gabatur Goſ. ꝙ ſua ſn̄ia ligatꝰ erat ⁊ dixit ꝙ moderni te
nebant cum Ray.ſ.Ber.in dec.ſtatuimꝰ Jnno.de ſen.exc.
ꝙ in dubijs archi.eod.ti.c.ij.ſ̄.eo.lib.demū ſoluit ꝙ ſi non
ep̄us ludit ligatꝰ dupli ſn̄ia.ſ.epiſcopi ⁊ iuris ſi ludit epiſco
pus tunc nō ſua ſed iuris vel pape ligatꝰ ſn̄ia occaſione ſue
conſtitutōis ſed nō per illā inducens nōra p Hoſti.in ſum.
de ſen.excō.§.fi. v̄ſic.quid ſi ep̄us aliquē.⁊ v̄ſic.ſe.male idu
xit opiniōes predictas qd̄ declaremꝰ qꝛ facit ad infra dicen
da Ray.in ſum.de ſen.excō.ad fi.v̄ſic.quid ſi ep̄us hī liga
tur participans excōicato per ſe:qꝛ nō ſua ſed iuris eſt ſn̄ia.
Jdem ſi in crimine p dec.nup.de ſen. excō. Jdem dixit lꝫ in
hoc male ſi cōicauit cum fautoribꝰ ⁊ ipſe poſtea faueat.ſecꝰ
dixit ⁊ bene ſi prius fauiſſet qꝛ tūc ſua eſt ſn̄ia.Goſ. in ſum.
ipſius tit.vlt.car.v̄ſic.quid ſi ep̄us ⁊ v̄ſic.ſe.tenuit ꝙ incur
rit minoꝛē.maioꝛē nō ſi cōicat in crimine cum illa ſit homis
vel ſi cōmunicat excōicato per ſe cū participibꝰ qꝛ illa etiaꝫ
ſua Ber.in dec.ſtatuimus de ſen.excō.ſ̄.eo.li.vt ibi notaui

tenet ꝙ nō ligatur maioꝛi cōicans in crimine cuꝫ illa ſit ſua
ſn̄ia.Jnnoc.in dec.ꝙ in dubijs dicit ꝙ excōicatoꝛ pticipās
ligatur a canone ſed ſua non vnde ſi excōicauit aliquē cum
his qui dederunt auxiliū licet ipſe fuerit de illis nō ligatur.
Hoſti.in p̄dicto.§.dicit ꝙ ſi cōmunicat extra crimen ligatꝰ
vt alius. Jdem ſi in crimine cum ſit canonis ſed ſi excōicat
cum participibus ⁊ participat in crimine ipſe vna cum alijs
duabus ligatur.Ex his patet opiniōes iſtas male fuiſſe in
ductas per ipſuꝫ Octauātuꝫ. ¶ Ueniamus ad tertiū in q̄
ſunt duo dubia an.ſ.ex quo excuſantꝰ ep̄s ⁊ archiep̄s excuſe
tur ⁊ ipſe an v̄o ipſo ligato p̄dicti etiā ligentꝰ ex pticipio cri
minis. ¶ Quod nō ligetꝰ titius ꝓbando p ſex rōnes noſtri
iuris ⁊ totidē iuris ciuilis.ſcd̄o ad ꝯ̄trium ſex inducā. tertio
ſoluā ⁊ cōtrarijs r̄ndebo. ¶ Pꝛo titio facit de p̄uile.lꝫ.ſ̄.
eo.lib.cum cōcoꝛ.ibi not.vt ſicut ibi p̄uilegiuꝫ ꝯ̄ interdictū
diuinoꝝ datum ſingulari pſone reſpicit familiā ſic datū epi
ſcopo vlꝰ archiep̄o cōtra interdictū ludi reſpiciat colluſoꝛē
vnde videmꝰ ꝙ olim ante dec.fi.de ſen.excō.ſ̄.eo.li. tempe
interdicti quilibet poterat dicere hoꝛas ſuas ⁊ tamen cum
ſocio vno vel duobꝰ.de peni.⁊ re.ꝙ in ante.ſic ⁊ in hoc iter
dicto ludi poſſit exemptus id cum ſocio. ¶ Scd̄o inducitꝰ
de tempo.oꝛ.cum nullus in fi.ſ̄.eod.lib. vbi ep̄us beneficij
ſicut poteſt oꝛdinare prioꝛē dioceſis ſue ſic ⁊ ipſius ſocium
q̄ꝫdiu manet ſocius ſicut ergo ibi quod iuris de prioꝛe ⁊ de
ſocio ſic ⁊ hic quod iuris de luſoꝛe ⁊ de ſocio.
¶ Tertio ſic ex pluribꝰ condēnatis vna ſn̄ia in cā cōmuni
ſi vnus appellat victoꝛia ipſius ꝓdeſt ſocijs.ij.q.vj. q̄ſiqꝫ.
de ap.c.j.C.ſi vnꝰ ex pluribꝰ.l.j.⁊.ij.ergo victoꝛia ep̄i ꝯ̄ ſta
tutum ꝓdeſt ſocio colluſoꝛi vnico ludo ⁊ vnico tabulerio.
¶ Quarto inducitꝰ.l.ſi cōmuneꝫ.ff.quēad.ſer.amit.⁊.l.pe
tende.C.de tempo.re.in integ.⁊ qd̄ no.de iur.pa.c.vni.ſ̄.e.
li.⁊ qd̄ ibi addere ſoleo poſt Goſ.⁊ doct.auctoꝛitate de cō
ceſ.p̄rebē.eod.li.cum cōcoꝛ.in vlt.glo.p que pꝫ ꝙ in re idi
uidua qualis videtꝰ ludus p̄uilegiū pupilli tranſit ad ſociū
dilatio reo data ꝓdeſt actoꝛi ⁊ ꝙ cōſequitꝰ quis ex alterius
perſona qd̄ ex ſua nō pōt. ¶ Quinto inducitꝰ ad ideꝫ dec.
vnica de ſta.re.ſ̄.eo.lib.⁊ hoc dupliciter p̄mo qꝛ moniales
nō debent exire clauſurā.ſcd̄o qd̄ nullus dꝫ illam ingredi.⁊
tamen ſi abbatiſſa ꝓ iuramēto feudi p̄ſtando neceſſe habꝫ
exire ſine tranſgreſſiōe exibunt ⁊ ſocie vt ibi in.§.verū.Jteꝫ
ſi viſitatoꝛ hꝫ itrare intrabūt ⁊ ſocij vt in cle.eo.tit.attendē
tes ad fi. ¶ Sexto ſic cōſtat ꝙ ex ſocietate penā qs incur
rit pꝫ de penis felicis poſt p̄nc.in cle.eo.titu.ſi quis ſuaden
te.ſicut ergo penā ſentit ſic ⁊ ſentiat cōmodū.infra eo.titu.
q ſentit cū cōcoꝛ.ad hoc de iudi.quā ſit.ibi tibi tuiſqꝫ ſocijs
de voto.magne.ibi ꝓ te tuiſqꝫ famulis.Jtē equū eſt hūc ſo
ciū excuſari q maioꝝ ſeqꝫbatꝰ erroꝛē de tranſlat.c.ij. ad fi.
¶ De iure ciuili p̄ncipaliter allegatꝰ ⁊ ſic p̄nceps ſolutus
ē legibꝰ ⁊ lꝫ auguſta ſoluta nō ſit pticipat tn̄ p̄uilegio p̄nci
pis.ff.de lega.l.p̄nceps.ſicut ergo ſocietas coniugij de qua
xxvij.q.ij.cum ſocietas eximit auguſtā ſic ſocietas ludi exi
mit titium. ¶ Scd̄o ſic:ſi legata ſit liberatio duobꝰ reis ꝓ
mittendi ⁊ alter eſt capax ⁊ alter nō ⁊ ſint ſocij ꝓpter capa
cem capit nō capax.ff.de li.le.ſi is qui duos ⁊ conſocius ab
ſentis cā rei publice ꝓpter illū gaudet p̄uilegio.ff.ex quib.
cau.man.abeſſe ad fi.ſicut ergo ſocietas capacis transfert
ad nō capacem ita ⁊ hic. ¶ Tertio ſic:ſi duo ſimul emunt
illum qui ad preciuꝫ participandū ſe vendi pmittit ⁊ alter
ſciens eſt ⁊ alter ignoꝛans ꝓpter ignoꝛantē qui nō delinqt
capit ſciens qui delinquit.ff.de lib.cā.liberis.§.ſi duo.ſcd̄m
vnam lect.ad idē eo.ti.l.duobus cum ꝯcoꝛ.de clan. deſp̄ō.
cum inhibitio.qui fi.ſint legit.ex tenoꝛe.
¶ Quarto ſi ꝓpter inſeparabilitatē ꝓhibitum habetꝰ pro
pmiſſo.ff.de donat.inter vir.⁊ vxoꝛ.ſi ſponſus.§.generaſr ⁊
ſubuenitꝰ ꝓpter id vbi nō verſatur delictum etiam vbi verſa
tur.ff.de ſtatu ho.imperatoꝛ.ff.de penis p̄gnantis.
¶ Quinto ſic idētitas vteri facit ꝙ legittimatio vniꝰ ad
fratres vterinos extenditꝰ in autē. vt li.ma.⁊ aui.§.ad h̄ col
latio.viij.ſic dicam ꝙ idētitas vnius ludi legitimitateꝫ vel
identitatem transfert ad ſocios.

¶ Specialiter ꝓ ludente cum epõ inducit̃.ff.ad.l.iulia.de
ambi.l.vni vbi ſi ꝓhibitū.l.dari detur cōditori legis ceſſat
pena. Ad ꝯrium allegatur ꝙ rōne impoſſibilis ſeparatiōis
vtile vitiat̃ per inutile vt ꝓbatur de re iudi. ad ꝓbandū.de
offic.deleg.cum ſup.ff.de aqua quoti.ꝛ eſti.l.j.§. Item que
ritur ꝛ de hoc infra.c.vtile eo.lib. Item delictū vnius ſocio
ruz nocet alteri vnde ſi duo erant correi ſtipulādi ꝛ debitor
vni ſub pena ꝓmiſit ſiſtere ꝛ ꝑ alterum ſocioꝝ ſtetit quo mi
nus ſiſteret etiā aduerſus alterū danda eſt exceptio.ff. ſi qs
cau.ſi duo ꝛ facit.ff.de arbi.ſi duo.ꝛ ſepe videmꝰ ꝙ duobus
coniūctis quoꝝ alterū ꝓdeſt alterū nocet inſpicimꝰ qḋ no
cet.ff.ex qui.cau.in poſ.eatur fulcinꝰ.§.quid ſit.itē nil impe
dit ticiū ligari ꝙuis epus ꝛ archieps nō ligent̃. vnde dicit
lex ꝙ is qui filio ſeruo vel vxori furtū facientibꝰ opem fert
tenet̃ furti ꝙuis illi actione furti nō cōueniant̃.ff. de furtis
qui ſeruo.§. Item placuit ꝛ.l.ſi quis vxori in ṗncip.

¶ Ad idem video ꝙ pupillus ſi tutoris auctoritate ciuili
ter nō obligat̃ niſi in ꝙtum locupletior factus eſt.ff.de auc.
tu.pupillus ꝛ tamen ſi ſtipulor a ticio ꝛ pupillo vł a ticio ꝛ
ſeruo cōſtituēdo ipſos quaſi duos reos ꝓmittendi ſolus ti
cius obligat̃.ff.de duobꝰ reis ſi ex duobus.§.j. Item cōſtat
ꝙ vera pena vniꝰ non liberat alterū.ff.ne quis eū qui in ius
voca.eſt.l.penul.in fin.ꝛ.l.fina.ſicut ergo nō liberaret ſolu
tio ita nec exemptio ex quibus concludit̃ titiuz ligari.

¶ Solutio per vltimo allegata.dico ticium ligari nō refe
rendo nūc queſtionē de ipſo titio an ſit ſtatuto ligabilis qḋ
alias tractabit̃. bene enim in vno actu etiā poſt factum inſe
parabili vnus peccat alter nō vnus punit̃ alter non.xxxij.q.
v.ꝓpoſito alias incipit lucretia ꝛ.xxxiiij.q.ij.in lectum.po
ne exemplū cum plures eligunt indignū quoꝝ aliqui ſciūt
aliqui ignorant de elec.cum in cūctis.§.clerici eod.titu. ſcri
ptum ad ſi.pone cum plures cōmittūt actum ex quo debet̃
ſuſpenſio iuris:ſed alter eſt epiſcopus.de elect. ſi cōpromiſ
ſarius.§.huiꝰ.de ſen.excō.qꝛ periculoſuz.ſ.eod.libr.tñ quo
ad ludentē cum epiſcopo idem intelligo vbi epiſcopus cō
ſtitutionē nō tollit vel cōtra illam nō diſpenſat ſed ſolū lu
dit alias ſecus lz archi.no.de elect.licet canō.ſ.eo. lib. epi
ſcopum ꝯtra ſuam conſtitutionē diſpenſare nō poſſe cuius
ꝯrium ſeruat vniuerſuz.ꝛ minime ſunt mutanda ꝛc̃.ff.de le
gib.minime. ¶ Ad contraria reſpondet̃ primo ad decr. lz
ꝙ ibi priuilegiū facit celebrationē licitam.ſed hic exemptō
epiſcopi vel archiepiſcopi a ſtatuto nō tollit quin ludus ſit
illicitus vt in ꝓrima queſtione.ṗuilegiū ergo actum licituz
cōmunicat familie ſed imunitas agenti actuz illicitū nō de
betur in decre.quod in te.vtriqz dicentiū ſimul horas com
petebat illas dicere. Sic reſpondet̃ etiam ad ſcōm quia ſo
cietas prioris licita. Et ad quartū ꝛ ad quintū quia in illis
nullum delictum. Ad tertium dico illud ꝓcedere qꝛ illoruz
ſocioꝝ eſt eadem defenſionis cauſa quod nō eſt hic qꝛ epi
ſcopus ꝛ archieſpicopus idētitate ꝛ ſuperioritate ſe tuētur
vt dictum eſt in ṗma queſtione que defenſio ceſſat in titio.
Sextum tamen facit ad hanc partē probat enim ꝙ ſocius
in delicto demeret̃ procedit ergo argumentū ſi conclude
ret ꝙ ſocius imerito mereat̃. Ad primū legabile reſpōdet̃
ꝙ ibi nullū dictum. Ad.l.ſi is qui duos patet ibi reſponſio
in fine qꝛ idem ſi ſoli ſocio capaci fuiſſet relictū. Ad tertiuz
de.§.ſi duo rñdet̃ ꝙ diuerſe ſunt lecture ibi no.ꝛ tñ ſcōm in
ductam id ꝓcedit qꝛ nō pōt quis eſſe partim liber ꝛ ꝑti ſer
uus. Ad quartū reſpondet̃ ꝙ hec pena ſepabit̃ eſt vt vlti
mo dixi ad euitandū ꝙ in fratre vterino nullum delictuz:ꝛ
lex preſumit legitimantē id voluiſſe. Ad.l.vnicam de ambi
tu dic ꝙ lex illa punit ambitū.i.ābitionē ꝛ cupiditatē ꝙrēꝫ
admiſtrationē ꝛ pecuniā dātis ppło ꝑ quē elicit̃ exprimēs
id non habere locuz in vrbe vbi ṗnceps magiſtratus creat
probat ergo hoc ſolum lex illa ꝙ ſi ſtatutum diceret qui lu
ſerit alibi ꝙ̃ in palatio noſtro vel cum alio ꝙ̃ cum nobis vł
familia noſtra ꝛc̃.ꝙ ludens in loco exempto vel cum perſo
na exempta ligatus nō eſſꝫ. ¶ Quia breuitatis amator ve
reor ꝙ iſta diſputatio eſt ꝓlixa circa ſcōm ꝛ vltimū breuiſ
ſime dico ꝙ placet opinio Inno.ꝛ Hoſti.que habet̃ i dec.
nuper de ſen.excō.ꝙ ꝑ ꝑticipiū in crimine habitū etiā cum
excōicato ab homine ligat̃ quis ſnia iuris vt ſcripſi ſup gl.
colligit̃.lz ergo vt prius dixi fatear epiſcopū ꝛ archiepiſco
pum nō eſſe ligatos ſnia ſtatuti ex participio:tamen qḋ cuz
titio faciunt in crimine dānato cum illud ſit participiū cri
minis ꝛ criminoſi dico illos ligatos ſnia iuris. nec obſtat
ꝙ cauſet̃ ſnia iſta a ſuo ſtatuto quod patet etiā in excōmu
nicatione minori ꝛ hoc nullus etiā negat : in dubiū tamē re
ducere ſoleo an ꝑticipās excōicato in illo ṗmo actu ꝑ quē
excōicationem incurrit ex eo liget̃ maiori de quo ſcripſi de
ſen.excō.cōtigit.i. Hoſti.vr̃ velle ꝙ ſic ꝑ id qḋ poſt eū ſcri
pſi de loca.c.j.ſup.iij.glo.ſecurius tamen procedit hec ſolu
tio ſi dicamus ludū iteratū ita ꝙ cum iam excōicato luſerit
ꝑ pre.decret.nuper ꝛ eodem titul.ſi concubine ibi poſt la
tam ſententiam.

c **Tam quis** in ius.xiiij.cenſet̃ habere arguit Dy.per hāc ꝙ he
res emphiteota qui ignorans rem emphiteoti
cam nō ſoluit eccleſie vel prelato cenſuz nō incidat in penā
facit ꝙ tēpus nō cedit ignoranti.ff.quando appel.ſit.l.j.§.
dies ꝛ.§.ſi aduerſus.ff.de calū.l.annus.ſ.eod. li. de appel.
concertatiōi tenet ꝯrium ꝙ incidit de rigore.ff.de ver.obli.
ad diem ꝛ.l.emilius ꝛ de nau.fe.l.ſi.ſed ꝓpter iuſtam igno
rantiaz reſtitutio concedit̃ per has regulas ꝛ idē no. Guil.
in ſpe.de loca.§.nunc aliqua verſic.xxiij. ꝛ idem in ſimilibꝰ
caſibus ſcōm Dynum per pre.leges.

¶ In glo.prima dicit vnde ſic ſumpta eſt ꝛ ponit exēplū ꝛ
finis dicit ꝙ exēplificat precedentē. Scōo dicit duo ſcilicet
regulam loqui quādo cū ſucceſſore agitur ꝛ de quolibz ſuc
ceſſore. Tertio ſoluendo vnum contrariū diſtinguit.

¶ In prima gloſ.ibi qui in alterius ſequit̃ locum ſuccedit
iuſtam habet cauſam ignorantie an id quod peteret̃ debe
retur:fideiuſſores quoqz nō minus ꝙ̃ heredes iuſtam igno
rantiam poſſunt allegare hec ita ꝺ herede dicta ſunt ſi cum
eo agatur non ſi agat.nam plene qui agit certus eſſe debet
cum ſit in poteſtate eius quando velit experiri.ꝛ ante debz
rem diligēter explorare ꝛ tunc ad agendum ꝓcedere. ꝛ ibi
cum heres ignorantia heredis defuncti vitium nō excludit
vnde non vſucapit nec preſcribit quod nec ille.

¶ In glo.prima ibi ad preciū Dy. ponit exemplum in eo
qui ꝓmiſit bouē certa die ꝛ ſi non daret ꝓmiſit centuz.ante
diē mortuus eſt ꝛ heres id ignorans ſua die non dedit:non
cōmittit̃ pena cum effectu cum iuſtam habeat ꝛc̃. dicit Jo.
mo.ꝙ mora nō tam cito conſtituit̃ in ſucceſſore ſicut in de
functo alleg.ff.de reb.credi.l. quotte. ibi qui in alterius. ꝛ
ideo pena tunc cōmittit̃ cum effectu niſi ſucceſſor fuerit pu
pillus.ff.de verb.oblig.ſi cum filium.§.in hac ſtipulatōe dy.
ibi preſcriberet inchoando preſcriptionē vt ſtati dicā.ꝛ ibi
cum heres dy.in regula poſſeſſor eod.ti.in queſtiōe penul.
dicit per regulam ꝓbari malā fidem predeceſſoris impedi
re preſcriptionē.dicit tamen de equitate canonica dici poſ
ſe ꝙ ſi heres a ſe vult inchoare preſcriptionē mala fides de
functi nō noceat qḋ in ſingulari ſucceſſore inchoare volēte
certum eſt.ff.de ac.poſ.l.pōponius.§. cuz quis.dicit tamen
ꝙ rigor iuris ciuilis hoc non patitur qꝛ ꝓpter malaz fidem
defuncti malefidei ṗſumptionē in heredē tranſfudit ꝛ pro
pter fictionem idētitatis perſona habet euz ꝓ ſucceſſore vi
tioꝝ ꝛ culpe vt in hac.l.ff.de publi.ſi ego.§.pactus.

¶ Sed ſi he leges recipiantur vt diſtinguit hec glo. ceſſa
bit hec diuerſitas,ꝛ in fine Dy.querit quare eſt ꝙ ſtipula
tore mortuo ſine herede vel tali relicto cui de iure ſolui non
poteſt pena ipſo iure nō cōmittitur.ff.de vſuris.l. pecuniaz
fenebris ꝛ.l.cum quidā.§.ſi pupillo.ꝛ eꝫ cōmittit̃ mortuo
ꝓmiſſore lz reſtitutio concedat̃ vt dictum eſt, reſpondet ꝙ
ideo eſt qꝛ caſus contingēs in perſona creditoris nō dꝫ ex
tendere obligationē debitoris.arg.ff.eod.titu.l. nunꝙ̃ cre
ſcit.ꝛ ad.l.aqui.qui concidit.§.vlti.ſed contigens in ꝑſona
debitoris non dꝫ variare obligationis ꝯditionē.ff. de verb.
oblig.l.ij.ꝛ de preto.ſtip.l.ij.

**Ec regula** trabitur ad qſtionez que ꝯgruentius locata fuiſſet ſuper regula ignorãtia.eo.ti.reſpectu ꝑmi dicti. ſ3 pp diſtinctioné dy.quá ibi poſui ⁊ propter id qđ dicit hic finis vltie glo.excuſabiliter hic locatur. premit tam aũt queſtioné pilei.xxiij.qua querebat ſi ticius q capt⁹ amore virginis vel ſolute a lena q̃ maritū habebat decept⁹ fuit.q2 ſeipſaz ſubmiſit illi⁹ loco p illius lene maritū de adulterio accuſet an ſit vt adulṫ pũiéd⁹.iſte cáus accidit ouidio vt ipſe pulchre refert i li.de vetula. Pileus dixit ticiū cum i adulteriū nó peccauerit ab accuſatióe adulterij abſoluédū p.l.penulti.ff.de adulte.dicebat tamé eū puniendū ac ſi virginé vel viduá cognouiſſet p.l.euz q.ff.de iniur.§.cum aliqs vide qđ no.C.de repu.l. vxor.p quá ibi gl.arguit ad primū dictum ⁊ idé arguitur.xv.q.j.illud.xxxiiij.q.ij.in lectū.allegationes át Pilei infra tágenṫ ſup ſimili qóe fratris vberti q̃ querebat an clericus cognoſcés mulieré ſolutá q̃ ab ipo ⁊ oibus cóiter habebaṫ ꝑ maritata vel ecóuerſo maritatam que mó predicto habebaṫ ꝑ ſoluta veritate detecta ſit puniédus vt adulter pene iuris cóis vel ſynodalis ſtatuti quo cauetur adulterantem cum alterius vxore beneficio fore priuatum. ¶ Primū ꝓbemus vtroq3 caſu illū vt adulteruz puniédū. Et primo de ꝑmo inducentur tres róes. de ſcđo alie tres in contrarium incudétur de primo due rónes de ſecundo alie due. Et demū due alie de vtroq3. tertio dabitur ſolutio diſtinguens eorū caſus ⁊ intentionez delinquentis.

¶ Ad ꝑmū certū eſt ꝙ maleficia diſcernuntur voluntate ⁊ propoſito.xv.q.vj.c.j.in fi.xxxiij.q.v.ꝓpoſito.⁊.c.ſicut de ſen.excó.cū voluntate cū ꝯcor.j.glo.hic eſt ꝙ deficit delictū vbi nó fuit volūtas.l.di.pſbros.xv. q.j.§.j.⁊.§.vt itaq3.ver. cecus.⁊.c.merito.xxxij.q.v.reuera.⁊.c.de pudicitia cum ſequentibus.xxxiiij.q.ij.in lectum.ſicut ét in meritorijs volūtas informat actuz.lxxxvj.di.non ſatis.⁊ in pre.c.ſicut.xxxij. q.v.facit ad vtrūq3.xlv.di.due ſunt.xv.q.j.non eſt.

¶ Concludiṫ ergo illū adulterū q ꝯiugatá cognoſcere intédebat alſ ex cótrario ſequereṫ ꝙ ꝯſcia peccádi tñ erróea non faceret qué reū.vt in illo qui propriam vxorem cognoſceret quá crederet aliená qđ eſt falſuz.xxviij.q.j.§.ex his.ꝺ reſti.ſpo.lṙas.de pſcri.c.fi. bene facit. xxij.q.ij. homines in fi.⁊.c.is qui.ꝟ.potiuſ.⁊.q.v.§.ſi ergo poſt pn.⁊.ſ.de iureiu. q̃to ad fi.⁊ quod no. xxxiiij.q.j. in fi. ſumme.

¶ Scđo ſic.ꝯſtat qđ pp intétióis effectum cū opere ſubſecuto non vere bigamus punitur pena bigamie.de big.nuper.⁊ ꝓcedit h ét i eo q ſcire pót ſe vere nó agé qđ agere vṙ vt ibi.fortius ergo procedet in eo qui vere credit agere qđ alijs agi videtur. iudiceṫ ergo iſte adulter pp affectū ⁊ op⁹ l3 in veritate i numero adulterorū nó ſit vt no.xxij.q.j.quot quot facit.l.eū q.C.de adulter.cuius ꝟba habenṫ i pre.dec. nup.facit.C.de furt.l.ſi quis ſeruo.vbi ꝓpter itétionéteneṫ ſerui corrupti ⁊ furti q veṙ ſeruū nó corrupit nec furtū fecit.

¶ Tertio ꝓbaṫ idé ex poſſeſſione ⁊ cói opnione.de primo cóſtat ꝙ poſſeſſio ſepe h3 ꝓꝑetatis effectū ꝺ elec.querelá de cá poſ.cū olim de iure pa.ꝯſultatióibus.hec át erat in poſſeſſióe matrimonij. iudicabiṫ ergo vt talis ⁊ ſic eá cognſocés diceṫ adulter.ff.de adul.ſi vxor.circa pn.ibi ſiue iuſta cá ſiue iniuſta.⁊.§.diui.ibi.neq3 qualecūq3 matrimoniū neq3 ſpé violare o3. De ſcđo.ſ.de opinione cói videtur ꝙ é fortior q̃3 fictio ró q2 fictio pſupponit contrariá ꝟitaté.lxxv.di. qđ a patribus.xxvij.q.ij.ſunt q dicūt.cómunis opinio nó.imo crediṫur ⁊ habeṫ ꝑ veritate.ſ3 fictio ſũiṫ ꝑ veritate.l.di.ferruz de tépo.or.litteras.fortius ergo cóis opinio.iij.q.vij.§.verum .C.de teſta.l.i.ponderato ergo initio qđ in delictis póderádū eſt ex quo iſti ⁊ alij putabant illá cóiugatá a ꝑncipio iſte fuit adulter.veritas patefacta nó mutabit delicti naturam. j.q.j.ꝑcipatus de elec.dudum. ¶ Circa ſcđm caſū qónis probatur q2 qui vxorem alterius cognoſcit adulter eſt.ſed iſte indiget vt in themate:ergo adulter.primum patet.xxxvj.q.i.§.cum ergo.xxxij.q.iiij.meretrices.⁊.q. vij.adulterij .ff.de adul.l.ſtuprum. ná quod plus eſt cognoſcens etiá ſeparatá a viro per ſniaz pp adulteriū adulter eſt.xxxij.q.j. dixit.⁊ ſi dicas ꝙ nó intédebat. Rñdetur imputari alicui etiá illud qđ euenire potuit ex actu illicito ꝑter intétioné agentis ét ſi nó euenerit.vñ dicitur hóicida ſui qui ſe abſcidit. ⁊ homicida infantis qui illum expoſuit licet homicidia ſecuta non fuerint.primū patet.lv.di.ſi quia abſciderit ſecunduz lxxxvij.di.c.vlti.fortius ergo imputari d3 quod ꝟe euenit licet intentio ad id non fuerit. Pileus allegabat.ff.ad.l.aql. ſciam.§.ſi meum.ſi ſeruum qué liberū putabas occideris.l. aquilia teneberis.ff.de iniur.eum qui.§.ſi iniuria.⁊.ff.de verbo.ſig.inter ſtuprū.⁊ ſatis eſt ꝙ delinquere voluit licet aliter euenerit.ar.ff.ꝺ ma.vi.ſi pater.de iuris ⁊ fac.igno.l.regula.nec mirū cū quandoq3 ſolū factū dánetur etiá ſi deſit nocendi voluntas inſti.ad.l.aquil.§.penul.C.vnde vi.ſi quis in tantam.ff.ad.l.cor.de ſiccarijs eiuſdé.§.qui hominé.ff.ꝺ penis ſi qs.§.qui abortionis. ¶ Item de ſtupro nó tenetur quia illud non commiſit licet cómittere putauerit.ff.ꝺ fal. l.impuberé.§.j. Si ergo de adulterio non puniatur remanebit crimé impunitū quare dicendum eſt eum de adulterio teneri.ff.ad.l.aquil. Item mela.§.ſ3 ⁊ ſi.⁊.l.ita vulneratus.§. ꝙ ſi quis. Secūdo ſic probatur.ex quo quis ré illicitam facit omne quod ſequitur imputatur.iſte autem illicitam rem egit cognoſcédo feminam que ſua vxor nó erat.xxxij.q.iiij. nemo.ergo intentio vel ignorantia non excuſat eum a cl̃pa quam inueritate commiſit: ⁊ hoc inducit res illicita quam aggreſſus é que facit etiam iputari caſus fortuitos q̃ ſunt preter propoſitum.xxv.q.j.§.vt itaq3 ver.vt autem de homi. cótinebatur.⁊.c.dilectus in fin.facit eodez titu.c.fin.lib.vj.

¶ Tertio inducitur caſus ꝙ in vtroq3 queſtionis caſu ſit verus adulter.xxxij.q.iiij.nemo.⁊.c.meretrices.vbi innuitur cū omni muliere preter propriam vxorem adulterium committi.ad idem eadem queſtione q.c. viderit.de peni.di.j.ſi qui.ſcire enim debebat quod ſuum non erat ad alium pertinere.C.vnde vi.cū querebatur.xiiij.q.v.multi.ex quibus cócluditur vtroq3 caſu thematis clericum adulterum iudicandum. ¶ In contrarium probatur clericum in neutro caſu adulterū.de primo ſic.non eſt adulter verus niſi qui alteri⁹ vxorem cognoſcit.ſed iſte ꝑmá cognoſcédo vxorem alterius non cógnouit ergo.⁊c.maior probaṫ.xxxvj.q.i.§.cum ergo cū iuribus allegatis.ſ.minor preſupponitur in themate. ſcilicet ꝙ detecta veritate patet illam eſſe ſolutam ⁊ ſic concluditur propoſitū.tanta eni eſt veritatis virtus ꝙ opinio cótraria ſibi cedit.viii.di.veritate.⁊.c. qui contempta.⁊.c. conſuetudo.lxxxi.di.quicūq3 de peni.di.ii. citius. ſententia ergo ſuper adulterio ferri non poteſt cū verum detectuz reſiſtat.de frigi.fraternitatis.xxix.q.ii.ſi quis igenuus.nec mirum cum quandoq3 etiam reuocetur propter id ſnia lata.de pur.vul.ſignificantibus.C.de re.cre.l.ſi.que tamé pro veritate accipitur de re iudi.cum inter vos.ff.de reg.iur.res iudicata.fortius ergo tolliṫ illa q̃lis q̃lis opinio.bñ facit de ſen. exco.licet.li.vi.ff.quando acti.de pecu.é anna.l.prima.de códi.ſine cauſa.l.ſi fullo.C.ꝺ tranſacti.ſi ex falſis de eo q dux. i matrimoni.ſignificauit.

¶ Secundo inducitur regula in penis.eodem titu.cum cócor.vt ſcilicet in penali materia non ſolum vbi de veritate cóſtat ſed etiam vbi dubium eſt benigna fiat interpretatio ⁊ ſicut potius pſumitur quis non deliquiſſe q̃3 deliquiſſe.i.q. vii.l.ſancimus. ſumpta.C.ad.l.iul.repetun. ⁊ extra de procura.in noſtra.ſic ⁊ in dubio.potius preſumendus eſt quis minus q̃3 plus deliquiſſe vt mitior pena ſequatur.ii.q.iii.§. notandum.ff.de penis ſi preſes facit.ix.di.ſana quippe.l.di. ponderet.xxv.q.vii.alligant.fortius igitur cum de veritate conſtat non debet propter precedentem opinionem aggrauari delictum. Iudicabitur ergo fornicatio que minor eſt adulterio.xxxii. q. vii. adulterij malum. facit etiam regula odia eodem titu.⁊.l.vulgaris.§.ſi quis es.canonizata de peni.di.i.⁊.ff.de crimi.expi.here.l.vlt. ¶ De ſecundo caſu.ſ. ꝙ non fuerit verus adulter cū ſecunda ſic probaṫ.ois adulter é doloſus.null⁹ ignorás é doloſus.ergo nullus ignorás é adulter.maior patet:quia adulteriū nó cómittitur ſine dolo.ff.ꝺ adulte.l.penul.C.de repu.l.vxor.in ſi.pileus allegaṫ.

.C.de fal.

.C.de fal.l.j.z.l.cum qui.C.de iniur.ſi non cōuitij.ff.de ſeruo cor.l.doli.in pn̄cipio. pōderatur eni affectus nō effectus.ff. de ſicca.l.diuus.minorē ꝓbat lex.ff.loca.ſi ignorans aperti⁹. ff.ad ſilk.ſi qs in graui.§.ſi ignorās.vbi innuit ꝙ in his que dolum requirunt ignorantia etiā iuris excuſat. fortius ergo ignorātia facti vt in regula ignorātia.codē ti.cū cōcor. Itē vt dic Pileus nō refert an nullo modo voluerit delinquere an nō taliter.ff.ō fur.l.verū.z.l.qui iniurie. Concluditur ergo hūc ignorantē nō fuiſſe doloſum z ſic nec adulterū.ar.xxij.q.iiij. §.illicitū vbi eni reqrit dolus ipſo deficiente nō cōmittit delictū.ff.ō fur.iter cos.§.recte.z.l.falſus.§.q alienū de iniu. Itē apō.§.ſiqs vgines p q̄ alle. Pileus ꝙ et ō ſtupro nō teneat .ff.de re.du.l.iij.quā vide in ſuf.de offi.dele.cum ſup ulti.glo.

¶ Secūdo p caſu inducit.xv.q.j.inebriauerūt vbi ignorantia in quā tamē incidit loth ꝓpter ſuam culpā.ſ.ebrietatis excuſat ab iceſtu ex copula filiarū.facit.l.ff.ō iniur.illud canon. xv.q.j.vbi hoc no.z.xxxiiij.q.ij.in lectū.ſ.in caſu ꝓpoſito nō eſſe adulteriuz.facit de ſen.excō.ſi vero.ij.z.c.in audientia.z cle.de cōſan.z affi.c.vlt.in verbo ſcienter z videt caſus.C.de adul.ſi in ea vbi ceſſat adulterij crimen in illa que meretricio more ſe exhibuit. ¶ Tertio ad vtrūqz caſuz ſic arguitur vbi deeſt rei eſſentia vel aliquod eſſentiale ibi nō pōt dici rē eſſe. ſz vtroqz caſu deficit aliquod de eſſe adulterij ergo dficit adulterium.maior probat.j.q.j.de trahe.z.c.paulianiſte. de cō. di.ij.cum oē de bap.debitū.ꝓbo minorē eſſentia rei ꝯſiſtit in materia ꝯpetēti z debita forma mā eſt mulier maritata vt ſepius dictū eſt. formā dicimus propoſitū z volūtatē que ſunt forma virtutum z vitiorū.xlv.di.due ſunt.lxxxvj.di.non ſatis de pe.di.iij.ille rex. vt aūt patet ex ſuperioribus in pmo caſu deficit materia adulterij qa mulier erat ſoluta in ſcdo forma qz nō adulterari ſed fornicari volebat ergo neutro caſu iudicabit vt adulter.hec aūt maxime procedāt quo ad penaz ſtatuti cū ſtatuta maxime penalia ſint ſtricti iuris z nō late ſumēda.ergo ipſorū pena caſuz expreſſum nō excedat de hoc dixi ſup regula pro poſſeſſore ſed in pmo caſu non fuit adulterās qz non intēdebat in ſecundo illa in veritate non erat alterius vxor z ſic quo ad penam ſtatuti nullo modo eſt adulter.

¶ So.quantū ad forū pniale vel eternū iudicē.primo caſu iudicatur adulter qz adulterari intendebat de pe.di.j.nunqd z.c.ſi propterea vbi de hoc.z.xiiij.q.v.ſi quid inueniſti. z omnia que.§.ponderāt intētionē delinquētis.ſecūdo caſu ſi cuz ignorātia cōcurrebat intentio abſtinendi ſi ſciret illā coniugatam tūc fornicator cēſet z ſic intelligit glo.illius.c. illud. ſi vero cōcurrebat intentio contraria tunc iudicat adulter facit.xxxij.q.iiij.origo ſi querat de pena iudiciali ſumēdo ſtricte adulteriū pro violatiōe cōiugalis thori videtur aliquib⁹ iſtum neutro caſu adulteruz:cum ſibi primo caſu ſuffragetur veritas.in ſecūdo opinio quorum alterū excuſat vel attenuat in delictis altero reiecto qō delictuz aggrauat q̄ſi requirent ad penā illa duo cōiunctim vt pre.l.vulgaris.§.ſi qs ex.z facit quod no.xiiij.q.v.ſi quid. z faciunt leges inducte.§.parte ſecūda.ver.ſecūdo inducit in fi.z ver.de ſecūdo ante fi. z hec opinio eſt benigna. Sed ibi fratri vberto nō placuit cū canones acriter perſequātur hoc crimen ꝙ primo caſu puniēdus ſit pena iuris communis vt adulter cū ibi fuerit culpa in ope dolus in intētione z communis opinio in qualitate que tria merito preferūtur volūtati poſtmodū detecte vt in.c. nuper cū ſimilibus.vbi vero pena ſtatuti grauior eſſet nō puniet illa ſi veritas appet ante ſniam quia ex ſui nā reſtringibili requiritur ꝙ ſit vxor.cuius ſtricto nomine nō itelligitur putatiua vt dixi in fi.ſecunde partis.ſi tamē poſt rem iudicatā z nō prius veritas appareret nō reuocabitur ſententia de re iudi.iter moñ.z patet ex no.de do.inter vi.z vxo.plerūqz. non obſtat decre. ſignificātibus de pur.vul.quia ibi fuit lata ſnia per ꝓbationes reprobatas a iure ſic.C.de trāſac.ſi ex falſis. ¶ In ſecūdo caſu quia ſicut ſtatutum nō excedit ſuū caſum ita nec illum preterit vt verū ſit iſtum vxorē alterius cognouiſſe z lz non in ea ſpecie fuit tamē doloſus in genere. videt ipſum forte adulterū p dicta i prima parte ver.ij.ſic probat hoc. tamē ipſe verum putat ſi mulierem in habitu matronali repertam nō aduertēs nec curās qualis eſſet cognouit libidinis explēde cauſa.tunc enim ex hac intentiōe cōmuni iudicabitur delictum ſecūdum rei veritatē z mulieris qualitatē. facit.lvj.di. dominus in hiſtoria de iuda z thamar. ſi aūt mulierem notaz hn̄s ſciebat eā reputari ſolutā z talem eſſe credebat nō dicit adulter cū ad id non ſufficiat culpa ſed requirat dolus per pdictā.§.parte ſecūda.ver.de ſecūdo. z verſic.ſe.maxime ſi in habitu meretricio erat.z ſic loqt lex ea que.C.de adul.z dec. ſi vero z in audiētia de ſen.exc.pdicta autē intellexit quādo clericus ad illicitum intendebat.ſi aūt ad licitum coitū intendebat quia cū illa cōtraxerat z id poterat quia erat in minoribus tantū neutro caſu dicet adulter primo nō quia propriā vxorē cognouit licet ex falſa credulitate peccauerit.vt nota. xxxiiij.q.j.in fi.ſumme.ſecūdo nō cū bona fide ꝯtraxerit z ſic etiā peccauit.z ſic loqtur de eo q dux.in ma.c.j.z.c. veniens. xxxiiij.q.ij.p bellicā.z.c.ſi vgo z hoc caſu loquant leges.C.ō repu.vxor.ff.de adul.l.penul.excuſat eni q ſine culpa facit rē illicitā pp facti ignorantiā z ſic loqtur lex genero.ff.de his q no.infa.per hec ſic ſpecifice diſtincta ſint que videbantur cōtraria concordata.

c **Cum quid** prohibet.xxxix. eſt regula huic ſīlis aliquo prohibito omne id ꝓhibetur p qō puenit ad illud z hec loquitur de cōſequētia prohibitionis mediorū p que puenitur ad extremū. iſta vero loquit de conſequētia prohibitionis extremorū que ꝓcedūt ex primo prohibito. Et in hac ſīliter pone exemplū.ff.de ſpon.l.oratio vbi prohibito matrimonio ꝓhibita ſunt etiā ſponſalia p que puenit ad illud z ibi concor.de hoc.nō obſtat de ri.nup.ſi qs officium.que loqtur in ꝓhibitiōe temporali illa vero loquit in perpetua ſecūdum Hy.ex illo.Jo.mo dicebat exempla ponēda p dec.cōſtitut⁹. z.c.ex tenore.§.de ꝯceſ.preben.z.c.cuz dilecta.z.§.eo.li.z ti. deteſtāda. ¶ Prima gloſ.ponit exempla z in fi. regulā concor.huic. ¶ In gl.i.ibi zc.ſ.pignus hypotheca emphiteoſis z ibi cui ꝓhibitus a pomerio vl ſuburbijs ciuitat] z a ciuitate ¶ In glo.i.ibi nulli. Item traditio que ſequitur ex illa vt in prohibita venditione fundi dotalis z aſcriptitij ſine gleba in quibus traditio non tranſfert dn̄ium.inſti.qui.ali.non licz.in princi.C.de agri.z cenſi.l.quemadmodum.li.xj.idem in re eccleſie quā etiam vendicare poteſt prelatus alienans z tradēs .C.de ſac.ſan. ec.l.iubemus. ad pmū nō ob.ff.de fun.do.l.penul.de vſur.l.iure pdiū.ibi enim traditio ideo trāſfert dn̄iuz. quia prohibitionis cauſa finita erat.ſ.quia deſierat fundus eſſe dotalis. Hy.

b **Ex regula** per contrarium ondit ꝙ vno conceſſo omnia ꝯceſſa intelliguntur que ſequūtur ex illo z ſic facit ad qōnem quā diſputaui que ad litterā hic ponetur z ſic proponebatur. ¶ Queritur an ex priuilegio huius ſtudij per quod conceſſit papa quibuſdaz prohibitis quod poſſint hic audire ius ciuile z in eo libere ſtudere liceat eis hic in eo iure docere vel doctorari. ¶ Quia ſenarius numerus eſt perfectus vt.§.eo.li.in poemio nouo quodam ordine diſputandi hunc tenebo modum ex textu enim thematis ſex verba vel partes aſſumens quaſi per gloſarum formam ſuper ipſis arguam pro z contra z erit primuz ſuper verba priuilegio. ſecunduz ſuper verbo huius ſtudij. tertiuz ſuper verbo alias ꝓhibitis.quartum ſuper verbo audire.quintum ſuper verbo libere.ſextū ſuper verbo ſtudere.poſt que determinabitur dubiū.dabit conſiliū z ſolutō ꝯtrarijs ſatiſfiet. ¶ Et vt experriar an expediat nouellā meā quo ad decretoruz allegatōes ſic ſcribi vtar hic algoriſmo. ¶ Ad primum priuilegio. certum eſt z vulgare ꝙ priuilegia maxime principū ſunt large interpretāda.immo largiſſime.ijq.iij.ad fi.xij.q.ij. qui manumittitur.de verbo.ſignifi.in his z.c.olim.ff.de conſti.princi.l. fi.C.de ſen.paſ.z teſti.l.vlti. cum ergo hic loquamur de interpretatione verborum rei tam fauorabilis fiat ampla maxime vt pena vitetur aſtute interpretantium.C.de legi.l.ij.

¶ Contra licet regulariter predicta ſint vera tamen non ha
bent locū quādo priuilegiū datur ſup re ambitioſa quod pa
tet de preben. ꝙuis li. eo. §. e. li. de ſi. prel. c. j. ⁊ veniat regula
que a iure cū ſuis cōcor. ⁊ eo. Item licet priuilegia ſint fauora
bilia nō tamē recedimus a verbis ipſorū de priui. porro. ⁊. c.
recepimus de preben. cui de nō. pone ergo ꝙ per priuilegiuz
mihi cōpetit vſus rei vel iter nunquid p hoc hebo vſumfru
ctum vel actū. planū eſt ꝙ nō q2 verbuz id nō importat. inſti.
de vſu ⁊ ha. in pn. ff. eo. l. ij. inſti. de ſerui. in pn. immo qđ plus
eſt ipſa verba ſepius reſtringunt. quod p3. de priuile. petiſtis
§. eo. li. ⁊ eo. ti. abbates ⁊. c. vt apꝛice quare cū ꝓhibitio ſit fa
uorabilis vt infra probabitur priuilegiū ambitioſuz ergo nō
dilatandū ſed verbū reſtringēdū vel ſaltē in ſignificatōe pro
pria retinēdū maxime q2 facilius cōcedit ſubeſſe ꝗ̄ peſſe. de
ſi. presby. c. j. cuz ſimilibus. ⁊ quo ad pdicta vide qđ ſcripſi de
verbo. ſigni. olim ſup vlti. glo. ¶ Huius ſtudij p3 p hoc ver
bum thematis priuilegiū non pſone vteti ſed boñ. ciuitati ⁊
ſtudio fore cōceſſuz cā ergo cōceſſionis fuit ipſius ſtudij am
pliatio vt etiam p3 ex verbis ſed eſt patens ꝙ intantū poteſt
ampliari ſtudiū p ſummi legiſte doctrinā ſicut p ſcholaſticaz
diſciplinā ad quod de Titoliuio dicit hierony. in ꝓemio bi
bliothece. ad eū romā veniſſe multos nobiles de finibus hiſ
panie ⁊ gallie ⁊ quos ad ſui cōtemplationem roma nō traxit
illius hominis fama perduxit. vt ergo ſaluet cauſa conceſſio
nis etiā de docente priuilegiū d3 intelligi ad quod facit ꝙ ꝓ
uilegia vniuerſitatibus cōceſſa fauorabiliora ſunt ꝗ̄ cōceſſa
perſonis. §. eo. li. de priuile. ne aliqui. Ex alterius ergo perſo
na cōſequit ſtudens doctorandi ⁊ docēdi potentiā quod ex
ſua nō poſſet nec hoc eſt nouū. quod patet de con. pre. aucto
ritate. ff. ad tertul. l. ij. §. obijcit. ver. ſi ſic. C. de na. li. auten. licz
cum ſi͠ilibus. Contra licet ſic ampliari poſſet tamē hec verba
non ſonāt vt dictū eſt. §. ad id quod de alterius perſona dicit
reſpondet p decre. is cui de preben. §. eo. li. ał's ꝓhibitus. ad
uertendū eſt ꝙ iſti prohibiti ſunt cōſtitutione canonica: ⁊ ſic
cōcedentis. ſ. pape fiat ergo cōtra ipſuz papam lata interpre
tatio quod optime ꝓbat dec. cū dilectus de ꝯſue. ⁊ regula cō
tra eum. ⁊ eo. ti. cū ſuis cōcor. ⁊. ff. de pac. l. veteribus ⁊ qđ ibi
no. excipere eni3 potuit papa ⁊ nil excepit ad hoc de iurepa.
ex litteris. ⁊. c. cū ſeculū. omnia ergo veniant in cōceſſione ma
xime q2 probibitio penalis ⁊ ſic ſtricte ſumenda. de peni. di. j.
pene. §. eo. li. de elec. ſtatutū. ff. de penis interpꝛetatione. ⁊. e. ti.
in penis cū cōcor. Contra l3 probibitio propter penā odioſa
ſit tñ propter ſui cauſam eſt fauorabilis vt. ſ. amplieꝛ theolo
gie ſtudiū ne cle. vel mo. ſuper ſpecula. Item vt melius vacēt
ſacris. xxxj. di. §. cauſa ⁊ qnq3. c. ſequētibus. de offi. archi. ⁊ ar
chiepiſcopus. c. j. ad id de ſin. c. vni. ff. ꝺ arbi. nō diſtinguem⁹
§. ſacerdotio. hoc ergo odioſuz ⁊ fauorabile nec late nec ſtri
cte interpretemur ſed ſtemus verbis. ad hoc quod no. ꝺ elec.
cum in cūctis in. v. gl. ⁊ eo. ti. c. penul. §. eo. li. Intelligatur er
go omiſſuz quod nō fuit expreſſum. xcvj. di. vbi nam cuz ſuis
cōcor. glo. immo ex aliquorū actuū expreſſione reliqua viden
tur excepta ⁊ ꝓhibita ſicut cum vendo fundū expreſſis aliq
bus inſtrumentis fundi reliqua videor excepiſſe. ff. de fundi. i
ſtruc. queſituz. §. item reſpondit ⁊. l. cum delanionis. §. cui fū
dum. maxime q2 cū cōcedit probibitio leges audire cauſa cō
ceſſiōis videtur vt melius intelligat canones vt no. xxxvij. di.
c. j. ſed experientia docet ꝙ magiſteriū ſcientie nil adijcit er
go ⁊c. de tranſla. c. ij. ¶ Audire. aduertendū eſt negari non
poſſe quin ſub verbo auditus includat doctrina. ineſt. n. ex vi
correlatiui ꝙ ſi poſſuz audire ergo alios docere ſi ergo p pri
uilegium cōcedit ex vi correlatiui ⁊ cōnexi alteri vt doceatur
ergo ⁊ iſti vt doceat. ad hoc. v. di. ad eius. video enim ꝙ non
ſolū principale includit acceſſoriū. ſed etiā cōnexum acceſſo
rio vel ipſius acceſſoriū quod ꝓbat de offi. dele. prudētiaz. §.
ſexta. ⁊. §. ſe. ⁊ ꝓbat. §. e. li. de preben. c. antepe. ff. de li. ⁊ poſt.
ſi ita. §. regula. de donatio. inter vi. ⁊ vxo. c. ij. caſus quoꝝ bre
uitatis cā per te videas. eſſet eni abſurdū ꝙ priuilegiū meuz
plus tibi ꝗ̄ mihi cōferret ⁊ quod tibi pp me cōpetit fortius
mihi. xcv. di. illud. itē ſi mihi cōcedit vſus rei ergo ⁊ ipſi⁹ rei
factio quod ꝓbat. §. e. li. de ſen. exc. qm̄. cōceſſo eni vſu chriſ
matis cōceſſa intelligit eius factio vt ibi. ſic ⁊ cōceſſo vſu iu
ris ciuilis ⁊ factio doctoratus. ſ. ⁊ doctrine. plus ꝓbo doctri
na expreſſe p verbum docēdi nō eſt talibus ꝓhibita. habem⁹
eni in hac mā tria verba ꝓlata. ſ. lectio auditio ⁊ ſtudiū ſed ꝓ
ter id qđ dixi. §. verba penalia ſtricte ſumenda ꝙ illud vbum
lectōis ponat in hac mā pro lectione diſcipuli nō magiſtri ꝓ
batur tripliciter pmo ſic cōciliū thuroñ. ne cle. vel mo. mag.
dicit ꝙ illi monachi exibant ad legēdas leges vt poſſent me
lius ⁊ fidelius tractare negocia monaſterij ad legendā phiſi
cā vt poſſent curare monachos infirmos ꝓpter quod p3 ꝙ
loquit de exitu nō ad lecturā doctoris ſed diſcipuli. Secun
do ſic cū cōciliū ꝓhibendo fuiſſet vſuz verbo legēdi Hono
rius dicit interpretando cōciliū ꝙ cōciliū probibuit audituz
eo. ti. ſup ſpecula. Idem bonifacius. eo. ti. §. eo. li. c. j. Tertio
ſic q2 multis iuribus ꝓbat verbum lectionis intelligi de lecti
one diſcipuli. de magiſ. c. j. de elec. cum ex eo. §. eo. li. vtrobiq3
legendi ⁊ proficiendi. xxxvj. di. c. ſi. ibi diſcat legendo ſcriptu
ras aut populum doceat. de etate ⁊ quali. c. ſi. ibi legiſſe dona
tum de renum. poſt tranſlationem ibi exercitium lectionis er
go tum ex mente concilij. tum ex interpretatione romanorum
pontificum. tum ex propria ſignificatione verbi patet per ver
bum legendi doctrinam non prohibitam. ¶ Reſtat ꝙ aut
doctrina nō eſt prohibita. ⁊ ſic queſtio plana cum ea de qui
bus queritur etiam ſine priuilegio poſſet: aut eſt prohibita p
verbuz auditus ⁊ ſtudij ⁊ tunc quo iure illa verba prohibito
ria ⁊ penali lege includunt magiſterium eo iure ⁊ fortiori illa
verba relaxatorij ⁊ gratioſi priuilegij illud includunt. ⁊ ſub
lato expreſſo ſublatum ſit tacitum. C. ſi reus vel ac. l. ſi. ⁊ facit
quod no. de reſcrip. c. j. §. eo. li. in glo. ij. de cle. cōiu. quod a te
maxime quia cuz ſimul prohibitio manauerit. ⁊ hec ſint ſiꝉia
⁊ ꝯnexa. C. de male. ⁊ ma. l. culpa vno ſublato virtute cōnexi
onis ⁊ reliquū de conſti. tranſlato. ¶ Contra planum eſt ꝙ
audire ⁊ docere ſunt diuerſa ⁊ tripliciter probatur.
¶ Primo ex diuerſitate noium C. de codici. ſi idē ꝺ deci. ad
audientiā. ¶ Secūdo q2 diuerſis membris actus illi ꝯueni
unt qđ per ſe p3 ad hoc. j. ad corinth. xij. ⁊. lxxxix. diſt. ſingula
¶ Tertio q2 iura ponunt hec p diuerſis vt patet in proemio
dec. ⁊. §. eo. li. in proemio ꝺ loca. c. j. de priui. ſuper ſpecula. ne
cle. vel mo. c. ij. ij. rñ. §. eo. li. ⁊ lex predicta culpa ſimilis ponit
illa pro ſimilibus ergo non ſunt idez. primū vero ſuperius ar
gumentum tollit. quia per id ſequeretur ꝙ cui cōceditur au
dire diuina cū per conſequens concedatur alteri ꝙ ſibi cele
bret. ergo ⁊ ipſe celebrare poſſet: ſed planuz eſt hec. diuerſa.
de priui. c. pen. ⁊ vlti. §. eo. li. de ſen. excō. c. ſi. ¶ Libere. non
dix ſimplr ſtudē. ſ3 libere ſtudē verbū d3 aliqd opari. xxviij.
q. j. ſic enim de diuor. gaudemus. de priuile. ſi papa. §. eo. li. ff.
de leg. iij. non aliter. pro lata vero ſignificatione huius verbi.
facit de preben. de multa. ⁊. c. licet eps. §. eo. li. de procur. qui
ad agendū. in ſi. eo. li. ff. eo. procur. cui libera. poteſt enim trā
ſigere habens liberam ꝙ alias non poſſet. itē parte debiti ſo
luta non eſt liberatum pignus. ſed tunc cum totū fuerit ſolu
tu3. ff. de diſtra. pi. quā diu. nec pro parte faciens ad quod eſt
obligatus. ff. de verbo. ob. in executiōibus. §. penul. ⁊ de hoc.
de penis ſuam. ſic nec per conceſſionem partis ſtudij diceret
liberuz ſtudiū conceſſum ad idē de reſti. ſpo. piſanis. nec dici
tur liber ad ordines i quo ſeruitiū aliqđ retinet. liiij. diſ. q cūq3
¶ Contra. tollitur argumentatio ex hoc verbo. per cañ. xxj.
q. i. relatio. de re. eccle. non ali. vt ſuper. in ſi. de ſecū. nup. c. ſi.
de offi. vica. cum in generali. §. eo. li. ff. de dona. filius. C. de in
offi. teſta. ſi quando. in princi. per que iura patet verbum libe
re nil vel parum operari. Item docet experientiaz ꝙ ſepe po
nitur in litteris ad ornatum rethoricum. ¶ Studere. ſtudi
um ex tribus partibus perficitur vide. i. ad Timoth. iiij. attē
de lectioni exhortationi ⁊ doctrine. xxxvj. di. c. ſed ſicut ver
bum ſtatuo debet deſignare rem perfectam ⁊ conſūmatam.
de peni. di. j. hec autem verba de verbo. ſignifi. in his. ff. quod
quiſ. iu. l. j. ita verbum ſtudij habet deſignare ſtudium perfe
ctum quod perficitur in vltimo actu doctrine nō inchoatum
vel mediatum tantum plus canon a vi textus probare videt
ꝙ appellatiōe ſtudij includatur doctrina. xxvj. q. v. aliquāti.
vt ibi

vt ibi patet ex princ. ⁊ fi. ad idem. li. x. C. de excu. ar. l. vni. in fi. ibi ſtudium docendi atqꝫ diſcendi. ⁊ dec. ij. de priui. ſ. e. li. maxime cuꝫ docẽs ſtudeat ⁊ diſcat docẽdo. vt in. l. ꝑdicta vbi de hoc. Item papa qui eſt vicarius eius qui nõ nouit opus imꝑfectuꝫ non dꝫ intelligi fuiſſe locutus de ſtudio imꝑfecto. de bap. maiores. ⁊ circa hoc adde ꝙ dixi ſup regula qui prior in qõne potiorũ in parte. ij. Item nec valet ꝓ parte aliquid facẽ de ꝯſe. di. ij. cõperimus. ff. de ꝓcur. in cauſe pro dereli. l. iij. de tranſac. l. cum hi. dato etiam ꝙ appellatione ſtudij altera potantũ itelligeretur per partem tamẽ dicemus totum eſſe cõceſſum. xiiii. q. v. penale. xxxii. q. iiii. meretrices de peni. diſti. vulgaris. baptizatur enim quis parte corporis tacta. de con. di. iiii. nec quẽcꝫ. ⁊ c. proprie. vbi de hoc ſicut per partẽ totũ poſſideo. ff. de ac. poſſ. poſſideri. §. j. ⁊ faciant iura que ꝓbant vno demandato demandatũ eẽ cõnexum. ff. d procur. legatũ ⁊. l. ad rem mobilẽ ⁊ man. l. vltima. de electione. in cauſis cuꝫ ſimi. ex quo enim ſentit onus diſcendi habeat ⁊ honorem docendi. ſ. eo. tit. qui ſentit onus cum ſuis concor. qui poſuit ꝑncipium ponat finem de con. diſtin. c. nullus epiſcopus. de renũcia. c. j. cum concor. ſicut iudex de qua re cognoſcit ꝓnunciare debet. ff. de iudi. de qua re. de cauſa poſſeſſio. cum ſupernam ſicut excõmunicatus appellat ita ꝓſequitur ⁊ finit appellationis cauſam. de except. cum inter priorẽ. nam ſicut matrimoniũ legittimat ⁊ habilitat naturalem etiã ad ꝑlaturam qui filij ſint legit. per venerabilem. vbi de hoc. ſic priuilegiuꝫ legitimat ⁊ habilitat iſtum etiã quo ad magiſteriũ. ⁊ ſic ſimile quod dicit̃ de minore pubere quem habilitat iuramentum per auten. ſacramẽta. C. ſi aduerſus vendi. Contra ſtudere reſpicit auditum quod ꝓbatur ꝑ decret. ſuper ſpec. ne cler. vel mona. vbi ꝑmittit de audientib⁹. poſtea ſubmittẽs ꝙ epiſcopi in quoꝝ dioceſibus ſtudent ⁊c. ꝓbatur idem de mag. ſup ſpecu. vbi ſtudentes ⁊ docentes ponit tex. vt diuerſa ad ideꝫ de ꝑſump. ex ſtudijs cõiuncto illo verbo cum eo qꝺ ſequitur auditionis ſapientũ ⁊c. de tali ſtudio ſcolaſtico loquatur de electione. bone. ij. ⁊ c. innotuit. de ꝓcurator. dilectus. de cle. nõ reſi. tue. de offic. delega. conſultatiõibus de reſcript. c. fin. ſ. eod. lib. ff. famil. herc. ea que. ⁊ ſi dicas ſcdm id qꝺ nil operari cum de auditu iam dictuꝫ eſſet in ꝑuilegio. Reſpondet̃ ꝙ ex huius verbi virtute priuilegiatus etiã principale ſtudium iuris ciuilis facere poterit non audiẽdo. ⁊ hoc addit hoc verbum ſtudere: fateor tamen ꝙ ſtudium interdum habet denotare alios actus preter meditationem litteralis ſcientie. Iudicum vi. Ingenti ſtudio cauẽdũ eſt ne aliqua domus iſrael ꝑeat. Eccleſiaſtici. xliiij. pulchritudini ſtudium habentes. lxxxvij. diſti. fratreꝫ. ſtudeat de manu fructificare de pac. c. iij. ſtudioſe agendum eſt ⁊c. preſcrip. vigilanti ſtudio cauẽdum eſt ⁊c. ff. de dona. int̃ virum ⁊ vxorem. l. ij. ibi ſtudium filios educãdi. preterea video ꝙ interdum alicui licet ſtudere ⁊ adiſcere. ſed nõ docẽ vt feie. i. ad timoth. ij. xxiij. di. mulier. ⁊. xxxiij. q. ij. mulierem. de conſecr. diſtin. iiij. mulier. ibi dicit̃ ꝙuis docta docere non preſumat. ponit ſtudiuꝫ ⁊ diſciplinaꝫ per verbum docta. ⁊ tamẽ vetat doctrinaꝫ. nec mirum in his cũ plus habeat doctor quã ſtudens honoris. ⁊ prerogatiue quod patet habet enim ordinariam per auten. habita ſignificatam. C. ne fi. pro pa. habet imunitatem muneruꝫ. C. de profeſ. ⁊ med. libro decimo ⁊ mercedeꝫ laboris: vt ibi quod dic vt notatur xxxij. diſtinctio. de quibuſdam de mag. c. penultimo. conſeqtur ex tempore comitatum. C. lib. xij. de profeſ. qui in vr. cum l. vni. eſt de doctorum collegio ⁊ admittitur ad magiſtralia de conſtitutio. ex litteris. adhibetur ei fides. j. ad Timoth. ij. veritatem dico non mentior Doctor gentium. reuerentia. vt xvj. q. i. ſic viue. ⁊ c. ſequenti. lxxxvj. diſtinctio. quis dubitet vj. queſtio. ꝑma. ſacerdotes. ⁊ c. oues. vij. queſtio. prima hoc nequacꝫ. viij. queſtio. ꝑma. qualis. honorabilius ſedet. ſecunda. q. ſeptima. §. de his. C. de tyro. l. fina. libro. xij. ipſorum ordo in eccleſia precipuus eſt. de hereti. cum ex iniuncto. habꝫ immunitatem canonis quod dic. vt notatur de ſententia excommunicatio. c. i. ⁊. c. cuꝫ voluntate. ex quibus patet doctrinam maius eſſe. illud ergo non veniet conceſſo minori. ſ. auditu ⁊ ſtudio. facit quod nota. in regula cui licet. codeꝫ titulo. al's ſequeretur ꝙ ex quo permiſſum eſſet ſtudere in iure ciuili. permiſſum eſſet etiaꝫ in eo iure ⁊ foro patrocinari quod eſt falſuꝫ. de poſtu. c. j. ⁊ vltimo. In huius ergo obſcura ⁊ ambigua probatione ſumamus quod eſt minimũ. ſ. eo. titu. in obſcuris cum cõcor. ad hãc partem faciat. C. de ſtu. li. vr. ro. l. j. li. xi. ⁊ vides quãdoqꝫ ſacerdotẽ habileꝫ ad alia non ad altaris miniſteriuꝫ. de cor. vi. ſignificauit per hec ſuperius allegata pro prima parte ꝯcluditur hunc ꝓhibitum doctorari poſſe ⁊ docere Bononie. per allegata vero ſecũdo concluditur cõtrarium ſcilicet eum hic nec doctorari poſſe nec docere.

¶ Circa ſolutionem queſtionis eſt aduertendum ꝙ de ſcholaſtica lectura quã facit ſcholaris ad ſtudium ſuum tantum. non puto dubium quin illa poſſit vti is de quo queritur cõſiderata ſui cauſa ⁊ videmus non licentiatos ſic legere. ⁊ potius docentur ꝙ̃ doceant. ⁊ eſt quedam aſſuefactio. ad hoc. j. q. j. dedit baptiſmum. ⁊. xxxvij. diſtin. qui de menſa. ff. de po. l. i. §. ꝙ ſi. ad. l. aquil. ꝙ̃ actione. §. ſi quis in colluctatiõe. Circa doctoratus vero officiuꝫ honorẽ cathedre ⁊ doctoralẽ doctrinam ante factum per iura ⁊ ratões. ſ. pro hac parte inductas conſulo ꝙ ab his abſtineat ⁊ quia multis videtur ꝙ mens cõcedentis priuilegium ad illa ſe non extenderet ⁊ quia ſecundum interpretationem Hoſti. nota. ne cle. vel mo. ſuper ſpecula. per lectionis verbuꝫ doctrina prohibetur quã glo. videre poteris in nouella. ſuper verſi. ampliari ad finem. vnde ⁊ ꝓ ſolutione dare poſſem ꝙ hic cum de iuribus verborum papalis priuilegij dubitetur recurrendum ſit ad papaꝫ. de iudi. cũ veniſſent. vt ipſe interpretetur qui dedit de officio ordinarij. c. iij. §. porro. codẽ libro. vtilis enim ⁊ forte neceſſaria in hoc caſu eſſet declaratio. poſt factum vero ſi contigiſſet illum iaꝫ doctoraſſe ⁊ docuiſſe ne infra duorum menſiuꝫ ſpatium deſtitiſſet. vt procedat dubitatio puto euꝫ non incidiſſe penas cõcilij conſtitutionis Honorij principaliter propter id quod. ſ. dixi ſuper ver. audire. ver. plus probo. ⁊ per hanc regulam a cõtrario vt permiſſis auditu ⁊ ſtudio per que acquiritur ſcientia permiſſa dicuntur que ex eis ſequuntur. ſcilicꝫ doctoratus officium doctrina. hoc addito. ꝙ licet conciliũ qꝺ de monachis loquitur, vtatur verbo lectionis. decre. tamen ſuper Specu. que loquitur de iſtis ſecularibus. illud verbũ non potuit neceſſe abſurdum inter eos in hoc aliquid eſſe diuerſuꝫ ſicut iñ alio quod ibi ſcripſi ſuper verſicu. deſtituit. Ad hãc ſolutionem ſatis facit ipſa forma priuilegij. in cuius exordio fit mẽtio de magiſtris ⁊ ſcholaribus. ⁊ vniuerſitate. ⁊ poſtea in narratis ſubmittit quod vult ipſam vniuerſitatem premunire dono beniuolentie ſpecialis ⁊c. huic modo ſoluẽdi quo diſtinguitur ante factum. ⁊ poſt conuenit de iureiurando. verũ quod ſcripſi de iude. ſignificauit ſuper glo. i. ⁊ de re iudica. inter. ſuper finem glo. quicunqꝫ.

¶ Contraria vero per predictam ſolutionem reputo ſoluta nam locum haberent quando expreſſe prohibita eſſet doctrina. vt tunc ad illud ambitioſum priuilegium non trahatur. ſꝫ verbis ſtetur. vt ꝓ hac parte allegatum eſt primo. non obſtat ꝙ per alium competat. vt allegatum eſt ſecundo. ⁊ tunc non expreſſum cenſetur omiſſum vel vno expreſſo alterum exceptum vt allegatum eſt tertio. cum actus eſſent diuerſi: ⁊ per ſe principales vt allegatuꝫ eſt quarto. Non obſtat. tunc verbũ libere vt allegatum eſt quinto. quod autem pro hac parte allegatum eſt ſexto. ſcilicet ꝙ ſtudij verbum deſignet auditum alteri membro ſolutionis concordat. vt ſcilicet dicam per id ⁊ tacite doctrinam non eſſe prohibitam. ⁊ ſic de iure cõmuni etiaꝫ ſine priuilegio poſſet doctorari ⁊ docere vt predixi ⁊ ſic etiam ſoluitur quod eſt dictum de patrocinando in foro ciuili. ſcilicet quod illud eſt huic diſſimile. quia prohibituꝫ expreſſe per iura ibi allegata quod prohibitum remanet cũ hoc nõ ſit permiſſũ. Ad decre. ſignificauit. dico ꝙ niſi expreſſim vetaretur reſtitutis ad ſacerdotis officium exercet etiaꝫ altaris miniſterium ſi nec hic doceret ſi expreſſe fuiſſet vetitus ad id quod dicitur quod doctoratus eſt quid maius non nego. tamẽ dico ꝙ ex quo venit ex vi taciti vel ꝯnexi de ipſi⁹ maiorita

re non eſt curanduꝫ ad inſtar eius quod de curata eccleſia dicitur que eſt cónexa prebende. ſ. eodem li. de preben. ſup eo. de muliere vero dico ꝙ eſt expreſſe ꝓhibita ⁊ ſic cócor. ad regulam in obſcuris dico ꝙ hic nulla obſcuritas.

**Um quid vna** lxxxiiij. ¶ Prima glo. ponit exempla, ſecundo ſex caſus
c quibus fallit. tertio dicit quo caſu procedit regula. ¶ In glo. prima ibi legi fiat. Dy. ponit exemplū per. l. ff. de tuto. ⁊ cura. da. ab his ſcire oportet. §. ſi mater. vni pater ꝓhibitus adminiſtrare nec adminiſtrare poterit vt curator cui concor. ſ. eo. libro. de electione auaritie. ¶ Item per. l. ff. de bo. poſ. non eſt ambigendum. §. vbicūqꝫ ⁊ de contra tab. l. iij. §. libera. ⁊. l. ſi poſt mortem. §. exhereda ri. vbi a ſucceſſione probibitus de iure ciuili non admittitur de iure pretorio. ad hoc vltimum ꝯtra in emancipato qui admittitur iure pretorio. ⁊ non ciuili. ff. de bon. poſſeſ. l. ſed cum patrono. §. bonorum. Item ſi duplici iure defertur mihi hereditas. licet vno prohibear admittar ex alio. ff. eodem ti. l. quotiens. ⁊. C. de iure deli. l. ſuum heredem. Item filius excluſus ab vnde liberi admittitur per vnde legitimi. ⁊ excluſus ab illa: admittitur per vnde cognati. ff. de ſuc. edic. l. j. §. ſed interdū Item repudians ex teſtamento ſucceder̄ poteſt ab inteſtato ſi erat de numero ſic venientiū. ff. de acqui. here. nec is. §. ꝑmo ad hec ⁊ ſimilia ſufficit ſolutio glo. ſed Dinus dicit regulam locum habere. vbi ius reſiſtit in odiū prohibiti. ſed vbi aſſiſtit propter alium contigentem defectum habent locū contraria credo glo. corruptam. ⁊ ibi ſuis concor. ⁊. ſ. eodem li. de cleri. coniu. c. vni. §. primo. ⁊ ibi ſeruum. ⁊ eſt lex. C. de teſti. ſeruos. ⁊ ibi minuet. quartam vide in auten. de trien. ⁊ ſe. §. prohibemus. ⁊ quod ibi no. glo. hoc eſt.

**Ec regula facit ad** queſtio-
b nem quā padue diſputaui vt patebit in ipſius principio que queſtio talis fuit. Notarius ꝓcurator meus ad probādum de iure meo in iudicio produxit inſtrumentum ſua manu ſcriptum queritur an faciat fidē. ¶ Rationes ad negatiuam conſiſtunt in ſuſceptione officij ꝓpter quā nec teſtis nec iudex eſſe poteſt que tamē minus ledunt eſſe poſſet: iungitur in fine dictum Hoſtien. ſecundo in contrarium inducitur gloſ. que quattuor rationibus ⁊ opinione ſimili adiuuatur. ſubdam demum quinqꝫ rationes. tertio datur ſolutio diſtinguens ⁊ inſtruens ⁊ contrarijs reſpondens. ¶ Primo ergo ſic probatur ꝙ inſtrumentum fidē non faciat. certuꝫ eſt ꝙ procurator non poteſt eſſe teſtis in cauſa quā procurat extra de teſtibus. inſuper. immo nec in cauſa appellatiōis poteſt eſſe teſtis qui fuit procurator in principali. ſ. de teſtibus. romana. eodeꝫ libro. Cum ergo in exercendis litibus parem vim obtineant teſtes ⁊ inſtrumenta. de fide inſtrumento. cum Joannes. C. eo. titulo in exercendis. dicemus quo iure repellit̄ a teſtimonio eo iure ſuſpitionis eiuſdem inſtrumentum per eum confectū in cauſa quā procurat fidem non facere cum etiam lex fina. ff. de teſtibus aperte prohibeat̄ patronos cauſaruꝫ in cauſis ipſis teſtimonium dicere. ſed conſtat ꝙ poſtulare eſt deſideriū ſuum vel amici ſui in iudicio apud euꝫ qui iuriſditioni preeſt proponere vel alterius deſiderio contradicere. ff. de poſtu. l. i. in principio. iiij. q. vii. §. tria. patet ergo ꝙ tales ꝓcuratores poſtulant ⁊ cauſis patrocinantur. ergo a teſtimonio rpellentur. dato etiam ꝙ ſequens pars legis ipſius que de executoribus loquitur ad procuratorem non extendatur vt ibi videtur tenere glo. que tamē alibi dicit contrariū ſcilicet. ff. de iure fiſ. l. deferre. §. iteꝫ decreuerunt que glo. videtur verior vel dicatur ꝙ glo. legis vltime de teſtibus loquatur in procuratore qui teſtificari vult in cauſa quā non procurat vt ſolent dicere domini legum: ⁊ probatur per ea que notant Innocent. ⁊ moderni in predic. decre. inſuper de teſtibus. cū ergo validior ſit vox viua q̄ȝ mortua in auten. de inſtrumen. cau. ⁊ fi. §. vero ⁊ vox eius viua repelleretur vt. ſ. probatum eſt ergo multo magis hec mortua cum ſcriptura recipi non debeat cuius auctor repelleretur. de here. fraternitatis. iij. q. iiij. nullus. xvj. di. c. j. ne vna via concedatur quod alia via prohibetur contra iſtam regulam cum quid maxime cuꝫ per hanc plus fidei conſequatur. etenim vox ſua non faceret niſi ſemiplenam probationem ⁊ inſtrumentū ſufficientem ⁊ plenam probationeꝫ faciat. ergo eſſet abſurduꝫ eum plenam probationem facere qui non poteſt facere ſemiplenam vt eſt probatum.

¶ Preterea videmus ꝙ ſi is qui fuit aduocatus fiat iudex illius cauſe in qua poſtulabat recuſationis remedio impedit̄ in illa cauſa iudicare. ff. de iuriſditione omnium iudicuꝫ. l. pretor. ſed ſi non iudicat multo minus probabit. maius enim periculum eſt in probante q̄ȝ in iudicante ſecundum ea que notauit Vincentius de cleri. excōmu. ſi celebrat. nam grauamē iudicis inique iudicantis releuari poteſt appellationis remedio quod remedium circa probationes non eſt proditum cū ergo ſit hic maius periculum plenius conſulendum eſt. ſ. eodem libro. de electione. vbi periculum in principio cū ſuis cócordan. Item cum reliqua probationum genera denegantur iſtud genus vel hec ſpecies probationis. ſcilicet per inſtrumētum non debet concedi ad hoc. xcv. diſtin. illud ſuperfluuꝫ. ⁊ ſi probare non poteſt procurator per ſuum teſtimonium vt ꝓbatum eſt. nec per ſuam confeſſionem nec per iuſiurandum niſi forte fuiſſet debito modo delatum. ergo nec hanc ſpeciem probationis inducere poterit. maxime quia iſtud officium videtur facere cauſam propriaꝫ. ad hoc. ff. de iure fiſ. l. fiſcus. ij. in fine. ⁊ habent hec locum. maxime in procuratore qui conteſtatus eſſet litem qui per conteſtationem litis. vel ſalteꝫ inſtātie factus eſt dominus. de ꝓcura. c. j. ij. reſpon. ⁊. c. ij. ſ. eodeꝫ li. cum ſuis concor. ⁊ in procuratore qui ſatiſdedit iudicatum ſol. ad hoc quod nota. ff. de procurato. non ſolū in principio. ⁊ multo magis in procuratore qui participaret vtilitati ex victoria cauſe puta quia ſibi certum quid pro palmario deberetur ad ſimilitudinem eius quod de aduocato dicitur. ff. de va. ⁊ extraor. cogni. l. j. §. ⁊ ſi nomine. ⁊. §. ſe. eſſent enim tunc valde ſuſpecta iſta duo officia. iiij. q. iiij. c. j. cum ſimi.

¶ Bene facit pro hac parte quod nota. Hoſtien. de probatioñ. quoniam contra fal. ad finem. j. col. vbi nota. ꝙ ſi notario actorū iudex committit receptionem teſtiū ꝙ de hac commiſſione per alium notariū non per ipſuꝫ debet confici inſtrumentū ex qbus breuiter cócludit̄ inſtrumentū fidē nó facere

¶ Quod vero fideꝫ faciat ſic probatur. Primo inducitur ſupradicta gloſ. ex. l. vltima. ff. de teſtibus. que dicit procuratorem teſtificari poſſe pro qua glo. facit textus predicte. l. ff. de iure fiſci. deferre. §. Item decreuerunt que glo. etiam talibus rationibus corroboratur aperte certuꝫ eſt ꝙ prelatus dicitur procurator eccleſie de donationibus. c. ij. de electione cū nobis oliꝫ. in fine cū ſimilibus. ⁊ tamen ipſe prelatus in cauſa eccleſie alio cauſam agente teſtificari poteſt quod clare probatur ex predicta decre. inſuper de teſti. ⁊ ex ipſius ſuperſcriptione vt ibi etiam notant moderni. patet ergo procuratoreꝫ in cauſa domini teſtificari poſſe. ⁊ aliter ꝓbatur. Illa dicitur alicuius propria cauſa cuius cauſe damnum vel emolumentum ad eum ſuo nomine pertinet. ij. q. vj. biduum verſic. palam. ff. quando appel. ſit. l. j. §. in propria. iſtius ergo cauſe damnum ⁊ emolumentum ſuo nomine ad procuratorem non pertinet ergo in teſtimonio ſuſpectus eſſe nó debꝫ. patet hoc ex deſcriptione procuratoris que habetur. ff. de procuratoribus. l. j. qꝛ procuratoris eſt qui mandato domini aliena negocia in iudicio adminiſtrat. ſi aliena ergo non ſunt propria. ⁊ ſic nulla in eo videtur eē ſuſpicio. hinc eſt ꝙ libertus nó poteſt proprio nomine vocare patronum in ius: ⁊ vocans nomine alieno nó incidit in edictum. ff. de in ius vocan. queritur. Item video ꝙ plus ꝑticipat canonicus vtilitate cauſe quā itētat ꝓ eccleſia quā participat procurator vtilitati cauſe quam intentat pro dño. ſed ille non repellitur a teſtimonio. ergo nec iſte. ꝑmum ꝓbatur

probatur in predicta decre. inſuper de teſtibus. eodem titu. cum nuncius. ⁊ vide quod dixi ſup. j. glo. de iureiurãdo. ⁊ ſi chriſtus. xiiij. q. ij. ſuper prudentiam. quod dictum eſt de canonico in legatario repetitur quod probatur inſti. de teſtamen. §. legatarijs. cum ſimilibus. per que videtur gl. illa de fendi vt dicamus etiam procuratorem pro domino teſtificari poſſe. ⁊ ſic etiam inſtrumentum fidez facere debere. ⁊ pro hoc dicto bene facit quod notat Innocentius ⁊ Hoſtien. d̃ tranſac. ex litteris. Guilielmus in Specul. titu. de teſte. §. j. verſicu. quid ſi aduocatus. vbi nota. inſtrumentum in iudicio fidem facere. licet aduocatus cauſe ſit ſcriptus teſtis in ipſo inſtrumẽto qui tamen alias verbale teſtimonium ferre non poteſt vt eſt. ſ. probatum.

ℭ Secundo poteſt dici ꝙ etiaz conceſſo ꝙ non credatur viue voci vł teſtimonio ipſius procuratoris tamẽ huic mortue que ſcripto deponit credi debet ad inſtar eius quod de epiſcopo dicimus cuius viue voci nõ creditur. vj. q. ij. ſi tantum. ⁊ c. epiſcopus: ⁊ tamẽ creditur littere ſigillo ſuo ſignate. vnde ſi corã epiſcopo opponeret̃ excõmunicatio contra actorez que probaret̃ ꝑ litteram ipſius epiſcopi eccleſie ꝙ ipſe idez eſſet iudicans ⁊ ꝓbans ſcõm ea que plene notaui de probatio. poſt ceſſionem. xj. q. iij. cure. ad idez de fide inſtrumentorũ. c. ij. ſ. eod. lib. de ſentẽ. excom. cum medicinalis. de offic. ordi. ſi canonici. nam pronũciat iudex an ſua ſit iuriſditio ⁊ de veritate precum. ff. de iudic. ſi quis ex aliena. ⁊ de reſcrip. ſuper litteris in fine. ℭ Tertio ad queſtionem etiam pro hac parte faciũt argumenta de tanq̃ quomodo quis interdum aliquid agit tanq̃ alius de electi. cum inter j. ⁊ ij. de conceſ. preben. poſtulaſtis. ꝓpter quod admittit̃ aliquis alias ſuſpectus. ſ. eod. lib. de appella. c. penult. vbi idem eſt ad quem ⁊ a quo appellatur. ad idem. xxiij. q. iiij. ſi eccleſia. in fine. ff. de inoffic. teſtamen. ſi filius. ff. de poſt. l. fina. can. iij. q. vij. §. tria. verſic. ſi contra patrem. C. de admi. tuto. cum quedam cum ſimili. ergo cum inſtrumentũ confecerit tanq̃ ſeruus publicus tanq̃ procurator illud ꝓducere poterit ac ſi per quemuis alium confectum fuiſſet.

ℭ Quarto faciat quia aliud dicendo iam contra diſpoſitionem iuris probationuz copiam artaremus contra id. xiiij. q. ij. quaſq̃. vt lite non conteſt. quoniam. C. de here. l. penul. ⁊ enim forte aliter de veritate contractus fides fieri nõ poſſet. nam propter id videmus illũ ad probationem recipi cõtra quẽ longe maior eſt ſuſpicio q̃ contra procuratorem in caſu decre. cũ dilecti. de elec. ſi enim hi qui in ſcrutinio depoſuerunt totum ſuuz. in publicatione ſcrutinij dicant ſe nõ depoſuiſſe de illo de quo referũt ſcrutatores magna ex hoc cõtra ipſos ſcrutatores inſurgit ſuſpicio de falſitate. ⁊ tamen dicto eorum ſuper hoc ſtatur cum propter ſecretum ſcrutinium aliter fides non poſſit haberi vt ibi ad idem de accu. cuz dilecti. ⁊ eſt ſi. quod no. doctores. de teſtibus. qui duz publicarentur atteſtationes dicunt ſe aliter depoſuiſſe q̃ notarius ſcripſerit dicunt. n. Innocen. ⁊ Hoſtiẽ. cũ Joan. Guiliel. in Spec. de fide inſtr. §. reſtat verſic. quid ſi dum. ꝙ credetur ſcripture tabellonis. multũ tamen vt dicunt debet iudex cõſiderare ipſius tabellionis conditionez ⁊ hoc bene facit ad queſtionez ſic ergo dicemus ratiõe huius publici officij qđ gerebat iſte procurator p̃ſumi ꝓ eo qđ oĩa q̃ ↄſcripſerit de p̃ſcrip. ad audientiaz. non enim ſequitur ſi procurator ergo ſuſpectus: quia de facto videmus ſepiſſime legalliſſimos reperiri. ⁊ dato ꝙ ex quo procurator fuit dicatur eum in predicta cauſa quã procurat inſtrumentum non poſſe conficere. tamen inſtrumentũ prius confectũ propter hunc ſuperuenientem caſum non debet minus validũ reputari ad hoc in auten. de tabel. in verſic. ipſius tamen documentis ⁊c̃. vbi de hoc ⁊ veniat etiam ad hoc eodẽ titu. factũ legitime cuz ſuis exemplis. ℭ Quinto bene facit ad queſtionem ꝙ dicamus tabellionem in numero ſeptem teſtium computari. ff. d̃ teſtamẽ. domitius labeo. ⁊ C. q̃ te. fa. poſ. hac conſultiſſima

ℭ Sexto pro hac parte bene facit. l. ff. ad. l. cor. de fal. d̃ eo in fi. certũ eſt enim neminem ſibi aſcribere poſſe vel ei in cuius eſt poteſtate vel ei cum quo in eiuſdem eſt poteſtare vł ei quẽ habet in poteſtate. ff. eodem titu. ſi quis legatum ⁊ l. impuberi. ⁊ quaſi per totum. C. de his qui ſibi teſt. aſcri. per totum. tamen ſi quis aſcribat legatum extraneo quẽ poſtea etiam viuente teſtatore per adoptionem vel alio modo habuit in poteſtate tenet legatum ⁊ ceſſat. l. cor. de fal. ⁊ ſenatuſconſultuz libonia. vt in predi. l. de eo in fi. ad idez. ff. de re mili. l. milites per quod dixerunt domini legum ꝙ ſi ſcripſi inſtrumentum ſuper aliquo cõtractu pro aliquo cuius poſtea factus ſum heres quod ex illo inſtrumento licet propria manu ſcripto agere potero multo magis ergo in procuratore qui non ſic participat vtilitati vt eſt dictũ. ad idez video ꝙ filius aſcribet̃ poteſt matri ⁊ patri in cuius poteſtate nõ eſt. fratri ſi ipſe ⁊ frater non ſunt in eiuſdem poteſtate. d̃ matre dixi quia filius in eiuſdez poteſtate non eſt. ff. de ſuis ⁊ legi. l. nulla. inſti. de adop. §. femine. extra de conuer. inſi. c. ſi. probãtur predicta. ff. ad. l. cor. de fal. ſi pater ⁊ maritus vxori. eodem titu. l. vxori. in principio. tamen cuilibet patet ꝙ longe magis participat vtilitati ipſe filius vel frater vel maritus. nam in vita vtilitatem vt plurimum conſequunt̃ ⁊ habent ſpẽ ſucceſſionis quod nõ eſt in procuratore quo ad dominũ. quare igitur ipſius procuratoris notarij inſtr̃m q̃ nõ ſic vtilitati ꝑticipat valẽ nõ debeat nõ appet cũ i p̃dictis ꝑſonis ſit maior affectio ⁊ maior vtilitatꝭ ꝑticipatio vt p̃dixi ꝑ q̃ tollitur illa argumentatio qua dr̃ eũ ſuſpectum ratione officij. quia non per hoc ſequitur inſtrumentum ab eo confectum nõ valere. ad idem bene facit predicta lex vxori. ij. reſponſo. vbi ſi ſcribens teſtamentum ſcripſit ſe teſtamentarium tutorem filij teſtatoris. ſi tamen idoneus eſt ex decreto iudicis tutor datur. licet ſuſpectus ex affectione officij p̃ſumat̃. ſicut ergo illa ſuſpitio nõ ipedit illũ tutorẽ dari ita nec talis ſuſpitio officij impediet fidẽ iſtrumẽti niſi de falſitate aliter doceatur. Ex quibus omnibus reſtat cõcluſio que ſit etiam ſolutio queſtionis ſaluo ſemper maiorum iudicio ꝙ tali inſtrumẽto niſi al's redarguat̃ de falſo fides debeat adhiberi ſi ex ſui forma ante litẽ motam ⁊ ſuſceptum procurationis officium apparet fuiſſe confectum. ⁊ idẽ puto ſi poſtquando ipſe procurator illud inſtrumentum ex neceſſitate officij confeciſſet vel cum dominus non nominatim. ſed q̃ſi quilibet alius vtilitatem ex inſtrumento conſequitur. exemplum de neceſſitate officij: vt quia procurator meus notarius epiſcopi vel communis vel ad vectigal ſcripſit me ſoluiſſe vel aliud ſimile. exemplum de ſecundo vt ſi inſtrumentũ contineat pactuz inter duas vniuerſitates. vel quod q̃cũq; attulerit vinum pro corbe habeat tantum vel his ſimilia facit. iij. q. vij. §. tria. ver. ſi contra patrem. ff. de poſtula. l. fina. C. de admini. tuto. cum quedam cum concordan. ff. de inofficio. teſtamẽ. aduerſus. §. j. ad idem de fideicommiſſ. lib. §. ſed quia. de preſcriptꝭ. ad audientiam. dico tamen ꝙ iudex quem oportet cuncta rimari ſi videat iſtum notarium procuratorem alias ſuſpectum vel non bone fame ſua ſubtilitate veritatem requiret vocando ad ſe teſtes inſcriptos vł alterum ex ipſis. ⁊ ſi expediat faciat ſibi monſtrari quaternum rogationũ vel abbreuiaturarũ. ⁊ videat an ſit ibi ſcripta: ⁊ debito loco ad hoc. xxx. q. j. iudicantem. de renuncia. in plentia. ff. de teſtib᷒. l. iij. ℭ Ad cõtraria que principaliter fundantur in his ꝙ nõ poteſt eſſe teſtis nec iudex. ⁊ quod ratione officij eſt ſuſpectus. R̃ndetur ꝙ procurator producens inſtrumẽtũ quod prius confecerat non teſtificat̃ vt tũc poſt ſuſceptum officiuz: ſed vt tunc añ ſuſceptũ ſicut ergo ꝓducendo prioris iudicij acta poſſet producere ſuam ꝓpriã atteſtationem cum non ſit prohibitum: ſic ⁊ poterit producere inſtrumentum prius confectum. nec obſtat ꝙ remedio recuſationis repellitur a iudicando. quia licet maius preiudicium ſit in teſte q̃ in iudice vt eſt dictum tamen longe minor ſuſpicio repellit iudicantem q̃ probantem. exemplum de offi. deleg. cum duodecim. de appel. poſtremo. huius ratio nota. vt lit. non conteſt. c. ij. iij. q. v. accuſatores. iij. vnde propter teſtimoniuz remouet̃ iudex nõ econuerſo. de teſti.

dilecto.ad id quod de ſuſpitione dicitur iam eſt reſponſuz. qꝛ ſuſpicio eſt.ſed non talis que impediat cū nec multū maior impediat vt probatum eſt.alias ſequeretur ꝙ non faceret etiam fidem inſtrumentū a notario multum amico cōfectum.⁊ ſi qualitas perſone ſuadebit iudex inueſtigationem faciet.de qua dixi ad hoc.ff.de queſti.l.j.§.queſtiōi.⁊ quod no.iij.q.v.c.ij.de accuſa.cū opoꝛteat.Preterea ei cōtra quē producitur nō deeſt remediū redarguendi de falſo directe vel indirecte ſecūdū formam de teſtibus ex tenoꝛe.C.de cōtraben.⁊ com.ſtip.optimam.⁊ ſi dicas foꝛte talis eſt caſus in quo directe vel indirecte de falſitate docere non poterit tolle inſtantiā quid faceret eo caſu ſi tale inſtrumentum ab alio fuiſſet confectū.vel ab alio procurante producit officiū ergo publicū ⁊ preſumptiones que ſunt ꝓ eo ratione officij inſtrumento ꝙ non reprobatur fidem faciant adhiberi.

⸿ Oꝛe locutus ſum ⁊ manibus perfeci.iij.regum.viij.admirari non ceſſans ꝙ omniū antiquoꝛū ſapientia perquiſita eccleſiaſtici.xxxix.hanc queſtionē tam vſitatā per aliquē iuris doctoꝛem tactam inuenire non potui.ſed qꝛ vbi viget ſtudiū ibi lucet veritas iuxta id Exo.x.vbicūqꝫ hitabant filij iſrael ibi lux erat.qd minus bene dixiſſem patrū ⁊ ſocioꝛū huius ſtudij coꝛrectioni ſubmitto.vt iuxta qd legit eccleſiaſtici.xxxiiij.qui plura didicit intellectū enarret.

## Tam ſtat per eum.

c

lxvj.Prima glo.dic vnde ſumpta ⁊ ponit exempla.ſecundo notat.tertio obijcit ⁊ ſoluit diſtinguēdo.⸿ In glo.i.ibi in iure ci.ſequitur receptum eſt quod per eū cuius intereſt conditionē non impleri fiat quo minus impleatur perinde haberi ac ſi impleta conditio fuiſſet quo ad *libertatez ⁊ legata ⁊ heredis inſtitutiones* producit qbus exemplis ſtipulationes quoqꝫ cōmittuntur cū per promiſſoꝛem factū eſſet quominus ſtipulatur conditioni pareret.⁊ ibi iure ciuili ibi ad litterā regulam.ſ.poſitā.⁊ ibi cuz pupillus.ſequitur aut tutoꝛ eius condititionem in pupilli perſona collatam impedit tam legati ꝗꝫ libertatis iure cōmuni cōditio eſſe impleta videbitur.⁊ ibi.l.que ſic tacet ita heres inſtitutus ſim ſi.x.dedero.⁊ accipere noluerit cui dare iuſſus ſum pro impleta conditione habetur.⁊ ibi cū quid in mutuo tacite agit vt eque bonum reddatur.⁊ ibi quibꝰ diebus hi dies quibus me prohibuit ire via publica cū ire vellem vt conditioni parerē non imputant in tempoꝛe conditionis implende.⁊ ibi menia.in princi.ſi teſtatoꝛ legauit tibi.x.aureos annuos ſi adminiſtraueris res heredis ⁊ heres te prohibet ſine tua culpa legatum debetur.⁊ ibi annus.annuum legatū liberis factum ſi cuz matre moꝛentur debetur illa moꝛtua.⁊ ibi illis libertis legatum alimentoꝛum nomine factū libertis.ſi cū filio teſtatoꝛis moꝛentur illo moꝛtuo ab ipſius herede debet niſi pro vtilitate filij teſtatoꝛē id feciſſe appareat.⁊ idē dicit.l.j.que ſeqt.⸿ In gl.i.ibi Abrahe.Gen.xxij.⁊ impleto.vt hic.⁊ hic patet ꝙ iſta ꝑ illā non eſt ſupflua.Hy.tamē dicit illā loq quādo impedit ꝑ caſuz.iſta vero quādo impedit cuius intererat ꝯditionē nō impleri.⁊ in fi.idem Hy.⁊ plenius vide.C.de inſti.⁊ ſubſti.l.j.

## Ex regula adduci poteſt ad qō

b

nem quā diſputaui de prelato exempto nō epiſcopo per quē non ſtat quominus habeat pape vel legati licentiam de trāſeundo ad religionez que queſtio talis eſt.⸿ Queritur an prelatꝰ regularis vel ſecularis nō epiſcopus tamen exemptus petita ſed non obtenta licentia pape vel legati delatere poſſit zelo ſanctioꝛis vite profiteri religionē vel cū religioſus eſt ꝓfiteri ſtrictioꝛē.⸿ Et primo ad negatiuā inducuntur ſex diuiſim ⁊ tria cōiunctim.Secundo totidē ad affirmatiuam.Tertio premiſſis quattuoꝛ euidentialibus datur ſolutio diſtinguens.⁊ ad contraria reſpondet.⸿ Probo ergo primo ꝙ non poſſit per decre.*licet de regula verſ.illa ſemper.ſicut enim epiſco*pus ſine pape licētia hoc nō poteſt ſic nec exemptus ex quo prelatus eſt.cum ratio quā ibi reddit textus de proponendis laboꝛe ſollicitudine ⁊ doctrina quieti ⁊ contemplationi ⁊ ſilentio locū habeat etiam in inferioꝛi prelato.ergo eadem erit prohibitio per iura vulgaria.de tranſla.c.ij.cuz ſuis *concoꝛ.pro eo maxime qꝛ iura parificant regulares eccle*ſias cathedralibus.de elec.ne pro defectu.eo.titu.c.cupientes.⁊.c.ſi poſtꝗꝫ.⁊ in extraua.Bonifa.que incipit iniūcte.⁊ exemptis epiſcopis.de peni.⁊ re.c.fi.⁊ pre alijs honoꝛant exemptos.ſ.eodē libro.de priuile.vt apoſtolice.ſentiūt igitur cōmodum ergo onus.eo.titu.qui ſentit.⁊ qui ſimilia cū epiſcopis priuilegia ſuſcipiūt ſimile ſentiant ⁊c.de ſtatu mona.recolentes.nec valet ſi dicas ꝙ illud quod de epiſcopo dicitur ſit ſpeciale propter epiſcopalem oꝛdinē.tollitur enim per decre.j.⁊.ij.de tranſla.⸿ Secundo ſic probo regulariter non ſufficit licentiam petere.imo neceſſe eſt illam obtineri.patet de peni.omnis de elec.ſi abbate.⁊.c.ſi religioſus de tempo.oꝛ.c.fi.de excel.prela.c.vni.ſ.eodem lib.⁊ bene facit decre.auctoꝛitate.de priuile.ſ.eodem lib.ſicut enim locus exemptus eccleſiaſticus vel religioſus fieri nō poteſt etiam per exemptos ſine petita ⁊ obtenta licētia pape vt ibi ſic videtur de perſona exempta dicenduz.immo quod.ſ.dixi regulare videtur eſſe infallibile.nam cum inuito minoꝛi prelato ſuo quis tranſit ad religionem facit de auctoꝛitate pape vt dicit textus.xix.q.ij.due ad fi.⁊ ſic nō tranſit ſine licentia verbum autem auctoꝛitate noſtra ibi poſitū multum operatur ad hoc de reſcrip.cum aliquibus.ſ.eo.libro.

⸿ Tertio probo ſic.lex ſpiritus dicitur ꝓuata.vt in.c.duo ſunt ⁊ in decre.licet.⁊ cōſuetudo etiam ſpecialis loci dicitur etiam priuata quod probatur quia non tollitur per cōmunem poſterioꝛem.ſ.eodem lib.de conſti.c.j.ſed iſta priuata non poteſt hoc inducere ſcilicet ꝙ ex cōſuetudine liceat prelatis minoꝛibus exemptis ſine ꝓdictoꝝ licentia prelaturas dimittere de cōſue.cum veniret ergo nec illa hoc poterit.

⸿ Quarto ſic.ex quo per licentie petitionem delatum eſt negocium ad papā neceſſario expectandum eſt ipſius iudicium maxime ne illudatur pape.ij.q.j.nomen de poſtu.bene ij.de offi.lega.licet de elec.ſi eo tempoꝛe.⁊.c.prouida.quis enim tante audacie ꝙ principem ⁊c.ij.q.vj.anterioꝛū.§.ad hoc.de appella.ex inſinuatiōe.ad hoc optime quod de diacono oꝛdinato per papam dicitur de tempo.oꝛ.cuz in diſtribuendis.⁊ nota.de maio.⁊ obe.per.tuas.

⸿ Quinto ſic.religio non eſt de neceſſitate ſalutis.xxij.q.iiij.§.fina.ad hoc facit quod nota.i.q.ij.ꝗꝫ pio.⁊ quod dixi de ſimo.dilectus.ij.ſuper.j.glo.immo videtur expediēs nō profiteri per decre.relatum ne cleri.vel mona.quod tamen intelligas vt ibi dixi.Item ſi dicas religionem operatiuam ſalutis per hoc non ſequitur propter illam prelaturā dimitti poſſe ſine licentia quod probatur de renuncia.c.fi.ſufficiens enim renunciando prouidet ſaluti quod tamen non poteſt ſine licentia ad idem de peni.⁊ re.c.fi.ante tempoꝛa enim gregro.nō licebat minoꝛibus prelatis ſibi confeſſoꝛem eligere.quod poſtea licuit.⸿ Sexto ſic.ſolus papa religiones approbat.de religio.do.c.fi.de voto.c.j.ſ.eodem.li.approbatas tollit.de religi.do.c.vni.ſ.eo.lib.circa illas determinationes facit ⁊ profeſſiones impedit de regulari.quia in inſulis.eo.titu.non ſolum li.eo.nec puto aliquem dubitare quin teneret pape conſtitutio ſi ſtatueret exemptos ſine ſui licentia profiteri non poſſe.nā quod plus eſt:facit etiaz circa matrimoniū conſtitutionem.⁊ interdum dirimens ſuper quo vide quod dixi de deſpon.impube.c.ad diſſoluendum ſuper glo.fi.ſi ergo generalem cōſtitutionem facere poſſet multo foꝛtius ſpālem prohibitionem que certum prelatum reſpiciat.cum ergo omnis ſtatus ⁊ approbatio religiōis pēdeat ex poteſtate papali per quā etiā illas reprobare ⁊ tollere poſſet pꝫ hunc prelatuz ſine ipſius licentia profiteri nō poſſe.Ultra predicta ſex que ꝑ hac parte ꝓpter perfectionem

nem ſenarij numeri ſunt inducta: Inducitur regula omnis res.de reg.iur.cum ſuis concor. Inducit abſurditatis euitatio quia ex contrario ſequeretur ꝙ notatem papã ex delicto qḋ nõ licet.xl.di.non vos.ix.q.iij.nemo cũ.v.c.ſequentibus.ideo enim inuito inferiori prelato ingreditur quis religionem q: peccat prelatus licentiaꝫ non dando. Inducit etiam gl.Hoſtien.quã notat de cle.excõ.mi.illud per Clemen.iiij.fuiſſe ſic determinatum.⁊ ipſe prius hoc vt dubiuꝫ relinquens interpretationi papali magis declinabat in hãc partem glo.illam videre poteris in nouel.in decre. licet de regulis iuris ſuper verſicu.prelatum.

¶ In contrariũ ꝙ poſſit induco tripliciter predictã dec. licet.primo omne id quod ibi.⁊.xix.q.ij.due de renũci.niſi.§.verum dicitur de libertate ſpiritus.⁊ quod legi vr̃ neceſſitati nõ ſubſit. ¶ Secũdo q: ver.ille ſuperius allega. arguendo a cõtrario facit pro.ſi enim eſt in epõ ſpãle.ergo ipſius ↄtrariũ eſt gnãle vr̃ regulare iuxta ea que no. ḋ prebẽ. preſenti.§.loca. Item dicit ibi textus in hoc caſu ⁊c. in alijs ergo ſecus a cõtrario.xxiiij.q.ij.ſane.xv.q.iij. ex eo de regulis iur.cũ virũ.de his que fi.a prela.cum appl'ica. in fi. facit ad hoc quod no.Jo.mona.in.c.due.in gl.fi.⁊ Ber.in dec. licet in gloſ.ab hãc. nec dici poteſt ꝙ immediata ſubiectio ſit cã prohibitionis facte de ipſo. quod patet q: illa etiam locum habet in epis ſubiectis metropolitanis ex quo ergo illud non facit immediata ſubiectio ſed potius epiſcopalis dignitas patet illo caſu ad iſtum quo dignitas deficit argui non poſſe. fateor tamẽ quod prius dixi hoc ab ordine non procedere.ſed a dignitate ⁊ ipſius vinculo que ſunt diuerſa vt dixi de exceſſi.prelato.accedentibus.

¶ Tertia queſtio: videtur caſus ipſius dec.licet. nõne ibi datuꝫ erat papale priuilegiũ ꝙ illis inuitis ⁊c.ex cuius priuilegij vigore illi quo ad id fungi videntur iure papali ⁊ tamen petita licentia ꝗuis nõ obtenta zelo ḋ quo ponit queſtio potuit ille tranſire.infertur ergo ꝙ ſi id licet inuito ſpãliter priuilegiato circa hoc a papa ergo ⁊ inuito papa.

¶ Scḋo probo ꝑ dec.cũ venerabilibꝰ. de ↄſue.per quã ſi nõ infertur vis littere aperte probatur ꝙ ſufficit abbati exempto petere licẽtiam: dic tamẽ vt ibi. Iteꝫ per decre.ſi abbatem.de elec.vbi patet prelatum minorẽ epõ licet exemptum eligendum nõ poſtulandum.immo prime allegatiões videntur incidere in opi.reprobatã ibi que minores prelatos exemptos equiparabat epiſcopis.

¶ Tertio ſic ex iuribus immediate ſubiectionis nõ videtur exemptus fortius aſtrictus pape quã monachus abbati ſeruus domino filius patri coniunx coniugi iurans cui iurauit vouens vel penitẽs ipſi deo.de monacho patet ꝙ abbas eius vice dei eſt ſupra caput ſuũ.xix.q.iij.ſtatuimus.de elec.ſi religioſus.§.eo.li.ſi ergo gerit vices dei ⁊ ſi papa eaſdem vices gerendo ſibi poſſit eſſe par non tamẽ maior.immo quaſi papa gerat generales iſte ſpãles quo ad monachum ſuum.videtur iſte maior illo.de offic.leg.ſtuduiſti. ⁊ iuxta ea que ſcripſi.de exceſ.prela.dilectus. ipſe etiam monachus nõ habet velle vel nolle de ſepul.c.fi.⁊.xij.q.j. non dicatis.ſi ergo inuito abbate monachus tranſit fortius exemptus inuito papa. Seruus etiam nõ eſt de neceſſitate ꝙ habeat licentiam domini cuꝫ ꝓfitetur.immo ſufficit taciturnitas.liiij.di ſi ſeruus.ij. ſufficiat ergo huic licentie petitio. ⁊ pape taciturnitas. pubes etiã in ptãte patris exiſtens ꝓfitetur iuito pr̃e.xx.q.ij.c.fi.de regulis iur.cũ virũ. Coniũx autem ante copulam profitetur inuito coniuge. de conuer. cõiu.verum ⁊.c.ex publico. ⁊ poſt copulam etiam in caſu.ḋ cõuer.cõiu.c.fi.⁊ in alio caſu.eo.titu.conſtitutus ⁊.c. veniens. Et ſic patet per vinculum cõiugij profeſſionem nõ impediri ergo nec per vinculum ſubiectiõis papalis. Iuramẽti etiam vinculum puta illius qui iurauit regimẽ libri vr̃ alíquod ſeruitium nõ impedit profeſſioneꝫ ſecundum ea que no.lj.diſ.preterea. ⁊ dixi de obli.ad ra.c.vni.vinculum etiam voti vel penitentie peragende illam nõ impedit de voto ſcripture.de peni.di.j.§. his auctoritatibus.ſi igitur pre dicta vincula non impediunt ergo nec papalis immediata ſubiectio quominus papa inuito.vel ſaltẽ tacente poſſit exemptus profiteri. ¶ Quarto ꝓbatur ſic. certum eſt ꝙ in hoc caſu nil deperit pape.iſte eniꝫ vtroqꝫ caſu ipſius ſubditus remanet ſufficiat ergo papaꝫ hoc ſcire ⁊ tacere.facit qḋ no.vij.q.j.placuit.⁊ dixit ſecundum vinc.⁊ tan.de renunci. admonet.facit de his que fi.a prela.cuꝫ apoſtolica.⁊ quod ibi nota.maxime q: regulare eſt ꝙ taciturnitas in meritorijs habetur ꝓ conſenſu vt no.eo.li.⁊ eo.ti.qui tacet.immo ex quo de preiudicio pape nõ agitur videtur hoc fieri poſſe ipſo ignorante.§.eo.li.de preben.dudum ad fi.

¶ Quinto ſic.quod quiſqꝫ iuris ⁊c. ⁊ patere legem ⁊c.in princi.decretorum.de cõſti.cum omnes.ſed lex canon. que dicit inuitis prelatis ipoꝝ ſubditos ꝓfiteri poſſe aut eſt iniqua quod nephas eſt dicere.l.di.ponderet.xxiij.q.v.qd ergo de renũ.niſi.§.verum aut eſt equa quod ergo equum papa putauit in alijs fortius in ſe ipſo.ix.di.iuſtũ.palea eſt Item video ꝓ papa maxie pro ſui ſalute renunciare poteſt papatui.§.eo.li.de renunci.c.j.ſine alterius licentia cum ſuperiorem nõ habeat. vbi ergo papa deficit q: licentiam denegat cum nõ ſit ſuperior ad quẽ recurri poſſit ſua auctoritate renũciauit exemptus. ¶ Sexto ſic.non debet eſſe deterior conditio exemptoruꝫ ꝗ excõmunicatoꝝ de priuile. quãto.ſed excõmunicatio non impedit vinculum profeſſionis ergo nec exemptio de eo qui fur.or.re.c.fi. de ſen. excõ. cum illorum.⁊ ſicut quandoqꝫ ex cauſa defertur exemptis adminiſtratio.de elec.nihil eſt.ſic ob cãꝫ ſalutis deferatur adminiſtratiõis dimiſſio ad hoc. xij.q.j. precipimus de peni.⁊ re. cum infirmitas.facit ad hoc q: vinculũ huius ſubiectionis nõ impediret matrimonium carnale in eo qui nõ eſſet in ſacris nec profeſſus quod ſatis probatur ex eo quod nõ eſt prohibitum ergo nec impediat ſpirituale per religionis profeſſionem per que ſex cõcluditur prelatum de quo querítur non obtenta pape licentia profiteri poſſe. Inducitur pro hac parte regula quod ob gratiam eo.titu.cum ſuis cõcor.ratio etiam abſurditatis vitande que inſurgeret ex cõtrario ſcilꝫ ſi diceret inferiores exemptos per omnia equãdos epiſcopis ⁊ opinio Jo.no.ḋ peni.⁊ re.omnis ſuper gl. quid ſi. ¶ Sol. circa propoſitionem queſtionis eſt aduertendum ꝙ nõ queritur an prelatus poſſit trãſire ſed an poſſit profiteri nec proponitur ꝙ licentia fuerit denegata ſed dicitur non obtenta.circa primum etiam eſt ſciẽdum ꝙ dubitatur an profeſſio religionis poſſit fieri in manibus cuiuſcunqꝫ vel ſolum illius qui poſſit ordini incorporare ⁊ de h. xx.q.j.c.fi.xxviij.q.j.qui cle.vel vo. cõſuluit.⁊.c. inſinuante dixi de hoc plene de regula.porrectum de hoc etiam in ſpe. de ſta.mo.ver.xix.eſt etiam ſciendum quod no. Ber. ḋ voto per tuas ḋ ſta.mo,quod dei.ꝙ epiſcopatus eccleſie ſecularis impedit ne quis illo retẽto poſſit fieri monachus credo tamẽ ⁊ ſoluendo dico prelatum ḋ quo queritur obligatum per profeſſionem religionis quoad ſe ⁊ per illam eum ſaltem ex ſimplici voto teneri per dec.cum dilecti quod metus cauſa.de dona. inter dilectos ⁊ quod vtrobiqꝫ not.ad idem de cõuer.coniu.quidam ⁊.c.placet nec dec. licet tale vinculum impedit etiam in epiſcopo ſed hoc ſolum prohibet ne preſulatum dimittat. Circa ſolẽnizationẽ vero voti ⁊ incorporationem ⁊ tranſitum ad religionis obedientiã puto ꝙ ſi prelatus de quo queritur petierit licentiam ſꝫ fuit per papam denegata tranſire nõ poſſit nec prelaturaꝫ dimittere ⁊ hoc caſu intelligatur determinatio clementis de qua dixi ſecundum Hoſtien.⁊ hoc per iura primo inducta maxime quinto ⁊ ſexto. Si vero denegata nõ fuit licet nec data puto ipm̃ prelaturam dimittere poſſe ⁊ ad religioneꝫ poſſe trãſire per ea que allegata ſunt. ſecũdo de primo ad vltimum remanet tamẽ pape ſalua poteſtas reuocandi illũ de clauſtro ⁊ in priori prelatura retinendi de ſta.mo.quod poſſet papa non ſolum ipm̃ cure preficiendo ſed etiam ipꝫ inuitum ⁊ inuito abbate alicui principi ſociando ſecunduꝫ no.in Spec. de lega.§.nunc oñdendum ver.xlix. de legato

vero de latere puto quod ſi ob cauſam expꝛeſſam in themate
petitam licentiam deneget pꝛelatus licite pꝛofiteri poterit
⁊ tranſire qꝛ nec ipſe ſupꝛemam obtinet poteſtatem nec re
ligiones appꝛobare poteſt vel tollere. ſit ergo in illo quod
in alijs pꝛelatis per iura pꝛedicta. per hanc autē diſtinctio
nem fere omnia contraria ſunt ſoluta. Ad nō ſoluta tamen
que pꝛo pꝛima parte allegata ſunt pꝛimo reſpondetur hoc
planum ꝙ non idem in omni pꝛelato quod in epiſcopo ꝙ
tamē infert illa argmentatio ad allegata. ſecundo reſpon-
detur hunc eſſe caſum quo fallit regula: nec ob. decr. aucto
ritate qꝛ locus exemptus: qui eſt res inanimata non poteſt
duci. l. pꝛiuata ſpiritus vel cordis ad quod faciunt nota. de
reli. do. ad hec. ad id quod dicitur de lege pꝛiuata conſue.
reſpondetur ꝙ lex pꝛiuata ſpiritus ſuperat oēm aliaꝫ legē
cōem ⁊ pꝛiuatam. ⁊ ideo de alijs pꝛiuatis ad iſtam non eſt
argumentanduꝫ. Ad quartum reſpondeť ꝙ hic nulla fit il
luſio vbi fit religionis pꝛofeſſio, nec dec. cum in diſtribuen-
dis impedit ſubdiaconum pape ſine ipſius licentia pꝛofite
ri licet illum impediat oꝛdinari dato etiam ꝙ ſi oꝛdinare-
tur teneret oꝛdinatio. hic verbuꝫ nouum cuditur ⁊ calamo
deſcribitur per quod mendax conuincitur ⁊ patenter con-
funditur dicens ꝙ non diſquiritur diſputatur ⁊ ſoluitur ſi
ne lege queſtio Joan. an.

c

Um ſunt partium. xj. nota ꝙ
dicit partium in plu
rali foꝛtius autem ſi iura actoꝛis tantum
nō ſic ſi iura rei tantuꝫ vt in ſi. ꝙ̄ꝫ actoꝛi di
cit Jo. mo. ꝙ huius regule triplex eſt rō.
Pꝛima qꝛ actoꝛ impetit reus ōfendit. al
legat inſti. de interdictis. §. cōmodū ⁊. C.
de dila. l. ſi quādo. Secūda qꝛ nullus pſumitur ligatus vť
obnoxius in auten. col. vi. quib. mo. na. effi. ſui. §. natura ſi
quidem. Tertia qꝛ reus in iudicio pugnat pꝛo libertate vn
de debitoꝛ dicitur cliens creditoꝛis. C. ō noua. l. iij. ⁊ Pꝛo
uer. xxij. qui mutuum accipit ſeruus eſt fenerantis. Pꝛima
glo. dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exempla. ſecūdo ponit qua
tuoꝛ caſus exceptos. tertio ampliat regulam. quarto diſtin
guit opponit ⁊ ſoluit. vlt. glo. cōtrariuꝫ ſoluit ⁊ remittit ite
rum exemplificat ⁊ exponit. ¶ Jn glo. i. ibi fauoꝛabilioꝛes
ſeqtur rei potius ꝙ̄ꝫ actoꝛes habenť ⁊ ibi arrianus. vbi de-
liberādo igitur ſumus faciliores vbi de obligando pꝛopen
ſioꝛes. ⁊ ibi antepe. in pari pꝛobatione iudicatur ꝓ liberta-
te ⁊ ibi inter partes de libertate loquiť. ⁊ ibi vt reſponſum
ſeqtur congruum accipere poſſis inſere pacti exemplum in
glo. vlt. ibi ſciant cuncti cañ. ij. q. viij. ⁊ ibi dolum ſeqniť ex
perſpicuis indicijs pꝛobari cōuenit. ⁊ ibi metū pꝛobať me-
tus atrocitate facti nō iactationibus tantū vel conteſtatio
ne metus conteſtatio dupliciter exponitur in glo.
¶ Jn pꝛima glo. ibi arrianus dicebat Dy. exemplum cō-
petere quādo actoꝛ ⁊ reus pariter pꝛobant vel per numeꝝ
teſtium equalē per omnia vel per inſtrumenta equalis au-
ctoꝛitatis. Jtem quādo neuter pꝛobat. ponit etiā exemplū
per. l. ſi debitoꝛ. ff. de pig. vbi agens hypothecaria cōtra ti-
cium pꝛobat rem ſibi obligatam kalende ⁊ tic us pꝛobat ſi
bi obligatum eadē die nec apparet cui pꝛimo abſoluitur re
us cui concoꝛ. ē. eod. li. de pꝛeben. ſi a ſede. dicit demū illud
exemplum non congruere quod quidam ponunt cū actoꝛ
⁊ reus ſunt in pari cā turpitudinis. nam ibi nō ſunt iura ob
ſcura ſed paria ⁊ certa licet verum ſit reuꝫ abſolui. eo. ti. in
pari. Jtem nec competit exemplū ꝙ plures dilatiōes dan
tur reo. ff. de fer. l. vl. qꝛ ibi etiam nulla obſcuritas.
¶ Jn glo. vlti. ibi ſolutio. idem hic Dy. ⁊ eſt ratio quia re
us ſemper negaret ſe ſic ſenſiſſe qui inuitus trahitur ſoluit
etiam cōtrarium de. l. ff. de dam. infec. l. fluminuꝫ. §. ſeruius
⁊. §. idem ait. naꝫ ſi reus cauit de dam. infec. ⁊ edificiū dam
num dedit eius vitio vel vetuſtate ⁊ caſu foꝛtuito teneť ad
emendam ex cautione damni. ⁊ tamē hic eſt obſcuritas qa
caſus foꝛtuitus facit pꝛo eo. debilitas edificij ꝯtra eū. Re-
ſpōdeť ꝙ hic non eſt paritas qꝛ reus qui ruinaꝫ edificij ꝓul
dere potuit fuit in culpa actoꝛ non. ad id. ff. ad. l. aquil. ſi ob
ſtetrix. ⁊. l. ſi putatoꝛ. ſi vero eſſꝫ paritas culpe late leuis vť
leuiſſime locus eſſet huic regule ⁊ ibi. c. vlti. vide ⁊ adde ꝙ
ibi dixi.

Ec regula inducitur ad que
ſtionem de excōicato q appellauit ſed dubitatur
an appellatio ꝓceſſerit an excōicatio ꝙ in tali ob
ſcuro iudicandū ſit pꝛo illo qui reperitur reus. queſtionem
autē diſputaui quā adiecto tertio articulo licet ad pꝛopoſi
tum nō faciat ad litteram hic inſeram. ⁊ eſt talis. epiſcopus
excōicauit ticium legenteꝫ appellationē quā interponebat
ab eo. ſecundo excōmunicauit lutium qui appellauit epiſco
po pꝛoferente ſententiam. tertio excōicauit ſeyum ſub cōdi
tione qui ante cōditionē deſijt eſſe de foꝛo ſuo. ⁊ poſtea eue
nit cōditio de his ſententijs queriť an ligent. Pꝛima duo
membꝛa ſimul tractabimus circa que inducā pꝛo incohan-
te ſex diuiſim ⁊ duo coniunctim. ſecundo alia ſex contra ipm.
tertio recitabitur in vno membꝛo ſolutio diſputantis exclu-
dentur tres vel quinqꝫ caſus nō dubij ⁊ foꝛtis equitas ſub
mittetur. quarto dabitur ſolutio diſtinguēs ⁊ rñſio ad con-
traria. ¶ Eſt ergo ſciendum quod pꝛimuꝫ articulum de ex
cōicato qui iam incohauerat appellare diſputauit padue
dominus Pꝛinciualus de mediolano cuius argumenta ꝓ
ponam. ꝙ autem qui incohauit appellare vel pꝛonūciare ſit
potioꝛ. patet qꝛ ponderandum eſt pꝛincipium quod eſt cu-
iuſqꝫ rei potentiſſima pars. ff. de oꝛig. iur. l. j. ff. man. ſi pꝛocu
ra. ad quod pꝛincipiuꝫ trahiť finis. xxxv. di. ab exoꝛdio. ff. de
le. iij. ſi quis in pꝛin. pꝛopter quod dicimus initiū ſpectari de
hoc multe concoꝛ. no. de elec. dudū. j. cuꝫ ergo hic ſit dari rē
perfectam ex omni ſua parte. ſ. pꝛincipium medium ⁊ finem
pꝛealľ. l. j. ff. de oꝛig. iur. actus ꝓnunciationis vel appellatio
nis nō habet impedire effectū rei iam incohate maxime qꝛ q̄
incōtinēti fiūt videtur ineſſe de elec. officij. ff. ſi cer. pe. l. lecta
¶ Secūdo ſic incohare legere appellationē cū appellatur
verbo ⁊ incohare iter ad papā cuꝫ appellať facto ſunt paria
ſed video ꝙ ſi poſt iter incohatū nō ꝑfectū is cōtra quē iti
neratur excōicet itinerantē nō valet excōicatio allegat ipe ō
ap. meminimus melius facit. e. ti. dilecti. iij. ſic dicā ꝙ poſt le
ctionē appellatōis incohatā licet nōdū ꝑfectā excōicatio in
legentē lata nō liget ſm Pꝛinciualū: adde ad hoc vltimuꝫ
hñ facē. xxxij. q. v. ꝓpoſito. ¶ Tertio video quod ꝑteritū
⁊ pendēs equiparanť ad impediēdū cōſtitutōis effectuꝫ ꝓ
batur de offi. le. c. vlt. li. e. in cle. de iudi. diſpendioſaꝫ. de ſeq.
poſ. ad cōpeſcendas. de pꝛoba. lřis. de re iudi. vt calūnijs de
ſen. excō. ex frequētibus. ⁊ no. de hoc de elec. lꝫ cañ. li. eo. ſic
dicaꝫ ꝙ pendēs appellatio ſicut ꝑterita impediat effectum
ſnie ⁊ pendēs ſnia ſicut ⁊ ꝑterita impediat effectū appella
tiōis ad quod hñ facit. ff. de pu. iudi. is q vbi dānatus inco-
hatas pꝛius dclatōes ꝑficit. ¶ Quarto plus video ꝙ ſatis
eſt iudicē eſſe paratū ad ferēdā ſniam lꝫ nondū incohauerit
puta poſt ꝯcluſionē cāe vt reuocatio ꝓcura. nō impediat ꝓ
nūciationē de ꝓcur. audiuj. ſi ergo actus alias impediēs eo
ſtatu nō impedit foꝛti⁹ nō ipediet ꝓnūciatiōeꝫ iā incohatā.
¶ Quinto ad hāc ꝑtē inducunť. de reſcri. lřis de offi. dele.
iudex. de ſen. ex. religioſo. li. e. nā ꝑ ꝑmū pꝫ ꝙ ſi vnus roma
nus pontifex icohat ꝓuiſionē alter ꝑficit grauamē attribui
tur incohanti. ꝑ ſm pꝫ ꝙ recuſatiōis cā incohata ipediť de
legatus in eo quod alias poterat. ꝑ tertium pꝫ ꝙ q incoha
uit religionis pꝛopoſitū ꝑ nouitiatū pꝛiuilegiū immunita-
tis hꝫ ac ſi ꝑfeciſſet. ¶ Sexto ꝙ ſufficiat incohaſſe facit ō
fur. c. ſi. de tempo. oꝛ. ex tenoꝛe. ⁊ quod ibi dicere ſoleo ō tu
toꝛe q incohauit inuentariū remittēs ad ſpecu. de tutoꝛe. §.
gnāliter. ver. qd ſi ceperit. hinc eſt ꝙ qui incohauit trahere
bladū ō ciuitate nō teneť ſupueniēti edicto q̄ trahi ꝓhibeť
vt ſcripſi poſt Hoſti. de cōſti. c. ij. per. l. ceſar. alias cum in-
ſule. ff. de pub. ⁊ vec. ⁊ quod cept um generaliter habeať ꝓ
completo pꝛobatur. ff. de auro ⁊ argento. lega. ⁊ ſi nō ſunt.
§. argento.

§.argento.alias incipit quid ergo vbi ceptum fabricari ha
betur pro facto ⁊ ceptum celari.i. deaurari habetur pro ce
lato cui conuenit.ff.de pollici.l.j.§.cepiſſe de.l.iij.l.legatis
.§.ornatricibus.⁊ id ꝙ dicitur dié vel annū incobatū habe
ri ꝓ ꝯpleto.ff.ḋ vſucap.⁊.l.ſe.ḋ.v.ſig. ānicul⁹.j.⁊.ij.ff.ḋ teſ.
l.qua etate ḋ muneribus ⁊ bono.ad rēpublicā pro ⁊ ꝯ.cle.
de ſta.re.ne in agro.§.ceterum de elec.cū in cunctis vbi ſol/
uitur.⁊.ff.de mino.l.iij.§.minorem.nam ⁊ ſtatus illius cui⁹
negocia geſſi inſpicitur iuxta tempus quo icobatur.ff.de ne
gocijs geſtis.pomponius in negocijs ⁊ facit.ff.de mino.in/
tra vtile.j.reſpon.Ex quibus concluditur incobationez ap
pellationis vel pronunciationis inſpiciendam. ¶ Septio
ad hanc partem bene facit.ff.de iuriſdi.om.iudic. ſi quis id
ver.ꝙ ſi dum proponitur.vbi patet ꝙ pena corrumpentis
album propoſitum locum habet in eo qui corrumpit dū ꝓ/
poneretur ad idem.ar.fur.ce.l.furtim.§.etiam ſi non tota.
vbi patet edictum arborum furtim ceſarum habere locum
in illo qui incboauit cedere.ex quibus etiam concluditur h
primum ſcilicet incobatam appellationem impedire vincu/
lum excommunicationis ſi preceſſiſſet.Item incobataz pro
nunciationem non ſuſpendi per appellationem medij tem/
poris ac ſi tota pronunciatio preceſſiſſet. ¶ In contrariuz
allegatur ſic.non preſtat impedimentum quod de iure non
ſortitur effectum eodem titulo non preſtat cum ſuis cōcor
dan.⁊ ſic cum imperfecta appellatio vel pronunciatio non
habeat effectum non dabit impedimentum pronunciatio/
ni vel appellationi interim interiecte de electōe.poteſt hoc
exemplificari de elec.bone.⁊.c.congregato.de appella.cō/
ſtitutis.i.⁊ ſi dicas ꝙ ſequens particula perficiens confir/
met incobataz.negatur hoc per regulam non fumatur eo.
titulo.vel ſi confirmat hoc facit vt ex nunc non vt ex tunc vt
ibi no. ¶ Secundo iura dſit medium ſequendum. de offi.
cuſto.c.j.cum concordan.ſed primo caſu fuit media pronū/
ciatio.ſecundo appellatio ergo valent.nam quod vno con/
textu fieri debet non recipit actum contrarium mediuz hoc
in teſtamentis ſtipulationibus ⁊ fideiuſſionibus.ff.de teſta
men.heredes.§.fina.de verb.obligatio. continuus. de duo
bus reis conſti.l.duos reos.§.fina.idem in electionibus de
elec.quapropter ⁊ in ſacramentis de conſe.diſtinc.iiij.ſi nō
ſanctificatur vbi de hoc ſecundum principium. ¶ Tertio
probatur hoc aliter .multa iura probant ꝙ ceptum non ha
betur pro completo.ff.de verbo.ſignificatio.l.v.§. opere. ⁊
l.edificia.§.perfeciſti.ff.de auro ⁊ argen.lega.l. quintus .§.
cui aurum.de noui operis nunciatio.ſtipulatio.§. opus. ad
idem.C.quando dies lega.ced.l.ex his ſuper quo poſſes vi
dere quod ſcripſi in regula qui prior.⁊.q.prorum in parte
ſecunda vnde nullum eſt teſtamentum incobatum nonduz
perfectum.inſtitu.quibus modis teſtamen.infirman.§. pe/
nulti.in fine.⁊ contraria ibi ſoluuntur nec iuuat preſcriptio
incobata ſi fuerit iterrupta de preſcrip.illud. Inde dicitur
ꝙ fruſtra velociter currit q priuſq̄ȝ peruenit deficit de pe.
diſtin.iij.in caſum de renun.c.j.⁊ nihil putatur actum cuȝ ſu
pereſt aliquid ad agendum.C.ad ſilſ.l.penulti.in fi.ex qui
bus concluditur ꝙ imperfecta appellatio non iuuat ticiuȝ
nec imperfecta pronūciatio ligat lutium interim appellan/
tem. ¶ Quarto hoc idem ſatis aperta ratione probaṫ.po
ne ꝙ ticius qui incobauit appellare excommunicatus inte/
rim appellationeȝ nō perficit.vel epiſcopus qui inchoauit
excōicari lucium non perficit pronunciationem poſt illi⁹
appellationeȝ. nullus dubitat quin primo caſu teneat excō
municatio ⁊ in ſecundo teneat appellatio.pura enim excō/
municatio non poteſt eſſe impendenti de appella. paſtora/
lis.ſi ergo ſtatim in ſui pronunciatione tenuit ſubſecuta ap
pellationis perfectio illam non vitiat. Idem dico de ap/
pellatione in ſecundo caſu.ſicut ergo alis actus medius al's
efficax ad impediendum impedit prouiſionē incobatam vt
probaṫ de reſcrip.conſtitutus de conceſ.preben.c. fina.e. li.
nam primo caſu ſtatutum numeri iuratum poſt monitorias
annullat executorias ſubſecutas:⁊ ſecundo caſu reuocatio
ſupueniēs.ſ.poſt vacationē ⁊ petitionē añ collationē exe/

cutoris appellationē ānullat:ita i ꝓpoſito excōicatō media
in ꝑ cāu ligat ⁊ appellatio media ſcḋo cāu tenebiṫ vt ſic nō
pōderem⁹ iſta pambula appellatiōis vl' excōicatiōis ſȝ ſolū
verbū excōico vl' appello ſic al's di penā eligētis idignū nō
deberi ex ꝯſenſu ⁊ pambulis electiōis niſi fiat electiōis ꝓnū
ciatio de elec.ꝑpetuo.e.li.reqriṫ ergo act⁹ pfectus ſic ⁊ al's
annus pfectus.e.ti.cōmiſſa.j.rñ.Et ſi dicas iſta ꝓcedē i pe
nalib⁹ dico ꝙ ꝓcedūt ēt cū qriṫ de effectu electiōis vt pȝ ḋ
ele.eccl'ia.j. ¶ Quinto ſpāliter ꝯ ticiū inducit qḋ ſibi ipu/
tet cū potuerit ſibi ꝓuidē porrigēdo cedulā appellationis
nec hēat neceſſe iſtare lecture ⁊ ſic nō potuiſſet ꝑueniri .s.
eo.li.ḋ appel.⁊ in h bñ ſit cautus q timet hūc caſuȝ. ¶ Se
xto ꝯ epm ꝓ lutio inducit.xj.q.j.quicūqȝ de iudi.nouit ver.
nec illḋ.ex qb⁹ pȝ ꝙ ſm legē illā theodoſianā ipedit ꝓnun/
ciationē incobatā q petit remitti ad eccl'iaſticum iudicē ita
ergo ipediat ꝓnūciationē icobatā is q appellat.fac de ap/
pel.ſup eo.e.ti.ex qb⁹ ꝯcludit ticiū ligatū ⁊ lutiū.ij. ligatū.
¶ So.circa ſolōnē qōnis eſt ſciēduȝ ꝙ Principalus qui
diſputauit pmū mēbrū tenuit nil ſpālit allegās i ſolōne: in
ducere tñ poterat tex.canonis.ij.q.vj.arguta ꝙ appellatō
tueṫ incobantē ⁊ apte formabat qōnē cū excōicatio preceſ
ſit verbum appellationis. ¶ Sed ad aperiendam qōnis
veritatē in pmo excludam⁹ de qōne caſus nō dubios ⁊ erit
bonus modus ſoluendi ne fiat prolixa diſtinctio planū eſt
ꝙ articuli dubij non eſſent niſi poneremus appellationes
legitimas.nam friuola etiam precedēs non vitiat.ergo nec
concurrens.Itē nō eſt queſtio dubia vbi diceremꝰ ꝙ ticius
prius porrexerat appellationem quam poſtea ex abundan
ti legebat vel quando epiſcopus primo per alium protule/
rat ſententiam quod poterat etiam diffinitiuam de re iudi/
cata.c.fina.ꝯ.e. lib. quā poſtea ex abūdanti repetebat.Itē
nil dubij habet queſtio vbi ticius qui incobauit appellare
in verbo appellationis ⁊ expreſſione cauſe preuenit epiſco/
pum excommunicantem vel quando epiſcopus qui incoba
uit excommunicare in verbo excommunicationis preuenit
lutium appellantem ⁊ de expreſſione cauſe non repeto quia
licet vtrobiqȝ ſit cauſa exprimenda tamen pretermiſſio cau/
ſe in appellatione ante ſententiam illam vitiat:in excommu
nicatione vero non licet proferens penam incurrat.ꝯ.eo.li.
de ſententen.excommuni.c.j. Remanet ergo queſtio dubia
quando poſt incobatam appellationem ante verbuȝ appel
lationis ⁊ cauſe expreſſionis interuenit excommunicatio ti/
cij vel quando poſt incobatam pronunciationem ante ver/
bum excommunico interuenit appellatio lutij vel quando
dubitatur qḋ verbum preceſſerit licet ſciatur quis incoba/
uerit vt ponit queſtio.nec queritur an appellatio deuoluat
ſed an vinculum impediat in his dubijs audacter dico ꝙ ſi
poteſtatem haberem ius poſitiuum producendi ſtatuerem
de forti equitate ꝙ potior eſſet qui prius incobauit appel
lare vel excommunicare vt ſit locus preuentioni vbi nō fiat
doloſe ⁊ compleaṫ eodem contextu actus incobatus.⁊ per
hoc vltimum reſpondeo ad id quod dixi in parte ſecunda
vbi hoc idem de dolo dixi.nec obſtat de appellatio.oblate
cum ſimi.pro hac ſolutione faciunt iura que probant locuȝ
eſſe peruentioni.de appellatio.vt debitum.ꝯ.eo.li.de reſcri.
duobus.ff.de verbo.obliga.ſi ticius.⁊ faciant que dixi in ꝑ/
ma parte ver.item video.⁊ que faciunnt in contrarium itel
ligantur de incobatis que non perficiuntur vno contextu.
Sed quia non eſt meum ius de nouo producere ſed de iam
ſtatuto quid ſit iuſtius reſpondere dico ꝙ de rigore ligat⁹
eſt ticius quem incobantem appellare preuenit epiſcopus
in pronunciatione ⁊ lutius ligatus non eſt qui epiſcopuȝ in
cobantem excōmunicare preuenit in appllatione ad quod
induco principaḟr dec.ſi duo.ꝯ.eo.lib.de procura.per quā
patet ꝙ non ponderatis preambulis litis vel qs illā icoba/
uerit ille de procuratoribus pluribus dicitur occupaſſe vel
adueniſſe q ꝑ ꝯteſtaṫ litē q̄ ꝑeſt ſubſtāciale in dño litj vel in
ſtantie ſeu i ꝓpoſito nō ponderabo pābula vl' exordia ſnie
vel appellatiōis vl' ſolū qs in ſubſtātialibus illoꝝ actuum
preuenerit:ſic vbi ſnia eſt ſubſtāciale eius de quo queriṫ nō

BIBLIOTECA ... UNIVERSIDAD ... SEVILLA

ponderamus ea que precedunt ſed ſolum q̄s in illa preue-
nerit vt ꝓbant leges ibi allegate in.v.glo.facit ad hoc q̄ḋ
no.vij.q.j.nihil.ḋ.eo.li.de re iudi.c.ſi.in glo.ij.ſecundo vero
caſu q̄n dubitatur q̄s in his ſubſtātialibus preuenerit vide
tur aliq̄bus p hanc regulā pro illo qui reus eſt iudicādum.
Sed ego ſoluēdo dico ꝙ q2 de iurſiditione ⁊ excōicatione
conſtat de precedenti appellatiōe nō ꝯſtat iudicabo illos
ligatos ad hoc.ḋ.eo.li.de ſen.excom.venerabilibus ad finē
⁊ q̄ḋ ibi no.maxime cum ſententia excōmunicationis ſit me
dicinalis eo.ti.c.j.⁊ q̄a ſpiritualis ſit penetrabilior q̄ȝ act⁹
humanus iuxta id q̄ḋ no.Inno.de appella.p̄terea.ij.ad ea
que p̄ncipalius videnť ſolutioni ꝯtradicere reſpōdeo ꝙ in
appellatione facti incohatio itineris nō habet ſe vt initium
appellatiōis:imo ipſa itineris arreptio habet vim perfecte
appellationis vt in dec.dilecti.⁊ de cleri.pere.c.vni.Quod
dicitur de cauſis pendentibus dico ꝙ bene comprehendū-
tur noua conſtitutione quo ad cauſe ordinationem vt not.
in dec.lȝ canon in decre.auditis reuocatio hñ impedit ne fe
ratur ſnīa cum procuratore reuocato ſed fertur contra con
tractum qui reuocauit nec alium ſubſtituit.Ad decre.litte
ris reſponde vt dixi in queſtione pororum in ſolutione con
trariorum.in dec.iudex propoſita exceptione habem⁹ actū
perfectum.in dec.religioſo habemus etiam actum nouita-
tis perfectum cetera ſoluat ſtudens.¶ Tertiū queſtionis
membrum diſputauerūt Dama.in queſtionibus ſuis ſuper
dec.ij.de appella.Bar.brix.in queſtione veñ.xij.Et in pri
ma parte probatur non inſpiciendum tempus conditionis
in ſecunda contrarium.⁊ tertio ponitur ſolutio ⁊ qui in illa
concordant.ſubditur contraria opinio que certo cāu ſalua
tur alias ſolutioni ſtatur ⁊ contrarijs reſpondetur.

¶ Quod ergo ſententia liget allegatur ꝙ inſpicitur in ſen
tentijs tempus conditionis appoſite.j.q.vj.biduum.Item
in pignoribus non inſpicitur tempus quo euenit conditio
ſed quo fuit appoſita.ff.qui po.in pign.habe.l.potior.§.j.
idem in manumiſſionibus.C.de ma.re.ſtatuliberis.ad idem
.ff.de fideicommiſ.liber.generaliter ad finem.Inducunt ēt
l.ſi quis poſtq̄ȝ.ff.de iiudi.Item licet p̄latus moriatur ligat
ſententia per eum lata.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente.nam ſcḋȝ
Dama.hec ſententia tranſiuit in rem iudicatam ⁊ ſic morte
iudicis vel peremptione iuriſditionis non euaneſcit.C.ḋ re
iudi.l.geſta.circa hoc vltimū vide quod no.lxiij.diſtin.ſalo
nitane.ad hanc partem bene facit.ff.de ver.obliga.ſi filius.
al's cum filius.vbi dicitur ꝙ ſi filiusfamilias ſtipuletur ſub
conditione ⁊ poſtea emancipetur ⁊ demū eueniat conditio
ꝙ patri acquiritur vt ſic non tempus conditionis ſed ſtipu
lationis ponderemus ad hoc etiam inducitur cle.de re iu-
dica.paſtoralis.verſi.illud.vbi ponderatur ꝙ tempore cita
tionis citatus non erat in iuriſditione citantis.

¶ In ꝯtrarium allegatur ꝙ excommunicatio non ligat ni
ſi ſubditos.de ſenten.excommunica.a nobis.ergo hi q non
erāt ſubditi tempore conditionis nō ligant cum ante condi
tionem ſententia non liget vt in prealle.decre.preterea ḋ re
iudica.quod ad conſultationem facit.ff.de dona.inter virū
⁊ vxorem ſi ſponſus.⁊.l.cum hic ſtatus.§.ſi ſponſus.Item
ex conditionali obligatione ſola eſt ſpecies in debitū iri.in
ſtitu.de ver.obliga.§.ex conditionali.ff.de verbo.ſignifica.
cedere diem.bene facit de ſpon.c.vni.ḋ.eo.li.Item iudex vl
tra tempus iuriſditiōis ſue non poteſt alicui interdicere ar
tem ſuam.ff.de pe.l.fina.⁊ ex contrario contingeret hunc li-
gari per nō iudicem cuȝ tempore conditionis non ſit iudex
contra id de conſuetu.ad noſtram de iudi.at ſi clerici.C.ſi a
noncompeten.iudi..l.j.⁊.ij.de parochi.nullus.¶ Ad hāc
partem allegat Archi.de ſenten.excōmunicati.romana.§.
j.ḋ.eodem lib.⁊.c.ij.ij.rñ.de conſtitutio.ḋ.eodem lib.naȝ ſi
ibi ſententia non ligat ſubditum extra locum multo minus
ligabit eum qui deſijt eſſe ſubditus.pro hac parte facit de
reſcrip.ſi pro te.ḋ.eodem libro.⁊ ſepius allegata decre.pre
terea.ij.de appella.nam ſi appellatio preueniens conditio
nem impedit ne liget excommunicatio vt ibi hoc non eſt ni
ſi quia ſuſpenſa fuit excōmunicantis iuriſditio per appella-
tionem intermediam.fortius ergo impedire debet ne liget
vbi in totum fuit extincta vt in caſu preſenti ex quibus con-
cluditur ſententiam non ligare.Solu.Bar.dixit illum li-
gari cum ſententia lata ſub conditione teneat ⁊ iudex poſſit
ſtatuere in futurum de ſenten.excommuni.a nobis huic ſo-
lutioni que placet cōcordant Lau.Uin.Tan.Gof.Phi.
glo.Innocen.⁊ Hoſtien.in pre.decre.preterea de appella.
ſed Archi.contradicens Dama.hoc tenere hoc not.in pre
dic.decre.ij.de conſtitu.ḋ.eod.lib.quid de Dama.dicā ne-
ſcio.naȝ in queſtione ſua primo allegat pro illa parte ꝙ ſen
tentia teneat.ſecundo allegat pro parte contraria ⁊ pro ſo-
lutione dicit tenendum q̄ḋ vltimo dixit.⁊ ſic videtur eū vel
le ꝙ non liget ⁊ ſic recipit Archi.Sȝ ſi videbis queſtionē
predictam patebit ꝙ allegat pro ſecūda parte ꝙ non liget
ſubmittit vltimo argumenta facientia ad primam partem
ſcilicet ꝙ liget ⁊ ſic dici poſſet eum tenere ꝙ liget dum di-
cit tenendum quod vltimo dixit.poſſet autem iſta opinio
Archi.eſſe vera quando ſeius deſijt eſſe de foro excōmuni-
cantis ⁊ ceſſauit cauſa excommunicationis puta excommu
nicatus erat ſi infra menſem non faceret reſidentiam in be-
neficio vel illius ratione non reciperet ordines infra tēpus
contraxit matrimonium vel trāſlatus eſt ad aliud beneficiū
primo dimiſſo ⁊ talis conditio dici poſſet poteſtatiua i qua
aliud q̄ȝ in caſuali vel ea que non eſt in poteſtate vt ſoluitur
contrarium de.l.potior.j.reſpon.⁊.§.j.ff.qui po.in pignore
habe.⁊ facit quod nota.in predi.decre.ſi pro te.de reſcrip.
ḋ.eo.lib.in.iiij.glo.vnde ⁊ in decre.aduerſus.de immu.ec.
ſucceſſor infra menſem non ſatiſfaciens excōmunicatus eſt
quod intelligitur niſi infra tempus illud dimittat officium
vt ibi notatur poſt Hoſtien.in ſi.al's vero vbi nullo mō con
ditio pendet ex poteſtate excommunicati ſit vera priorum
opinio vt conditio trahatur ad ſententiam nō econtra.Ad
contraria reſpondetur ꝙ tempore ſententie ſubditus erat
⁊ proferens ipſius iudex ⁊ ſi preueniens contra ipſum qui
poſtea deſijt potuiſſet ferre ſnīam.de foro compe.c.penul.
cum ſuis concordan.fortius ligabit ſentētia lata priuſq̄ȝ de
fierit.⁊ ſic ſolue etiam decre.romana.§.j.ad.l.fina.de penis
reſponde vt no.⁊ dixi de offi.delega.c.fina.ad decr.ij.de cō
ſtitu.ḋ.eodem lib.reſpondetur ꝙ de generali ſententia loq
tur lata per ſtatutum ⁊ ſtatutorum proprium eſt ligare futu
ra ⁊ infra diDeceſim commiſſa vt ibi:ſed ſpecialiter excōmu-
nicatio fertur in ſeyum quocunq3 declinet ligatus eſt ⁊ ex-
tra dioceſim proferentis exiſtēs ligari poſſet.de rap.c.j.q̄ḋ
videtur intelligendum ſi citatio eum apprehēdat antequā
exeat ciuitatem.de foro competen.c.penulti.Ad decre.pre
terea dico ꝙ per appellationem legitimā transfunditur iu-
riſditio male excommunicantis in eum ad quem eſt appella
tum quod non eſt in caſu noſtro.nā iuriſditio primi nō trāſ
funditur in ſecundum.nec eſt eius corrigere q̄ḋ fecit prim⁹
nil etiam mirum ⁊ appellatio fundata ſuper culpa proferē
tis vel iniquitate ſententie operatur quod non operať ipm
deſinere eſſe de ſui iuriſditione vbi non notatur ipſius cul-
pa vel ſententie iniquitas.Jo.and.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere.C.ſunt he.

C Am tempus in teſtamento adij
citur credendum
eſt pro herede adiectum niſi alia mens fuerit te
ſtatoris ſicut in ſtipulatiōibus promiſſoris gra
tia tempus additur.

Ontractus vide in regula contractus.
Ulpa eſt vide in regula non eſt ſine.
Onſilij vide in regula nullus ex conſilio.
Ulpa caret qui ſcit ſed prohibere non poteſt.
Uius per errorem dati repetitio eſt eius cōſulto dati
donatio eſt.

¶ Cum amplius

Um amplius.ſolutum eſt ꝙ̃ debeatur cuius pars nõ inuenitur que repeti poſſit totum eſſe indebitum intelligit manente priſtina obligatione. ¶ Is natura debet quẽ iure gentiũ dare oportet cuius fidem ſecuti ſumus.

Um ſeruis nulla actio eſt.

Reditor qui permittit rem venire pignus dimittit.

Ui ius eſt donandi: eidem ⁊ vendendi ⁊ concedendi ius eſt.

Um quis poſſit alienare poterit ꝯſentire alienationi cui aũt donare nõ cõcedit ꝓbãdũ erit nec ſi donationis cã cõſenſerit ratam eius habẽdam volũtatem.

Apiẽda occaſio eſt que probet benignius rñſum qḋ factum eſt in obſcuro ſic ⁊ ex affirmatione cuiuſq; capit interpretationem.

Um principalis.vide in regula acceſſorium.

Um pretor.in heredẽ dat actionem quatenus ad eũ peruenit ſufficit ſi vel momento ad eum peruenerit ex dolo defuncti.

Uius effectus.omnibus ꝓdeſt eius ⁊ partes ad vniuerſos pertinent.

Um par.vide in regula in pari.

## Amnum quod quis

d lxxxvj.dicit Dy.ꝙ ad generalẽ confirmationem huius regule accedit.ff.rem ratã habe.ſi vim.§.cum autẽ.de inſtitu. ſed ſi quis.§.pupillus.⁊ fami.her.iter heredes.§.qḋ ex facto imputari. per hanc regulam dici poteſt victum nõ teneri victori ad expenſas ad quas in cauſa condemnatus fuerat ꝓpter ſuam contumaciam de quo vide in Spe.de expen.§.nũc de expẽ.v̄ſi.ceterũ.⁊ dixi.ꝫ.de do.⁊ contuma.finẽ ſuper magna glo.

¶ In glo.j.dic vnde ſumpta.⁊ tota inſtat exemplis.

¶ In p̄ma glo.ibi qḋ quis ex ſua culpa ſequitur damnum ſentit nõ itelligit damnũ ſentire.⁊ ibi putor imputet ſibi ꝙ per priuatũ locum quo iter vſitatũ non erat tranſit ſub putatore arboris.⁊ ibi.§.idẽ econtra.al's eſt ver.ſub.§.vt in ceteris. ¶ In glo.j.ibi a ſocio.⁊ hoc quãdo a ſocio nõ eſt qḋ imputet.ſecus autem ſi ſibi poſſet imputari culpa participationis cauſe propter quam damnũ incurrit vt.e.ti.l.ſi ergo ſm̄ Dy.⁊ ipõit etiã Dy.per.l.ſi quis negocia.ff.de nego.geſt.vbi geſtor negocioꝝ ſibi iputat ſi ſoluit indebitũ.

## Ec regula inducitur cõtra

b fideiuſſorẽ qui ſoluit vſuras ꝙ cum ſint indebite ⁊ ſic ex culpa ſua damnũ patiat illas a debitore nõ repetat. Diſputaui aũt hanc queſtionẽ que ſic formabatur querit an fideiuſſor vſuras quas creditori ſoluit a debitore recuperet ⁊ formabat in veñ.lxxv.q.ḋ fideiuſſore nõ aſtricto per iuramẽtũ ad illas vſuras. ¶ Ad affirmatiuam inducam ſex rõnes ⁊ vnam glo.ſecundo ad negatiuã alias ſex.tertio ponam ſolutiones Bar.⁊ Dama.⁊ alioꝝ opi.circa idem.vltimo diſtinguẽdo ⁊ ſubdiſtinguẽdo veram ſolutionẽ ſubdã. ¶ Qḋ recuperari poſſit videt per decre.de fideiuſſ.c.ij.⁊.iij.in quibus fideiuſſor ſoluens vſuras repetit: ⁊ tamen ibi non apparet ꝙ iurauerit.bene facit.ff.manda.ſi mandato.§.ſi fideiuſſor.vbi videt caſus.⁊ facit qḋ ibi no. ¶ Secũdo ꝯſtat ꝙ officiũ ſuũ nulli debet eſſe dãnoſũ nec debet quis pati damnũ vñ meret premiũ vt in pre.c.ij.cum ſuis cõcordan.ad hoc.de elec.cũ non deceat.eo.li.ſm̄ bart.⁊ Dama. ¶ Tertio fideiuſſor nec ex pactionali qḋ pʒ.nec ex mentali vſura culpari põt cum de lucro nõ ſpectet ſed de damno vitando contẽdat quoꝝ nõ eſt par ratio.C.de codicil.l.fi.quare ergo nõ repetet.⁊ bene facit.ff.manda.qntus mutius.al's incipit ſi quis ſub vſuris vbi bene facit fideiuſſor parcens pudori ſuo ſoluendo vſuras quas promiſit licʒ in ſtipulatione nõ venerint ⁊ illas repetit.apḋ vulgares.n.notari poſſet de fidei fractiõe ad hoc de iureiurã.tua.qḋ ſi bi non expedit vt alias cum indiguerit inueniat creditores facit.ꝫ.de cle.egro.c.j. ¶ Quarto ſicut ad vſuras ſoluendas obligat iuramẽtum de iureiurã.debitores.ſic ⁊ fideiuſſoris adiectio cum iſta equiparent de cenſi.grauis.imo fortior eſt obligatio per fideiuſſores vt ꝓbatur in auc.vt nul.li.ba.lo.ſerua.§.ſi vero crimen.⁊ per no.de dona.inter vi.⁊ vxo.per veſtras.ꝫ.de pigno.c.fi. ¶ Quinto non ſeqtur ſi vſure ſunt indebite creditori ergo fideiuſſori.vide in tanti am in pacto legis cõmiſſorie qḋ licet non valeat cum creditore valet tamen cum fideiuſſore.ff.de ꝯtrahẽ.emp.l.fi.j.rñ.⁊ dixi.ꝫ.de pigno.ſignificante. Item repetit fideiuſſor vſuras pecunie quam mutuo recepit pro executione mandati. Item etiaʒ proprie pecunie poſt morã.C.mãda.l.j.⁊.l.poſt ſolutionẽ.ff.man.ſi mandato.§.ſi fideiuſſor. ¶ Sexto mandatarius proſequens iniuſtam cãm mandatoris lʒ ſuccumbat expenſas repetit.C.manda.etiam.ꝫ.de ꝓcurato.cũ procã vbi de hoc. volenti enim ⁊ ſcienti nõ fit iniuria vel dolus eo.titu.ſcienti cum cõcordan.vltimo bene facit quod not. Inno.⁊ Hoſti.de iureiuran.ſicut.iij.in fi.magne glo.ſcilicʒ ꝙ mandatarius damna que ſuſtulit etiam per caſum fortuitum dummodo caſus alias veriſimiliter non accidiſſet recuperat a mandatore ex quibus concludit pro fideiuſſore.

¶ Qḋ nõ poſſit repetere videt qꝛ vſure indebite ſunt iure diuino ⁊ canonico.ꝫ.de vſur.qꝛ in omnibus.⁊.c.ſup eo.⁊.c.conſuluit.ergo poſſit denegari petẽti cum ſolute poſſint repeti de iureiuran.debitores.⁊ cui damus actionẽ ⁊c.eo.ti.ꝗ ad agẽdum cum ſuis concordan.ſoluens ergo indebitũ nõ repetit de quo nõ videtur fuiſſe mandatum.ff.de condi.indebi.ſi procurator. ¶ Secundo certum eſt ꝙ nõ hʒ actionem mandati fideiuſſor ſcienter omittens peremptoriaʒ.ff.manda.ſi fideiuſſor.j.ij.⁊.iij.reſpõ.ff.de fideiuſ.exceptiõe.

¶ Tertio etiã ſi per iniuriã iudicis damnatus ſit nõ habʒ actionẽ mãdati de emp.⁊ vendi.c.fi. ¶ Quarto cum ſcienter ſoluit indebitum nõ datur repetitio cum videat donaſſe.ff.de condi.inde.l.j.ff.de regu.iur.cuius per errorem ſcḋʒ Bar.brix.⁊ Dama.coadiuuant allegata.p̄mo qꝛ etiam iure ciuili videntur hodie vſure prohibite ſm̄ nota.de vſur.c.iij.in autẽ.de eccle.ti.in p̄n.coll.ix.⁊.C.de vſur.autẽ.ad hec Item ex.l.ſi fideiuſſor ſuperius allegata.datur hec doctria ꝙ quotiens omittit fideiuſſor exceptionem peremptoriam ſibi ⁊ debitori pariter competentẽ ſciens vel errans in iure non repetit ſed talis eſt iſta.ergo non repetat.⁊ no.ibi materiam in.§.quedam.⁊.C.manda.ſi pro ea.⁊ per Hoſtien.in ſum.de fideiuſ.§.ad quid is pro quo.nõ ob.ſi dicatur iuraſſe.potuit eñi abſolutionem petere de iureiurã.c.j.⁊ ꝗ poteſt facere vt poſſit iam poſſe videt.ff.eo.ti.qui poteſt de electio.c.fina.vel repetat a creditore que via eſt ordinaria cuʒ ille tractet de lucro non a debitore per viam extraordinariã cum ille tractet de damno ad id.ff.de mino.in cauſe.nam ⁊ geſtor negociorum indebitum ſoluit quod non repetit.ff.ḋ nego.geſt.ſi quis negocia. ¶ Quinto facit hec regula vt ſic non debitori ſed ſibi imputet damnũ quod ſua culpa ſentit qḋ non imputaret etiam ſuo ſocio vt hic cum ſuis exemplis. ¶ Sexto eſſet abſurduʒ ꝙ ſub nomine damni ipſius mandatarij vrgeret debitor ad vſuras.ad hoc de fo.cõpet.dilecti.nam ſic aperta eſſet via fraudi ꝯtra id.ꝫ.de diuor.ꝙ̃to in fi.qꝛ per adiectionẽ fideiuſſorum cogerentur debitores ad vſuras per obliquum vel creditores veri ſubmiſſo alio creditore conſtituerent ſe fideiuſſores vt iam vidi fieri vt ſic a creditore conſequantur vſuras ex quibus concluditur contra fideiuſſorem.

¶ Sol.dicit Tan.ꝙ peti non poſſunt de iure ciuili: qꝛ ſcienter ſoluit indebitum Bar.brix.ſed Dama.ſic dicit ſoluat ꝗ poterit ⁊c.poteſt tamen dici ꝙ ſi oppoſuerit fideiuſſor exceptionem ſed fuit auditus iniuria quam in hoc paſſus eſt nõ debet contingere debitorem.ff.de euictj.ſi per imprudentiam.ſed illud intelligendum eſt vbi culpa fideiuſſoris preſtitit cauſam condemnationi alias ſi in culpa non fuit aget vt in.l.illa exceptione.ff.de fideiuſſo.Dama.ſatis patet ꝙ ſo.

lutio Bar. nil facit ad propoſitum ſm quam non repeteret
etiam debitor ſoluens quod reprobatur vt notatur in.c.de
bitores. ⁊ opinio ipſius Tan. ad caſum noſtrum non debu
it pretermittere qui tenuit ſimpliciter debitorem teneri ad
vſuras ⁊ omnes expēſas quas ſubijt fideiuſ. quia veniūt vt
intereſſe hoc not. de fideiuſſo.c.ſecūdo. cui concor. ibi Vin
cen. ⁊ ſummiſte. Joan. in ſumma. tertiadecima queſtione ter
tia. Raynal. ⁊ Goffred. in ſumma de vſuris. Inno. ⁊ Hoſt.
eodem titulo.c.j. aliter autem dixit Ala. ⁊ aliter Ber. vt in
fra dicam. Quarto caſu ad enucleandā vero veritatem hu
ius caſus ſic diſtingue aut debitor ignorat obligationem fi
deiuſſoris aut ſcit. primo caſu fideiuſſor vſuras vel aliud in
debite ſolutum non repetit per.l.ſi quis negocia.ff.de neg.
geſtis. ſecundo caſu ſubdiſtingue aut debitor ſcit ⁊ contra
dicit aut ſcit aut patitur aut ſcit ⁊ mandat. primo caſu non
repetit fideiuſſor nedum vſuras quas ſoluit ſed nec ſortem
vel aliud quod vtiliter impēdiſſet.ff.manda.ſi pro te. ⁊.l.ſi
remunerādi.§.ſi paſſus.ff.de negocijs geſtis.l.vltima. plus
enim eſt contradicere ꝙ̄ non conſentire de ſimo. ſicut tuis.
de homici. petrus. ⁊ facit.l.pomponi. in fine.ff.de procurat.
⁊ eodem titulo que omnia. fatuus enim fuit ⁊ ſuſpectus in
gerendo operas in inuitum vt ibi. ſecūdo caſu cum patitur
licet repetat fideiuſſor ſortem ⁊ debitum quod ſoluit.C.mā
dati. fideiuſſor pro eo patiente ⁊ pre.§.ſi paſſus. indebitum
tamen vel vſuras quas ſoluit repetit ⁊ ſibi iputet in hoc ꝙ
ſe obtulit. argu. depo. bona fides.ff.depoſiti.l.j.§.ſepe. vt ſi
cut ibi offerre grauat depoſitarium ſic ⁊ hic fideiuſſorē. ter
tio caſu quando mandat ſubdiſtingue aut mandat illuz ob
ligari pro ſorte tm̄ aut pro vſuris incluſis tamen ſub nomi
ne ſortis vt eſt moris aut in omnem cauſam vel ſimpliciter
aut nominatim pro vſuris. primo caſu ſoluens vſuras a de
bitore non repetit: tum qa exceſſit fines mandati.ff.manda.
diligenter fideiuſſor de preben. cui de non: tum qa ad illas
obligatus non erat.C.de fideiuſſo.ff.eodez. fideiuſſores ma
giſtratuum non obſtante lege pro prima parte allegata.ff.
mandati.l.ſi mandato.§.ſi fideiuſſor. per litteram ibi iuſta
ratione. vel loquitur de obligato ad vſuras vel loquitur ſz
leges maxime digeſtorū permittentes vſuras. Secundo ca
ſu quando fideiuſſit pro vſuris incluſis ſub nomie ſortis re
petit. iuſte enim credere potuit illam ſortem ⁊ totum debi
tū ad id pre.§.ſi fideiuſſor.ff.manda.j.ij.⁊.iij. reſpon. de pre
ben. ſi beneficia lib.eod. nec preſumere debuit illum indebi
tum ſub ſortis nomine promittere.ſ.de preſump. quia veri
ſimile.ff.de probatio. cū de indebito. ⁊ ſic legere ſoleo dec.
ij. eodem titulo. Tertio caſu quando fideiuſſit in omnem ca
ſum vel ſimpliciter non repetit quia in generali mādato nō
incluſit indebitum de quo etiam veriſimiliter in ſpecie non
mandaſſet.ff.de conditio. indebi. ſi procurator. ad idem de
offi. vicarij.c.fina.lib.eodem. de reg.iur. in generali cum cō
cordan. non obſtāt no.ff.loca. quero an ſi fideiuſſor. quia vt
dixi leges permittunt vſuras. Quarto caſu quando nomia
tim mandat fideiuberi pro vſuris ſubdiſtingue aut iurauit
fideiuſſor creditori ꝙ ſolueret aut non iurauit. prio caſu eſt
opinio ⁊ communis habet ꝙ repetit cum non poſſit accipe
re per decre. debitores que placet Ala. nota. de fideiuſſo.c.
ij. ⁊ Bar. vt patet in propoſitione queſtionis huius in prin
cipio. ſecūda opinio habet ꝙ hoc caſu repetit ſi potuit pe
tere abſolutionē iuramēti al's nō de iureiuran.c.j. ⁊ hoc vi
det placuiſſe Hoſti. in ſum. de fideiuſ.§.ad quid fideiuſſor.
vbi qōnem hanc ſatis proſequit. ⁊ vide aliqd in Spec. de fi
deiuſ.§.j.ver. ſed quid ſi fideiuſſor. tertia opi. glo. habet ꝙ
nec tūc repetet a debitore ſed a creditore cui ſoluit. Mihi
placet prima opi. ⁊ dico cum Goffre. reſpōdendo ad ſcḋaz
ꝙ lz fideiuſſor teneat excipete vt eſt probatū nō eſt iure ex
preſſum ꝙ teneat agere. Itē fideiuſſor poteſt omittere ex
ceptionem inhoneſtā ex pſona ſua.ff.mā.l.idem.§.generali
ter multo fortius actionem. ſed iſta aggrauaret opi. ſuā vt
in pma parte probaui ergo ⁊c. habeat ergo fideiuſſor optio
nem ſoluendi vel abſolutionem petendi ſicut haberet debi
tor vt illa iura probant. Item reſpondendo ad tertiam opi
nionem habeat etiam optionem ex quo ſoluere poterit lici
te repetendi a creditore. pone enim ꝙ execratur litem cum
creditore qȯ eſt comendabile. de ver.ſigni.c.ij.eo.li.ff.ḋ ali.
mu.iu.l. Item ſi. ⁊ ſic bene concordat.l.quintus mutius.ff.
manda. Item ſm illam op. nil precipuū haberet fideiuſſor
qui ſine culpa ſoluit ad eum qui fuit in culpa vt dicam in fi.
Secūdo caſu quādo non iurauit fideiuſſor ſubdiſtigue aut
debitor iurauit indēnitatem fideiuſſori aut non. primo caſu
repetit fideiuſſor vſuras quas ſoluit ⁊ poterit hoc caſu lay
cum debitorem conuenire coram iudice eccleſiaſtico. de fo
ro competen.c.fina.lib.eod. facit de iureiuran. cum contin
gat. ⁊.c.licet de pac. quāuis. ⁊ auten.C.ſi aduerſus ven. Et
eſt aduertendum ꝙ licet recipere ad vſuras interdū ſit pec
catum de quo ſatis ſcripſi poſt Inno. ⁊ Hoſtien. de vſur. ſu
per eo. ipſum tamen ſoluere non eſt peccatum: ergo nec iu
ramentum illicitum de indēnitate fideiuſſoris ſoluent]. Se
cūdo caſu quando nō iurauit debitor ſubdiſtingue. aut pp
pignora data vel aliam cauſam expediebat debitori vſuras
ſolui aut non. primo caſu repetit fideiuſſor.ff.manda.ſi quis
pro eo. ⁊ ſic legit Hoſtien: dec. peruenit vt ibi ſcripſi. ſecun
do caſu quādo nō expediebat id debitori ſubdiſtingue aut
fideiuſſor ſpōte ſoluit aut coactus. pmo caſu nō repetit iure
fori ⁊ locū habeat regula iſta cum ſuis concordan. ſuperi9
allega. non obſtante.l.quintus mutius. qr vt dictuz eſt ibi
ſoluit debitum ſm leges. Recepi tamē ꝙ theologi iure po
li vel foro cōſcientie vrgerent debitorem ad reſtituendū qȯ
multam habet honeſtatem ⁊ facit regula ſcienti.ſ.alleg. ſe
cundo caſu quando coactus ſoluit. aut fuit in culpa aut nō
primo caſu cum fuit in culpa vt qr non excepit non repetit
vt.l.ſi fideiuſſor.ff.manda.§.non male. ⁊.ff.ḋ fideiuſ.excep.
in fi. ⁊ in iſta regula. ſecūdo caſu cum non fuit in culpa licet
glo. ſm opinionē Jo. in.l. exceptione videat velle ꝙ nō re
petat: tex. tamē videtur velle cōtrarium qȯ placet Dama.
vt ſupra ſcripſi ⁊ mihi placet ad qȯ facit.ff.ḋ heredi. vl' acti.
vendi.l.ij.§.ſolet queri in fin. qui fi. ſint legiti. venerabilem
.§.verum. ⁊ hoc caſu loquatur opi. Joan.an. Goffre. Ray.
Innocen. ⁊ Hoſtien. que precedunt diſtinctionem. ſed om
ni caſu quo ſupra dixi fideiuſſorem a debitore repetere in
tellige ſi non interuenit fraus perſone ad perſonam.ſ. credi
toris conſtituentis ob hoc ſe fideiuſſorem vt in fine allega
tionum dixi. quo caſu non iuuabit fraus ſm ea que notan.ḋ
priuileg. quanto.ff.de legi.l.contra. ⁊ dixi.ſ.de pigno. ſigni
ficante. Item omni caſu quo dixi fideiuſſorez a debitore nō
repetere dico ipſum a creditore repetere poſſe cui ſoluit.ff.
manda. fideiuſſor.§.in omnibuſ. per hec ſic diſtincta ſoluta
ſunt omnia ꝯ̄ria ⁊ facta concordia inter illa ſit mihi concor
dia legiſtarum ad quorum refrigerium moleſte gerentium
quod alias diſputaui queſtionem prelati exempti ſine lege
iſta caret canone.

# Ecet conceſſum

xvj. benefici
um large ſu
mitur. ⁊ vide quod ſcripſi. de ver.ſigni. olim ſu
per glo.ſi. māſurū etiā ſi ceſſat cā ꝯceſſiōis priui
legij dūmodo illa cā fuerit ipulſiua.ff.ḋ dona.l.ij.§.vlt. ⁊.l.
ſe.ff.de poſtu.l.j.§.ſexū. vl' fuerit finalis. ſz aliq relige illius
cauſe remanent vt pz in quodā ſeruo.ff.de queſtio. vnius.§.
ſeruus. ⁊ in illo qui fuerit decurio qui nō torquetur.ff.de de
curio.l.vltima. Item in illa que deſijt eſſe vxor contra quaz
turpis actio non inſtituitur.ff.rerum amotaruz.l.ij. ⁊.iij. ⁊
idem cuz dubitatur an fuerit finalis an impulſiua.ff.de con
ditio. ⁊ demonſtratio. cuz tale.§.falſam. ⁊.l.ticio.§.ſed cuz
de vſufruc.l.generali.§.duas. de donatio. inter viruz ⁊ vxo
rem. ſed ſi mors.§.fina.C.de iure do.l.ſi mulier. ſecus quā
do cauſa fuit finalis ⁊ nulle reliquie remanent. facit.ſ.eod.
lib. de preben. ſi pauper.ff.de actio. ⁊ obliga. qui cum here
de. de ioffi. teſtamen. papinianus.§.ſed nec impuberis. vbi
in totuz ſublato teſtamento paterno de iure ciuili tollit pu
pillare.

pillare ⁊ de vulga. ſubſtitutio. ſi cōtra tabulas. vbi not. ⁊ ſic ſolutum eſt ſm Dynum contrarium. de. l. ff. de legat. ij. ticia ſeyo. §. vſuras. ¶ In glo. pͥma ponit exemplum. ſecūdo tractat de perſonali ⁊ temporali priuilegio ⁊ de dato ab alio ꝙ̄ a principe. tertio ponit quinqꝫ caſus quibus priuilegiū perditur ⁊ vltimo declarat. ¶ Ultima gloſ. oſtēdit iſtud decet eſſe equiuocum. ¶ In glo. ſecūda ibi bene a zenone ibi in ſine dicitur ꝙ ſpeciale priuilegium eſt pͥncipis ꝙ rem alienaꝫ donat ⁊ tutus eſt recipiens. ¶ In glo. prima ibi ſui iuris. ⁊ retinet omnium cognatorum ⁊ agnatorum iura. Dyn. ⁊ ibi ſuggeſtum vbi etiam remiſi ad ſpecu. de inſtrumen. editi §. nunc aūt in fine. vbi plures caſus no.

¶ In glo. ſcda in ſi. dic vt no. ⁊ dixi. s̄. de relig. domi. conſtitutus in glo. in ſi. clemētinas que idē probant vide de ſepul. dudum in pͥn. in glo. multotiens.

b **Ec regula facit ad** qōnem legiſtarum de illo cui propter numerum filiorum decreta fuit immunitas: ſed poſtea aliqui de numero perierunt an duret immunitas.

¶ Et primo ponam euidentialia canoniſtis ignota ex quibus clarius formabitur queſtio. ſecundo ad negatiuaꝫ qnqꝫ rationes inducam. tertio ad affirmatiuam ſeptem. quarum prima quatuor coniunget. quarto ponitur ſolutio ad quam quatuor rōnes addentur ⁊ contrarijs reſpondebitur.

¶ Ut ergo canoniſtis quibus leges ⁊ legales materias in hoc titulo libenter participo hec materia nō ſit ignota premitto ꝙ leges volunt ex numero filiorum certas immunitates deberi vnde habens Rome tres filios in Italia quatuor in Prouintijs quinqꝫ excuſatur a tutelis ⁊ curis. C. qui numero libero. l. j. inſti. de excuſatio. tu. in principio. ⁊ generaliter habens quinqꝫ liberos cuiuſcunqꝫ ſexus vacationeꝫ habet ciuilium munerum. C. lib. x. de his qui numero libe. l. item ſi habet quatuor ⁊ ex filio quinto premortuo exiſtāt nepotes vnus vel plures eodem titu. nepotes. non ſic ſi extarent ex filia. ff. de excuſatio. tuto. l. ij. §. non ſolum. alias ſi nepotes ex quinto filio mortuo non exiſtant non habet vacationem niſi mortuus eſſet in bello. ff. de vaca. mu. l. fina. non ſic ſi captus eſſet ab hoſtibus nec reuerſus. C. lib. x. de his q̄ numero liber. l. ij. filij autē debent eſſe naturales ⁊ legitimi ⁊ tales excuſant non ſolum in poteſtate conſtituti ſed etiam emancipati vel in adoptionem dati. naturales autem tm̄ vꝫ legitimi tm̄ non excuſant. inſtitu. de excuſatio. tuto. in pͥnc. ff. eodē ti. l. ij. ⁊ ff. de vaca. mune. l. ij. §. adoptiui. nec excuſant naſcituri licet multis caſibus habeanꝫ pro natis vt pʒ. l. ij. ff. de excu. tuto. §. qui in ventre. predicti autem licet a muneribus ciuilibus excuſentur non tamen ab honoribus vel muneribus que honoribus coherent. ff. de vaca. mune. l. ij. §. numerus. ⁊ C. li. x. de his qui li. l. i. nec a muneribus patrimōialibus. ff. de vaca. mu. l. ij. §. que patrimoniorum. hec vera niſi haberet duodecim liberos. quo caſu etiam ab his excuſatur. C. lib. x. de decurio. l. ſi quis decurio. ij. tamen ⁊ tunc requiritur ſm quoſdam ꝙ ſit decurio vt ibi. alſ requiruntur. xvj. filij vt. ff. de iure immu. l. ſemper. §. monſtratur. ſed vide qō ibi no. his premiſſis formatur dubium de decurione qui habens. xij. filios quales. s̄. dixi obtinuit decerni per congruū iudicem ⁊ debito modo vacationem ⁊ immunitatē ſibi deberi. ¶ Aliqui ex predictis filijs deceſſerunt non in bello nec relictis nepotibus ān duret immunitas numero ſic diminuto ꝙ non duret videꝫ per Brocarduꝫ ceſſante cauſa ⁊c. de ap. cum ceſſante. de renūcia. poſt tranſlationem vbi materie ⁊ concordantie quas ibi videas. ⁊ facit quod hic dixi poſt Dynum. cum ergo hec immunitas ſit conceſſa intuitu certe cauſe que deficit ceſſabit immunitas. C. de teſtamento mili. l. ne quidam. ⁊ l. milites. C. de hereti. l. j. ff. de iure imu. l. ſemper. §. negociatores. ibi quādiu in huiuſmodi actu ⁊c. s̄. de verbo. ſignificatio. abbate in fine. facit. xvj. q. j. generaliter que eſt lex. C. de epiſco. ⁊ cleri. generaliter facit de vita ⁊ honeſta. cleri. c. vlti. in ſi. ⁊ cle. eo. ti. dioceſanis vltra medium. ¶ Secūdo certum eſt ꝙ quandoqꝫ paupertas prebet vacationem munerum que tamen ceſſat ſi ſint aucte facultates excuſati. ff. de vaca. mu. his honoribus. §. auctis. de mu. ⁊ ho. l. cura. §. j. cum concordan. s̄. eo. lib. de preben. ſi paupet. ſic ⁊ in propoſito ceſſet immunitas propter cauſam ceſſantem ex numero diminuto. ¶ Tertio ſic probatur ſi alicui legatur in ſingulos annos poſt primū quo legatum cenſetur purum ſequentium annorū videtur cōditionale. ſ. ſi viuat ⁊ capax fuerit. ff. de an. lega. ſi in ſingulos. ⁊ l. cum in annos. ⁊ l. in ſingulis. ſic ⁊ hec videtur conditionalis immunitas cuiꝰ ſecundo tempore quo imponitur munus ipſe non eſt capax propter numerum diminutum licet priorum fuerit capax cū ſcilicet numerus extabat. ¶ Quarto videꝫ caſus. ff. de vac. mu. l. ij. §. qui ad munera vocantur probare debent viuoruꝫ liberorum numerum eo tempore quo excuſari petunt. ⁊ l. fi. eodem titulo. dicit ꝙ ad excuſationem muneruꝫ defunctus filius non prodeſt. ad idem. C. li. x. qui numero filiorum. l. vl. ⁊ lib. x. eodem titu. l. penulti. inſti. de excu. tuto. §. filij. ⁊ ff. e. titu. l. ij. §. numerum. que probant filios tempore excuſationis debere eſſe ſuperſtites. ¶ Quinto bene facit. ff. de excuſa. tuto. ſpadonem. §. qui abſolutus. vbi abſolutus a tutela vel cura ex primis depoſitionibus non omnino alterius remiſſionem habebit ⁊ eſt caſus quo non iuuat ſnia ⁊ ratio ibi no. noſtre queſtionis ponens exemplum de illo ſcilicet qui habebat numerum liberorū: poſtea diminutum non releuat ergo iſta ſententia in hoc caſu numero poſtea diminuto. naꝫ dicit lex. C. lib. x. de decurio. a muneribus decurionatus ſententia preſidis in perpetuum non excuſat. ad idem de iureiurā. l. admonēdi. vbi ex nouo actu ſententia retractaꝫ.

¶ Ad contrarium induciꝫ hec regula cuꝫ ſuis concor. ⁊ regula factum legitime. j. eo. ti. cum concordan. ⁊ illud generale ꝙ quedaꝫ īpediunt facienda que facta non dirimunt. xv. q. j. §. vltimo. de iureiuran. quemadmodum. verſicu. ꝙ ſi. ff. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. l. patre furioſo. Item inducitur quod in textu dixi de quodam domino decurione ⁊ cōiuge que non repero. Item beneficium per dignitatem queſitum durat etiam deficiente dignitate. C. lib. xij. de dignita. l. iij. ⁊ de ſilentiarijs. l. decurionibus in pͥncipio. ⁊ libro decio de excuſatio. mune. l. eos. ⁊ l. eam legem. vbi not. ad ideꝫ. C. de his qui ſpon. mu. ſu. l. ij. Item probari videtur apertius quo ad caſum. C. lib. x. de his qui numero liber. l. fina. ibi impetrata ſemel vacatione ⁊c. ad idem. ff. de excuſatio. tuto. l. ij §. oportet. ibi neqꝫ nocent qui poſtea moriunꝫ. ⁊ ſi dicas illud loqui quo ad munus delatum quo excuſatus fuit. ſed hic loquitur de excuſato ab omnibus per ſententiam dicam ꝙ iuris eſt in parte quo ad partem, idem in toto quo ad totum. s̄. de officio delega. paſtoralis. §. j. ff. de rei vendi. que ō tota. ⁊ de vſur. qui ſcit funduꝫ in principio. vbi concor. ſicut ergo ius ſemel queſitum fideiuſſori per pactum de non petendo non perditur licet debitor poſtea pactū faciat de petendo. ⁊ idem in ſimilibus vbi ius queſitum retinetur ceſſante cauſa. ff. de cōtra tab. l. ſi poſt mortem. §. j. ⁊ l. non putauit. §. ſed ſi. quando dies lega. ce. l. iiij. facit. s̄. eo. li. de electio. ab eo. ⁊ cle. eodem titulo conſtitutionem. §. penulti. in fine. Item equum eſt in ſolatium liberorum perditorum immunitatem durare. ff. de iure do. iure ſuccurſum de oper. liber. qui libertis in pͥncipio. ⁊ §. amiſſi. ⁊ C. de his qui añ ap. tabu. l. vni. in fine. ibi habeant vero ſolatium ſue triſtitie quibus eſt merito conſulendum. ⁊ C. de inſti. ⁊ ſubſtit. l. fina. ⁊ hoc ne afflicto addaꝫ afflictio de cle. egro. ex pte cū cōcor. Item cū ſnia lata cā cognita niſi aliud exprimaꝫ debeat eſſe ꝑpetua. C. de pe. ſeruus. ⁊ ff. eo. ti. moris. §. i. de poſtuꝫ. l. i. §. i. ⁊ meliꝰ. e. ti. l. puto. §. fin. Ad h̄ ſnia ſic fuerit lata ergo ⁊c. naꝫ ⁊ reſcripta ſunt perpetua. C. de diuer. reſcript. l. falſo. ⁊ geſta tranſlata in publica munimēta perpetua ſunt. C. de re iudi. l. vlti. Item ꝙ talis ſententia ius faciat not. ff. de excu. tu. ſi tutor. Item paria ſunt in aliqua cōditione naſci originaliter ⁊ per diffinitiuam ſententiam id pronūciari reſpectu

ade h°. ad l. [illegible] mb. h. 10.

cauſe vt.C.de decur.l.quotienſcūq; li.x.ſed ꝯſecutus ꝑuile
gia reſpectu originis puta patre ſenatore vel decurione illa
retinet patre mortuo.ff.de ſena.emancipatū.C.de queſtio.l.
diuo.ſic dicemus ꝙ lata ſententia pretextu filiorū illis mor-
tuis adhuc duret.pro hac ſecūda parte fuit hic per dominū
Mauritiū diſputatum ſolutum ⁊ iam dudum per ſolēnes
doctores in facto conſultum ⁊ nuper iteratum per bone me
morie generum meū dominum Philippū de formaglinis
legum doctorem. ¶ Ad ſolutionem faciat de capellis mo
nacho.dilectus.ver.ad hoc.vbi priuilegium exemptiōis qđ
eccleſie dederat conſuetudo ea de cauſa quia erat monaſte-
rium monialium durat lʒ ceſſauerit cauſa quia deſijt eē mo
naſterium.⁊ vide qđ ibi dixi poſt Inno.Itē per diminutio-
nem etiam notabilem rei emphitheoticarie non leditur ius
domini qui ſibi debeatur integra penſio.C.de iure emphi.l.
j.vbi de hoc.⁊.ſ.de loca.potuit ad fi.magne glo.Item licet
collegium conſiſtat in certo numero perſonarum tamen illo
diminuto etiā in vno ſolo ius collegij retinet̃ de hoc.xv.diſ.
c.vlti.ſ.de poſtu.gratum.ff.ꝙ cuiuſ.vni.ſicut in fi. Iteʒ equi
tas facit pro hac ſolutione ex cuius contrario ſequeretur ꝙ
immunitas conceſſa ⁊ reuocata propter vnius mortem ex al
terius natiuitate eſſet iterum renouanda.facit.ſ.eo.li.de re
iudi.abbate.ad fi.Item faciat qđ.ſ.dixi poſt Dy. cū filiatō
nis ⁊ numeri reliquie in alijs filijs remanere videant̃. ⁊ per
hoc ſit rñſum ad ꝑus in ꝯtrarium allegata de ceſſatione cāe
vel aliter vt in remiſſione quam ibi dedi.Nō ob.ꝙ de pau-
pertate dicitur ꝙ appetibile eſt ⁊ vſitatum pauperes ditari
Item alr̃s pauci tenerent̃ ad munera cū quilibet naſcat̃ nu-
dus ⁊ pauper.xlvij.di.ſicut hi.ſed filiū mori añ patrē nō eſt
appetibile nec ſm̄ cōem curſum nature.⁊ ideo illud nō pro-
noſticandum vel aduertēdum.ff.de ꝯdi.⁊ demon.cū tale de
inoffi.teſtamē.nam ſi.de ver.ob.inter ſtipulantem.§.ſacrā.
¶ Itē conſideratio paupertatis vel diuitiaruʒ eſt res extri
ſeca paternitas ⁊ filiatio originalis ⁊ intrinſeca. ⁊ ideo non
mirum ſi eius rō durabilis ⁊ perpetua.facit.ſ.eo.li.de tēpo.
ordi.c.j.⁊.c.cū nullus.ff.de ſena.l.pe.ad munici. aſſumptio.
in ꝑn.⁊.l.libertus.§.preſcriptio in fi.⁊.l.qui ex vico.
¶ Ad id quod dicitur de legato reſpōdetur:ſemper in eis
⁊ vltimis voluntatibus inſpici diem legati cedentis.ff.de re
gu.iur.que legata.⁊.d.l.cum in annos.ſed in iudicijs ſenten
tie effectus cedit lata ſententia a qua non eſt appellatū nec
appellari poteſt quia vim rei iudicate habet:⁊ ſic ei ſtandū
eſt.C.de re iudi.l.j.Item ibi legatum dimiſſum per tempora
hic generalis fuit ſententia liberans ab impoſitis ⁊ imponē
dis.¶ Ad iura quibus dicebatur eſſe caſus reſpōdet̃ ꝙ lo
quuntur in illo qui de nouo ſe excuſat a munere ſed queſtio
loquitur de iam excuſato qui pretextu ſententie ſe defendit
ibi ergo de immunitate acquirēda.hic de queſita ſeruanda
quod eſt facilius.argu.ff.de pecul.ꝗ̃ tuberonis de acquirē.
poſſeſſio.lʒ.⁊.l.vlti.ſ.de iureiuran.quēadmodū.ꝟ.nam ſi.
¶ Ad.§.qui abſolutus cum ſua glo. reſpondeo ꝙ loqtur
de ſpeciali abſolutione a certa tutela delata vbi res iudica-
ta non egreditur ſuum caſum quia regulariter res inter ali-
os acta ⁊c̃.ſ.de re iudica.c.penulti.h̄ vero generalis ſenten
tia generalem immunitatem prebens etiam circa futura.
¶ Ad.l.a muneribus.reſponde vt ibi no.ꝙ in extraor.ſnia
loquit̃ in.l.admonendi fuit ſacramentū ⁊ ſententia que re-
tractatur in odiū deierantis vt ibi no.Io.an.

d **Elictum** perſone.lxxvj. in detrimētuʒ
non impedit ergo qui eccle-
ſia teneatur de eo qđ peruenit ad eam rōne deli
cti ad inſtar pupilli.ff.ne vis fi.ei qui in poſſeſſio.
mit.l.j.§.hoc edicto de do.l.ſumma.§.dolo.ff.de aucto.tut.
l.fina.ſic tenet̃ pater ex delicto filij ⁊ dominus ex delicto ſer-
ui inquantum ad eos peruenit.ff.de vi ⁊ vi arma.l.j.§.ꝙ er-
go.⁊.§.ſi quis tamen.⁊.§.ſi filius.⁊ de pecu.l.iij.§.ex cauſa.
ſic ⁊ vniuerſitas quatenus peruenit ex facto preſidentis.ff.
de dolo ſed ex dolo.§.ſed an municipes.nec enim tunc eccle
ſia videtur pati damnum ꝙ eſt diminutio patrimonij.ff.de
damno infecto.l.iij.ſm̄ Dynum ⁊ canon dicit ꝙ nil vtilita-
tibus eccleſie deperit ſi aliena reſtituat.quiquageſima quar
ta diſtin.generalis in fine redundare.contra.ſ.eodem libro
de ſepul.c.j.in fine ibi vide in glo.finali ⁊ ſuper ea.Item pro
⁊ contra in lib.feu.de capitulis conradi.c.vltimo.ibi nocet.
ſed ſolum viuente prelato.Primo gloſa ponit exempla.ſe-
cundo ſubdit contrarium ⁊ ſoluit ſolutioni dupliciter oppo
nit ⁊ reſpondet.tertio ſucceſſiue ſoluit tria contraria.quarto
ponderat ꝙ dicit delictum ⁊ ꝙ dicit perſone.
¶ In glo.prima ibi neqȝ ſequitur interdicto neqȝ ceteris
cauſis pupillo nocere oportet dolum tutoris ſiue ſoluendo
ſit ſiue non.⁊ ibi.l.penul.ſi dolo tutoris deſierunt tabule eē
penes pupillum in tutore non in pupillum competit interdi
ctum.¶ In prima glo.ibi expoliari.ad idem cle.de hereti.
nolentes poſt ꝑn.⁊ ibi pupillum parificant̃ pupillus ⁊ eccle
ſia ex vna parte ⁊ ipſorū adminiſtratores ex altera.C.de epi
ſco.⁊ cle.orphanotrophos.Dy.

b **Ec regula** facit ad queſtionem quaʒ
diſputaui de clerico excō
municato ꝙ retineat priuilegium immunitatis
perſone:quia datum eſt fauore ⁊ ob honorem ec
cleſie cui propter delictum clerici preiudicari non debet: ⁊
quia de monacho bigamo etiam tunc querebam hic ⁊ de il-
lo ſubiungam iſti etiam duo articuli pertinentes trahant ad
ſe alios duos impertinentes ad regulam maxime propter fi
nem ſolutionis ipſius qōnis que ſic proponebatur.Gualte
rus Anglicus vno ictu percuſſit tres clericos excommuni-
catos ſocius eius vni mōacho bigamo intulit tres ictus q̃ri
tur de predictis an ſint excommunicati ⁊ ſi vna vel pluribus
ſententijs.¶ Eſt aduertendum ꝙ huius thematis due ſūt
queſtiones incidentes an ſcilicet percutiens clericum excō-
municatum ſit excommunicatus.⁊ ideʒ querit̃ de percutiē-
te monachum bigamuʒ ⁊ he prius breuiter expediant̃.
¶ Soluam ergo primū dubium dicens qui ſolutioni con-
cordant pro qua ſolutione quatuor rationes ⁊ vnam gloſaʒ
inducam.ſecundo ponam ſeptem rationes in contrariuʒ ad
quas ſingulariter reſpōdebo.huius ſimile ſuper regula nō
preſtat eodem titulo.Circa primum ſoluendo dico ꝙ cleri-
cus excommunicatus adhuc retinet priuilegium immunita-
tis vt ſcripſi in nouella de ſententia excommunicationis.cō-
tingit ꝑmo.ſequendo Ioā.qui hoc no.xvij. queſtione.iiij.ſi
quis deinceps.xxiij.q.v.excommunicatorum. Idem Ber.
in pre.decre.Vincen.⁊ Gof.de immun.eccle.c.penultimo.
Inno.de ſenten.excommunicationis.ſi ꝟe.Guil.in Specu.
eodem titu.verſicu.ſed queritur vtrum verberans.ad h̄ mo
uet quia certum eſt ꝙ excommunicatus retinet ordinem cū
ius fauore canon inductus eſt ⁊ ſub Epiſcopo eius ratione
conueniendus eſt de iudi.cum non ab homine.nam ⁊ tūc or
dinem ſuſcipit.fortius ergo retinet.primuʒ probatur de ſen
tentia excommunicationis cum illorum.ſicut etiam excom-
municatus ordinem confert de or.ab epiſcopo.c.ij.probent
hec aperte decre.j.⁊.ij.de ſenten.excommunicatio.⁊ decre.
de monialibus.per modum de quo ſcripſi in decre.contin-
git.ad idem facit quod not.Innocen.⁊ Hoſtien.de dolo ⁊
cōtumacia veritatis.de excommunicato qui poſt abſolutio
nem agit de iniuria ſibi prius illata.¶ Item excōmunicatō
eſt medicinalis ⁊ diſciplinans non erradicans de ſenten.ex-
communicationis.c.j.li.e.erradicaret autem ſi exueret ordi
ne clericali vel ipſius ordinis priuilegijs.
¶ Item excommunicatio ligat lʒ iniuſta.xi.q.iij.c.i.abſur-
dum autem eſſet ꝙ per illam ſine culpa ſua innocens ſic pri
uaretur ex quibus omnibus ſolutio predicta concludit̃. In
contrarium probatur per predictum.c.ſi quis deinceps.ibi
canonice iudicatū.So.de depoſitiōe nō de excōicatiōe loq
tur vt ibi no.Itē ꝯ ꝑdcōs canōes.xxiij.q.v.excōicatorꝝ.So.
nō loqt̃ de clericis ſed de laycis excōicat] vł ſi de clericis lo
quit̃ de icorrigibilibꝰ ⁊ ꝯtra quos arma mouet eccł'ia vt ibi
tex.probat

tex.probat. Item contra: excōmunicatus dicitur hereticus vt probat tex.iiij.q.j.c.ij.hereticos autē. ⁊ no. de her.c.iij. ⁊ xxiiij.q.iij.§.q₂ non.ſed vt no. Inno. de ſentē.excom. ſi vere percutiens hereticū non eſt excommunicatus ergo ⁊c. So. larga ⁊ impropria eſt illa locutio qꝺ per ſe patet ⁊ ex his q̄ dixi de teſti.teſtimoniū. ¶ Item contra: excommunicatus licite vexatur in corpore.xj.q.iij.abſit.⁊.c.audi.na₃ membꝝ eſt diaboli nec vegetat̄ ſpiritu dei.e.q.omnis chriſtianus.⁊ c.ſequē. Item dicere poteſt percutiens clericū excommunicatū cum Aug.non facio iniuriam caracteri imperatoris cū errorem corrigo deſertoris.xxiiij.q.vij.quēadmodū. Sol. vexatur a ſpiritu vel a deo non ab homine. Ite₃ ⁊ omnis cri minoſus l₃ occultus perdit vegetationē diuini ſpiritus vt in pre.c.audi.⁊ eadem queſtione.§.euidenter.

¶ Item ⁊ verbū Aug.non ſic intelligit̄ prout ad propoſitum inducitur vt ibi patet.⁊ dato ꝙ ſic intelligeret̄ dico ꝙ queſtio non formatur de manuum iniectione licita ⁊ correctionis ⁊ diſcipline cauſa adhibita per illum qui poteſt ſed de iniurioſa. ¶ Item contra.in eccleſia non eſt maior pena ꝙ̄ ſit excommunicatio.xxiiij.q.iij.corripiant̄.ſed trina monitio cui non paret̄ in reaſſumēdo habitum ⁊ tonſuram priuat immunitatis priuilegio de ſenten.excommu.in audiētia.⁊.c. contingit.ij. Item ioculatoris officiū de vita ⁊ honeſta.clerico.c.vni.li.e.ergo ⁊ excommunicatio priuare d₃ ex quo maior eſt pena. Solu.maioritas ſemper ſumit̄ reſpectiue vt de maioritate ſacramentorū no.xcv.diſtin.ecce.de conſecra.di. ij.nihil.⁊ illo reſpectu quo priuat communione ſacramentorum ⁊ hominū dicit̄ maior ad hoc.C.de apo.hi qui.ad dec. in audientia.reſpōde vt dixi in dec.pre.contingit.j.in fi. Ad id quod dicit̄ de ioculatore dico penā nouiter inductam iure poſitiuo que prius non erat. ¶ Item contra: excommunicatus non excommunicat vt.xxiiij.q.j.c.j.⁊.c.audiuimus.ergo nec per illius offenſam aliqs excōmunicari poteſt. Sol. illud ex defectu poteſtatis clauiū a qua procedit auctoritas excommunicandi.hec ꝟo excōmunicatio inducit̄ non ab iniuriato ſed a canone propter iniuriam ordinis clericalis quē excommunicatus retinet vt.s̄.dixi.nec obſtat ſi dicat̄ ꝙ non agit tunc iniuriarum q₂ ⁊ ſi non agat iniuriarum tamen poteſt pati iniuriam de qua poſt abſolutione₃ agere poterit vt dixi in pncipio. ¶ Dubiū ſecūdu₃ quo querit̄ de monacho bigamo prius ſoluam ⁊ pro ſolutione eqtatem ⁊ tres rationes inducam per quas contrarijs reſpondet̄.

¶ Dico ergo ſoluendo ꝙ percutiens illum excommunicatus eſt ꝙ non bene modo conſonat equitati ſed etiam cōſonum eſt iuri quod ſic probo vt no. In.xxxij.diſtin.ſeriati₃.bigamus poteſt fieri monachus ad quod facit arguēdo de regula veniens.nec mirum cū irregularitas bigamie proueniat ſine peccato vel culpa.xxvj.di.deinde.xxj.q.j.aperiant.⁊ quod plus eſt interdū ex merito de ſpon.inter opera.ſed irregularitas etiam ex culpa poteſt monachari.xxxiij.q.ij.admonere de his qui fi.occiderūt.c.j.fortius ⁊ iſte.nam ⁊ excōmunicatus monachari poteſt de ſenten.excommu.cū illorū. Item video ꝙ ille qui ſine culpa etia₃ irregularis eſt monachari poteſt de fil.preſby.c.i.lvj.di.niſi ſi mōachari poteſt. ergo gaudebit priuilegijs monachorū de ſta.mona. recolētes. Eſt autem aduertendum ꝙ.c.ſi quis ſuadente non dat mōachis immunitatem ſub largo vocabulo clericorū immo nominatim exprimit mōachos dicēdo ſi quis ſuadente diabolo ⁊c.ꝙ in clericū vel monachū ⁊c.⁊ ꝑ hoc pateat ſolutio ⁊ cōtrarioꝝ reſponſio vt infra declarabit̄. ¶ Item eſt aduertendū ꝙ cetus ſeculariū clericorū dignior eſt ⁊ maior ꝙ̄ cetus monachorū quod clare ꝓbat̄.xvj.q.j.legi.ea.q. alia ē. h̄ p₃ q₂ ordo dicit̄ ſacramentū dignitatis nec dat̄ cā recipiētis tantū l₃ ⁊ alterius de hoc.j.q.j.§.ſi ergo de cōiuga.ſer.c.j.ſed iſtud nō ſequit̄ prohibitus a maiori prohibitus eſt etiam a minori ſed bene ꝯuertit̄ vt in regula cui l₃ eo.ti. per q̄ patet ꝙ l₃ per apoſtolū ad titū.j.⁊ pria ad corith.iij.⁊ ꝑ canones prohibitus ſit bigamus a clericatu non per h̄ intelligit̄ prohibitus a mōachatu.⁊ ſic ꝯcludit̄ ꝙ nec expreſſe nec tacite prohibetur. ¶ Et per hoc.breuiter ſit reſponſum ad iura que poſſunt induci in contrariu₃.lxxxiij.di.quiſqs. vbi dicitur bigamū nudatū omni ꝓuilegio clericali ⁊ laicā ſolū cōmunionē habere. Nam ad pmū reſpondet̄ ꝙ monachus a ſui ſpāli denominatione non a generali nominatione clerici gaudet priuilegio vt dictum eſt.l₃ ergo īmunitatem non habeat vt clericus habet tamen vt monachus.ſepe enim exclusus ab vna parte includit̄ ex alia.ff.de ſuc. edic.l.j.§. quibus.al's ſi quis de elec.cum inter. R.de probat.l₃.ad id qꝺ dicitur de layca cōmunione dico ꝙ erit laycus profeſſus qꝺ eſſe poteſt de elec.ex eo qꝺ.e.ti.vel ſumitur ibi cōmunio vt de elec.oſius. ¶ Per hoc ſit etiam rn̄ſum dec.altercatiōis de biga.e.li.⁊ ad cañ.xij.q.i.ſi duo ſūt.nec ob.ſi dicat̄ ꝙ ſubſtantiale regule eſt promiſſio ꝯtinentie:ſed bigamus qui duas vxores habuit vel cum vidua contraxit hortator ꝯtinentie eſſe non poterit.xxvj.di.vna.dico ꝙ l₃ profitendo ꝓmittat ꝯtinentiam non propter hoc ꝑdicatoris vel hortatoris officium recipit immo de iure monachus ab his excluditur xvj.q.i.monachus.⁊ capitulis ſe.⁊ hec breuiter circa h̄ mēbrum ſufficiant circa quod vidi magnos variare peritos.

¶ Ad principale duo dubia queſtionis veniēs illa ꝓiugēs probabo ꝙ ex vnitate ictus vel perſone patientis non minus tot ſint pene quot ictus vel perſone. ¶ Ad qꝺ tres rationes diuiſim ⁊ quinq₃ coniunctim ac dictum Speculato. inducam.ſecundo inducam octo rōnes diuiſim interpoſitis quinq₃ coniunctim. Item quatuor abſurditates quas trib⁹ rōnibus adiuuabo.in fi.vna ratio per quatuor exempla probabitur.tertio ſoluam pmo ſecūdum dubium ⁊ remittam.⁊ ſecūdo pmū ⁊ contrarijs reſpondebo.

¶ Ad pmū venio dicit lex q̄tquot ſunt ſūme vel res in vna ſtipulatione tot ſunt ſtipulationes.ff.de ver.ob.ſcire debemus in ꝑn.⁊.l.pluribus.⁊.l.qꝺ dicitur.ff.de euic. qꝺ autem in ꝑn.inſti.de inuti.ſtip.§.quotiēs: ¶ Item vno legato pluribus rebus expreſſis plura ſunt legata.ff.de leg.ij.l.ij.

¶ Et l₃ vnus eunde₃ accuſet ſi tñ de pluribus criminibus omnium eſt petēda abolitio al's eſt locus pene turpil.ff.ad turpil.l.i.§.ſi plura.ij.q.iij.§.vlti.ver.ſi plura.

¶ Item video ꝙ ex vno actu plures baptizant̄ plures excōicationes inſurgunt̄ pluribus obligoꝛ iniuriarū plura delicta ⁊ plures pene debent̄.ꝓmū ꝓbatur de ꝯſe.di.iiij. ꝑpe. ⁊ ſcripſi de hoc de bap.c.i. Secūdum ꝓbat̄ de ſen.excō.mulieres.ſi mandaſti ꝙ percuterē clericū ⁊ ꝑcuſſi ⁊ ex illo ictu tu ⁊ ego ſumus excōmunicati. Itē ꝓbat̄ de diuerſis excommunicationibus in eadē perſona de elec.ſciant.e.li.de imu. eccle.qm̄.de pen.felicis.de ſen.excō.quicunq₃. Tertiū probatur q₂ ex iniuria filiefamilias illata pluribus obligoꝛ iniuriarum.ſ.ſibi patri ⁊ marito.ff.de iniur.l.i.⁊.l.eum q.§.i. ad idē de crimine fal.c.i. Item ex iniuria illata ſeruo pluriū dominoꝝ ſingulis obligoꝛ.e.ti. Itē apud.§.ſi.ide₃ ex cōi ſepulcro violato.ff.de ſepul.vio.l.pretor.§.ſi ad plures.ad idē faciat.ff.ꝙ qſq₃ iur.l.i.⁊.l.iij.§.h̄ pena. Quartū ꝓbat̄ ꝑ octo exēpla poſita.ff.de pua.delic.l.nunꝙ̄.ad idē q₂ ex codē coitu adulteriū ⁊ iceſtus.xxxij.q.v.relegētes de eo q cog. con. traſmiſſe de pur.ca.c.pe.ff.de adulte.ſi adulteriu₃ in ꝑn.⁊.l. vim paſſam.§.ꝑſcribē. Itē ſub codē peremptorio tres citatiōes de teſti.co.c.ij.q̄rū ꝯtēptaꝝ triplex eſt ꝯtumacia ⁊ triplex pena de h̄ de ꝓcur.q̄relā.iiij.q.v.c.vni.lxxxiij.di.honorat⁹.nec refert an in vna vl̄ in diuerſis eccleſijs quis plures hēat dignitates de ꝓbē.de multa.ꝙ aūt delicti iteratiōe iteret̄ pena.ꝓbat̄.xxxi.q.i.qūo.ibi ꝙ̄tu₃ diſtāt in nūero tm̄ ⁊ in crīe.vj.q.i.imitare.⁊ qꝺ ibi no.de pe.c.i.de pe. di.i. ꝯſideret xxv.q.ij.ita nos.ad idē.C.de ſer.fugi.l.qcūq₃.de epiſ.au.l. iij.C.ad.l.iul.ꝺ vi pu.l.ſuos ad ſi.ff.ꝺ iurepa.l.i.hn̄ fac.ff.de termi.amo.l.ſi.ad idē fac qꝺ poſt Vinc.ꝺ remiſſiōib⁹ ſcripſi de pe.⁊ re.cū ex eo. ¶ Pro hac ꝑte fac qꝺ no.i ſpe.de ſen. pla.§.ij.ad ſi.pe.vbi dr̄ ꝙ ſi ſtatuto cauet̄ ꝙ q dederit alapā ſoluat decē ꝙ ſi plures alapas dederit ꝓ ſingulis ſoluat x.⁊ vide qꝺ ibi ſcripſi ⁊ qꝺ no.de ꝯtuma.§.nūc dicam⁹.ꝟ.l₃ pone iudex.ex qb⁹ ꝯcludit̄ nō iſpiciēdā vnitatē ictus vl̄ pſone patiētis l₃ iſpectis trib⁹ pſonis leſis ꝑ galterū ⁊ trib⁹ ictibus illatis ꝑ ſociū ipoꝝ tribus excōicationibu₃ eē ligatos

¶ In contrarium allegat̃ qꝛ lʒ pluries veniam ꝯtra ꝓmiſſum ſub pena ſemel tñ pena cõmittitur niſi id eſſet actuʒ ꝙ pluries committat̃.ff.de tráſact].qui fidem.ƺ.de arbi.ſi duo .§.ſi.⁊ no.xxv.q.ij.quicũqꝫ.⁊ de arbi.dilecti.ſecus eſt in intereſſe qđ pluries cõmittit̃ ⁊ in ſe reuoluit̃.ff.rem ra.habe.ſi ꝓcurator. ¶ Itẽ ex iteratiõe vel ꝯtinuatiõe delicti nõ põt mulcta plus q̃ʒ triplicari.C.de modo mulctan.l.eos.nec ex iterata cõtractione furti iterat̃ furtum.ff.de fur.ei qui. etiaʒ ſi ſtatus rei furtiue mutet̃ eo.ti.l.inficiãdo.§.infans.lʒ enim tũc augeat̃ pena nõ tñ geminat̃. ¶ Item nec ex iterata repetitione verbi appellatiõis itelligit̃ appellatio repetitiua xxx.q.ij.lotharius.⁊ no.de ap.ab eo.li.eo. ¶ Nec dicitur quis relapſus eo qđ in plures hereſes labit̃.ſed tunc demũ cũ poſt abiurationẽ relabit̃ de hereti.ad abolẽdam.⁊ eo.ti. accuſatus.li.eo. ¶ Nec repetitio eiuſdem rei legate vł ꝓmiſſe facit duo legata vel duas ꝓmiſſiões.C.de leg.cũ qđ.ff. de ver.ob.quibus ſi cui.ergo plures denarij faciũt vnã ſummaʒ.ff.de ver.ob.l.ſcire.multa verba vnã ſtipłonem eo.ti.l.ticia.§.ſi.multiplex vociferatio ꝯtra vnum vnã iniuriã.ff.de iniur.Itẽ apud labeonẽ.§.ꝯuicium.multiplex actus vnam conſuetudinẽ.xxv.q.ij.ita nos.de ver.ſig.abbate.C.de epiſcopa.audi.l.iij.trina noiatio vnã electionẽ de elec.ꝙ ſicut ſic ⁊ iſti tres ictus vno impetu illati eidẽ vł diuerſis vnã faciunt iniuriã ⁊ vnam inducunt ſniam.facit ad hoc qꝛ nõ curamus an per idem reſcriptũ detur vnus ſolus iudex vł plures de reſcript].paſtoralis.nec curamus an in baptiſmo fiat vna vel trina imerſio de conſe.diſt.iiij.de trina.alˀs ſequeret̃ ꝙ ſi in tribus ſubſtãtialibus forme in eadẽ electione peccarem triplici priuationis pena puniri deberem qđ eſt falſum de elect].qꝛ ꝓpter.⁊ c.eccleſia.⁊ c.cumana.Itẽ ſequeret̃ ꝙ ſi domũ pluribus ignibus pone tribus ſimul incẽderem de triplici tenerer incendio.Item ꝙ ſi plures ramos eiuſdẽ arboris ſuccidere triplici tenerer edicto qđ eſt falſum.ff. ar. fur.ce.l.plures.⁊ l.ſi gemina.vel ꝙ ſi pluribus horis detinerem clericũ vł pluribus verbis cõicarem eidem plures excõicationes incurrerem qđ videt̃ falſum de ſen.excõ.nup.e.ti.ſacris.⁊ ꝯſiderato ꝙ ibi dicit excõicatis in plurali.⁊ ſnia in ſingulari ſatis ibi ꝓbat ꝙ cõmunicãs ſimul pluribꝰ excõmunicatis in crimine vel extra vnicam incurrit ſniam:⁊ merito qꝛ que ꝯtinuo fiunt pro vno facto habent̃.ff.de adul.qđ ait.§.ſi.de illo qui ſimul occidit filiam ⁊ adulterum. nam de pluribus hereditatibus vel ſocietatibus intẽdendũ eſt vnũ iudiciũ fami.her.vel cõmuni diuidun.ff.fami.herc.heredes .§.de pluribus.ff.pro ſocio.cuʒ duobus.§.ſi plures.Itẽ plures iniurias ꝯiungere teneor ſi vnus fecit.ff.de iniur.ptor.§. ſi plures.ſecus ſi plures.eo.ti.ſi plures.hñ facit ad queſtionem ꝙ dicũt leges ꝙ ſi plures de vna familia faciũt furtum corrumpũt album dãnum inferunt vel iniuriã irrogãt dominus non tenet̃ niſi inquãtum ſi vnus liber homo feciſſet.primũ patet.ff.ſi fami.fu.fe.di.l.j.ij.⁊ iij.ſcdm.ff.de iuriſdi.om.iudi.ſi familia.tertiũ ⁊ quartũ.ff.ad.l.aql.l.illud.j.rñ.ex quibus ꝯcluditur ꝙ nõ inſpecta pluralitate perſonarũ leſaruʒ ex vnico ictu per Galterum:nec pluralitate ictuum illatoꝝ per ſocium eideʒ perſone ipſe Galterus ⁊ ſocius ſint ligati vna ſentẽtia tñ ⁊ nõ pluribus. ¶ So.primo dico de ſocio Galteri ꝙ lʒ de rigoroſo iure videatur tot excõmunicationibus ligatus quot ictus intulit vna ſnia ſola ſit ligatus ex quo ſimul ⁊ vno impetu illos intulit hoc dico ꝑmo per.c.ſi quis ſuadente.arguẽdo per ſingulare ſi quis ⁊ per ſingulare clericum ⁊ per plurale manus ⁊ per ſingulare anathematis ex quibus colliget hic ſtudioſus ꝙ vnus vnũ pluries ꝑcutiẽs vna ſit excõicatione ligatus.ad idẽ dec.de ſen. excõ.cũ pro cã ibi:percuſſit in dormitorio ⁊ traxit verberãdo per clauſtrum ⁊ tñ qꝛ vno impetu vnica ſit ſnia.ad idem de re iudi.ad apoſtolice li.vj.ver.ac etiã.ibi de omnibus pro quibꝰ erat excõmunicationis vinculo innodatus.⁊ ver. perpetrauit.ibi enim dicitur in ſingulari ſacrilegium perpetraſſe q vno impetu cardinales prela os ⁊ clericos multos capi fecerat.⁊.ff.ad.l.aql.illud in fi.ibi ſi quis pluribus vulneribꝰ vno impetu aliquẽ occiderit vna erit actio de occiſo.Itẽ h probat conſuetudo ⁊ ſtillus curie h habens tales abſoluere vt ligatos vna ſnia nõ vt ligatos pluribus.

¶ Ad contraria reſpondeat̃ illa locum habere cũ nõ vno impetu ſed diuerſas percuſſiones iterant̃ vt habet locum in pena hominis vel in pena que imponitur propter intereſſe leſi.certum eſt eni ex iterata percuſſione ipſius intereſſe augeri:⁊ ſic loquatur predicta queſtio Specu.⁊ quod notant moder.legiſte in.l.quicunqꝫ.C.de ſer.fugi.⁊ in.l.nunq̃ʒ.ff.đ priua.delic.qui per varia exempla formãt ſimiles queſtiones volens etiam in vtroqꝫ membro dilatare materiã videre poteſt queſtiones Iaco.de bel.quas in ſolutionibus cõtrarioꝝ poſuit.C.vt infra certũ tẽpus.primũ in prima queſtione.ſecundum in quarta.Idẽ autẽ videret̃ dicendum de Galtero ꝓpter vnitatẽ ictus tamen ex quo plures clerici leſi ſunt ex illo credo illum galterũ tribus excommunicationibus eſſe ligatũ ꝙ vnitas ictus nõ impedit vt probatum eſt in vna parte per iura noua in ꝑncipio. ¶ Itẽ ſinguiare verbum illius.c.ſi quis ſuadente clericuʒ dat intelligere ꝙ pro quocunqꝫ clerico percuſſo inducat̃ excõmunicatio vna ⁊ videtur hec interpretatio expediens galtero vt ſingułr cuiqꝫ ſatiſfaciens ſingułr a qualibet poſſet abſolui,in effectu tamen nõ multũ refert ab vna vel pluribus cum de ſingulis ⁊ ſingulis ſatiſfacere teneatur.pro ſolutione faciunt iura ꝑme partis non obſtat ſolutio proxima vt nũc dixi a vi textus .c. ſi quis ſuadente.per qđ cõcludit̃ ꝙ a fonte potius q̃ʒ a riuulis veritate ſumpta.lxxv.di.ieiuniũ per.c.ſi qs ſuadente terminatur quelibet harum queſtionũ:prima per ver.ibi clericum:cũ certum ſit excõmunicatũ manere clericũ.ſcđa p verſicu.monachum vt eſt dictum.tertia per ſingularia verba ſi quis clericũ anathematis ⁊ per verbum plurale manus.q̃rta in ſolutionis ordine per verbũ ſingulare clericũ oia q̃ cõtraria videnť alteri ſoloni ꝯueniũt.Io.an.

a **Dolo facit.** lix. Prima glo.dič vſ ſumpta ⁊ ponit exempla. Secundo notat duo neceſſaria vt procedat regula in prima glo.ibi.§.dolo facit. ſequitur qui petit qđ redditurus eſt:⁊ ibi ordinarij mancipioꝝ orta queſtione prius de poſſeſſione iudicat̃.⁊ demũ de proprietate.⁊ ibi de vi.prius đ vi querit̃ q̃ʒ de proprietate. ¶ In ꝑma glo.ibi.§.lutius.⁊ ibi de hoc.⁊.C.locati.l.ſi qs conductionis. Si enim reſtituitur ſocero a quo petit locus eſſet regule.⁊ ibi poſſeſſorijs iudicijs recuperande.in poſſeſſorijs enim adipiſcẽde vel retinẽde bene habet locum.ff.ad carbo.l.iij.§.cauſe.Dy. puto in poſſeſſorijs recuperande ⁊ adipiſcende ceſſare regulam. fateor tamen ꝙ interdum ꝓpter probationes paratas contra ſe impeditur agens poſſeſſorio adipiſcende vł ad exhibendum quod dic vt no.⁊ dixi de reſtit.ſpo.c.j. ſicut ⁊ impedit̃ is cuiꝰ probat̃ crimen cum infamia de accu.accedẽs.in poſſeſſorio vͦo retinende deficit pratica.

b **Ec regula** trahitur ad queſtionem multum de facto diſputatam ⁊ maxime Florentie compromiſſerunt partes in arbitratorẽ publice excõicatũ qui arbitrãdo iuſſit per reum actori aliquid dari cui id petenti reus opponit compromiſſum ⁊ arbitramẽtũ non tenere.⁊ ſic eũ dolo petere qđ per errorem ſolutum reſtituturus eſſet remanet dubiũ an compromiſſum factum arbitratorem publice excõmunicatũ ⁊ arbitramentum per eũ latũ valeant ⁊ eſt ſimile dubium apud legiſtas de arbitratu ſerui qđ pʒ ex nota.ff.de verbo.ſig.illa verba.⁊.ff.de arbi.l.pedius.§.i.Et nota quia de arbitratore quero nõ de arbitro de quo in Spe.de arbi. §.differt ver.item ꝺm eum.⁊ facit eo.ti.§.fina.ver.ſed quid de ſimplici monacho.Item ad queſtioneʒ faciãt q̃ plene dixi de excommunicato an poſſit teſtari.ƺ.de ſentẽ.excõmu.decernimus.ſuper prima glo. ¶ His premiſſis primo negatiua probabit̃ per quinqꝫ rõnes.ſecũdo affirmatiua per tres ⁊ per duas remiſſiones.tertio dabitur ſolutio ⁊ rñdebit̃ cõtrarijs. ¶ Primo ad negatiuã inducitur pre,lex. illa vͦba

arbitratu

arbitratu titij ius ſignificāt ⁊ ideo in ſeruū nō cadunt eadē
rōne idē concludamus ꝺ tali excōicato vbi vis nō inferatur
littere ſi.n.ad ius pertiet arbitrari ⁊ excōicatus q ſancte ec
cleſie cōione priuatus eſt iuris vel legū participium habere
nō oꝫ in autē.coll' viij.de priuil.dotis p totū.ergo arbitrari
non poterit.ſꝫ ad auten.reſpōderi ſolet ꝙ in heretico loqui
tur ſed excōicatus heretic⁹ di.iij.q.i.quod autē ſcōꝫ ad hāc
partē facit voluntaria ꝯpromittentiū ſubmiſſio qbus minus
fauendū ē ꝙ̄ neceſſario aliquid agētibus iuxta exēpla no.ſ.
eo.li.de offi.delega.ab arbitris ⁊ ex h̄ ifertur culpa cōionis
ex qua cum debeatur pena non debet ꝓuenire comodum
de dona.inter. vi.⁊ vx.l.⁊ ſi neceſſe.cum concor.que cōio/
nis culpa ita vrget in arbitratore ſicut in arbitro ⁊ iudice ꝺ
quibus non dubitat̃.ꝙ ſi publice excōicati eēnt ipſoruꝫ ſnia
non teneret.ſ.de re iudi.ad probādū.ergo idē in arbitrato
re ⁊ fortius h̄ iō dico qꝛ maior ē effectus arbitramenti ꝙ̄ ar
bitrij vel ſnie cum prio ſit neceſſe ſtari ſi ſit equū vel ſaltem
equificatū p arbitriū boni viri.in illis v̓o non ſic qꝛ i arbitrio
ſatis ē penaꝫ ſolui ⁊ a ſnia pōt appellari ⁊ pōt per nouas p
bationes releuari virtus ⁊ retractari ſnia de teſti.fraternita
tis de fide iſtru.cū ioānes. ¶ Tertio cōſtat ꝙ hi qui n̄ ſunt
de corpore eccleſie facile ſūt infeſti his q ſunt ītra eccleſiā ⁊
iō ſuper illos poteſtas iudicandi vel officia gerere ꝓhiben/
tur.liiij. di.nulla de iude.cum ſit ⁊.c.pſt.⁊.C.de iude.l. vlt.ſꝫ
arbitramentū eſt officium vel poteſtas iudicādi que facile
poſſet alteram vel vtrāqꝫ partē offendere ergo p̄cauēdum
ꝙ euenire poſſet ꝺ ſer.non or.c.j. ¶ Quarto ſi pōderemus
diuerſos actus vel officia a quibus excōicati ꝓhibent̃ facile
fatebimur ꝙ fortius vrgebit ratio eos ab arbitratu ꝓhibe/
ri. Cōſtat āt qꝺ excōicatus nō ipetrat reſcriptū.ſ.eo.li.ꝺ re
ſcrip.c.j.nō agit.nō reconuenit.nō accuſat.non denūciat.pa
tent p ordineꝫ de iudi.itelleximꝰ de excep.cū iter in fi.iiij.q.
j.c.j.⁊.ij.de accu.cum dilectus.nec per ſe vel p alium iuriſdi
tionē exercet de ſup.ne.pla.c.j.⁊ de offi.vica.c.j.ſ.eo.li. Iteꝫ
repellitur a patrocinādo ⁊ teſtificando ēt in foro ciuili.ſ.e.
li.de ſen.excōmu.decernimus que ſatis facit ⁊ eo.ti.lꝫ in fi.p
curatorē nō ꝯſtituit nec cōſtituit̃ de pcur.c. vlti.de proba.
poſt ceſſionē nō petit executionē ſnie p ſe late.ſ.eo.li.de ex/
cep.pia in fi.⁊ no.de re iudi.iter mon.circa mediū tertie glo.
ꝙ arbitros iuris non eligit. Item nec alias cōpromittit vt
no. Guil.i ſpe.de arbitro.§. reſtat in fi.⁊ vide ꝙ ibi dicā. Si
iſta minora nō pōt multominus pōt arbitrari cū ergo excōi/
catio repellat a cōibus ⁊ ciuilibus ⁊ legitimis actibus vt in
pre.c.pia in p̄n.⁊.c.lꝫ i fi.ſiue iſte actus ſit cōis ſiue ciuilis vl'
legitimus i excōicatum nō cadet ex q̇ inchoauimus.multa
alia a qbus expſſe repellit̃ excōicatꝰ collige de or.ab epo.c.
ij.de ſen.excō.cū illorū de ap.cōſtitutus.i.ſ.de eta.⁊ q̄li.cuꝫ
bone de dolo ⁊ cōtu.veritatis in fi.lx.q.j.c.j.⁊ vl.ꝺ cle.excōi.
poſtulaſtis ⁊.c.ſe.ſ.e.li.ne ſe.va.c.vni.⁊ aliq̄ collige ex his
q̄ pꝰ Inn.⁊ Hoſti.ſcripſi ꝺ excep.cū iter.⁊.c.ſignificauerūt.
¶ Quinto legiſte equperant excōicatū ei cui interdictū eſt
aq̄ ⁊ igni.vt no.inſti.de cap.l.i.§.mior.ff.ꝺ pen.l.ij.§.i.cuius
loco ſuccedit hodie deportatio.ff.ad.l.iuli.pecu.l.iij.ſed hi
pdūt q̇ iuris ciuilis ſt.ff.ꝺ iniuſto rup.teſta.l.ſiqs exhereda
to ergo arbitrari nō poterit qꝛ ē actus ciuilis maxime qꝛ ex/
cōicatio maior pena videtur ꝙ̄ illa.C.de apoſta.his q ſcāꝫ.
¶ In contrarium p̄ncipaliter inducitur de hēti.excōicatus
.§.credentes cuius verba ēt ad litterā hētur in auten. cre
dentes.C. de hēti.p que pꝫ ſolū poſt annū publica ⁊ ciuilia
officia interdici excōicato ⁊ tūc ſolū cū excōicatus fuit pp
cām hēſis. ¶ Scōo ſic: Iudei q non ſunt nec fuerūt de cor
pore eccleſie ⁊ cū qbus chriſtiāi i ſeruitio habitare nō dn̄t
de iude.ad h̄ ⁊.c.⁊ ſi iudeos.tn̄ pn̄t arbitrari vt.C.ꝺ iude.l.
iudei.fortius excōicati q fuerun de corpore eccleſie adhuc
ſūt de corpore ex habitu ⁊ radice.ſ.ſacramenti baptiſmi qꝺ
nunq̄ꝫ admittit̃ de diuor.quāto. ¶ Tertio cōtra ſuperius i
ducta de ꝓhibitis excōicato iducitur ꝙ mlta ſunt pmiſſa ex
cōicato q̇ ſaltē facta valēt nā valet carnale matrimoniuꝫ ab
excōicato ꝯctū de eo q duxit in ma.ſignificaſti:ordinis cara
cterē cōfert ⁊ recipit ⁊ tꝫ ipſius pfeſſio.h̄ patēt de ordi.ab

epo.c.ij.ꝺ ſen.exco.cū illorū oēs iudiciales actus q defenſi
onē reſpiciūt licite exercet de calūnia ⁊ veritate iurat ⁊ ad il
la licita pcuratorē conſtituit appellat appellationē pſequi
tur ⁊ ſuper illa iudices ipetrat h̄ probātur de iudi.itellexi/
mus ꝺ excep.cū iter.vbi no.⁊.c.dilecte.⁊.c. ſignificauerūt ⁊
.c.ſi.pōt ēt certo caſu teſtificari ⁊ iuriſditionē exercere vt pꝫ
.ſ.eo.lib.de hēti.in fidei.⁊.c.ſequēti cononicos recipit ꝺ re
ſcrip.capitulū de prebē.pro illorum. Item contrahit ⁊ ex cō
tractu obligatur de ſen.excō.ſi v̓e.xi.q.iij.quantū multos n̄.
mirū ergo ſi arbitrari pōt an v̓o pſcribat vl' ſibi pſcribat̃ viꝺ
qꝺ ſcripſi de off.delega.prudētia.§.ſexta i gl. not.hic Inno.
¶ Quarto habeantur p repetitis ex illis multa q̇ induxi.
ſ.eo.li.de ſen.exco.decernimus ad ꝓbandū excōicatū poſſe
teſtari. ¶ Quito q̇ poſt Inno.ſcripſi ꝺ iureiur. quitaualt̃.i
glo.magna per totum vbi potiſſime videtur innui ꝙ arbitra
mentum ſit quoddā extraiudiciale. ¶ So. puto per prima
iura arbitramentū qꝺ ſit per modum laudi vel ſnie non va/
lere ſi per publice excōicatum factum eſt nec etiam ſtatuiſſe
tale compromiſſum facit ad hec vltra predicta quod ſcripſi
poſt Compo.de vno ex pluribus compromiſſarijs datis ad
eligendum publice excōicato de elec.in cauſis ſuper glo.er
go ſi in fi.⁊ quod no. archi. ij.q.vj.a iudicibus ſuper.i.glo.
quando vero dicat̃ publice excōicatus vide no.de ſepul.c.i.
in vl.glo.in cle. ¶ Ad allegata in fi.reſponde illa vera quā
do arbitrator eſſet ſimplex mediator vl' pſoneta:ex cuius or
dinamento partes ad inuicē cōponerent ita ꝙ contractus
confirmaretur ex ipſarum partium cōpoſitione non ex arbi/
tramento vel pronūciatione illius. Ad .§. cedētes concedo
argumentum quo ad quedā de ibi expreſſis ſed non quo ad
oia qꝺ quiſqꝫ ſtudens bene aduertens intelligit.dec.aūt ad
probandū non requirit lapſum anni vnde quo ad caſum no
ſtrum ſufficit illum publice excōmunicatum etiam infra an/
num.⁊ eſt ſimile qꝺ ſcripſi de cler.non reſi. ex tue ſup verbo
remoueat . Ad.l.iudei reſpondeo ꝙ iudei non ſunt hoſtes
noſtri ⁊ in ſuis ſuperſtitionibus per eccleſiam ⁊ imperium
tollerātur vt ibi.⁊.xxiij.q.viij.diſpar.de iude.ſicut iudei. vi/
uentes ergo iure romano inter ſuos arbitrari poſſunt vt ibi
⁊ licet ipſorum ſecta ſit reprobata ita ꝙ illi legari nō poſſet
.C.eodem ti.l.i.ſingularibus tamē poſſet legari.ff.de re.du.
cū ſenatus. Ad allegata.iij.pꝫ reſponſio.de matrimonio pri
mo qua illud inter infideles contrahitur de conſang.⁊ affi.
de infidelibus de diuor.quāto.de ordine facit pro ⁊ contra
qꝛ valet quo ad caracterem ſed non quo ad executionem ꝙ
poſſit ſe ofēdere non mirum vt in.c.intelleximus in fi . Capi
tula de hē ti.ſ.eodem li.faciunt pro quia ſpeciale in cauſa fi
dei ergo eius conrarium regualre.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere. D.ſunt he.

**Iuus** pius reſcripſit eos qui ex liberalitate con
neniūtur i id qꝺ facere pn̄t condēnādos.
Omum ſuam reficere vnicuiqꝫ licet dum non officiat
inuito alteri in quo ius non habeat.
Onari videtur quod nullo iure cogente conceditur.

**A que fiunt** xxvj.nō ſpectāt
⁊ hoc ꝯſtat.fac
.ff.de re iudi. contumacia.§. contumax
nō videtur.vbi vero dubitatur tenetur
qs ire allegaturus priuilegium.ff.de iu
dici.ſiquis ex aliena ſecundum Dy.qꝺ
dic vt no.de accu.veniens in glo.fi.
¶ Prima glo.dixit vnde ſumpta ⁊ ponit exēpla.ſecundo
dicit regulam ēt in bono quod ſit habere locum.⁊ quod lo/
quitur in al'. iudic. tertio querit ⁊ ponit duas opiniones
contrarias. quarto contrarium ſoluit.quinto dicit i ſpiritua
libus q̇ pendent ab ordine non loqui regulā.
¶ In.i.glo. ibi factum a iudice.ſequitur quod ad officiuꝫ
eius nō pertinet ratū non eſt.⁊ ibi ſancimus.donatio vltra le
gitimū modum non inſinuata irritat̃ in eo quod eſt reſiduū

⁊ ibi.§.ſi plures.cuius caſum hēs in pre.dec.j.de arbi.
¶ In gl.j.ibi ius dicere.Dy.ponit exēplū i eo qui dedit tutorem ſubiectū vel alicui pupillo ſibi non ſubdito.ff.de excu.tu.l.ſcire oportet.§.ſi.de tu.⁊ cu.da.ab his.l.ius dādi.⁊ ibi nō dicitur iudex.allegat Jo.mo.ff.de legi.tu.l.inteſtato.⁊ ſi ſui.vēdicetur loci.§.cōpetit.⁊ ibi decē tātū pōt.quid ſi bene poterat iudicare d.xx.ſed petebātur ſola.x.⁊ cōdēnauit in.xx.pro ⁊ contra.quod ſequitur in glo.vt ſic ſit idē nō poſſe ex limitatiōe iuriſditiōis ⁊ ex limitatiōe petitiōis.Ja.de are.vtroqꝫ caſu tenet opinionē Jo.⁊ accur.qua ſupra ipſius iuriſditionē ſit qd petitū nō fuit.ff.cōi di.cū fundus ⁊ ibi accur.q̄ tñ contrariū no.C.de re iudi.l.ij.⁊ dicam ibi ⁊ Lau.⁊ Guil.i.ſpe.de ſen.p̄ba.§.iuxta ver.Item q̄ ē nulla rōne q̄titatꝫ.⁊ oio vide quod ibi dicam.⁊ ibi in ꝟ.ſe.tractat̃ quid d indiuiduo.huic opinioni cōcordat quod no.bar poſt Lau.in dñicali.lxviij.vbi tenet q̄ ſi delegatus miſſo in poſſeſſionē in reali adiudicat anno finito poſſeſſionē ⁊ proprietatem tenet ſententia in poſſeſſione licet non teneat in proprietate per iura hic allegata ⁊ ibi indulgentia.ſecundum vnā lecturā ibi notatam.⁊ ibi in vltima glo.⁊.ꝫ.de conſue.quanto.

b **Ex regula** facit ad queſtionē hic diſputam per fratrē Ubertum que ſic proponebatur epẽ vł alter ſuperior precepit vel ſtatuit q̄ pp honeſtatē melius conſeruandā nulla mulier in loco ſue iuriſditiōis vtatur ornamētis fucati coloris ſiue auri ⁊ argēti vel gēmarū vltra certam q̄ntitatē ſeu longis veſtibus vltra certā mēſurā contra facientē excōicauit.q̄ritur vtrū q̄libet cōtra faciens hāc penā icurrat. ¶ Diſputationē aūt ⁊ ſolutionē que ſatis placent ad litterā hic ponā.ad materiā tamen videre potes qd ſcripſi ne cle.vel mo.ſuper rubrica. ¶ Inducentur aūt q̄nqꝫ rōes ad affirmatiuā ⁊ tollitur vnū obſtaculū.ſcdo ad negatiuā allegat quinqꝫ.tertio ponitur euidentiale ⁊ ſoluitur qd diſtinguendo. ¶ Quod ergo quelibet contra faciens ligetur ſic probatur iuxta h̄ epiſcoporū precepta quēlibet ad obediendū ligant quod ſi non fecerit punitur ſed hoc epi p̄ceptū eſt iuſtum ergo ligat ⁊ contra faciens penā incurrit. maior patet de maio.⁊ obe.ſiquis venerit ⁊.c.oēs p̄ncipes de ſen.exco.a nobis.i.xj.q.iij.autꝫ.vobis ⁊.c.ſe ⁊.c.oīs chriſtianus.mior autem vꝫ q̄ hoc preceptū ſit iuſtū ex pluribus pōt probari.illud eni p̄ceptum eſt iuſtū qd diuine ſcripture cōcordat:ſed hoc preceptū ſcripture diuine.ſ.doctrine apoſtolorū cōcordat immo d ea ſumit̃ ergo ⁊c.maior de ſe patꝫ ⁊ probatur.ix.di.p totū.x.di.nō licet.xj.di.catholica ⁊.c.vlt. xij.di.p̄ceptis.xxxvij.di.relatū.lxxxiiij.cuꝫ i p̄terito.xj.q.iij. tunc vā.xxiiij.q.i.manet.mior bene probatur.i.Petri.iij.c. vbi beatus Petrus mulieribus loquēs ſic dicit.q̄rum non ſit extriſecus capillatura neqꝫ circūdatio auri neqꝫ idumēti veſtimentorū cultus.⁊.i.ad Timoth.ij.c.de mulieribus ſcribitur ornantes ſe in tortis crinibus aut auro aut margaritis aut veſte p̄cioſa. ¶ Secundo ſic.illud preceptum eſt iuſtū ⁊ ideo obſeruandū qd inhoneſtatem prohibēs ad honeſtatem reducit.ſꝫ hoc ē tale ergo ⁊c.maior.p̄batur.iiij.di.erit āt lex in moribus ei noſtris ⁊ ēt in iure non ſolū attendit̃ iuſtitia ſed honeſtas ideoqꝫ multa ſunt que licet ſui natura in lege iuſtitie non ſint mala prohibentur tñ pp honeſtatē d vi.⁊ ho.cle.clerici officia.ad hoc de ſpō.iuuenis ⁊.c. ad audiētiam.xxxv.q.iij.porro.immo etiam in votis attēditur honeſtas.extra de voto.magne.ibi quid deceat ſecundum honeſtatem ⁊c.minor ſatis patet q̄ ornatus talis mulierū ad inhoneſtatem ⁊ vanitatem tendit de conſe.di.v.fucare coloribus.vnde Ber.in apoł.dicit ex cordis theſauro ſine dubio procedit quod foris apparet vitiorum vanum cor vanitatis notā igerit corpori ⁊ exterior ſuperfluitas interioris vanitatis indicium eſt.preceptum ergo h̄ prohibens ad honeſtatē reducit ergo iuſtū. ¶ Tertio ſic.illud p̄ceptum iuſtum eſt qd prohibet id quod eſt peccatum vł prouocatiuū peccati ſed talis ornatus mulierum eſt peccatū ⁊ prouocatiuū peccati.ergo preceptum illud prohibēs iuſtū eſt.q̄ prohibitio peccati ſit iuſta probatur de conſti.nā cōcupiſcentiā.d offi.dī.c.j.iij.di.oīs lex.⁊ ſ.c.j.ix.di.xxiij.di.p̄hibete fratres.xj.q.iij.īperatores.ij.q.j.mliti.lxxxiij.di.p totum.xxiij.q.iiij.ecce.⁊.q.vj.qd errauerat cum ſi.imo iuſtius prohibetur malū quā precipitur bonū q̄ nemo inuitus benefacere compellit̃ ſed male facere prohibetur.xxij.q.v.ad fidem.Quod āt iuſte prohibeatur eatiꝫ illud qd prouocat ad peccatuꝫ probari pōt de vi.⁊ ho.cle.vt.clericorū de coha.cle.⁊ muli.c.j.xxxij.di.interdixit.xxiij.q.iii.eſt iniuſta.C.ſi manci.ita ven.ne p ſti.l.vlt.Item ex quo licite prohibetur peccatū:p̄hibentur omnia per que peruenitur ad illud a ccedat eo.ti.cum quid.ff.de ſpon.oratio de fideiuſ.cū lex.quod autē ornatus ſeu talis cultus mulierum ſit quoddam incentiuum ⁊ prouocatiuū libidinis ſatꝫ docere poteſt experientia vnunqueqꝫ naturaliter.n.plus appetit̃ pulchra q̄ difformis ornata q̄ iculta vt no.xiij.q.vlt.cōcordat illō Prouerbi.vij.c.Ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio preparata ad capiēdas aias vñ Hiero.ad nepotianū.Quid facie chriſtiana purpuriſmꝰ ⁊ ceruſa quorū alterū eſt rubor genarum ⁊ labiorū q̄ mētitur alterum cādor eſt oris ⁊ colli q̄ ſunt ambo ignis iuuenum fomenta libidinum ⁊ impudice mentꝫ idicia.fuit ergo preceptum bonum q̄ carnali cōcupiſcentie viam p̄cludit ne mors ingrediatur per feneſtras noſtras.xvi.q.ij.viſis.cum ſi ſolū malo ſed ab omni ſpecie mali precipiat apłus abſtinet̃ extra de vi.⁊ ho.cū ab omni. ¶ Quarto ornatus tał nō ſolum eſt prouocatiuꝰ peccati ſed ēt p ſe vł eē peccatū q̄ ē ꝯ preceptū diuine legiſ.ſ.contra doctrinaꝫ apoſtolorum vt.ſ. Itē cōtra euangelium Luce.xvj.c.vbi diues q iduebat̃ purpura ⁊ biſſo ſepultus dr̄ in infernū de quo Greg.ſi cultus precioſarum veſtiū non eſſet i culpa ſermo dei nō tā manifeſte exp̄meret q̄ diues idutus purpura ⁊ biſſo dſcēdit ad iferos ⁊ no.xxj.q.iiij.ſumma.Quod ēt bene probatur auctoritate beati Cypriāi qui ſuper p̄ria epiſtola Petri vbi ſupra de talibꝰ dicit.Serico ⁊ purpura idute chriſtū ſincē induet̃ non pñt auro ⁊ magaritis ornate ⁊ monilibꝰ ornamēta mentis ⁊ corporis perdiderūt hoc āt eſſe non pōt niſi per peccatum mortale.Itē dicit idē Cyprianus in libro de habitu virginū non virgines tñ aut viduas ſꝫ etiā nuptas puto ⁊ oēs oino feminas admonēdas q̄ opus dei ⁊ facturā eius ⁊ plaſma alterat̃ nullo mō debeāt adhibito flauo colore vł nigro puluere vel rubore quolibet linimento naturam corrupente medicamine.⁊ poſtea infra ſubdit manus deo inferiunt q̄ñ id qd ille formauit reformare contendunt impugnatio iſta ē diuini operis ⁊ p̄uaricatio veritatis.deū videre nō poteris quādo occuli tibi nō ſunt quos ille fecit ſed quos diabolus infecit:dei inimico te computa cum illo pariter arſura.ſꝫ hoc alicui non debetur niſi p mortali peccato ergo talis ornatus eſt mortale peccatū.hoc bene aſſerit aug.ad poſſidoniū de ꝯſe.di.v.fucare coloribus.bene facit.iiij.Regū.ix.c.vbi deteſtabilis mulier illa Jezabel pinxit occulos ſuos ſtibio ⁊ ordinauit caput ſuū q̄ d turri p̄cipitata eſt.⁊ Hiero.ad nepotianū ornatus ille nō dñi eſt velamen iſtud antixp̄i eſt q̄ fiducia erigit ad celū vultum quē conditor nō cognoſcet.

¶ Quinto excōicatio ligat vbi adijcit̃ actui cuiꝰ diſpoſitō pertinet ad poteſtateꝫ ſeu iuriſditionem eccleſiaſticam ſed hec excōicatio ē talis.adijcitur.n.ornatui ſeu habitui mulierū.ergo ⁊c.maior ſatis ē no.mior vō.ſ.q̄ talis actus vꝫ ornari vel tali habitu propter honeſtateꝫ ſeruandam nō vti mandare pertineat ad eccleſiam ſatis patet extra de iude.in nonnullis.xxx.di.quecūqꝫ ⁊.c.ſi qua mulier.qd traxiſſe videtur originem a.l.diuina.legitur enim deutero.xxij.c.non induatur mulier veſte virili nec vir veſte muliebri.⁊ apłs mulieris habitum diſpoſuit.i.ad Corth.xj.vir orans aut profetās velato capite deturpat caput ſuum mulier orans aut p̄phetās non velato capite deturpat capd ſuum:⁊ infra ſi vir comam nutriat ignominia eſt illi.mulier vero ſi comā nutriat gloria eſt illi q̄m capilli p velamine ei dati ſunt ad hoc.xxj.q.iiij.epſcopi:Sꝫ nec defenditur mulier ēt ſi maritꝰ ei ꝯriū p̄cipiat quod ſic probatur.vbicūqꝫ in cōtrarijs p̄ceptis maior poteſtas incurrit ſemper eſt obediendum maiori potius q̄ minori hoc bene probatur.viij.di.que contra.xj.q.iii.qui reſiſtit

ſiſtit

ſiſtit.ſed certum eſt q̄ maior eſt epiſcopus q̄ maritus: quia prelatus ē viri.xj.q.iij.ſi autē vobis ergo magis obediet mulier epiſcopo ⁊ eius ſtatuto q̄ marito cōtrariū mandanti.
¶ In contrariū ſic probatur non valet ſtatutū vel ſnia alicuius ſuper eo quod ad eū ſiue ad eius officium nō ſpectat. ſed ornatus mulierū vel modus ornandi nō ſpectat ad epm ergo ſup eo non pōt aliqd ſtatuē vel diſponē.maior probatur.h.⁊.xcvj.di. bene qdē ⁊ nō.xj.q.iij.in ſū.minor p₃ q: ornatus mulierū ſolius viri arbitrio v₃ eſſe pmiſſus de conſe. di.v.fucare.xxxiij.q.v.quod deo.eſt vir imediate capud mulieris.e.cā.⁊ q.h imago.xxxij.q.j.non mechaberis.non ergo mulier ligabitur ſtatuto vel ſnia que non valet.
¶ Scdō ſtatuta epiſcoporū q̄ abſorbēt iura aliorum nō valent niſi ipſi quorum ius leditur conſentiāt vel niſi ſaltē ſint pſentes ⁊ taceant extra de loca.⁊ con.veſtra. de his que fi. a prela.c.pe.ar.de maio.⁊ obe.c.vlt.ſic etiā ſnia alteri in iudicio non exiſtenti nō preiudicat de re iudi.cum ſup ⁊.c.q̄uis cū ſua mā:ſed iſtud ſtatutum abſorbet ius maritorū ad quorum arbitriū ptinet ornatus vxorum ergo nō val₃ nec mulieres potuit aſtringere maxīe cū non dicatur q viri conſenſerit. ¶ Tertio lex non debet eſſe talis que ſcādalū inducat vel alicui laqueum inijciat de reſtitu.ſpo.litteras xxvij.q.j.de viduis.ij.iiij.di.erit āt.⁊ in pemio huius libri.immo pp ſcandalū vitandū aľs licita dimittuntur ⁊ pͥhibentur ⁊ q̄nq₃ illicita tollerantur de no.ope.nunci.cū ex iniuncto. eo.ti. qui ſcādalizauerit de vi.⁊ ho.cle.deus q.de cle.ɔiu.cū oli de regula.c.vlt.xij.di.nos conſuetudinē.iiij.di.deniq₃.l.di.vt cōſtituereť cū ſi.ſ₃ marito ſcādalum infertur cū contra volūtatem ſuā mulier deponit ornatum in pre.c.quod deo pari.mulieri laqueus inijcitur q: pplexa neſcit cui magis obediat epō vel marito.xiij.di.nerui.ergo tale ſtatutū eſt malum.
¶ Quarto hoc modo.huiuſmodi ſtatuta q̄tū fieri pōt interpretanda ſunt ꝫ ius cōe extra de conſue.c. cum dilectus. ſed cōmune eſt quod vxor potius obediat viro q̄ alteri in his q̄ de ſuper natura nō ſūt mala.xxxiij.q.v.voluit itaq₃ lex ⁊ q ornet ſe ad volūtatem viri in pre.c.qō deo ⁊.c. fucare. ergo interpretabimur ſtatutū niſi vir cōtrarium velit cuius tanq̄ maioris auctoritas intelligeť excepta de iureiur. venientes.⁊ eps ſtatuens aliter preciſe intellexiſſet ſnia tanq̄ errorē cōtinēs ꝫm talem intellectū non valeret de ſen.excō.ptuas ar.eorū q̄ no.iiij.q.v.quiſq₃ in glo.ſed pone.
¶ Quinto ſic pbatur.pprium votum magis eſt obligatorū ⁊ magis aſtringit ad ſui obſeruationem q̄ ſuperioris pceptū ar.ad hoc.xv.q.j.qui bona.quecūq₃.n.pnt precipi de ſuinatura pnt voueri ſed non oia que poſſūt voueri poſſūt pcipi.xxij.q.j.integritas.ergo fortius ⁊ amplius eſt votum q̄ preceptum. ſed mulier pprium votū fcm̄ ēt de viri licentia non pōt iuſte contra viri voluntatem exequi qō magis videť.ergo nec pceptū ſeu phibitiōem vbi ſaltem illud quod prohibetur alias de ſui natura nō ē malum.hoc aperte pbatur.xxxiiij.q.v.māifeſtum ⁊.c.noluit.quod autē talis ornatus maxīe veſtiū de ſui nā non ſit malus pbať bene Judith. x.c.in pn.vbi dr̄ de ea q induit ſe veſtimentis iocūditatis ſue tulitq₃ ſandalia i pedibus aſſumpſitq₃ dextrariola ⁊ lilia ⁊ i aures ⁊ ānulos ⁊ oibus ornamēt} ſuis ornauit ſe.⁊ Heſter. ij.c.vbi ipſa heſter ſcā ſimul cū alijs vtebať ad ornatū oleo myrtino ideſt de myrto ⁊ qbuſdā pigmēt} ⁊ aromatibus ⁊ mūdo muliebri quod ſancte domine nō feciſſent ſi peccatu₃ fuiſſet.xxxvij.di.q de menſa.vj.q.i.ois q.ix.q.iij.lugdunēſis facit ad hoc q: vſus rerum non ē in culpa ſ₃ abuſus.xli. di. c.j.⁊.c.dicit ⁊.§.vlt.⁊ vide in Hiero.ad exuperantiu₃.B.⁊ ad saluinā.B. ¶ So.ad euidētiā iſtius queſtionis primo vidēdū ē vtrū ornatus talis ſit peccatum ad quod vr̄ diſtinguendū inter ornatum fucationis ⁊ ornatū veſtiū ⁊ talis fucatio de qua loquitur Cyprianus in predicta auctoritate ſua de habitu virginū cū ſit ſpecies fictionis ſeu adulterina fictō non pōt eē ſine peccato vt hn̄ patet p aug.in pre.c. fucare.de ɔſe.di.v.non tamē ſemp ē cū peccato mortali ſed ſolū q̄n ſit pp laſciuiā vel in cōtēptū in quibus caſibus loqtur Cyprianus.Sed tamē ſciendū eſt q aliud ē fuſcis fingere pulchritudinē non habitam qō nō l₃.aliud ocultare turpitudinem ex aliq̄ cauſa.maxime extrinſeca vt ex infirmitate vel huiuſmōi pueniente₃ hoc ē licitum.vnde apoſtolus.i. ad corith. xij.q̄ putamus ignobiliora eſſe membra his honorē abūdātiorē circundamus.ornatꝰ autē alter ſuperfluus vt veſtium ⁊ huiuſmōi in nō nuptis mulieribus eſt peccatū mortale ſi ſit ad placendū virorum aſpectibus ⁊ ad ɔcupiſcendū cum illud ſit puocare icentiuū peccandi.vn̄ Criſo.de cōpunctione.ſi ſe mulier decorauerit ⁊ ad ſe viſus hominum puocauerit extremaꝫ vindictā ſubſtinebit ēt ſi nullā plagā intulerit venenū.n.obtulit ⁊ ſi nullus fuerit q bibat inuentus. Aut ſi ſit ex vanitate pp quādā iactantiā vt forte hn̄ indute reputenť ſaltē veniale. ɔiugata autē ſi ſe ornet ex cāis predictis ſimiliter peccat ſ₃ ſi ornet ſe hac intentiōe vt placeat viro ne p eius cōtēptū labatur in adulterium poteſt hoc facē ſine peccato vnde apoſtolus.i.ad Corinth.vij.mulier q̄ nupta ē cogitat q̄ ſunt mundi qūo placeat viro.⁊ Aug.dicit ad poſſidoniū.nolo vt de ornamentis auri vel veſtis pperam habeas in prohibendo ſententiā niſi eos q neq₃ cōiugati ſunt neq₃ coniugari cupiētes hi cogitať ōbēt qualiter placeāt deo. illi autē cogitant que ſunt mundi.ſ.quomodo placeant vel viri vxoribus vel mulieres maritis iocundū.Tho.in ſecūda ſecūde.q.xxxix. articulo. iij.ex qbus ſic dico q ſtatutū epi ex cauſa factū de ſui natura bonū eſt ⁊ valet ⁊ ideo q̄cunq₃ fucis vtitur ſaltē ad fingendā pulchritudinē quā nō h₃ incidit in penaꝫ q: cū fucatio de ſui natura eſt mala merito potuit prohiberi in nec vxor debet obedire viro.xj.q.iij.nō ſemper cū ſi.⁊ ſic loqtur.c.fucare.Circa alia autē ornamenta dico q quelibet nō nupta tenetur pciſe obedir̄ ſtatuto.viij. q. j.ſciendū.xj.q.iij.quid ergo.⁊.c.q reſiſtit.xxiij.q.j.qd culpatur.qō ⁊ ſi in talibus poſſit eſſe ornatus ſine mortali peccato ius tn̄ precepti tranſgreſſionē facit mortalē.xiiij.q.j.qō precipiť.Circa nuptā āt dico q vir ɔſentit expreſſe vel tacite ſi pcipiendo cōtrarium aut expreſſe prohibet ne vxor ſtatuto obediat.primo caſu debet mulier ſeruare ſtatutū alias incidit in penā quia tunc nō ſubeſt infraſcriptū ipedimētū quo ad ſtatuti obſeruantiā nō teneť. In ſecūdo caſu vbi.ſ.vir cōtrariū pcipit quātū i affectu pprio debet velle obedir̄ ſtatuto ſed in effectu potius obediet viro cuius obediētie immediate ⁊ pncipaliter eſt aſtricta contra cuius viri voluntate₃ tale ſtatutū in his eam non potuit obligare ſicut aperte pbať in.§.allegat} ⁊ maxime.xxxiij.q.v.manifeſtum. ⁊.c. hec imago.⁊.c.noluit ⁊.c.quod deo pari.

Tam qui certus.xxxj.Hy.ponit exemplum per.l. ff.de ediľ.edic.l.i.§.aiunt ⁊.§.ſci intelligať ⁊.l.ſi tamē.§.ei q ſeruū.vbi ēptor ſi ſcit vel ſcire d₃ rei vitium per venditorē certificādus nō eſt. ¶ Prima glo. ponit exempla ſecūdo ſuper de illo qui certus eſſe debeat.tertio tractat de cānonico q ſcit eccleſiā vacare ⁊ allegat ɔcor.ad regulā. quarto arguit ad queſtionem. ¶ In gl.i.ibi:ſed ⁊ ſi pupillus. ſi palam pſcriptū eſt ne cū inſtitore contrahatur non audiť dicēs ſe ignoraſſe ⁊ ibi denunciaſſe.vide de offi. delega.prudentiā in.iij.glo.in fi. ¶ In prima glo.ibi quanto minoris.ſi vero ignorabat agit ēt ſi vēditor ſciens ſeruitutem vel vitiū dixit ſe nolle teneri nomīe ſeruitutū vel vitiorū h .n. generale pactū nō trahitur ad illa q̄ vēditor ſciuit.ff.de ac.emp.⁊ vē.l. hoc autē.⁊ facit qō ibi no.Hy.⁊ dixi poſt vinc.de pe.⁊ re. cū infirmitas in fi.⁊ vide in ſpec.de emp.⁊ ven.§.nūc dicendū.v.quid ſi venditor eq.⁊ ver.ſequenti ⁊ ibi.l. denunciaſſe. Hy.hanc legem ſignans p cōtraria ad regulam ſoluit q in his quibus neceſſaria eſt denunciatio non ſufficit ſcia vbi vero ſola ſcia eſt de ſubſtantia non requiritur denūciatio i dubio pſumēdum eſt potius ſcientiā q̄ denūciationem eſſe de ſubſtātia cū denūciatio fieri ſoleat vt incertus certificeť ad hoc.ff.de peti.here.item veniūt.§.petitā ⁊.ff.quod vi.aut clā qui aliter.§.ſi forte in fi.⁊ eſt venerialis.lxviij.⁊ idem Guiľ.

in ſpe. de ſta. mo. ver. xxxiij. ⁊ vide. §. quod ibi dicam.

**Ec regula** facit ad q̃ſtionẽ quã diſputaui q̃ ſic proponebatur. Ad cauſam delegantur duo cum clauſula ꝙ ſi ambo: alter ex ipſis collega vere impedito ſed de impedimẽto fide non facta ꝓcedit queritur an valeat ꝓceſſus. ¶ Ad affirmatiuã p̃rio ⁊ ad negatiuã ſc̃do iducam ſex rõnes ⁊ opiniones. tertio ſoluens diſtinguam duo membra ⁊ ſic opiniones cõcordabo. ¶ Quod valeat ꝓbo ſatis eſt q̃d is ꝯ quẽ de veritate criminis inquiritur ſit verẽ ĩfamatus licet non prius fiat fides de ĩfamia vt tenẽt hoſtiẽ. Pe. ⁊ ab. de accu. cũ oporteat ⁊ c. q̃liter ⁊ guill̃. in ſpec. de inquiſi. §. nũc tractemus. ṽ hoc autẽ ſcias. ⁊ ſi dicas h̃ vera in ordinario dico idẽ in delegato ex quo pars non reſiſtit de accu. c. ij. li. eo. Sic ibi ſufficit exiſtentia infamie d̃ qua fides fieri poſſit ſic ſufficiat exiſtentia ĩpedimenti de q̃ nunc cũ de ꝓceſſu querit̃ fides fieri poſſit ad inſtar eius q̃d d̃ cõſeruatore dicimus ſatꝫ eſſe ꝙ nunc cõſtet offenſaꝫ quã puniuit fuiſſe notoriã de hoc. eo. ti. c. j. ⁊ vlt. li. eo. ¶ Secũdo video ꝙ quo ad reuocationẽ attẽtatorũ ſatis eſt ꝙ nũc cõſtet de exiſtentia cauſe appellationis interpoſite ante ſententiaꝫ q̃ tũc erat licet tũc de illa nõ cõſtiterit de ap. nõ ſolũ li. eo. ſicut ergo ibi exiſtentia cauſe de qua nũc cõſtat ex tũc abdicauit iuriſditonẽ iudicis a quo in iudicẽ ad quẽ ita exiſtentia impedimenti iuriſditionẽ tranſtulit in collegã extũc vi clauſule. ¶ Tertio ſufficit exiſtẽtia reſeruationis vel gratie lꝫ ignoretur de pre. ſi poſtq̃ ⁊ c. ſi beneficia. eo. li.

¶ Quarto ſufficit exiſtentia ꝑpetui ĩpedimẽti in p̃rio matrimonio lꝫ d̃ illo nõ ſit facta fides vt valeat ſecũdũ dummõ nunc de illo fiat fides de eo q̃ du. in matrimon. c. ij.

¶ Quinto ſufficit exiſtentia criminis hereſis paterne vt filius extunc cẽſeat̃ ſui iuris licet tũc tñ de illa cõſtet de hereti. c. ij. in fi. li. eo. ita ergo ſufficiatur exiſtentia impedimenti vt ꝑ illud ex tũc cenſeatur collega ſolus fuiſſe iudex. lꝫ tũc fides facta non fuerit ſicut ſufficit habere iura in curia lꝫ non exhibeant̃ de elec. cupientes. ṽ. electos. ⁊ no. ibi in gl. vlt. ꝑme ꝑtis. ¶ Sexto ꝓbat hec dec. prudentiã. ſup q̃ plus fundatur opi. cõtraria nã aperte ĩnuit horũ alterũ ſufficere ꝙ conſtet de impedimento vel ꝙ cõſtare poſſit ibi vel alias de eodem canonice cõſtare nõ poterit. ergo ex quo nunc cõſtat iudiceꝫ tũc impeditum pꝫ vi clauſule collegã tunc ꝓcedere potuiſſe: ⁊ hãc partẽ tꝫ Inno. in dec. prudentiã. ex quo partes nõ reſiſtũt. h̃ ẽt tꝫ in caſu diſſimili archi. cũ eadẽ rõ ĩ dec. cũ plures e. ti. li. eo. vt veritate manifeſta cedat opinio. viij. di. veritate. Qñ nõ valeat ꝓbat aperte dec. ſciſcitatus de reſcrip. i. iquãtum ibi repetit̃ hoc verbuꝫ ꝯſtiterit. Item q̃ ibi ponit̃ d̃terminatio dummõ: q̃ determinatiõe nõ ſeruata non vr̃ propter ſolã exiſtentiam impedimenti collegã iudicem eſſe cui cõuenit. eo. ti. ſup litteris. ibi d̃legatꝰ poſtq̃ ſibi ſup h̃ fuerit fac. fi. ⁊ ecõtrario ſequeret̃ abſurdũ ꝙ delegatus ante ꝑſentationeꝫ reſcrip. ex quo vere iudex ẽ ꝓcedere poſſet contra id de ap. ſuper eo. ij. ⁊ in extrauagã. Bonifa. iniũcte. imo nec ſufficeret reſcriptũ nũq̃ exhibitũ ꝓbari ꝑ teſtes pꝫ verã opinionẽ quã recitare ſoleo de priuil̃. cum oli. i. ad fi. i. glo.

¶ Sc̃do vĩ queſtio cãus in dec. de offi. delega. ſi ꝯ vnuꝫ li. eo. non. n. ſufficit exiſtẽtia ĩpedimẽti vel ſuſpitionis college vt collega ex vi clauſule in p̃ricipali ꝓcedat niſi p̃us ꝓnũciatũ ſit ſup illa: ita nec ſufficit exiſtentia ſuſpitionis vt ꝑ illã impediat̃ poteſtas ſubdelegãdi vt. e. ti. iudex in p̃n. li. eo.

¶ Tertio arguendo de appellatiõe tripliciter ꝓbat̃ ſic. iudex appellationis interpoſite ante ſñiaꝫ iudex eſt p̃ncipalis cauſe ſub conditõe. ſ. ſi bene appellatũ ẽ ⁊ tñ de illa cõditione p̃us cõſtare dꝫ de ap. vt debitus nec aliter ẽt de cõſenſu ꝑtiũ poſſet de p̃ncipali cognoſcer̃ d̃ fo. cõp. romana. i. rñ. lib. eo. ergo idem nõ ꝓpoſito quo vnus ſolus iudex ſub conditione. Itẽ ad inhibitionẽ faciendã ꝑ iudicẽ appellatiõis nõ ſufficit negotiũ deuolutũ niſi cõſtet deuolutũ de ap. romana. §. ſi vero. li. eo. Itẽ cum appellatũ eſt ad papã ĩ maioribꝰ caſibus ⁊ appellatiõi renũciatuꝫ eſt iudex alias ordiarius ẽ iudex cãe ſub conditione ſi ſine prauitate ꝓceſſum ẽ ſed p̃us de hoc inquiri dꝫ de elec. q̃uis ⁊ c. prouida lib. eodẽ per eũdem modũ põt induci de ſup. ne. pla. c. fi. li. eo. ¶ Quarto video ꝙ ad collationẽ bñficij curati faciendã habẽti plura curata non ſufficit exiſtentia diſpenſatiõis niſi p̃us d̃ illa conſtet de offi. or. ordiarij. §. in cõferẽdis li. eo. ſic ergo ibi impeditur poteſtas collatoris. ſic ⁊ hic ꝑtãs iudicis fide nõ fcã. ¶ Quinto bñ facit ad hanc ꝑtẽ de hẽti. cũ pꝫ in fi. nam lꝫ bona ſint ꝯfiſcata ꝑ exiſtentiã crimis hẽſis. apprehẽſio tñ fieri nõ põt niſi hoc declaret̃ ſic lꝫ iuriſditio cõpetat ex exiſtentia cõditionis exercitiũ tamen non cõpetit niſi d̃ hoc facta fide. ⁊ ſi dicas ꝙ illud ideo q̃ caſus ẽ quo requirit̃ ſñia. do inſtãtiaꝫ per dec. ꝓ humani de homici. eo. li. in fi. bñ ergo dicũt iura req̃ri cãm rationabilẽ ⁊ mãifeſtã de offi. or. irrefragabili. §. ceterũ. ſ. eo. ti. conq̃rente de vi. ⁊ ho. cle. mõaſteria de cẽſi. cũ apoſtolus. §. ꝓhibemus de ſen. exco. ſacro cũ ſim. ¶ Sexto ſatis facit q̃ iudiciũ alias eſſet impendẽti quod eſſe non debet. ff. de iudi. nos quẽadmodũ. penderet enĩ virtus proceſſus ex futura fide impedimenti ſicut ergo in procuratore ad iudicia nõ ſufficit exiſtẽtia renocatiõis iudici vl̃ parti non inſinuata de procur. mandato licet ſufficiat ĩ extra iudiciali. eo. ti. ⁊ li. de prebẽ. dudum in fi. ſic ⁊ hoc caſu nõ ſufficiat exiſtentia impedimenti de illa fide non facta. hãc partem tenet Ber. in dec. prudẽtiã in gl. ij. ĩ fi. iij. iiij. ⁊ pen. i. ꝑtis. ⁊ Hoſti. in eadem dec. qui dicit cõſẽſum vel taciturnitatem partiũ nil operari cũ prorogatio de q̃ ibi loquitur Inn. locum habeat in ordinaria iuriſditione non delegata.

¶ So. queſtio proponitur de impedimẽto de quo tũc exiſtente nunc fides fieri poteſt alias nullũ dubiũ ⁊ ſoluendo diſtinguo aut impedimentũ ſine ope exceptionis ĩpediẽs iuriſditionẽ vel exercitiũ erat perpetuum vel tẽporale ineuitabili ⁊ tunc ſiue id fuerit notorium: ſiue nõdũ tñ nec ipſe cuꝫ iudex nec aliqua ꝑtium de hoc q̃ſtioneꝫ retulerit valet proceſſus. ⁊ ſit ratio quia veruꝫ ẽ exiſtentia cõditionis illum iudicem eſſe nec ſit ibi per ꝑtes prorogatio iuriſditionis q̃ cõpetebat vt dixi. ſed ſola remiſſio probationis. ⁊ ſic ĩtellecta ſit vera hoc caſu p̃ria opinio Inn. ⁊ archi. Aut eſt ĩpedimẽtum tale in quo neceſſaria ſit exceptio. vel eſt impedimentũ ĩcõmoditatis vel volũtatis ex his caſibus nõ valet ꝓceſſus ⁊ ſit vera opinio contraria glo. ⁊ Hoſti. ⁊ huius patens eſt ratio quia de primo oportet conſtare per exceptionem oppoſitam ⁊ probatam. ⁊ ſic reſpondetur ad dec. ſi cõtrariuꝫ. eo. ti. quia non hoc ipſo ꝙ iudex ſuſpectus eſt dicitur ĩpotẽs niſi pars recuſet ergo non prius exiſtit cõditio clauſule iuriſditionis exercitiũ trãſferens in collegam. Secundo caſu incommoditatis vt cum nõ vult perdere electionẽ planũ ẽ ꝙ non ex incommoditate ſed per excuſationem exiſtet conditõ ⁊ ſic loquatur dec. ſciſcitatus. ṽ. dummodo maxime cũ tunc ſubdelegare poſſit ⁊ collega teneatur clauſula nõ obſtãte ſb delegatũ admittere no. eo. ti. coram. Tertio caſu. ſ. voluntatis neceſſe eſt de illa cõſtare vel ꝑ contũaciã ipſiꝰ req̃ſiti nõ venientis vel per apertam. reſiſtentiam vnde cum nec aliter dicatur conditio exiſtere in hoc caſu nõ prius iuriſditio collegae defertur. ⁊ his caſibus ñ eſſet taciturnitas partiũ remiſſio probationis vt in primo mẽbro ſꝫ prorogatio iuriſdittionis in exercitio quod in delegata nõ procedit vt. ſ. dixi ſecundũ Hoſti. ex hac diſtinctione bimembri concordate ſint opiniones ⁊ ſoluta contraria cuius diſtinctionis p̃mũ membrũ indubitate procedit iudice ſciente impedimentũ collegae ſed ⁊ ignorante vel dubitante videtur idem ar. l. iiij. ff. de manu. vindicta ⁊ eorum que ſcrip. ſi poſt Inno. ⁊ hoſti. de ꝑſcrip. cũ ex officij. ⁊ facit quod no. de biga. nuper. nã ſi cõtra regulam qua prefertur veritas fauore ſententiarũ ⁊ ꝓceſſuum prefertur opinio: fortius vbi fauor ille concurrit cũ regula ſtabitur regule. nec obſtat. ff. d̃ acqui. here. l. vẽtre. ⁊ l. ult. ff. de condi. ⁊ de. multũ itereſt cum ſi. ad que reſpõde ꝑ no. in pre. §. j. Itẽ hereditatis aditio plus reſpicit animũ. inſti. d̃ here. quali. ad finẽ. ff. de acqui. heredi. is qui putat. ſicut contractus matrimonium de ſpon. tua. iuriſdtiõis exercitiũ plus reſpicit factum dummodo iure ſubſiſtere poſſit. nec obſtat

dec.

iſtã conclusionẽ seq̃ bal. in l. falsus [illegible]
[illegible]
[illegible]

dec.cum ſuper eodem ti.quia hic voluntas ⁊ poteſtas non ſunt contraria. Jo.an.

**Xceptionem** lxiiij. pria glo. ponit exépla ⁊ réittit. ſcdo obijcit ⁊ póit opi- e nioné quá nó approbat ⁊ ſoluit reddendo triplicé rónem regule ⁊ ſubdés cautelá quá improbat tertio ꝓrogat regulá ad replicationem. ¶ Jn.j.gl. ibi non ibi nó vtiqꝫ.ſequitur eſtimatur cóſiteri de intentione aduerſarij.cũ quo agiť q excceptione vtiť.⁊ ibi q hominem.§.vlt. loqtur in eo q habebat exceptioné ppetuá ⁊ ſoluẽs repetit.⁊ ſic non liberať ab illa inefficaci obligatione qꝛ eadé res ñ parit ⁊c. ¶ Jn pria gl.ibi cótra te.no.hec ⁊ remiſſioné quá ſtatim dabo.⁊ ibi quidá.vt no. in ſpe.de excep.§. viſo poſt pri.⁊ vide qȯ de pſcrip.ibi ſcripſi ſuper pria forma ⁊ ibi ⁊ ſimilibus qs Dy.hic dicit nó eſſe exceptiones iuris ſed facti vel intentionis ⁊ ibi dicit fateri ⁊ qȯ dť.ff.cómo.ſis is.§.vlt. ſit ſpeciale pp iuſtá ignorátiá ſoluentis ne ſit in dáno ſecundũ Jo.mo.⁊ ibi ſic dicere ⁊ hoc caſu itelligit Dy.hác regulam iducens.l.ſi qdé.C.de excep.ij.⁊.iij.reſponſo qȯ nó placet vt ſequiť in glo.⁊ ibi amplectéda nec é neceſſaria dũmodo ſtetur in merĳ exceptióis ſup quo vide qȯ no.ſ.eo.li.d litis côteſta.c.ij.in gl.añpenultia ⁊ ibi de confeſ.c.j.i.gl. ver. ad poſitiones.⁊ ibi ita replicatio ⁊ fortius vt dixi de excep. a nobis in ſumma replicationum in quarto membro ⁊ in ñ.ff.de excep.l.ij.

**Uic regule** coadaptẽtus qõné Hoſ. iij.qua ſic querebat.impetraſti cótra me reſcriptũ papale dicens ꝙ te ď poſſeſſione violẽter eiecerá citatus ꝓteſtoꝛ ꝙ nó intendo lité conteſtari nec iudiciũ ingredi ⁊ dico te falſum expreſſiſſe cũ nó violenter eieceri ſed iudicis auctoritate vacuá poſſeſſioné itrauerim.qritur an hec exceptio veniat vt dilatoria côtra reſcriptũ.an vt peremptoria côtra actioné. ¶ Sed huic qſtioni ꝯgrue incidit veñ.xxxiiij.an ꝓteſtató rei dicentĳ corá iudice ⁊ aduerſario ꝙ nó itendit lité côteſtari ipediat côteſtationem ad quá alʼs eius rñſio ſuffeciſſet. Et hanc pus tractando eſt ſciendũ ꝙ ſatis plene proſequiť illá Guiľ.in ſpe.de lit.cont.§.ij.ver.patet ex premiſſis:diſputauit ét illá azo doctoꝛ noſtri iuris bonoñ. cañ.⁊ dominus meus in legibus dñs Mar. ſiľ.ſed pp ſcripta in pre.§.pꝫ. ¶ Breuiter ptráſibo premittens per quos diſputata fuit.⁊ ad negatiuá prio ⁊ ad affirmatiuá ſecundo inducá quod tres doctores allegant.tertio poná quattuoꝛ ſolutiones exprimédo q placét. ¶ Et ꝙ nó ſit facta ꝓteſtatio allegaſ .ſ.de ſpon.tua.ſ.quod me.ca.c.j.xxxj. q.ij.lotarius.xxviij.di.diaconi de reſti.in ite.c.ij.circa finé de offi.oꝛ.paſtoralis ď elec. cumana.ff.quibus mo.pig.vť hypo.ſol.ſi debitoꝛ.§.j. ſecundũ Bar. ibi p proteſtationé remanet ius pignoris ſaluum creditoꝛi ad idé.ff.de vſufruc.ſed ⁊ ſi qd.§.ñ.vbi cómoditas doliorũ nó pertineť ad legatariũ qꝛ teſtatoꝛ dixit ſe nolle ad eũ pertinere ad idem.ff.de neg.geſ.neſennius vbi ꝓpter proteſtationé mater repetit ipenſas.Jté ſicut in ſententia reqritur animus ſententiádi.ff.de arbi.qlé.ita ⁊ in côteſtatióe animus conteſtádi.ſꝫ ꝓteſtatio cótrariũ animũ oñdit.ff.de pac. iuriſgé.§.qȯ fere.ergo p ipſam ipeditur conteſtatio ſm bar. ad idé.ff.de códicillis.conficiunť.§.ñ.ff.de le.i.ſi mihi.§.interdũ ⁊.l.ſi ita ſit ſcriptũ ſecũdũ guil. ¶ Ad cótrariũ adduciť de conſti.cũ.M.de ap.ſollicitudiné in ñ.que tamen facit ꝓ prima parte vt ibi ſcripſi ſup glo.ñ.ná facto videtur renunciare proteſtationi.eo.ti.dilecti ⁊ qñqꝫ côteſtatur lité qui id nó intendit.ſ.de dolo.⁊ côtu.prour.Jteꝫ cum ſibi videatur côtrarius faciendo côtra proteſtationé nó é audiendus de preſump.litteras.C.de mu.patri.ꝓfeſſio lib.x.ſecũdũ Bar. ¶ Adducitur ad idé.ff.loca.l.antepenultima.§.locatoꝛ.C. de re iudi.ad ſolutioné.Jté ar.ff. de códi.indebi.ſi quis ſciens vbi animus nil operatur ad idé.ff.de condi.ob cauſam.ď di.§.ſi qs quaſi ſtatu liber.⁊.C.eo.l.ſi repetédi.⁊.ff.qbꝰ mo. pig.vel hypo.ſic.§.pſt.⁊ qd dicant iſte leges vide ſup.v.pꝫ .ff.de condiciľ.diui.§.lꝫ.poſterioꝛa.n.pꝛioribus derogant vt ibi ⁊.C.de pac.pacta nouiſſima.ff.e.ſi vnus.§.pactus ne.de le.i.ſi mihi.§.in legatis. ¶ Secundo dixit litis côteſtationé nó factam qꝛ iudex ⁊ aduerſarius tacẽdo videnť ꝯſentire ⁊ dicit Tan. ſic tenuiſſe ſe ⁊ hug.⁊ accur.ſic ſibi reſpondiſſe ſꝫ ipſe accur.q hoc no.C.de litis côteſ.l.vni.in glo.ij.non innititur pdicte rói de cóſenſu iudicis ⁊ aduerſarij. Jdem dico de Ber.q hoc no.de lit.côteſ.c.vni.⁊ Uinc.de ele.cumana. tenuit ét idem azo legiſta. Dicit Mar. qbuſdá videri ꝙ ſi iudex ꝓteſtationé admiſit nó ſit facta conteſtatio. Nec obſtat ꝙ poſtea ſup pncipali rñdit:qꝛ cũ pmiſſa ꝓteſtatióe rñdiſſe vi.qꝛ q in prefactióibꝰ dicuntur in ſeqntibus repetita videntur:⁊ ſubiecta ſunt talia qlia pdicata pmittũt.ff.de. ver.obl.titia.§.idé reſpondit. Nec obſtant leges p eũ in côtrarium allegate qꝛ nulla ibi preceſſit proteſtatio. ſi át iudex reprobauit ꝓteſtationé tũc dicaſ facta côteſtatio.ff.de neg. geſt.ſinaũt.§.ſi quocũqꝫ mó .ff.de ꝯpen.qȯ in dié.§.ſi róne de ꝯꝛio iu.tute.l.j.§.qd ergo.vbi per iudicis reprobationeꝫ aufertur auctoꝛi cómoditas agendi ita ⁊ h vtilitas ꝓteſtandi.hec ſm guil.in pre.ver.pꝫ.fuit opinio Ja.bal.q itellexit iudicẽ admittẽ ſi non reprobat dato ꝙ expſſe nó admittat ſed taceat allegat ét Guil.de céſi.olim.⁊ hoc ipſi guil.placet.ſꝫ predictus mar.idiſtincte ideſt nó diſtincto an iudex approbet vel nó tenuit lité nó côteſtatá qꝛ reus dꝫ hẽre animũ côteſtádi in auté.de exhiben.reis.§.illud.ſed ex quo ꝓteſtatur deeſt animus.ff.ď pac.iuriſgé.§.quod fere.nec obſtát pdicte leges ſinaũt qȯ in diem ⁊.§.qd ergo.qꝛ ideo obſtat ibi exceptio rei iudicate qꝛ lata fuit ſnia ſup illis ſup qbus lis fuit côteſtata ná reus aſſerẽdo ſe vti hóa iſtátia ⁊ poſtea obijciendo exceptioné côpenſationis vť oẽ auxiliũ ſibi côpetẽs in iudiciũ deduxiſſe.vñ nó mirum ſi in illis legibus obſtat exceptio rei iudicate. Jnducit ét gl.autĳ.q ſemel.C. quomõ ⁊ qñ iu.q incipit.ſ.talis:que dicit ꝙ iudex nó pót cogere reum preciſſe ad rñdendũ. Sꝫ ſi dicáus ꝙ reprobatio iudicis opetur ꝙ fieret ꝓteſtatio:iá ſequereť eum poſſe côpelleť ad rñdendũ ſꝫ ſi litem nó côteſteť fiet miſſio ꝯ eũ vt in gl.pre.⁊ hec ſolutio domini mei mihi placet ꝯiuncta diſtinctiói Azo. q ſequiť. De actoꝛe tenét idé Ja.de ra.⁊ alij qui lꝫ poteſteť côtra ꝓteſtationé rei cũ côteſtatio litis ab animo rei procedat vt dixi ꝓteſtatio actoꝛis animũ rei non tollit ⁊ ſic lis.côteſtata non erit.hoc póit Cy.in pre.l.vni.C.ď lit. côteſ. Azo doctoꝛ noſter de quo.ſ.tenet idé per rationé animi q neceſſarius eſt vt ſupra allegaſ de elec.dudũ.ij.de lit.côteſ.c.vni. ⁊.C.eo.ti.l.vni.⁊ maxime ſi rñſio facta fuit icôtinẽti poſt ꝓteſtationé qꝛ ineſſe vť.ff.ſi cer.pe.lecta.ſ.de elec.officij.ſed ſi ex interuallo ꝓteſtationi renũciaſſe vť de offi.delega.gratuꝫ hoc dictum placet hoſti.vt pꝫ in diſtinctione quá poſui.ſ.de côſti.cũ.M.ſup glo. hic ergo.qño auté reſpódeť ſm Jnn. ad id ꝙ opponitur ꝓteſtationeꝫ côtrariá facto ſcripſi i pre. dec.vni.de lit.conteſ.ſuper gl.⁊ in regula in gñali.j.eo.i pſt. colũ.v.ſed qro. ¶ Nunc redeundo ad principalé queſtionem Hoſ.in qua breuiter allegaſ ꝓ ⁊ côtra ponitur ſolutio ⁊ ipſius declaratio. ¶ Et licet videreť ipſa qſtio ſopita p ea que dicta ſunt.ſ.ipſe tñ ad parté ꝙ admittaſ vt dilatoria ⁊ ad elidendũ reſcriptũ nó ad oꝛdinádum iudiciũ iducebat ꝙ ꝓteſtatio im multis caſibꝰ multũ operabatur ⁊ defendebat ne noceret ꝙ agebatur.allegabat.xxviij.di.diaconi ⁊ iura.ſ.in prin.allegata.Jn côtrariũ inducebat ꝙ iſta côtingit principale negotium:ergo admittẽda vt perẽptoria ⁊ ſic fit litis côteſtatio.C.de pſcrip.lon.té.l.éptoꝛ.C.de excep.ſi qdé.ff.de interrogatoꝛijs ac.l.ſi filius.§.exceptionibus hꝫ.n. fieri côteſtatio p narrationeꝫ negocij pncipalis.C.de lit.côteſ.l.vni.C.de iudi.rem nó nouá.nec dici pót iſta dilatoria q pcedẽ hꝫ litis conteſtationé.C.de proba. exceptioné.iij. q. vj.§.exceptio.ff.de adul.ſi maritus.§.pſcriptiones nec multum operatur in hoc caſu ꝓteſtatio pp facti repugnantiam ſic ſi clericũ irato anio percutio poſt verba iniurioſa ꝓteſtádo ꝙ non facio animo iniuriandi excóicationis vinculũ nó

euado cum veruʒ ſit quicquid proteſtor te paſſum iniuriaʒ.
ff. de iniurijs. eũ q. §. ſi iniuria allegat ẽt ꝺ cõſti. cũ. M. Jtẽ
ſi dicã me nolle intrare iudiciũ tñ aliqd ꝓpono de negotio
principali ſit cõteſtatio vel q̃ſi de do. ⁊ cõ. prout.
¶ Soluendo dicebat ꝙ quotiens i iudicio qs ꝓponit ex-
ceptionẽ q̃ ex ſui nã ſapit perẽptoriã ſi ꝓteſtaꝛ ſe nolle liteʒ
conteſtari vel iudiciũ ordinare ſʒ reſcriptũ elidere ⁊ cãʒ dif
ferre iudex nõ audiet illũ tanquã ſibi ꝯ̃riũ p dec. ſollicitudi
nẽ de ap. in fi. C. de furtis. l. j. ff. qñ ap. ſit. l. ij. §. j. aduerte nõ
dicas ſolutionẽ reſiſtere bis q̃ dixi in ꝓxima q̃ſtione non. n.
dicit ipſe litẽ ꝯteſtatã non obſtãte ꝓteſtatione ſʒ dicit ꝙ iu
dex non audiet illũ id eſt coget eũ litẽ conteſtari. non dico
ꝑciſſe vt ẽt dixi in ſolutione mar. ſʒ per iuris remedia. ſ. miſſi
oneʒ in poſſeſſionem vñ prout no. i dec. ij. ꝺ lit. cõteſta. ſ. co.
li. ipſe gof. tẽuit per perẽptoriã nõ fieri cõteſtationẽ litis vt
ibi diffinitum eſt. placet ergo eius ſolutio ſic itellecta cui eſt
ſimile quod dixi de ap. ſollicitudinem ſuper vlt. glo.

**Ꝯ eo non** debʒ. xxxviij. Pri
ma glo. ponit exẽ
pla ſecundo dicit tria debere concurre
re ꝙ perſeueret ꝙ nõ rõne officij nõ fa
ciat ⁊ ꝙ idẽ ſit capitulũ. tertio inducit
cõcordantias ⁊ ſimile. q̃rto cõuertit re
gulã. ¶ Jn p̃ria glo. ibi alia. dicit idem
qꝺ. §. meminiſſe ꝺ quo. ſ. ⁊ ibi ſi quis iuſ
iurandũ. loqtur in illo qui iuramentũ mihi detulit ⁊ poſtea
reuocauit ⁊ nũc iterũ vult deferre ⁊ ibi. l. vlt. canoñ. in ꝟ. ſ.
proxie allegato. ⁊ ibi iulianus ait ſi iudex in totũ vel in par-
tẽ eſt hẽs litigatoris daꝛ alius iudex. ⁊ ibi cum in fundo mu
lier ꝓprietaria ex facto mariti non vtentis vſufructu illum
conſecuta nõ opponit marito culpã ex qua lucrata ẽ. ⁊ ibi ſʒ
ſi iõ. repellitur ſocer agẽs de dote q̃ in redẽptione ipſius de
vinculis fuit ipenſa. ¶ Jn p̃ria glo. ibi ſuccubuit hoc dicit
q꞉ ſi obtinuiſſet certũ eẽt ex illo legata nõ deberi vt in. l. ſta
tim allegata. §. ſi ex cã ⁊. l. titia. ⁊ vt dicit Hy. dicẽs teſtamẽ
tuʒ ioſſicioſuʒ dicere videtur teſtatorẽ nõ ſane mentis. ff. de
inoffi. te. l. ij. ⁊. l. titia ⁊ de le. j. l. patronus. §. fi. ⁊ cõſequẽter
innuit nec eũ heredẽ iſtituere nec legata reli quere potuiſſʒ
⁊ ibi ante ſniaʒ. ⁊ ſic ẽt reſpõdetur ad. l. poſt legatũ. ff. ꝺ his
qui. vt indig. vel aliud ẽ dicẽ teſtamentũ falſum vel ioſſicio
ſuʒ ⁊ aliꝺ minus ſolẽne q꞉ p̃io caſu pſeuerando pdo lega-
tum ſcꝺo rõ q꞉ primo caſu ipugno nõ ſolũ inſtitutionẽ ſʒ ẽt
legata. ſʒ in ſecũdo nõ cũ ex minus ſolẽni volũtate ideſt nõ
ſufficiente ad inſtitutionẽ poſſint legata deberi. Hy. ⁊ eſt ſi-
mile qꝺ de reſcripto ſcripſi. ſ. de iureiur. c. vlt. in. j. glo. ⁊ ibi
no. Ber. h Jo. mo. allegãs verba itelligẽda cũ effectu ꝺ cle.
non reſi. relatũ. h allegatio nõ videtur bona q꞉ effectũ non
habuit qui ſuccubit ſed intellexit effectum ex pſeuerantia.

**Ex regula** facit ad queſtionẽ quã di
ſputaui poſt dñinũ Pal-
meriũ de pagano iudeo vl' heretico q fidẽ ⁊ ec-
cleſiã ipugnant vt ex nullo eccleſie ſacramẽto co
gnationẽ ſpiritualẽ ꝯ̃hant erat autẽ q̃ſtio talis baptiʒauit
ſeu leuauit iudeus paganus vl' hereticus q̃riꝛ an ex hoc oria
tur ſpiritualis cognatio queſtio tñ Palmerij fuit ſolũ ꝺ he
retico. ¶ Jnducentur p̃io ad affirmatiuã qnqʒ ſecundo ad
negatiuã ſex. tertio ſolutio poniꝛ ⁊ cõtrarijs reſpõdetur.
¶ Qꝺ oriaꝛ in effectu hoc ſolũ iducebat ꝙ baptiſmus tʒ ꝺ
cõſe. di. iiij. cõſtat ⁊ capitulis ſe. de ſum. tri. c. j. §. ſacramẽtũ.
¶ Probaꝛ aliter ſecundo ⁊ ſic. per actũ q ipendiꝛ in paga
no leuando. ſ. puerũ de cathecíſmo cõtrahitur cõpaternitas
⁊ cognatio de conſe. di. iiij. in cathecíſmo de cog. ſpiri. c. ij. li.
eo. ꝙ cathetiʒatus adhuc paganus ſit pʒ. ea. di. cathecumi-
nũ. ergo ⁊ p actũ quẽ paganus ipẽdit leuãdo vel baptiʒan
do eadẽ cognatio cõtraheꝛ. ¶ Tertio certũ eſt ꝙ p matri-
moniũ contractũ a nõ baptiʒato cõtrahitur bigamia. xxvj.
di. deinde ⁊. c. acutius ergo ⁊ cognatio. ¶ Quarto viro le
uãte ſit vxor ipſius cõmater. xxx. q. iiij. c. j. ⁊. c. ſi quis vnus. ꝺ

cog. ſpiri. martinus q̃ tñ viro pagano poſſet eẽ nõ baptiʒata
⁊ viro catholico poſſe eſſe heretica vt ꝺ diuor. quãto ⁊. c.
ſequenti. ¶ Quito nõ ſolũ ſacramẽtalia ꝯferunt heretici ſʒ
ẽt ſacramẽta nõ ſolũ baptiſmũ ſʒ ẽt alia qꝺ patet. j. q. j. dñinꝰ
ꝺclarauit. ⁊ ſatis no. ix. q. j. in ſumma. ⁊ patet de ſciſma. c. j. ⁊
de ſacramentalibus pʒ de ſacra. nõ itẽ. c. ij. ſepultus. n. p ma
nus ſciſmaticorũ nõ exhumatur vt ibi. ex quibꝰ concluditur
cognationẽ ꝯ̃hi. ¶ Jn cõtrariũ iducebat Palmeriꝰ quia
licet baptiſmus valeat tñ eſt in detrimentũ ꝯcedentis ⁊ illi-
us reſpectu deus illud deteſtatur. j. q. j. qꝺ quidã ⁊. c. odit. ⁊
. c. maledicã. vnde ergo demereꝛ honorẽ ſpiritualis cogna-
tionis nõ habeat. ad idẽ de ꝯſe. di. ij. pro dilectiõe in fi. ⁊ eẽt
abſurdũ ꝙ inter fidelẽ ⁊ infidelem nõ eẽt diſſimilitudo idu
cit de ſumma trini. c. ij. ꝟ. nõ. n. Jtẽ per idẽ. c. in fine patet ꝙ
diabolus eſt ipſorũ pater q̃re filios ſpirituales ⁊ ſic diaboli
nepotes habere nõ poſſunt cũ in baptiſmo renuncient dia-
bolo ⁊ põpis eius ſm Pal. ¶ Secundo cõſtat ꝙ nedum
pagani ſed ẽt heretici dicũꝛ mẽbrũ abſciſuʒ ab eccleſie. xxiij.
q. vij. quẽadmodũ nec participãt ẽt ſacramẽtalibus. inde ẽ
ꝙ ſepulti in cimiterio eccleſie exhumãtur ꝺ heretici. c. ij. j. re
ſpõſo. li. eo. Jtẽ ſpiritualis bñficij collatio ad ipſorũ preces
facta non valet vt ibi in. §. ad hoc multomius ſpiritualis co
gnatio q̃ ſacramẽtalior eſt. ¶ Tertio ſic probaꝛ. patrini de
bẽt eſſe iſtructores ſpiritualiũ filiorũ i fide ⁊ moribus vt pʒ
de conſe. di. iiij. nos aũt. ⁊ facit qꝺ ibi no. ſed iudeus ⁊ paga
nus fidẽ nõ didicit hereticus illaʒ nõ ſeruat ⁊ ſic nec ab illis
inſtrui poſſunt ad hoc. xxxvij. di. relatũ ibi: ab illo oʒ ſcientiã
adiſcere ſcripturaꝝ q eã q̃ a maioribus ſecundũ veritatem
ſibi traditã ſeruant. ¶ Quarto vbi damus ſpiritualẽ pa-
trẽ: ẽ prius dare ſpiritualem: predicti nõ ſunt tales ergo ⁊c̃.
¶ Quinto ſatis facit q꞉ infideles non acqrũt ius quaſi ſpi
rituale. ſ. patronatus. xvj. q. vij. quicunqʒ. ⁊. c. frigentius vbi
no. ⁊ dixi de iure pa. nobis in prin. ergo nec vere ſpirituale
qualis eſt hec cognatio. ¶ Sexto chriſtianus nõ põt eſſe
ſub tẽporali viculo ſeruitutis iudei vel pagani: multomius
ſub ſpũali viculo cognatiõis ar. ſ. q fi. ſint legi. p venerabilẽ
ꝑmũ ꝓbaꝛ. liiij. di. fraternitatẽ de iude. c. j. ⁊ vlti. ex qbus cõ
cludiꝛ cognationẽ nõ ꝯ̃hi. ¶ So. dicit Pal. per ꝑmã ratio
nẽ hereticũ baptiʒantẽ vere ſpiritualem patrẽ cũ pnerũ do
mino ſociauerit. mihi placet h dictũ in heretico non ſolũ ba
ptiʒante ſʒ ẽt leuante quia per ſacramẽtũ baptiſmi qꝺ habet
nec illud perdit p hereſim de cõſe. di. iiij. oſtenditur ⁊. c. nul
lus de diuor. quãto. ẽ quo ad habitũ ꝺ corpore eccleſie. liga
tur etiã cõſtitutiõibus ⁊ ſic ſpiritualẽ cognationẽ cõtrahit.
¶ Per eãdẽ rationẽ conuerſam ſecus credo in pagano ⁊
iudeo. Circa qꝺ ẽ ſciendũ ꝙ ſicut carnaliter qs naſciꝛ ex pa
tre ⁊ matre ſic ſpiritualiter naſciꝛ ex deo ⁊ eccleſia matre qꝺ
colligitur. xij. q. ij. qui abſtulerit. xj. q. iij. ad menſaʒ. ⁊ ex no.
de biga. debitũ. cõferens ãt ſacramẽtũ gerit vicem typũ ⁊ p
ſonã dei ad id. j. q. j. ſicut chriſtus ⁊. c. intra de conſe. di. iiij. a
quodã ⁊. c. ſe. ſuſcipiẽs autẽ aut leuans gerit pſonã ⁊ typũ
eccleſie ad hoc de ſcruti. c. vni. ex quo colligitur rõ quare nõ
baptiʒatus baptiʒat. ſed in baptiſmo nõ ſeruat quia nõ bap
tiʒatus eſt creatura dei cuius typũ gerit baptiʒãs vt dixi nõ
tñ eſt mẽbrũ eccleſie cuius typũ gerit leuans vtroqʒ tñ caſu
q꞉ expers eſt ſpiritualis vite in quã primũ homo per baptiſ
mũ renaſciꝛ nullã ſpiritualẽ cognationẽ: cũ illius capax non
ſit cõtrahẽ põt: ⁊ ſic puto itelligendũ de ꝯſe. di. iiij. in baptiſ
mate ⁊ qꝺ ibi no. ⁊ qꝺ no. xxx. q. j. c. j. ¶ Et p hoc ſit reſpõ-
ſum ad primũ contrariũ fateor. n. non baptiʒatũ baptiʒare
⁊ per ipſum quaſi per lapideũ cãnale tranſfunditur ſacramẽ
tũ in baptiʒatũ. j. q. j. ſi fuerit. nec ſemp ſequiꝛ ſacramẽtũ ba-
ptiſmi oĩs ipſius effectus vt pʒ in ficte baptiʒato. j. q. j. ſicut
ficte de bap. maiores. Ad id qꝺ dicitur ꝺ cathecíſmo: reſpõ
deo illud verum pro eo ꝙ cathecíſmũ recipiẽs properat ad
baptiſmũ ⁊ ſunt cathecíſmi de preludijs baptiſmi de cõſe.
di. iiij. poſtq̃ ⁊. c. ſe. ⁊ nõ. eo. ti. contracto. Ad id qꝺ diciꝛ de
bigamia rñdeo ꝙ ꝓcedit ex. l. diuia vt pʒ. j. ad Timoth. iij.
⁊ ad Titum. j. q̃ bene ligat non batiʒatos. Jd quod diciꝛ de
vxore nõ baptiʒata nego verũ per rationẽ predictaʒ ⁊ dico
iura

iura de eo loquentia intelligi de coniuge baptizata. ⁊ concedo argumentum in heretica ꝑ ſcripta in principio ſolutióis per que etiá cócedo vltimũ argumétum quod quo ad hereticũ ſolutioni concordat. ⁊ per predicta pateat ꝙ ſi ſola incapacitas non baptizati impedit cognationem contrahi vbi miſceas chriſtianum pagano ſiue in eodé actu leuandi ſiue altero baptizante dicas alterum leuare. ſemper cum chriſtiano contrahitur vera ſpiritualis cognatio. regulariter eni nó vitiatur vtile per inutile adiectum eodem titu. vtile.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere. E. ſunt he.

Ius eſt nolle qui poteſt ⁊ velle.
Ex penalib⁹ cáis nó ſolet i patré de peculio actó dari.
Ad q̃ raro accidũt ñ temẽ agédis negocijs cóputatur.
Aeſt nã cauillationis quá greci ſic appellát vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio producatur ad ea que euidenter ſunt falſa.
A ſola deportationis ſñia aufert q̃ ad fiſcũ ꝑueniunt.
Et ſi nihil facile mutandum eſt ea. ſolemnibus tamen vt equitas euidens poſcit ſubueniendum eſt.
A q̃ i ptes diuidi nó pñt ſolida a ſingl̃is hédib⁹ dñr.
¶ In re dubia benigniozé iterpretationé ſequi nó minus iuſtius q̃ tutius. expreſſa nocent nó expreſſa no nocent.
A que dari impoſſibilia ſunt vel quia in rerum natura non ſunt pro non adiectis habentur.
Ex qua perſona quis lucrũ capit eius factũ ꝑſtar̃ dz.

## Actum legitime

lxxiij. iſtud legitime ↄprehendit factum ⁊ modũ vt. ſ. factum in ſe ſit legitimũ ⁊ ſine peccato ⁊ legitimo modo factum. Jo. mo. qui dicit de h duplici defectu vel profectu héri de reſtitu. ſpo. piſanis de renũci. dilectus.

¶ Prima glo. dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exempla ⁊ inducit regulam conuerſam. Secũdo no. ꝙ dicit non retractari nó dicit non impediri per quod ſoluit contraria.

¶ In prima gl. ibi. l. j. non eſt nouum vt que ſemel vtiliter conſtituta ſunt durent: licet ille caſus extiterit a quo initium capere non potuerũt. ⁊ ibi adoptiu⁹. adoptiu⁹ ét emácipatus eá que fuit vxoz patris adoptiui ducere nó pót quia nouerce locũ hz: tñ ſi prius duxerat repudiatá ab illo ⁊ poſtea adoptetur licite ſunt nuptie vt in. l. ſi qua. ⁊ ibi ſi a me. vide infra ⁊ ibi ſi aliter: afs in. l. ij. ⁊ dicit iudicium ſolui cũ iudex litigatozi ſuccedit. ¶ In prima glo. ibi ne furioſus. Dy. allegat. ff. de his qui ſui vel alie. iur. ſunt. l. patre furioſo. ⁊ dat ſiſe exéplum de eo q fecit teſtm̃ quod non vitiatur per eius furozé ſuperueniétem. ff. de teſta. ſi is cui ⁊ de bo. po. ſecũdũ tab. l. j. §. ſufficit allegat ét pro concoz. ff. de aqui. hẽ. ſi ſeruuz quia. §. vlt. ⁊ ibi factũ erat ⁊ ꝑfectum ſecus ſi inchoatum ⁊ ſic loq̃ntur contraria. ff. de ſeruitu. l. ꝓ parte. ff. ver. ob. ſi ſub vna. §. ſi qs viá. ff. ſuſpe. tu. poſt finitam. ff. de lib. agnoſ. l. iij. §. qz ſecũdũ Dy. q per h arguit ꝙ ſi poſt inchoatá inquiſitioné añ ſñiam ſupueniat ordinarius accuſatoz: quieſcet inquiſitio. ſecus poſt ſñiam niſi probaretur ꝑuaricatio. ff. de ꝑuari. l. iij. de li. ho. ex. l. iij. §. ſic tamé poſtea ⁊ de accu. l. ſicut. §. idem: ⁊ de adul. ſi maritus. §. ſi autem. ad h vltimũ vide quod no. in ſpe. de inquiſi. §. nunc videndum v̄. vlt. queritur. ⁊ plenius dixi i. §. nunc tractemus ſuper ver. porro. ſi per id quod primo dixi ſoluuntur etiam contraria que ſignat Jo. mo. de deci. quemadmodum. ꝯ. de iureiur. de deci. ſi pauper eod. lib. de preben. nam in qualibet illarum factum licet inchoatum eſſet non tamen erat pefectum.

## Ex regula

facit ad queſtioné quá diſputaui de electore vel teſte qui excóicant̃ poſt votum depoſitum vl̃ poſt iuramentum que ſic proponebatur. Florentinus anonicus poſt depoſituz votũ in ſcrutinio iá publicato ⁊ teſtis qdá poſt iuramétũ ꝑſtitũ excóicat̃ ab hóie vl̃ a iure vl̃ econuerſo. ſ. cum prius excóicati eſſent poſtea abſoluuntur. poſtea primus eligit. ſecundus dictum ſuũ depóit. de predictis electione ⁊ atteſtatione diſputádum é an valeant.

¶ Ne faciamus octo ptes in his quattuoz q̃ſtionibus húc ordiné teneamus ꝙ in oibus his queſtionibus allegamus primo ꝓ inſpiciendo principio primo. ſ. ſtatu eligentis vel teſtificantis. ſecũdo in his oibus allegabimus pro fine inſpiciendo ⁊ vltimo ſtatu predictozum ⁊ i parte prima probabimus duo. prio ꝙ ſuperueniens excóicatio non impediat electionem vel teſtimonium. ſecundo ꝙ ſuperuenienti abſolutióe non cóualeſcat votũ depoſitum vel ꝑſtitum iuramentum. ¶ Ad primũ inducent̃ quatuor. ſ. nouum caſuũ ſimilitudo. ſecũdo ꝑficiendi neceſſitas. tertio abſurditatis ⁊ fraudis euitatio. quarto hec regula.

¶ Circa primũ video ꝙ ſuperueniens diuoztium non impedit prius cóceptum: nec ipſuz partum poſtea natũ iudicamus illegitimũ qui ſi. ſint le. cum inter. ſic nec ſuperueniens excóicatio vitiabit votum depoſitum vel preſtitũ iuramentum maxime cum illi actus videantur indiuidui ⁊ ſe habere primũ ad vltimũ ſicut conceptus ad natiuitaté quare ipedimentum poſt inchoationé ſuperueniens nocere nó dz. facit quod no. vij. q. j. nihil de cele. miſſa. de homine per inno. ⁊ moder. de ſen. excói. nuper. ⁊ hoc ſic fortificatur. ſi quis ichoauit contra ſuperiozé ſuum iter ad papá ad impetrandũ ꝙ excóicato nó licet de reſcrip. c. j. li. e. ſi poſtea ille ſuperioz illũ excóicat: ꝑ illá excóicationé nó ipedit̃ ipetratio ⁊ h facit iter inchoatũ de appella. dilecti. ſic dicá excóicationé nó impedire electioné vel teſtimoniũ iá inchoatũ vt ponit thema ná ⁊ inchoata iuriſditio ordinaria delegata ⁊ conſeruatozia durat his caſibus quibus extingueretur ſi inchoata non fuiſſet. ff. de iudi. ſi quis poſtq̃ ⁊. l. vbi. ⁊ de iuriſdi. om. iudi. cuz quidam de fo. compe. propoſuiſti de offi. lega. c. ſi. de offi. de le. c. ſi. li. eo. hinc eſt ꝙ negocozium geſtoz ⁊ ſocius poſt moztem domini ⁊ ſocij inchoata perficit lz nouá nó incipiat. ff. d neg. geſt. ná ⁊ ſeruus. §. ſi viuo. ⁊ pro ſocio. l. heres ſocij. ſic ⁊ iudex cecatus. ff. de iudi. l. cecus. ⁊ no. de re iudi. c. ſi. li. eo. ⁊ religioſus notarius perficit rogationes inchoatas lz nouas non faciat de hoc no. de here. vt officio. §. ad conſcribendas li. eo. per que cócluditur ꝙ licet his de quo queritur predictos actus inchoare non poſſit illos tñ perficere poterit. ad quod ſatis facit. l. is qui. ff. de publi. iudi. in ſi. vbi accuſationem inchoatá ꝑficit qui illam de nouo nichoare non poſſet nam ſi ante interdictum aliquid facere ceperam poſt interdictũ illud perficio ſine pena. ff. de publi. ⁊ vec. l. cum inſule que alias incipit ceſar. ⁊ dixi de cóſti. c. ij. ſic i propoſito dicam de excóicationis interdicto nam etiam prohibitus facere poteſt reficere multo fortius perficere ꝙ minus eſt vt patet ad ſenſum primũ patet de iude. iudei ⁊. c. cóſuluit. ⁊. C. de iude. l. ſi. ¶ Secũdo probat h neceſſitas que artat perficer̃ inchoata: certũ eſt ꝙ poſt publicatũ ſcrutiniũ acquiſitum eſt ius nominatũ ita ꝙ neceſſe é illud eligi de elec. publcato. ⁊ facit ſatis qó ibi dixi in. x. queſtione. Item cogitur teſtis deponere maxime poſt preſtitum iuramentuz. nam ⁊ h iurat vt patet ex no. de teſti. fraternitatj. ſed licet prohibeat̃ excóicatus voluntariá electionem facere nó tñ neceſſariá ⁊ idem d teſte. ná poſt inchoatũ iudiciũ fam. herciſ. neceſſariá alienationé facit q voluntariá facẽ non poſſet. ff. fam. herciſ. alienationé. ad idé. C. de admi. tu. cũ quedam cum ſuis cócor. ff. de ali. mu. iu. cá fac. l. ex hoc. §. ſi. Ité ſicut reliq̃ debita ſic ⁊ iſtó poterit peti ab excóicato de iudi. intelleximus de excep. cuz inter cum ſiſibus. hic eſt ꝙ neceſſariá receptionem canonici faciunt excóicati de reſcrip. c. capitulũ qó intellige vt dixi de preben. pro illozũ. ¶ Ité excómunicatus conuentus recuſare poteſt iudicé ⁊ tũc eligere poterit arbitros. Ité ſi appellat in appellationis cá ipetrat ⁊ eligit delegatos. ꝯ. eo. li. de reſcrip. c. j. ſicut ergo illas electiones facit quaſi neceſſarias ſic ⁊ iſtam facere poterit. ná ⁊ alias video quod iuriſditio que als periret. ſ. morte delegantis re integra durat ratione iuris iam queſiti per gratiam factá. ꝯ. eo. li. de offi. dele.

ſi ſuper. ſic in propoſito poteſtas alias peritura p excõicati
onẽ duret rõne iuris iã q̃ſiti ex ſcrutinio publicato.
¶ Tertio vt dixi ꝓbat h̄ abſurditatis ⁊ fraudis euitatio.
nã al's ſequeretur ꝙ eẽt melior cõditio delinquẽtis ſi nõ ex
cõicatus cõpelleretur eligere ⁊ deponere: excõicatus vero
non. ⁊ hoc eſſe non dꝫ. xvj. q. j. legi. de preben. cum qui li. eo.
ff. quod vi aut clam. l. ſeruius. ⁊ poſſet fraus ꝓcuratori p ca
nonicum variare volentẽ q ſe procuraret excõicari vł ↄmit-
teret actum dãnatũ puta tẽpore collationis ꝑcutiendo cle-
ricum ⁊ talibus fraudibus claudenda eſt via de diuor. q̃nto
ad fi. idem in teſte. ſepe. n. id ꝓcurarent vt euaderẽt onus ꝺ
ponendi de accu. inquiſitionis. vel id procuret forſan aduer
ſarius ꝺ offi. or. q2 pleriqꝫ. ⁊ in his intereſt partis que iam fe
cit expenſas in citatione partis ⁊ aduerſarij ⁊ ꝓuocãdo ip
ſum teſtem in veniendo de reſcrip. ſtatutum. §. penul. cum cõ
cor. li. eo. p que concluditur ꝙ ſuperueniens excõicatio neu
trum horũ impedit ⁊ pro hac parte facit regula iſta cum ſu-
is concordã. ¶ Pro eadem parte. ſ. quod ſuperueniẽs ab
ſolutio non ꝓſit inducũtur quinqꝫ ratiões ⁊ tres glo.
¶ Et primo illud vulgare. difficile eſt vt bono peragantur
exitu ⁊c. j. q. j. principatus. nec ſumpſit initium ab origine eq
tatis. xvj. q. iiij. ſi ſacerdotes. ⁊ initium ⁊ cauſa ſpectãda ẽ. ff.
mã. ſi procuratorem in prin. pro ſocio. ſi id quod. §. ſi filius.
¶ Scdo inducit̃ ꝓ hac pte dec. ſi eo tpe ꝺ reſcrip. li. eodẽ
vbi inſpicitur ĩhabilitas q̃ erat tpe date. ⁊ ſi habilitas ſup-
ueniens tempore vacatiõis. ¶ Tertio vide ꝙ tutorẽ nõ re
cuſat ꝑuilegium ſuperueniens ẽt ante decreti dationem. ff.
de excu. tu. tutor petitus. j. reſponſo. ad idem. eo. ti. l. ij. §. q
ad munnera. ⁊ de iure imu. l. ſemper. §. hoc circa. ſic dicaꝫ ꝙ
priuilegiũ abſolutionis ſupueniens teſtem vel canonicum
nõ iuuabit. ¶ Quarto ſeru⁹ liber factus non repetit q̃ in
ſeruitute depoſuit. ff. depo. l. j. §. ſi ſuus depoſuit. ſicut ⁊ de ꝺ
licto prius facto punit̃ vt ſeruus. ff. de pe. l. i. licet ſit cõtra. ff.
ſi ex no. cauſa. l. penultia. ⁊ ibi ſoluitur. ¶ Quinto aduertẽ
dũ ꝙ canonicus in ſubſtãtialibus ſcrutinij ⁊ teſtes in iura-
mẽto ſuſceperunt officiũ eligendi ⁊ teſtificandi: illud vero
tempus ſuſcepti officij eſt inſpiciendum de ꝓba. poſt ceſſio-
nem. nã ⁊ teſtis debet eẽ teſtabilis tempore quo ſignatur te
ſtamẽtum nõ tempore mortis teſtatoris. ff. de teſta. ad teſti
um. §. j. ⁊ facit quod ibi no. ¶ Ad queſtionẽ facit qꝺ no. ꝺ
preben. dilectus. ij. de iudice delegato qui tẽpore impetrati
reſcripti erat excõicatus ⁊ tempore preſentationis abſolu-
tus ⁊ videri põt ꝙ ibi ſcripſi ſuper glo. ij. Item qꝺ no. ẽ. eo.
li. de reſcrip. ſtatutũ. §. j. in fi. iiij. glo. de delegato qui nũc eſt
ſed tẽpore impetrationis nõ erat abilis. ¶ Item ꝙ ſcripſi
de elec. innotuit ſup. iiij. glo. ſcilicet ꝙ legitiatio vel ordo ſu
perueniens non iuuat electum. per que cõcluditur ꝙ ſuper-
ueniẽs abſolutio nõ prodeſt ex quo tempore voti depoſiti
vel preſtiti iuramenti erãt excõmunicati ⁊ facit pro hac par
te regula non firmatur. eo. ti. cũ ſuis concor. ⁊ per hec oĩa cõ
iuncta cõcluditur inſpiciendum primũ ſtatum eligentis vel
teſtificantis. ¶ In contrariũ ꝙ inſpiciatur vltimus ſtatus
predictorum probatur primo ꝙ ſuperueniens excõicatio ĩ-
pediat vtrũqꝫ. ſecundo ꝙ proſit ſubſecuta abſolutio.
¶ Ad primũ inducam quattuor rõnes: erunt prima ⁊ ſecũ
da pregnantes. quinto inducaꝫ duas glo. ¶ De primo cer
tum ẽ ꝙ principaliter in electione põderamus ipſam ꝓnun
ciationẽ electionis vt verbũ ſonat ⁊ in teſtimonio ipſuꝫ di-
ctum depoſitũ. ꝑmũ ꝓbat dec. perpetuo de elec. lib. eo. vbi
per totũ depoſitum in ſcrutino nõ cẽſetur elector nec penã
electoris incurrit niſi ſequatur electio ⁊ dicũt iura inſpicien
dũ tps electiõis de elec. dudũ. i. ⁊. ij. ¶ Secũdo probat de
cre. i. de excep. ibi in ferendo teſtimonio. ꝓbatur ẽt ex eo q2
iuramẽtũ non eſt de ſubſtantia teſtimonij. quod patet quia
põt remitti de teſti. tuis. ⁊ forte ſequi. de hoc ſcripſi de teſti.
c. de teſtibus. ſi ergo illa tẽpora ſũt inſpicienda ⁊ illis tẽpo
ribus erãt inhabiles ergo ⁊c. nã ⁊ quãdoqꝫ ad cautelã ab-
ſoluunt̃ excõicati vt eligẽ ⁊ teſtificari poſſint de teſti. veniẽs
ij. ad finẽ de excep. apoſtolice. ſic ergo inſpiciet̃ omne tps
electionis ⁊ teſtimonij. vt oĩ tẽpore habilis ſit ſicut in ꝑſcri-
ptione canonica requirit̃ oĩ tpe bona fides ꝑſcrip. c. fi. hoc
eo. ti. poſſeſſor. ſꝫ vnã ꝑũctationẽ ſicut illi⁹ q agit ad exhibẽ
dũ debet intereſſe tpe litis cõteſtate ⁊ tpe ſnie. ff. ad exhibẽ
dũ tigni. in fin. ¶ Secũdo video ꝙ ſuperueniens excõica
tio repellit actorem a ꝓſecutione iudicij. inchoati de excep.
pia. li. eo. ſuperueniens reuocatoria reuocat ius iã ichoatũ ⁊
cõpetens ex quo ꝑfectũ nõ erat de conceſ. preben. c. fi. li. eo.
ſupueniens ſuſpicio facit iudicẽ recuſari de offi. dele. iſinuan
te. ff. de iudi. iulianus. ij. ſupueniens arrogatio ſoluit iudiciũ
inchoatũ. ff. de iudi. ſi a me ſic dicã ⁊c. ¶ Tertio votũ depo
ſitũ i ſcrutinio eqparo ſpõſalibus de futuro ⁊ electionẽ ſpõ
ſalibus de ꝑſenti. ſed poſt ſponſalia de futuro ſupueniens im
pedimentũ annullat matrimoniũ ſubſecutũ de eo q cog. cõ
ſan. ꝑuẽiẽs. j. ⁊. ij. ⁊. c. ex litteris cũ multis ſi͛ibus. Idẽ ergo
dicã de ipedimẽto qꝺ votũ ſequitur vel electionẽ ꝑcedit ⁊
idẽ dicã in teſte q̃ſi ẽt iuramentũ ſit de futuro ⁊ de preſenti
depoſitio. ¶ Quarto video ꝙ ex parte electi ipedimentũ
ẽt quod ſequitur electionem ⁊ precedit cõfirmationẽ illam
vitiat ⁊ precedit ꝺ iureiur. c. fi. li. eo. ⁊ de elec. vt circa. Idem
⁊ fortius dicã de vtis eligentis qꝺ precedit electionẽ faciat
lex q2 in eũ caſuꝫ. ff. ad. l. aquil. ⁊ inſtitu. ꝺ inutili ſti. §. j. cum
ſi. de teſte. videt̃ expreſſuꝫ de teſti. co. ꝑterea. ¶ Quinto fac̃
qꝺ no. de affinitate ſuperueniẽte ante declarationẽ vel addi
tionem quã facit teſtis ad dictum ſuũ in autꝫ. de teſt. §. illud
coll. vij. facit pro hac parte opinio Gin. ⁊ Inno. quã notaui
in pre. dec. publicato. ⁊ quã ibi poſui in. xv. q. ¶ Quod aũt
ꝓſit ſubſequẽs abſolutio ẽt inducunt̃ q̃ttuor rõnes ꝑgnan
tes ⁊ datur remiſſio. ¶ Illud ãt ſic ꝓbatur. ſufficit ꝙ tpe ſẽ
tẽtie ius ↄpetat actori lꝫ tpe litis ↄteſtate nõ cõpetierit. ff. ꝺ
rei ven. ſinant. §. j. ff. ad exhibẽdũ tigni. §. ſi qs. qꝺ itelligas
vt ꝺ re iudi. abbate. li. eo. ⁊ ſi ſi recte agebam pignoraticia q2
nondũ ſoluerẽ ſi poſt litẽ cõteſtatã ſolui ꝓ me fert̃ ſnia. ff. ꝺ
pig. ac. ſi rẽ. ij. §. fi. ⁊ idẽ i ſi͛ibus ſic dicã ⁊c. ¶ Scdo video
ꝙ ſufficit ꝑtui quocũqꝫ tpe habuiſſe liberã matrẽ dũ erat in
vtero. ff. de ſta. ho. ⁊ ſeruorũ. §. igẽui. iſti. ꝺ igẽuis. §. ſufficit.
Itẽ ſufficit q̃cũqꝫ tpe ſciuiſſe ꝺ cognatꝫ. ff. ꝺ reb. du. ſi cogna
tꝫ. ⁊ maxie vltio tpe. ff. do. cã mortis. l. mortis. ſic dicã i ꝓpo
ſito ſufficere quocũqꝫ tpe ꝑcipue vltio. ſ. facte electionis ⁊
dicti teſtimonij illi ſint habiles. ⁊ ſic dicas ꝙ fauor libertatꝫ
vel teſtamentorũ inducat q̃ ſunt dicta. r̃ndetur ꝙ ẽt hic ẽ fa
uor vocationis vitande ⁊ veritatis ꝓponende. de primo de
electione. ne pro ꝺfectu ⁊. c. q2 pp eo. ti. cupiẽtes li. e. cũ mul
tis ſimilibus. de ſcdo. xiiij. q. ij. quãquã. de proba. q̃ñ contra
vt lite nõ cõteſt. q̃ñ frequẽter cum ſimilibus. ergo ⁊ ꝓpter
hũc fauorẽ ſufficiat vltimo tpe iſtos habiles fuiſſe. ¶ Ter
tio video ꝙ ſi iudex cui pricepꝫ cãꝫ cõmiſit tpe iudicij erat
ꝑuatus ⁊ tpe ſnie ſit ſpectabilis appellatur ab illo vt a ſpe
ctabili. ij. q. vj. anteriorum ad fi. ad idẽ. C. de ap. precipimus
§. ſane. ⁊ qui reliquit alimẽta que viuus ꝑſtabat iſpiciẽtur
que preſtabat vlimo tẽpe. ſ. mortis. ff. ꝺ ali. ⁊ cib. le. l. mela. §.
ſed ſi alimenta. ff. de iure fiſ. nõ intelligitur. §. ſi quis palam.
faciant pro hac parte. ff. de le. iij. l. i. de leg. pre. pe. bo. poſ. l.
ĩteruẽit q̃ſtio. ff. de iur. codi. l. eũ qui ⁊. l. cõficiũtur. §. ſi poſt.
¶ Quarto cõſtat ꝙ indubio debemus interpretari vt res
potius valeat q̃ꝫ pereat de verbo. ſig. abbate. ff. ꝺ rebus du.
l. quotiens. Item nil impedit eum qui ius non habet ſcruta
tores dare vel votum deponere dummodo nõ eligat. ad hoc
de elec. cumana. nec excõicatio impedit oligationẽ iuramen
ti quod patet q2 multa neceſſaria iuramenta preſtat excõica
tus vt patet de ſen. exco. cum deſideres ⁊ no. de iura. calum.
c. penultimo. ſed ⁊ de iuramento teſtis aperte probatur de
hereti. in fidei fauorem. li. eo. per que concluditur ꝙ ꝓſit ab
ſolutio facta ante electionem vel teſtimõij depoſitionẽ ⁊ ex
his cõiunctis ꝓbatur vltimũ tẽpus ſpectãdũ. Pro pria ve
ro ⁊ pro ſecunda parte principali adhuc potes querer̃ argu
menta in queſtione quam poſui ſuper regula in obſcuris. ⁊
per no. de elec. dudum. i. de cenſi. c. iij. ⁊ in hoc. lxxiij. i prin.
¶ Solutio iſtarũ quattuor q̃ſtionũ hoc modo dabitur vt
. ſ. primo ſoluatur qꝺ dicitur ꝺ electore. ſecũdo qꝺ dr̃ ꝺ teſte
demũ contrarijs reſpondebitur. ¶ Et in duabus queſtio
nibus

nibus qbus de electore tractaṫ puto ꝙ neutro casu valeat electio. ⁊ de pmo casu cū post scrutiniū publicatū excōicatꝰ fuit hec opinio Uinc. ⁊ Inno. not. p eos in decr. publicato vt ibi scripsi in. xv. q. in casu vō cōuerso videṫ fuisse opinio eiusdē Innoc. ⁊ clarius Compost. vt scripsi in eod. c. in. vij. q. ⁊ facit qd no. ō elec. si quādo in pma glo. eo. li. cōnexitas ipsoꝝ actuum hoc pbat que satis patet p conciliū qꝛ ppter ⁊ p ibi no. ⁊ vt ibi patet substantialia electiōis incboari de- bent ⁊ perfici p illos qui possunt ⁊ debēt interesse sed excō municatꝰ nō est talis. in pmo tamen casu saluū remanet ius noiato vt infra dicam. De teste vō pma qd not. p Guil. in spec. de teste. §. i. vsic. quid si testis erat. ⁊ allegat ibi p ⁊ ꝯ ⁊ ponit tres opi. ⁊ demū soluit tñ inepte. Credo tñ ꝙ si post iuramentū excōicetur ꝙ repellaṫ dictū deponendū vel de positū. In casu vō cōuerso cum. s. tpe iuramēti excōicatus postmodū anteꝗꝫ deponat absoluiṫ: credo ꝙ ex quo tpe p ductionis ⁊ iuramenti non fuit exceptum post depositionē opponi nō poterit illa excōicatio cū iuramentū qd de iure naturali est astringat etiā excōicatum ad veritatem dicen- dam vt est dictum. ℂ Solutionē probet decr. pterea de te sti. co. nā infamia supueniens iuramēto repellit testē vt ibi: pcedens non. vbi ergo tpe receptionis ad quā de necessita- te vocandus sum de testib. c. ii. nil excipio ꝯ testem ipsiꝰ pso nam approbo. ⁊ lꝫ in casibus decr. psentium post depositio nem ꝯ illū admittar illud intelligo cum durat ipedimentū tēpe depositionis. illo vō sublato vt in casu pposito nil est qd impediat fidem dicti in casu vō conuerso si tpe pductio nis erat babilis nil est ꝙ mihi iputeṫ si non opposui inbabi litatem ante testimoniū cum nec ad illud vocari debueram ⁊ fieri potuerat me ignorante repellā ergo fidem dicti ꝙ ex cōmunicatus deposuit contraria incꝰtum solutioni ꝯdice- re videnṫ. sic solue primo quod dicit ō concepto nō obstat qꝛ ibi post conceptū non est reperiri culpam non enim ferṫ diuortiū ex culpa vel ipedimento sequēti sed pcedēti. Itē de necessitate nature ꝯceptus nasciṫ nec id posset mulier ēt volens obmittere qd dicit de indiuiduitate nō est verū de indiuiduo solēnitatis tantū vt misse sꝫ necessitatis vt cano- nis eiꝰ vt pꝫ p allata. nō obstat dec. dilecti nā ibi iter icboa- tum annullat excōicationē secutā ex vi appellatiōis vnde nec p illam pficiendū impediri pōt. idē enim in casibꝰ ppo sitis si excōicatō esset nulla qd dicit de iurisditione ppetua ibi non est vitiū in incboante. idem diciṫ de negocioꝝ gesto re socio iudice ⁊ notario nec sunt illi actus pcise pbibiti. ad l. is q in fi. responde vt ibi no. Item nō est dānatus ita pbi bitus ab accusatione sicut excōicatus a spūalibus. Itē dā- natus accusat in ppꝛia iniuria qd excōicatus nō facit. in te- ste etiā maius est periculū ꝗꝫ in accusatore de symo. lꝫ. in. l. cum insule nō afficiebat interdictū personā nec in perficien te est reperiri culpā. Ad id qd diciṫ de iure quesito ex scru- tinio publicato fateor illud ius nō deperire p superuenien- tem excōicationē canonī. vt dixi scdm Uinc. ⁊ Inno. in pdi- cta. xv. qstione. ⁊ sic obuiatur fraudi de qua tūc dicebaṫ. in teste vō vbi essent indicia fraudis puidereṫ per cōpulsiōē ipsius ad absolutionē de restit. spo. frequēs lib. eod. posset etiā fieri absolutio ad cautelā qd dic vt dixi in p. dec. veniēs de testi. ad fi. ad regulā ista dico ꝙ verbū fcm denotat actū pfectū nō incboatū tantū ⁊ sic nō obstat: ad qd facit ꝙ di xi sup gl. ⁊ sup regula qui prior in qōne potoꝝ in pte scda post pn. reliqua autem solutioni concordāt aut facile soluū tur. Joan. and.

f **Frustra.** lxxv. De hac dictione vi de qd scripsi. s. eo. lib. de accus. c. j. dicebat Joā. mo. qd hic poterat exemplū poni p. l. C. de re. pmu. qm. ff. de mino. auxiliū in fi. intelligit etiā regulā cir ca idē factū nō circa diuersa ar. ff. de le. ij. cū pi. §. plane. Dy. allegat. §. liberti rō ēt huius regule sumi pōt ex regula ex eo. eo. ti. recusat ⁊ hꝫ lo cū regula qñ ꝯbentiū est eadē ꝯditio fm Dy. hoc dicit ad

solutionē legis. ff. de acti. empt. ⁊ vē. iulianus. §. si quis a pu pillo. vbi pupillus vēdēs sine tutoris auctoritate nō seruat fidē ēptori q tñ sibi seruare teneṫ. Itē vt dicit ibi fuit culpa ꝯbentis cū pupillo sine tutoris auctoritate si vō culpa de- esset qꝛ ꝯxit cū auctoritate tutoris restituto in integrū pupil lo eque subueniret ēptori vt sibi. C. ō reputa. que fi. l. vni. ⁊ si aduer. cre. l. i. ⁊. ii. ℂ Pꝛia gl. pōit exēpla scdo successiue signat duo ꝯria ⁊ soluit. tertio instruit. In pma gl. ibi cū p ponas Dy. allegat. C. de transact. si quis maior ⁊. l. si diuer sa. ff. de inoffi. testa. si institu. in pnc. ⁊. ff. loca. qro. §. inter lo- catorem. ⁊ ibi cū effectu. ff. eod. ti. cū par in fi.

b **Hic regule** cōueniūt tres pncipa- les qōnes ad quas pre mittā duas q nō sumanṫ qꝛ breuissime. s. qōnem damasi quartā de iureiurādo q querit si seius iuret dare de cē titio si ipse titiꝰ dabit sibi stichū ⁊ titiꝰ iurauit dare seio stichū si dabit decē quis eoꝝ teneaṫ pmo implere pmissū. ℂ Allegat illū teneri qui pmo fuerit requisitꝰ p decre. per uenit. ij. de iureiurā. qꝛ diciṫ ibi pmittentē nō teneri si ꝯstat reliquū conditiōi nō paruisse ⁊ hoc ꝯstare nō potest nisi fu erit requisitꝰ ⁊ nō seruauerit pmissū ergo ⁊c. ℂ Soluit il lum qui petit teneri pus iplere. pꝫ rō qꝛ q sub ꝯditiōe pmi sit nō teneṫ alteri nisi cōditio ipleaṫ insti. de vb. obl. §. ex cō ditionali. oꝫ igiṫ illū pus implere si petere vult alias nulla petitio cū nulla sit alteriꝰ mora. ff. de vb. oblig. si pupillus. ℂ Est siṁs qd Jo. de deo quis pus teneaṫ pbare excipiēs vel replicans de quo satis scripsi de exceptiōe a nobis in sū ma vsic. circa sextū. adduciṫ etiā regula ad qōnem dñicalē xlvj. qua querebaṫ si. A. ⁊. B. facerent pacē pmittentes in uicē centū si alter alterū offenderet demū cum. A. vulneraſ set fratrē. B. ipse. B. turbatus vulnerauit ipsū. A. an ipse A. possit penā petere. Sed ampliādo qōnē. Scdo videa- mus an retētis terminis locus esset pene si hoꝝ alter cū al- teriꝰ vxore adulteratꝰ esset. ℂ Tertio querūt legiste qd si alter ex his alterū tunc bānitū offendat vel occidat qd lex municipalis pmittit. ℂ Ad penā pncipalē ꝙ. A. penā pe- tere nō possit allegat Bar. tres rōnes. scdo quatuor in ꝯriū tertio poniṫ ipsius solutio ⁊ solutionis declaratio. Primo induciṫ qꝛ in generali obligatiōe nō veniunt que verisimili ter quis nō esset cōcessurus in specie hoc eod. ti. in generali cum concor. cum aūt in specie nullus ꝯcederet nō defende- re vel vendicare fratrē ergo ex illa penali stipulatione ꝯue niri nō poterit pcipue cum videaṫ ꝯ bonos mores ⁊ ꝯ ius naturale nō iuuare fratrē ⁊ sic nō obligat. ff. de verb. oblig. generaliter ⁊. l. seq. C. de pact. pacta que contra. s. de pact. c. vlti. ⁊ turpis pmissio seruanda nō est vt ibi ⁊ hoc eo. titu. in malis cum concor. Scdo iustū dolorē habuit ille. B. p pter quem excusari debet a pena de sen. excō. si vero. §. vlt. . C. de adulte. gracbus. caret eni vitio inconsultus calor ira cūdie. ij. q. iij. §. notandū. ℂ Tertio que de nouo emergūt indigent auxilio. sed istud est tale ergo ⁊c. s. de iura. calū. c. ceterum cū concor. subintelligebatur ergo in pmissiōe illa nisi ille se ⁊ suos offenderet ⁊ sic ex vi subintellectus illius ille. B. dicatur imunis a pena de iureiur. queadmodū. ℂ In contrarium allegatur ꝙ stipullatio fuit honesta de non offendendo ⁊ de pacē seruanda nō fuit ergo violanda supra de pac. c. j. ⁊. iij. ff. de pac. l. pma. constat autem ꝙ. A. p. B. vulneratus fuit ergo locus est pene ꝯuēt. C. de pac. si pacto quo penam. xxiij. di. ꝗꝫ de arbi. dilecti in fi. ℂ Scdo cum nil fuerit cogitatū de fratre ergo haberi de- bet p omisso. ff. de verb. oblig. quicquid. ff. de transact. cum aquiliana. C. eod. si de certa. ℂ Tertio cum pmissio de nō offendendo fuerit indefinita ⁊ in ea nil exceptum ergo ge- neraliter est intelligenda. xix. distin. c. pmo. ⁊ prima qstiōe iij. saluator. xv. q. j. nec is qui. ℂ Quarto cum non licuerit isti. b. ppꝛia auctoritate vlcisci. C. de iudi. nullus. ⁊ ne quis i sua causa. l. vni. ⁊. xvj. q. vi. placuit. ff. ꝙ met. causa. l. extat ergo fecit iniuriā ⁊ offensam ⁊ sic locus est pene. ℂ Soluebat dicens Azonē ⁊ Hug. dixisse illū. B. absol-

uendū a pena cum fratrē iuuare poſſet nō obſtante ſtipula-
tiōe penali. Certitudinaliter hec ſolutio eſſet vera ſi ille. b.
defendendo fratrē vulneraſſet illum ſeruato moderamine
ꝰ. eod. lib. de ſen. excō. dilecto. ſed queſtio loqui videť de vi
ciſcente nec dubitať an iſte. B. teneať pena iuris cōis vel
municipalis nec de illa pena queriť ſed de ꝯuentionali ſi ſti
pulatio ita eſſet concepta ꝙ ille. A. vulnerādo fratrē. B.
incidiſſet in penā planū eſſet ꝙ ab illo. B. poſſet. A. penaȝ
exigere qꝛ aut dicim⁹. B. nō incidere ex quo ille. A. fregit
pacta de iureiur. peruenit. ij. C. de pact. cum ꝓponas. ij. ⁊ ō
tranſac. l. ſiue apud. ⁊. l. ſi quis maioꝛ. ff. de arbi. ſi duo in fin.
aut ſi actū eſſet penam totiens cōmitti ⁊c̄. vt ibi incideret ſȝ
fieret cōpenſatio vt. ꝰ. de pe. conſtitut⁹ ⁊ hoc no. in glo. vbi
vero ſtipulatio ita fuit ſtricte concepta ꝙ ſolum paciſcētis
offenſam includit tūc ꝓcedit dubiū. ¶ Scōa queſtio fuit
Joan. de bayſio fratris archi. ⁊ formabat eam cū fuit pcm̄
penale ꝙ vnus reliquū nō offenderet pſonaliter vel realiť.
¶ Et ꝙ ille adulterans incideret in penā ꝓbatur trib⁹ ra
tionibus ⁊ ꝯrium alijs tribus tertio ſoluitur ⁊ duob⁹ cōtra
rijs reſpondeť. ¶ Primū ergo ſic ꝓbabat pax eſt vinculū
charitatis. ꝰ. de iudi. nouit v̄ſi. lȝ aūt. ad cuius obſeruantiā
quilibet ex p̄cepto teneť ad Ro. xij. j. ad corinth. viij. iij. q.
vj. hoc quippe in fi. xj. q. ij. inter verba. ꝰ. eo. li. de re iudi. ad
apoſtolice poſt p̄nc. ꝯctus ergo initus ſup illa licitus ergo
ſeruādus. ꝰ. de pact. c. j. ff. eo. l. j. ⁊. l. epiſtola. §. pactū in pe-
nam ergo acceſſoriā licito cōtractui incidit illud nō ſeruās
hoc eo. tit. acceſſoriū cum concoꝛ. Nam vt dicunt legiſte in
pactis ſcđm legem tȝ p̄ncipale ⁊ acceſſoriū vt no. C. de pac.
pacta que cōtra. ¶ Scđo ſic. illa verba ſtipulatiōis de nō
offendendo realiter nec pſonaliter poſſunt intelligi actiue
ex parte offendētis ſcilicȝ ꝙ nō offenderet nec cum pſona
nec cum rebus ſed iſte actu pſonali corꝑaliter offendit ad-
ulterando ergo locus eſt pene ⁊ ꝙ talis intellectus ſit am-
plectēdus ꝓbat fauoꝛ pacis ⁊ odium adulterātis hoc eod.
ti. odia. ꝙ aūt adulterando videať offendiſſe pȝ in autē. vt
cuȝ de appel. cogno. §. cauſas ⁊ quid dicat no. ꝰ. de iureiur.
quintauallis. Item maritus iure mariti agit ad penā capi-
tis. C. de adulte. q̄uis fortius ergo ad penā conuētionaleȝ
nam que per legē poſſumus ⁊ per pactū. ff. de pact. non im-
poſſibile ⁊ in penalib⁹ ſtipulatōibus nō inſpicimus quid in
terſit. ſed que ſit q̄titas ſtipulationis. ff. de verb. obli. ſtipu
latio iſta. §. alteri. ¶ Tertio ſic. conſtat ex iniuria fcā vxori
maritū agere poſſe iniuriarū. ff. de iniur. l. j. §. vlti. patȝ ergo
eum offenſuȝ nec iuuat ꝙ mulier ꝯſenſerit qꝛ ſpeciale eſt ꝓ
pter delicti magnitudinē. C. de epiſ. ⁊ cler. l. raptoꝛes. ⁊ de
raptu vir. l. j. facit de ſent. excō. contingit. j. Conſtat etiā ꝙ
vir ⁊ vxoꝛ ſunt vna caro ⁊ ſibi cōicant act⁹ ſpirituales. xxx.
q. iiij. ſciſcitať ⁊. c. ſi quis vnus de cogna. ſpiritu. martin⁹. ⁊
ſunt vnū corpus. xxvij. q. ij. agatoſa. cui⁹ corporis caput eſt
vir. xxxiij. q. v. cum caput. in mēbris ergo caput offendiť de
pe. diſ. j. vulgaris ⁊ peruerſoꝛ eſt iuris mariti qui eius vxorē
ſciens cognoſcit. xxxiij. q. cum p bellicā ⁊ tanta eſt iter cōiu-
ges cōnexio qð vſus viro ꝯceſſus competit ⁊ vxori. ff. ō vſu
⁊ ha. l. ij. qꝛ nec debēt ad imparia iudicari de diuoꝛ. gaude
mus. nō obſtat ꝙ ſtipulatio eſt ſtricti iuris qꝛ ſepe extra id
qð agitur naſciť obligatio. ꝰ. eod. lib. de deſpon. impu. c. j. ⁊
ff. cōmo. ſi is qui. §. fina. In contrariū ꝙ agere nō poſſit vi-
detur qꝛ iure ciuili adulter puniť capite. C. de adul. quoniā
⁊. l. q̄uis ⁊ ō iura. ca. clericus deponiť. lxxxj. diſtin. preſby-
ter. quelibet aūt etiam modica pena corꝑalis maioꝛ eſt qua
libet pecuniaria. ff. de pe. in ſeruoꝝ penis aūt a iure ſtatutis
debemus eſſe contenti. de offic. delega. de cauſis in fine. nec
noſtro ingenio pecuniarias inuere vel ſtipulari debemus ⁊
ſic ſtipulatio videtur inutilis nec ex illa agi poteſt inſtit. de
inuti. ſtipu. maxime cum iudex corporalem penā in pecunia
riam cōmutare nō poſſit de pen. licet. ⁊ illa pena ſit infligen
da que magis timeť. xxiii. q. iiii. ea vidicta ⁊. ꝰ. vt lit. non cō-
teſta. quoniam. ⁊ pena corporalis vel vt publica preferēda
eſt pecuniarie vt priuate facit de poſtu. prela. bone. C. de ca
du. tollen. l. vni. ¶ Secūdo ſic: dicit lex ꝙ audiendus nō

eſt qui vindicte domus ſue cōmodum pecuniarium propo-
nere nō erubuit. ff. de adul. l. miles. §. ſocer. Iteȝ cōſtat iſtuȝ
in ſui perſona nō offenſuȝ. realiter autem non poteſt dici of
fenſus cum vxoꝛ non contineatur appellatione rerum. ff. de
vſur. in pecudum. ¶ Tertio ſic. conſtat ſtipulationes eſſe
ſtricti iuris nec egrediuntur perſonas in eis expreſſas. ff. de
verbo. obligatio. quicquid ⁊ no. de exceptio. cum venerabi
lis ⁊ ex ea ſola veniunt de quibus eſt actuȝ de cauſa poſſeſ.
cum eccleſia cum concoꝛd. niſi vbi lex exprimit tacite agi. ff.
ſi certum peta. cum quid. ⁊ non expreſſa cenſenť obmiſſa ō
tranſlati. inter. ⁊ in poteſtate ipſius fuit legem apertius di-
cere fiat ergo interpretatio contra eum hoc eod. titul. con-
tra eum cum concoꝛd. maxime cum promptioꝛes ſimus ad
abſoluendum de ꝓbatione ex litteris.
¶ Solutio ꝙ per vltima iura ſibi videtur illum agere nō
poſſe. dicit autem non obſtare ꝙ allegatum eſt de articulis
quibus actus in perſonam viri ꝓducitur ad mulierem quia
illud eſt de fictiōe iuris quod dicitur ꝙ ſunt vna caro expo
nitur ideſt ad vnam carnem procreandam.
¶ Tertiam queſtionē legiſtarum non pſequoꝛ quam di-
ſputauit Jac. de bel. ⁊ locauit eam. C. vt infra certū tem. cri.
queſti. terminetur ibi vide in. iij. queſtione. Et obmiſſis alle
gationibus diſtinguendo ſoluit ꝙ ſi ille bannitus erat qꝛ
ꝑdidit patriam occidens non tenetur ad penam. C. de abo
li. l. fallaciter. §. final. ff. de cap. ⁊ poſtli. re. l. poſtliminij. §. fi
lius. Idem ſi ob aliā cauſam ſed occiſus eſt dum patrem im
pugnaret. ff. de reli. l. minime. ſi vero aliter fuit occiſus ſi ex
delicto ſunt bona publicata ⁊ eſt bannitus tunc ſimilis eſt
deportato vt no. inſtitu. quib. mo. ius pa. po. ſol. §. relegati
ſed deportatus caret herede. ff. de teſta. eius qui. ⁊ de iniuſ.
teſta. ſi qs filio. §. irritū de leg. iij. l. i. §. hi q ergo nō eſt q pe-
nam petat. vbi v̄o bona bāniti publicata nō ſunt tūc nō licu
it rūpere pacē ⁊ eius hēdib⁹ tenebiť ad penam lȝ bānitus
in loco agere nō potuiſſet ꝓpter offenſaȝ ar. inſti. de. v̄. obl.
§. ex ꝯditiōali. C. vt actio ab here. ⁊ ꝯ heredē. l. j. ff. de euic.
ſi p iprudentiā. §. ne mirū. C. de inoffi. dona. l. ij. ⁊ ſi in frau.
pa. l. i. ⁊. ii. Et ꝓ ſolutione ꝯrioꝝ notabat ꝙ ſtatutū non iu
bet occidi lȝ illud ꝑmittat nō debuit ergo ille pacē volūta-
rie rūpere ex ꝑmiſſione ſtatuti. ¶ Coradus qui diſputauit
hanc qōnem in tali bānito ꝓpter homicidiū ſoluit ſimplici
ter ſtipulationē penalē nō cōmiſſam: p̄mo qꝛ lege caueť ꝙ
ꝓpter bonū publicū qð verſatur in punitione maleficioꝝ p̄
uata lex ⁊ ꝯuentionalis rumpiť. ff. ad ſill. ſi quis in graui. §.
vtrū. ſcđo ꝙ p legis ꝑmiſſionē ſupuenientē cauſatā ex ali-
cui⁹ maleficio non ſolū tolliť lex cōis ſed etiā p̄uata ſiue cō
uentionalis. ff. de ver. obli. ſi ſeruū ⁊ de leg. j. l. quid ergo. §.
ſi heres. tertio qꝛ iſte videť oīno alius tpe occiſionis ab eo
qð erat tpe ſtipulationis. ff. ad treb. l. ex facto. §. ex facto ibi
poſt deportationē v̄o ſuſpectos quaſi ab alio ⁊c̄. quarto in
ducit glo. in autē. de man. p̄n. §. neq; aūt homicidas in. j. gl.
que inuit ꝙ homicidis raptorib⁹ virginū ⁊ adulteris termi
nus nō eſt dandus ⁊ datus nō eſt obſeruandus.

¶ Regule. ffoꝝ. huius littere. F. ſunt he.

f **Emine** ab oībus officijs ciuilib⁹ vel pu
blicis remote ſunt ⁊ iō nec iudi-
ces eē poſſunt nec magiſtratū gerere nec poſtu
lare nec ꝓ alio interuenire nec ꝓcuratores exiſtere.
¶ Item ipubes oībus officijs ſiſtibus dȝ abſtinere.
Urioſi vel eius cui bonis interdiciť nulla voluntas.
Ructus rei eſt vel pignori dare licere.
Raudis iterpretatio ſemp in iure ciuili nō ex euentu
dūtaxat ſed ex concilio quoq; deſiderať.
Iliuſfamilias neq; retinere neq; recupare neq; adi-
piſci poſſeſſionē rei peculiaris videť.
Ere i oībus iudicijs penalib⁹. ⁊ etati ⁊ iprudētie ſuc
curritur.
Actū a iudice qð ad offm̄ ei⁹ nō ptinet ratū non eſt.
Fauorabilioꝛes rei potius q̄ȝ actores habenť.

Fere

Ere quibuſcūqꝫ modis obligamur hiſdē ꝯtrium actis
liberamur cū q̄bus modis acquirimꝰ hiſdē in ꝯtrium actis
amittimꝰ. Ut igit̄ nulla poſſeſſio acquiri niſi animo ⁊ corpe
poteſt iſta nulla amittit̄ niſi in qua vtrūqꝫ in ꝯtrium factum
eſt vel actum.

Actum cuiqꝫ ſuū nō aduerſario nocere dꝫ. nō vr̄ vim
facere qui ſuo iure vtitur ⁊ ordinaria actione experit̄.

☙ In penalibus cauſis benignius interpretandū eſt.

g **Eneri.** xxxiiij. Dy. qui materiam
huiꝰ regule ſatis plene hic
notauit dixit eā exemplificari poſſe ī lega
tis in ſuſtitutiōibus in ꝯctibꝰ in legū lato
ribus ⁊ in reſcriptis. de legatis ponit exē
plum ſi teſtator legauit vni ſpeciē ⁊ alteri
genus generi per ſpeciē derogat̄. ff. de leg.
j. vxorem. §. feliciſſimo ⁊ .l. ſeruis vrbanis. §. vlti. ſignat con
tra de .l. queſitū. §. penul. ff. de fun. inſtru. ad cuiꝰ ſolutionē
diſtinctionē quam ponit glo. in pre .l. queſitū hic longe ple
nius pſequit̄ quā hic per eū videas ⁊ hoc ſit de his que in
pnc. Hic dixi me nō deciſurū in ſubſtitutionibꝰ ponit exē
plum per .l. cohered. ff. de vulg. ⁊ pupil. ſub. §. qui patrē ſi
teſtator patrē ⁊ filiū inſtituit ꝓ parte ⁊ eos inuicē ſubſtituit
ſcdo iſtituit ex reliq̄s ptibꝰ alios hēdes. tertio dic̄ hos oēs
ſubſtituo iſta generalis ſubſtitutio nō extendit̄ ad patrem
⁊ filiū inuicē ſubſtitutos. ad hoc exemplū opponit de .l. vl.
ff. ad treb. vbi nō derogat̄ ſubſtitutioni gnāli ꝑ ſpecialē. re
ſpondet ꝙ ibi ſubſtitutiōis ſpecies erant diuerſe. ſpecialis
eni erat vulgaris vel reciproca. gnālis erat fideicōmiſſaria
ſed in. §. qui patrē ambe erāt eiuſdē generis. In ꝯctibꝰ aūt
ponit exemplū per .l. ff. de v̄bo. obli. doli clauſula ⁊ .l. ſtipu
lationes cōmodiſſime quia ſi ſtipulor ab aliquo librū ſcribi
de die nō de nocte per ſe nō ꝑ diſcipulū ⁊ generaliter dolū
nō cōmittit ⁊ ipſe ſcribat ꝑ aliuꝫ eque malū nō per diſcipu
luꝫ ſtipulatio cōmittet̄ ex generali clauſula de dolo. ſed ad
caſum expreſſuꝫ nō ptinet. in legum latoribꝰ ponit exemplū
ꝑ .l. ſanctio legum quā allegat glo. ⁊ per decr. j. s. eo. lib. de
conſti. In reſcriptis dicit ꝙ patent exempla. s. eo. lib. de pre
ben. duduꝫ ⁊ .c. ꝙuis tibi. dicit etiā ꝙ diſtinctio quā poſue
rat in legatis coaptari poſſet ad reſcripta. Prima glo. dic̄
vnde ſumpta. ⁊ ponit exempla. ſcdo dicit in reſcriptꝭ loq̄
regula nō in ꝓuilegijs ⁊ cām reddit. tertio ſubdit ꝯtrium ſol
uit remittit. ⁊ ponit dictuꝫ Gof. qd̄ tres caſus excipit quar
to no. duo ⁊ ad ſcdm ſubdit contrarium ⁊ ſoluit.

☙ In pma glo. ibi in toto iure. ſequit̄ generi ꝑ ſpeciem de
rogatur ⁊ illud potētiſſimū habet̄ qd̄ ad ſpecieꝫ directū eſt
⁊ ibi codicillis. dixit teſtator libertis quos manumiſi vl̄ his
codicillis manumitto vel poſtea manumiſero lego ꝯtuber
nales ſuos ⁊ filios ⁊ filias niſi quos ad vxoreꝫ meā pertinē
volui vel illi noīatim legauero demū iuſſit heredibꝰ vxori re
ſtituere certum fundū cum mancipijs vrbanis ⁊ ruſticis q̄
ibi erant exceptis manumiſſis querit̄ an ſerui qui erāt in fū
do filij nālis ſerui per teſtatorē in vita manumiſſi ſpectēt ad
prēꝫ an ad ꝯiugē. di ꝙ ad patrē quaſi ſpecies deroget ge
neri. ⁊ ibi. §. queſitū. nō valet pactū factum ab eo qui ꝓmi
ſit iudicio ſiſti qd̄ nullā exceptionē opponet. ſed ſi aliquas
ſpecificauit valet quo ad illas. ⁊ ibi .l. j. §. vlti. v̄ba que frau
dationis cauſa geſta erunt gnālia ſunt ⁊ continēt in ſe oēm
omnino fraudē factaꝫ vel alienationē vel quemcūqꝫ cōtra
ctum. ⁊ ibi .l. j. vide. j. eod. in pncip. ⁊ ibi de adop. l. j. adop
tio vt genus ſpeciē habet que dicitur etiam adoptio.

☙ In prima glo. ibi dic vt ibi. ⁊ vt dixi in pre. decre. j. de re
ſcrip. ſup fi. vlti. glo. dicebat hic Jo. mo. quod lꝫ primū ver
bis eſſet gnāle effectu erat ſpeciale allegabat. ff. de ver. ſig.
boues .l. hoc ſermone. ff. de ver. obli. eum qui kalende. eque
allegare poterat. s. eod. li. de pben. nō pōt. ſignificabat etiā
ꝯtrium de .l. C. qui po. in pigno. ha .l. generaliter. ſoluit ꝙ id
facit ius creatū. primo quod ab ipſo inuito nō poteſt eu elli
Item de .l. ff. ſi cer. peta .l. ꝓinde ⁊ ff. de op. le .l. cum optio.
ſoluit ꝙ aut habens ſpeciem nō eſt viſus ſpecie ⁊ tūc nō de
rogat ſpēs generi. aut eſt viſus ⁊ tūc ſecus. ſubdebat demū
ꝙ platus habens a iure poteſtatē diſpēſandi ſup reſidētia
in bn̄ficijs curatis. s. eo. lib. de elect. lꝫ canon in fi. vbi idem
ſcripſi poſt archi. vel ſup tardatione ordinū in caſu decr. cū
ex eo. eo. tit. lꝫ in litteris ipetrantis curatū ſcribat̄ ꝙ reſide
at in bn̄ficio vel ſe faciat ordinari nō ꝑ id minus epūs ſuper
illis poterit diſpēſare nec facit ꝯ reſcripta nec ꝯ ius cōe iſte
cū quo diſpenſat̄ ſed fit ſibi ꝓuilegialit̄ ꝯ illa. patit̄ ergo ſm
eum ⁊ nō agit vt dicit̄ de tranſlato. vij. q. j. ſcias.

b **Hic regule** coaptat̄ qd̄ fr̄is vberti
qua ſic querebat indul
ſit epūs titio licentiā ſpecialē ꝙ nō obſtante ſta
tuto ꝓhibente ſemel ingredi poſſe certā clauſurā monialiū
ante cuiꝰ licentie vſum idem epūs gnāliter cōceſſit quēlibꝫ
ſemel certa die ibi ingredi poſſe ⁊ titius ea die ⁊ virtute illiꝰ
gnālis hoc ꝓſtans ingreſſus eſt querebat an ex ſua ſpeci
ali ingredi poſſet. ☙ Affirmatiue ꝓbabit̄ ꝑ quinqꝫ rōnes
ꝓgnantes ⁊ ꝯtrium ꝑ alias quinqꝫ tertio dabit̄ ſolutio diſti
guens ⁊ ſic ꝯria cōcordans. ☙ Ad primū inducebat duas
regulas huiꝰ tituli. ſ. ꝙ ꝓuilegiū pſonale perſonā ſequit̄ eo.
ti. priuilegiū ⁊ ibi cōcor. ⁊ ꝙ ꝓnilegiū pncipis decet eē mā
ſurꝫ eo. ti. decet. nō relinquet ergo hec indulgentia perſonā
vt in pma regula ſed manebit penes eam vt in ſcda vſqꝫ ad
ipſius vſuꝫ alias nil cōferret qd̄ eſſet abſurdū vt de ꝓuilegi
is in is cū concor. Et ꝯſtat ꝙ ante vſuꝫ cōpletū bn̄ficia etiā
cōpetētia ꝑ ꝯctus reuocari nō poſſunt expreſſe de cōmo. c.
vni. cum cōcor. ⁊ vide no. de fi. pſby. ex tua ergo nec reuoca
ta dicet̄ tacite ꝑ dationē licētie gnālis cū in reuocationibꝰ
minus poſſit genꝰ q̄ꝫ ſpēs de dolo ⁊ cōtu. c. ij. de cōfir. vti. vl̄
inuti. hone. facit. s. eod. li. de ꝓcur. qui ad agendū. maxime
cum finalis cā ſpālis licentie forſan adhuc duret qꝛ illam in
die licentie gnālis expedire nō poterit. duret ergo effectus
durante cā ſicut expiraret cauſa expirante de ap. cuꝫ ceſſan
te nam in oī ſcia certum eſt multiplicatis ſufficiētibꝰ cauſis
effectꝰ multiplicari poſſe vt. ſ. plures ſufficiētes cauſe diuer
ſe nō ſubalternatiꝫ ſe habētes nō eūdē ſꝫ diuerſuꝫ effectū ꝓ
ducunt. iij. q. iij. engeltrudam. ij. q. iij. abolitio. l. di. ꝙuis de
offic. or. ex parte cū ſua mā. ⁊ in his que no. lxviij. di. §. qd̄ vo
vj. q. j. imitare de cōſe. diſ. ij. qꝛ corpus. xlv. diſ. lꝫ de iur. calū.
ceterū. xxv. q. j. c. ij. hic aūt cauſe fuere diuerſe ⁊ fnie diuerſe
nec altera ſe hꝫ ad alterā vt ſupior ⁊ inferior nil ergo debet
impedire duplicatū ipſaꝝ vſum. faciant no. de reſcrip. c. ij. ⁊
c. olim. ⁊ ſic quinqꝫ argumēta coniūxi que diſputans vt di
uerſa ꝓlixe poſuerat. ☙ Scdo ſi dicat̄ titiū ingredi nō poſ
ſe hoc nō poteſt ex alio ꝓcedere niſi qꝛ pma ſpālis licentia
ſit reuocata ꝑ gnālem ſed hoc eſt falſuꝫ. ſi eni dicis ſcdam li
centiā eſſe ius cōmune non tollit ſpāle priuilegiū ex quo id
nō exprimit de conſti. c. j. s. eod. lib. Idem ſi eſt priuilegiuꝫ
nō faciēs mentionē de pmo vt hic in glo. Item ſi ꝑ ſcdm ge
nerale fieret reuocatio primi dici oporteret ꝙ a tpe date ip
ſius ſcdi virtute pmi poſtea ingredi nō poſſet qd̄ eſt falſum
Concludit̄ ergo primā ſpecialē per ſcdam nō reuocatā nec
impeditā imo ſi deberet altera per alterā impediri vel tolli
preualet prima ſecunde per iſtam regulā ⁊ concord.

☙ Tertio ꝙ in vno itinere aliud ex alia cauſa cōpetens nō
confundat̄ ſic oſtendit̄ metropolitanus ſuo iure viſitans ꝓ
uinciam ꝓcurationē exigit ſeruata forma decre. romana. s.
eod. lib. de cenſi. patet eo. ti. cum apoſtolus ⁊ .c. ſopite. ⁊ ſi
fiat legatus in ꝓuincia vt de offic. leg. c. j. illam poterit itera
re de cenſi. cum nuper. ⁊ vide quod ibi dixi poſt vin. in gloſ.
inuit. Bn̄ facit qd̄ de duabus quartis dicit̄ de teſta. raynu
tius ⁊ quod ibi not. in glo. antepenul. ⁊ qd̄ ſup ea dixi facit
eo. ti. officij. ⁊ .c. requiſiſti facit. ff. de ꝓba. quinquaginta vbi
legatū factuꝫ in codicillis nō tollit legatū eiuſdē q̄titatis
factū in teſtō niſi heres ꝓbet teſtatorē itellexiſſe repetitōeꝫ
nō duplicationē legati ⁊ facit ꝙ no. C. d lega. filia. cū ergo
duplex ius igrediēdi cōpetat titio ex diuerſis vnꝰ actus lꝫ
idē ſpē nō tn̄ nūero fac̄ qd̄ no. iij. q. ix. nihilominꝰ. ſi ꝯfūdet
reliquū cū nō ꝯſtet de ꝯria intētōe ꝓcedētꝭ facit de do. iter

dilectos in ꝑn.s̄.e.li.de reſcrip.cū aliqbꝰ.ſecus eni ſi de illa ꝯſtaret facit.s̄.e.li.de ſen.excō.c.ſi.in fi.⁊ ꝙ ibi no.in vlt.gl. ¶ Quarto conſtat duas indulgētias quo ad perſonā titij eſſe cōpaſſibiles ⁊ nullā habere repugnantiā ⁊ ſic vſus licētie gnālis vſuꝫ penalis nō impedit.vnde miles qui elegit teſtari iure cōi per hoc nō renūciat ꝑuilegio militari.ff.de mili.teſta.l.iij.facit.ff.de priuil.cre.l.antepe. ¶ Item ſi de publico crimine ꝯ̄ me cōmiſſo aliquem criminaliter accuſaui ⁊ vt quilibet de populo admiſſus fui.inſti.de pu.iudi.in fi.ff.de ꝓcur.mutus.§.in popularibꝰ.nihilominus de hoc ciuiliter agam ꝓ meo ſpeciali intereē.ff.de priua.delic.l.ij.⁊.iij.⁊ vna actio ꝑ alterā nō tollit̄.C.de fur.ancille.ff.de cōdi.fur.ſi ꝓ fure.C.qn̄ ciuilis act.l.vni.niſi ſint ꝑiudiciales ⁊ incōpaſſibiles tales ꝙ vniꝰ electiōe tollat̄ altera.s̄.eo.lib.de poſtu.pre.c.vni.de elect.vt quis duas vbi de hoc.⁊ hoc eo.ti.nullus pluribꝰ.lxxxj.di.ſi quis ſacerdotū.ſed iſte indulgentie non ſunt tales vt ꝑdixi ergo ⁊c̄. ¶ Quinto inducit̄ caſus legis.ff.de ali.⁊ ci.leg.l.alio.§.cum quoqꝫ vbi ſi patrona legauit oībus libertis veſtes ⁊ cibaria que viua ꝑbebat ⁊ vni ex illis reliquit viginti aureos annuos ⁊ frumentū menſtrum iſti debebit̄ vtrūqꝫ legatuꝫ gnāle ⁊ ſpeciale:ſic ⁊ iſte gnāli ⁊ ſpeciali licētia vti poterit ⁊ ſic ſcdo ingredi poterit. ¶ In ꝯ̄trium inducit̄ regula odia.eo.ti.nam cum oē ius cōmune vel priuatū reſtringat̄ ſi eſt odioſum vt ibi cū ꝯcord.⁊ iſtud ſit tale vt ꝓbatur.s̄.eo.lib.de ſta.re.c.vni.xviij.q.ij.in decima.vbi dicit̄ ꝙ ad talia monaſteria dꝫ eſſe rarus acceſſus ⁊ breuis locutio ad idē.c.ibi ſequens ⁊.c.diffinimꝰ.lxxxj.di.ad reatū.s̄.de vit.⁊ ho.cle.monaſteria.ergo ſtricte interpretabimꝰ ⁊ dicemus vnico ingreſſu cōſumptā vtranqꝫ licentiā ad qḋ bn̄ facit.s̄.eod.lib.de ꝑben.nō pōt.§.j.de offi.or.c.ordinarij in fi.de fi.ꝑſby.c.j.ff.de leg.iij.fideicōmiſſa.§.ſi quis.x. ¶ Secūdo conſtat ſpeciē ꝑualere generi vt hic ſed ſcda ſpālis licentia ante vſuꝫ ꝑme iſti cōceſſa nō fcā mentiōe de ꝑma nō daret ei duplicem ingreſſuꝫ facit de reſcrip.ex tenore ⁊.c.in noſtra.vbi pꝫ hoc in litteris ad lites ⁊ bn̄ficialibus multominꝰ ergo dabit̄ hic gnālis. ¶ Tertio habemꝰ exempla diuerſa in iure ꝑ que ꝓbat̄ ꝙ ſi priuilegiū aliquibꝰ cōceſſuꝫ poſtea oībus concedat̄ ꝑ ius cōe illud ꝑuilegiū poſtea nil opitulat̄.pꝫ hoc ꝑ.c.xxiij.di.cōis filiꝰ cōiunctū cum capitulis.xciij.di.diaconus in cōuentu.xj.q.iij.epus ꝑſbyter. Item pꝫ ꝑ.c.ꝙ nō nullus de ꝑuile.cōiūctū cum decr.vlt.s̄.eo.li.de ſen.excō.idem ſi aliquibꝰ epiſcopis olim cōceſſa fuiſſet celebratio cum altari viatico ponderata hodie dec.vlt.de ꝑuileg.s̄.eo.lib.imo qn̄ ex diuerſis cauſis in vnū recidit ius ſuū ⁊ alteriꝰ ſic actus vniri videtur ꝙ vbi ꝑus duo regrebat̄ ſufficiat vnꝰ vt in ꝯfirmatore ad quē deuolutum eſt ius eligentiuꝫ ſup quo vide qḋ plene ſcripſi de elect.ne ꝓ defectu ſup ꝟſic.ordinare. Ex quo ergo gnāl̄ ⁊ ſpecialis licentia cadit in vnuꝫ vnicus erit actꝰ vtriuſqꝫ lꝫ ſi latior eſſet vna licētia q̄ꝫ alia illa latior vti poſſꝫ ſemel qḋ notat̄ de teſta.raynutius in glo.antepe.⁊ ne ſe.vacante.c.j.in magna glo. ¶ Quarto ſi ꝓbemus ꝙ gnālis licētia non extendat̄ ad iſtū patebit ꝙ ſibi cōpetit vnꝰ ſolus ingreſſus ſed lex dicit ꝙ gnālis ſubſtitutio quā fecit teſtator de heredibus nō extendit̄ ad heredes in re certa ſpāliter inſtitutos quos ſpecialiter inuicē ſubſtituerat.ff.de vulg.⁊ pupil.ſubſti.coheredi.§.qui patrē facit.ff.de verb.oblig.doli clauſula ergo vel titiꝰ non cōprehēdet̄ in gnāli vel ſpecial̄ in gnāli intelliget̄ cōfuſa.facit.C.de pac.debitori.de fideiuſſ.cum ſcdm ad.l.falc.in imponēda.vel dicet̄ reuocata ar.ff.de ali.⁊ ci.leg.l.libertis.ij.in ꝑnc.vbi gnāle legatū oīum libertorum factū in codicillis ꝓ alimētis tollit ſpeciale certoꝝ libertoruꝫ factū in eadē cauſa in teſtamento. ¶ Et ſi hec negarētur ſaltē dicet̄ ꝑ vſum gnālis renunciatū ſpeciali qḋ ꝓcedit nō ſolum in incōpaſſibilibꝰ vt.s̄.ſed etiā in ambitioſis de ꝑben.de multa.s̄.eo.lib.de reſcrip.gratia ⁊ cle.eo.ti.gratie facit.xij.q.ij.bone rei de dona.apoſtolice. Iterū ſi negat̄ renūciatio ille tamen lꝫ due habebūt vnum effectū.hinc eſt qḋ ſi miles elegit teſtari iure cōi lꝫ per hoc nō renūciet ꝑuilegio militari vt.s̄.nō tamen faciet duo teſtamēta ex duobꝰ iuribus cōi ⁊ militari ſed vnum tm̄:ſic ſi ꝓpter ꝓpriū intereſſe actionē habeo ꝯ̄ plures lꝫ ꝯ̄ vnum intentādo alteri nō renūciem ſi tamen ab vno conſequor intereſſe contra alios non ago.ff.de eo ꝑ quē fac.eſt.l.j.§.ſi plures ⁊ no.de re.eccle.nō alie.ſi quis.facit hoc eod.titu.bona fides.ex his concluditur ꝙ etiā ceſſante confuſione ⁊ renūciatione de quibus.s̄.vnicus tamen erit effectus ⁊ ſic vnus ſolus igreſſus facit.ff.quib.mo.pig.vel ypothe.l.ſi deferente.

¶ Quinto inducūtur aliqua iura que caſum queſtiōis decidere vident̄.primū eſt de preben.ſi pauper.s̄.eod.lib.vbi ſi mandabat̄ ꝓuideri per epiſcopū titio in forma pauperū ⁊ ille conſecutus eſt beneficiū a quocūqꝫ epiſcopus vlteriꝰ nō tenet̄ quaſi concedentis ⁊ impetrātis intētio lꝫ per illuꝫ moduꝫ ſit impleta.ſic ⁊ hic ſufficiat titio ꝙ ſemel ingreſſus quod plus eſt ex facto ſibi licētiam concedentis.

¶ Item ſi legauit quis alimenta libertis ſcilꝫ cibaria ⁊ veſtiaria ⁊ vni illorum legauit certam quātitatē ꝓ alimentis vtrūqꝫ legatum nō debetur.ff.de ali.l.alimenta.§.baſilice.⁊.l.ſtichus in ꝑnc.ad idem lex que dicit ſic.filia legatoꝝ nō habet actionē ſi ea que in teſtamento reliquit viuꝰ poſtea pater in dotem dedit.C.de le.l.filia.ſicut ergo his caſibꝰ nō duplicat̄ beneficiū vel legatum ita nec in terminis queſtionis duplicatur ingreſſus nec iuuat eum ꝓteſtatio quam fecit que ſi ſit iuris conſeruatiua nō tamen eſt tributiua iuris noui.vnde ſi nō competebat iſti binus ingreſſus ꝓteſtatio ſibi illum aquirere nō potuit. ¶ Soluēdo diſtinxit aut in vtraqꝫ predictaꝝ licentiaꝝ exprimit̄ cauſa ingreſſus aut in nulla aut in altera tantum maxime in ſpeciali.ꝑmo caſu aut vtrobiqꝫ cauſa eſt eadem aut oīno diuerſa.ſi eſt eadeꝫ puta qꝛ in vtraqꝫ dicit̄ ꝙ ingredi poſſint ad viſitandū reliquias ſancti vl̄ ſimile ſufficit vnus ingreſſus.facile patet exemplū ſi dum conſanguinea mea vellari debeat obtinui hanc licentiam que licentia poſtea ꝓ illo actu oībus data eſt hanc partem ſolutionis probent iura que vltimo allegaui. ¶ Dixit etiā ꝙ forſan idē ſi cāe ſint diuerſe.tales tn̄ vno igreſſu poterant cōmode expediri vt ſi gnāl̄ ꝑmittit viſitationē ſcti.ſpāl̄ ꝑmittit viſitiōeꝫ ſororis q̄ breuis ⁊ cōpendioſa eſſe dꝫ vt dixi in ꝑnc.ſcde ꝑtis. ¶ Si vō cauſe exprimūtur oīo diuerſe.que ſimul veriſimil̄r ex facto vel tempe expediri non poſſunt qḋ facile accideret ꝓpter tumultū generalis ingreſſus iterum ingredi poterit ad expediendā cauſaꝫ expreſſaꝫ ad hoc iura prius allegata. Item ſi dies licentiarū eſſent oīno diuerſi.qꝛ quod facit diuerſitas cauſe hoc faciet diuerſitas dierum vt nō poſſit cenſeri vnus ingreſſus confuſus in alio.s̄.eod.lib.de cōſti.c.j. In tertio mēbro ꝑncipali quando in altera tantuꝫ ⁊ maxime in ſpeciali exꝑmit̄ cauſa tꝫ qḋ ſupra ſcilicet diſtinguenduꝫ an ſimul potuerit expediri nec ne. In ſecundo vero principali mēbro quando in neutra exprimitur cauſa vel tempus ſed ſimpliciter eſt data licentia tunc in hac materia reſtringibili ⁊ odioſa ſtricta preſumatur intentio concedentis ad primaꝫ vicem tantum qualitercunqꝫ ingrediatur maxime per allegata in princip.ſecunde partis cum preſumit̄ epiſcopum publicam vtilitatē ⁊ honeſtatem que verſatur in hoc velle tueri.hec vera niſi de ipſiꝰ intentione aliter appareat cui tunc ſtabit̄.dixi aūt per hāc diſtinctionē iuri equitati ⁊ honeſtati conſonā.j.diſ.conſuetudo ſolui contraria.

¶ Huius littere.G.vnica eſt regula.ffoꝝ.ſicut ⁊ noſtra.

g **Eneraliter** cum de fraude diſputat̄ non quid habeat actor ſed quid per aduerſariū habere non potuit cōſiderandum eſt.

Quia ſub hac littera.H.nullā habemꝰ regulā quas legiſte habent hic inſeram.

Eredem eiuſdē poteſtatis iuriſqꝫ eſſe cuius fuerat d̄functus conſtat.

Eredis nihil aliud eſt q̄ꝫ ſucceſſio in vniuerſuꝫ ius qḋ defunctus habuerat.

Hoc

De iure vtimur vt quicqd oino p vim fiat aut in vis publice aut in vis priuate crimen incidat. ¶ Deiecit ⁊ qui mandauit vel iuſſit vel ratū habuit. rati eni habitio mandato comparatur. ¶ In ɔctibus in qbus doli pſtatio vel bona fides ineſt heres inſolidū tenetur.

i **Ignorantia.** xiij. Dy. dicit ħ vtriuſqȝ regule exemplū congrue poni in eo qui ɔfitet in iudicio p errorē qui ſi errat i facto excuſatur ſi in iure nō. ff. de confeſ. nō fatetur. ſpecificat in eo qui errans in facto confeſſus eſt aliuȝ ſibi coheredē. ff. fa. herc. ſi cuȝ putarem. ſecus ſi p errorē iuris vt qꝛ credebat valere teſtamētum ſine iuris ſolēnitatib⁹ que omiſſe vitiant vt in. l. nō fatetur. Joā. mo. ponebat in eo qui ignorat vacationē bñficij cui nō currit tempus de conceſ. pben. qꝛ diuerſitatē ſecus ſi ignorabat ſemeſtre tpus currere collatori ⁊ ſi pmiſit illud labi. de ſup. ne. pla. c. pe. ⁊ vlt. Dicebat etiā Jo. mo. ꝙ ignorantia error ⁊ titubatio differūt. Ignorantia eni ꝓprie eſt neſcientia qñ ſcȝ de iure vel de facto nil ſcio nec inde aliqd ſuſpicor ⁊ in nullo applico mentē meā ⁊ qñ ſic ignorans ſcire tenetur illud qđ ignorat dicitur de tali ignorans ignorabitur ⁊ iſte potius contēptor dicitur ꝗ ignorans. vnde btūs Berñ. qđ ſcire debes ⁊ non vis: non ꝑ ignorantia ſed ꝑ contēptu iudicabitur alias aūt regłr excuſat. Error aūt eſt qñ applico mentē ad id cuius veritas hȝ ɔriuȝ ⁊ ꝙ hec differant pȝ. ff. de aquir. poſ. ſi me in vacuā in pnc. Titubatio eſt qñ nō applico mentē ſed ꝓpter cōflictū rōnum dubito cui parti mētem applicē arg. j. de cōdi. indi. l. fi. ex qbus cōcludit ꝙ ois titubans ⁊ errās eſt ignorans ſed nō conuertitur. Itē huic regule cōcordat lex dicens ſcientiā nō ignorantiā volum⁹ obligari. C. de tabu. l. gnāli li. xij. pſumitur tñ ignorantia qđ dic vt. j. eo. pſumitur. ⁊ dicit Jo. mo. ꝙ ſcia ⁊ ignorātia in hac mā tendūt ad cōem hominū modū vt ſciētia nō tendat ad maximā diligentiā nec ignorantia ad ſupinā ⁊ craſſaȝ. ff. de iur. ⁊ fac. ig. l. nec ſupia ⁊. l. plurimū. ff. de edili. edic. ſi qd vēditor. de ignorantia iuris etiā diſtinguit Jo. mo. an ſit notum ⁊ frequentatū illud ius ⁊ tūc nō excuſat. C. de iur. ⁊ fac. ig. l. conſtitutiōes. aut nō eſt frequentatū vt. l. gallus. ff. de lib. ⁊ poſt. ⁊ tunc excuſat niſi tractaret de lucro captādo ⁊ ſibi iputet qꝛ potuit pitiores ɔſulē. ff. qs oꝛ. in bo. poſ. l. ij. in fi. ¶ Prima glo. ponit exempla ⁊ remittit. ſcđo ponit ⁊ expōit vnū notabile. tertio ſucceſſiue ſignat ⁊ ſoluit duo ɔria. ¶ In. j. gl. ibi. l. ij. ignorantia nō iuuat illū qui credens nō nocere hereditati matris renūciat. ⁊ ibi cum qs indebitum p ignorantiā iuris ſolutū nō repetetur ⁊ ibi. §. nō temere. ibi etiā extra ordinē punitur. ¶ In. j. gl. ibi dic vt ibi ⁊. ff. de iur. ⁊ fac. ig. l. regula Dy. plene ꝓſequitur hic hanc materiā per ſolutiōes obiectionū ⁊ poſtea diſtictionē ſubdit pleniorē quā ibi primū decidā. diſtinctionē aūt ad lrām ſcias talem eſſe. aut erratur in iure aut i facto ſi in iure aut ciuili aut naturali aut quaſi naturali ⁊ ſi ciuili aut erratur i iudicio aut extra iudiciū ſi in iudicio ſi quidē ante litē conteſtatā error excuſat ꝓbata cā erroris legitime vt. ff. de interrogatorijs ac. de etate. §. qui iuſto ⁊. §. celſus. ſi poſt litē conteſtatā ignorantia nō excuſat vt hic ⁊. d. l. fatetur ſi erratur extra iudicium aut agitur de dāno vitando aut de lucro captando. ſi de dāno vitando aut erratur in eo in quo requiritur dolus verus aut in eo in quo ſufficit dolus pſumpt⁹ vel lata culpa vel leuis ⁊ multofortius ſi leuiſſima. ⁊ ſi in eo in quo requiritur dolus verus ignorātia excuſat. ff. ad ſil. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorās ſed ſi erratur in eo caſu in quo ſufficit dolus pſumpt⁹ vel lata culpa tunc ſi quidē erat publice notū vere vel iuris pſumptione vt qꝛ a tpe publicatiōis cucurrerūt duo menſes iuris ignorantia nō excuſat vt. C. de legi. ⁊ con. l. leges ſacratiſſime de iur. ⁊ fac. ig. l. ɔſtitutiones. ff. de publi. l. vlti. §. lȝ. ad. l. cor. de fal. l. diuus claudi⁹ in pnc. ſed ſi nō erat publice notum ve vel pſumptiue ignorantia iuris excuſat vt. ff. de decre. ab oꝛ. fa. l. vlti. Si agatur de lucro captando ſi quidē cuȝ alterius iniuria vſucapiōe iuris ignorantia nō tolleratur nec excuſat ſiue potuit ſiue nō potuit peritiores cōſulere vt. ff. de iur. ⁊ fac. ig. l. iuris ignorantia de vſuc. ſi fur. ⁊. l. nunqȝ. Sȝ ſi ſine alterius iniuria ſi quidē peritiores cōſulere non potuit ignorantia tolleratur ⁊ excuſat. ſed ſi potuit pitiores cōſulere iuris ignorantia nō excuſat vt. ff. de iur. ⁊ fac. ig. l. regula. §. ſed iuris ⁊. §. ſi quis de bo. poſ. l. in bonoꝝ ⁊ quis oꝛ. in bo. poſ. ſer. l. ij. §. vlti. Fallit. ff. de aquir. hered. ſi duo ꝓpter rōnes quā. ſ. dixi. ſi erratur in iure naturali ignoratia nō excuſat vt. ff. de adul. l. ſi adulteriū. §. ſtuprū. ſi erratur in quaſi nāli ignorantia iuris nō excuſat vt. C. de in ius voc. l. ij. ſi erratur in facto aut ꝓprio aut alieno. ſi alieno aut erat publice notum aut nō erat pubice notū: ſi erat publice notum ignorantia non excuſat vt. ff. de inſti. ſed ⁊ ſi pupillus. §. ꝓſcribere. ſi nō erat publice notum ignorantia excuſat vt. ff. ꝓ ſocio. l. ſi. ⁊ ꝓximo. c. cū quis. ſi in facto ꝓprio aut certat de dāno vitādo aut de lucro captando ſi de lucro captando error nō tolleratur in ꝓprio facto. ſi de dāno aut cum alterius iniuria ⁊ tunc error in ꝓprio facto nō tolleratur vt. ff. ad velle. l. qꝫ aut ſine alterius iniuria ⁊ tunc error in facto ꝓprio excuſat ⁊ tolleratur. ff. de condi. indeb. l. ſed ⁊ ſi me putem in pncip. ⁊ §. cum inter de actio. emp. ⁊ vend. ſi liberū ⁊ ita oportet intelligi qđ no. ff. de leg. j. l. ſi res obligata Dy. ⁊ in fi. Item ꝯ ff. de fideiuſ. l. iij. vide qđ ibi no. in glo. fi.

b **Ex regula** in pma ſui parte facit ad qōnem poſitaȝ in regula cū quis in ius. ſcđa vo ps facit ad qōneȝ quā diſputaui an impetrans bñficiū de vacatura: quā expectat vł reſeruatiōe que ꝑ eo pendet teneatur facere mentionē ita ꝙ aliter impetratio nō valeat: pcedit aūt qđ in eo qui ſciebat ſe tale ius habere alias facti ignorantia excuſaret illum. ſ. e. lib. de reſcrip. gratia. ¶ Ad vtranqȝ partē inducā quinqȝ rōnes. vnam opinionē ⁊ vnam equitatē demū ſoluā ⁊ ɔrijs reſpondebo. ¶ Quod aūt nō teneatur ſic ꝓbabo lȝ ipetrās de bñficio ꝗtumcūqȝ modico quod hȝ teneatur facere mentionem de reſcrip. ſi ꝓponēte de pben. ſi motu ꝓprio li. eod. nō tñ de illo qđ nondū habȝ qꝛ longe min⁹ eſt actionē hēre ꝗ rem. ff. de reg. iur. l. minus. ſed expectans vacaturā reſeruatam eſt hmōi ergo ⁊c. ¶ Scđo facit de reſcrip. poſtulaſti dum ibi dicitur ꝙ de ꝑpetua vicaria tenetur facere mentionē quaſi a ɔrio non de tpali multominus qui ſpē tantū habet. ¶ Tertio facit. ff. qui ſatiſda. cog. l. ſciendū. §. diuerſa. vbi habens tm̄ actionē ad rem imobilē ſatiſdatiōe oneratur ſȝ eā poſſidens releuatur ab onere ſatiſdandi ad quod facit. ff. de pecul. peculiū. §. ſi ere ⁊ inſti. de leg. §. ſi reȝ. facit de re iudi. cū aliquib⁹ vbi in executione ſnīe nō ſufficit pignora dare niſi corpalis poſſeſſio tribuatur ex quo patȝ ꝙ minus eſt hēre ius ad vacaturā vel reſeruatam ꝗ tenere vacantē. ¶ Quarto certū eſt ꝙ perire poterat reſeruatio de offi. leg. pſenti. multa eni accidere poterant ꝙ expectatā vel reſeruatā minime haberet vt inſti. de rerū di. §. illud queſitū eſt in fi. qūo ergo bñficiatū eum dicem⁹ cū beneficia ſint perpetua. lv. diſ. pcepta hoc eod. ti. actus. nōne ſepe expectantē prius ꝗ obtineat expirare videmus. abſurdū eſt ergo dicere expectantem bñficiū obtinere ergo de expectato cū ipſum nō habeat nō faciat mentionē. C. de vſufru. ambiguitatē. nōne ſtatuliber medio tpe opatur vt ſeruus. ff. de ſta. lib. l. ſtatuliberū a ſimili expectans vt non bñficiatus medio tempe cenſeatur.

¶ Quinto optime facit de offi. leg. c. vlti. li. eo. vbi di ꝙ tenetur facere mentionē de bñficio qđ obtinet ex quo notatur factum nō ius vt ꝓbatur de pben. de multa. xxi. q. ij. ſi quis iam trāſlatus. facit etiam de pben. ſi tibi conceſſo. ¶ Sexto ꝓ hac parte facit qđ no. Inno. de reſcript. in nr̄a. dicens ꝙ credat valere litteras dūmodo impetrās velit renūciare vacature per decre. de reſcript. ſup litteris. ⁊ licet videatur notaſſe ɔriuȝ eo. ti. poſtulaſti. defenditur tamen ɔrietas vt dixi in p. decre. in nr̄a. ſup verbo moleſtari. Item ſaltē ꝑ pdicta iura fateatur ꝙ ꝓbabiliter potuit ipetrās credere ſe ad hoc nō teneri ⁊ ſic nō dolo ſȝ ſimplicitate tacuiſſe videatur ⁊ ſic valeāt

littere p decre.ſup lris de reſcrip.facit.ſ.eo.li.de reſcri.gra In ɔ̃rium facit.ff.eo.ti.q actioné ⁊ videt expꝛſſuʒ de reſcrip. in nra ⁊ cum lre ad bñficia ſint odioſe ⁊ reſtringende de p ben.quis li.eo.nil dʒ in eis taceri qd mouere poſſet pncipé ad gratiá denegandá foꝛte eni ſi ſciuiſſet primá grãm pceſ ſiſſe ad ſcdam minime pſiliſſʒ.vitiet ergo ex hac taciturnita te gratia ad hoc optime de ſi.pſby.c.ij.eo.lib.bñ facit de re ſcrip.abbaté ad hoc facit inſti.de leg.§.nó ſolum ibi foꝛſan eni ſi ſciuiſſet alienã nó negaſſet facit.ff.de vſufruc.l.arboꝛi bus.§.vlt.vbi nullũ fructũ recipiens nihilominꝰ fructuariꝰ reputat a ſimili expectans bñficiũ habere dicat lʒ nullũ fru ctum recipiat de pbenda.facit de reſcrip.gra ⁊.c.ſi tibi eo. lib.vbi de bñficio collato nondũ tñ acceptato tenet facere quis mentioné a ſiti hic de illo iure qd hʒ nam ex titu.nó ex pceptione pventuũ dicit quis canonicus de pben.dilecto ſatis facit eo.titu.dilectus filius p qd capitulũ talis recipit quotidianas diſtributiones ⁊ ita parté bñficij.ergo de illa dʒ facere mentioné.ff.de rei vendi.que de tota.nam de quo cũqꝫ minimo bñficio tenet facere etiá mentioné vt in.d.c.ſi motu eo.lib.item ex ſola ſpe dicit quis vſurariꝰ de vſur.con ſuluit ⁊ ſimoniacbus.xvj.q.vij.p laicos.a ſimili iſte ex ſpe dicat pbendatus facit.ff.de ſer.vr.pꝛe.l.ſi ſeruitꝰ vbi pactũ ne luminibꝰ officiat etiá de futuris luminibꝰ intelligit a ſiti hoc de futuro bñficio vt de eo mentioné facere teneatur de ſent.excó.religioſo.eo.lib.vbi in pbatióe exiſtens religio ſus cenſet nóne videret abſurdũ qꝫ habens bñficiuʒ vigin ti ſolidoꝝ teneret de illo facere mentioné ⁊ expectás bene ficium mille marcarũ ad hoc minime teneret.hanc parté vi det fouere cópoſ.in pꝛe.decre.in nra.dicens qꝫ nó eſt veriſi mile qꝫ ita papa p eo ſcriberet cui alia gratiá fecerat ſic p eo cui nunqꝫ fecit. ¶ Sol. puto p iura vltimo inducta pci pue p decre.in nra de reſcrip.⁊ de pben.quis libꝛ.eo.tales lras nó valere.⁊ facit qd dicam poſt archi.de pbend.ſi tibi abſenti.j.rñ.in ſi.in glo.tʒ hoc.ad ɔ̃ria reſpóde p id qꝫ dixi in pnc.huiꝰ partis ⁊ per ea que ſcripſi de reſcrip.poſtulaſti ſup verſi.vicaria.lʒ eni minꝰ ſit tñ aliquid eſt ⁊ illud eſt ex pꝛimendũ ⁊ ſic ſeruat curia ⁊ ideo plus nó inſto. ¶ Ad vl timo allegata rñde per hanc regulá qꝛ lʒ ipetranté excuſet ignoꝛantia facti vt in.c.gratia nó tñ excuſat ignoꝛãtia iuris vt hic nec valeret reſcriptũ nó faciens mentioné de vicaria ppetua vel de modico bñficio vel de coloꝛata poſſeſſióe lʒ ipetrans crederet nó teneri ad illa expꝛiméda pdictoꝝ ex empla patét de reſcrip.poſtulaſti de cóceſ.pben.cũ noſtris ſ.eod.lib.de pben.ſi motu pprio. Item decr.ſup lris vult ſimplicitaté nó pdeſſe quãdo ex taciti expꝛſſione papa veri ſiſiter ad negandũ moueri potuiſſet vt pdixi.

i **Mputari.** xlj.ad hanc regulaʒ cócoꝛdat regula cóſtat.ſ.eo.titu.Scias etiá qꝫ Dy.hic ad ſolutioné ɔ̃rij de.l.qbus diebꝰ.ff.de condi.⁊ de.⁊ ſimiliũ diſtinguit qꝫ aut iplendus eſt modus aut códitio.⁊ ſi ɔditio: aut ptãti ua aut cauſalis aut mixta.⁊ ſi poteſtatiua aut pendebat ex facto meo tm aut meo ⁊ alteriꝰ ⁊c.ſic pleniꝰ pſequit id qd no.ff.de ɔdi.⁊ de.ſup Rica.dicit át qd regula pprie pcedit in ɔditióe poteſtatiua que pendebat ex facto legatarij tm vel heredis ſcripti vel alteriꝰ cui fuerat aſcripta ná ſi impe diat eam iplere p caſum nihilominꝰ debet relictum qꝛ non ſtat per eũ quo minus faciat qd debebat.ff.de códi.inſtit.q ſub conditióe.§.quotiés. Item in illa que pendet ex facto illiꝰ cui aſcribit ⁊ alterius ipediat per illũ ex cuiꝰ facto pen debat ſed ſi impediat p caſum in ſua vel alteriꝰ pſona cótin genté nó debet relictũ ⁊ tamen nó ſtat p eũ quo minus fa ciat qd per eũ ⁊c.ff.de códi.⁊ de.l.in teſtaméto.ij.⁊.l.titio §.ſi cũ ante ⁊ ideo meliꝰ pcedit in conditióe vere poteſta tiua ideſt que pendet ex facto illiꝰ tñ cui aſcribitur.

¶ Pꝛima gl.ponit exempla.ſcdo equiparat impoſſibili tatem a pncipio vel ex poſt facto pvenienté dicens iſtũ ad huc obligatũ cui ſubdit ɔ̃rium ⁊ remittit allegãs duas cócoꝛdãtias.tertio queritˀallegat p ⁊ ɔ̃ ſoluit rñdés ad ɔ̃ria. ¶ In pma glo.ibi.l.vlti.vide.ſ.eod.cum ſtat in.j.glo.⁊ ibi celſus ſi arbiter mandat dari kalende duo ſunt mandata.⁊ ibi.l.ij.in fin.domino nolente recipere pꝛeciũ emphiteoſis emphiteota illud aſſignatóe pmiſſa deponit ⁊ ibi ea tamen adiectio ſi dicat teſtatoꝛ lego vxoꝛi argentuʒ ⁊ veſtem que ipſius cauſa parata ſunt vnum eſt legatũ ſecus ſi dicat que qꝫ ipſius cauſa ⁊c. ¶ In glo.j.ibi lege cómiſſoꝛia.alias in cipit ſi fundus lege cómiſſoꝛia ⁊ ibi non debet vide qd dixi in pꝛe.decre.qꝛ ſup glo.ſic patet ⁊ quod dicá poſt Dy.ifra eod.quod ob gratiam.

b **Ex regula** ducitur p ⁊ contra diaconum nó pmotuʒ ad ſacerdotium infra annũ cuius caſus ſic pponebatur in ſcda queſtióe quam poſt doctoꝛatũ diſputaui:diaconꝰ pmotus ad eccleſiá parochialé qui vltimo die ſeptembꝛis q eſt feſtum beati hieronymi habuit pacificam poſſeſſionem eccleſie neglexit vſqꝫ ad quatuoꝛ tempa ſeptembꝛis ſequé tis pmoueri ad ſacerdotiũ in ſabbato quatuoꝛ tempoꝝ ip ſius menſis nullo modo potuit pmoueri querit an finito il lo menſe ⁊ per conſequés anno ſit priuatus per conſtitutio nem licet canon.ſ.eod.lib.de elect.Eadem queſtio foꝛma ri poteſt in diſpenſato ad ſepténium qui infra annum debe bat fieri ſubdiaconus per decr.cum ex eo in ſi.eod.titu.vbi de hoc ſcripſi poſt archi. ¶ Regula inducit contra eum p contrariũ qꝛ per ipſum ſtetit in quinqꝫ ſabbatis quibus po tuit oꝛdinari p ipſo inducit qꝫ non ſtetit per eum in ſexto ⁊ vltimo ſabbato quo ſibi id licebat. ¶ Et hanc partem p ſequendo inducam ſex ratiões ⁊ vnam glo.ſcdo in contra rium quattoꝛ.tertio ſoluam ⁊ cótrarijs reſpondebo.

¶ Pꝛimo ſic.certum eſt qꝫ iuſtũ impedimentũ excuſat a pena puationis vt dicitur in decre.cómiſſa.§.j.qui.§.in hoc gloſat decre.licet.ad idem.c.eod.§.poꝛro ⁊ decr.cum ex eo eod.titu.in ſi.⁊ clemen.de eta.⁊ quali.vt hi qui.§.illi vo de ſta.mo.ne in agro.§.ceterum ⁊.c.attendétes.§.ſtatuimus ⁊ quod duo iura ſcilʒ.§.j.⁊.§.illi vo.vocant iuſtum impedi métum alia tria ſcʒ.§.poꝛro ⁊ ceteꝝ ⁊ ſtatuimus.vocant ra tionabilé cauſaʒ ⁊ finis decr.cum ex eo.vocat iuſtaʒ cauſaʒ quodcũqꝫ igitur hoꝛuʒ includat caſum noſtrũ ſatis eſt dia cono qui etiá potuit habere cauſaʒ in differédo bene facit de elect.cum ex eo libro.vj.vel voluit prius adiſcere ea que ſacerdotes ſcire opoꝛtet.xxxviij.diſtin.nulli ſacerdotum ⁊ c.que ipſis ne non dignus oꝛdinaret vt ibi.⁊.j.q.j.nó eſt pu tanda in fin.⁊ ne penam incurreret de eta.⁊ quali.c.penult.

¶ Scdo ſic pbo.certum eſt qꝫ iſte nó potuit dici moꝛoſus anté ſextum ſabbatum cum dies non interpellaſſet.ff.de re bus creditis.l.quod te.⁊ eſt expꝛeſſuʒ in pꝛe.decre.cómiſſa in pꝛincipio ⁊ ex contrario ſequeret qꝫ infra annum cogere tur ad ſacerdotium.in vltimo ſabbato non fuit moꝛoſum p pter iuſtum impedimentũ quod euenit habens enim defen ſionem vel exceptioné legitimam nó poteſt dici moꝛoſus i fra eod.non eſt in moꝛa vbi vide concoꝛ.concluditur ergo hunc diaconum imunem a pena. ¶ Tertio ſic.conſtat ɔſti tutioné licet canon in hoc mébꝛo eſſe penalé cum priuet iu re iam acquiſito facit de accu.ſuper his ſed in penis beni gna ſit interpꝛetatio.ſ.eod.in penis cum ſuis cócoꝛ.⁊ exem plis pter que cum his que habentur in regula odia eod. titul.pꝛoſecutioné partis vel argumenti huius omitto.con ſtat ergo qꝫ etiam ſi caſus eſſet dubius vt vno reſpectu di catur incidiſſe ⁊ alio nó eligere debemus benigniozé parté vt nó inciderit cum melius ſit de miſericoꝛdia qꝫ de crude litate reddere rationé.xxvj.q.vij.alligent ⁊ illa ſunt imita tione digniora que ſunt excellentioꝛa pietate.ix.di.c.vlti.

¶ Quarto certum eſt qꝫ illa interpꝛetatio dicitur praua q receditur a verbis textus de deci.ad audientiá.per quaʒ pꝛobatur arguenduʒ a verbis ⁊ ibi concoꝛdantie in vltima glo.⁊ verba debent aliquid operari.ſ.eod.lib.de priuileg. ſi papa.ſed vt dixi in pꝛincipio decret.commiſſa.§.j.⁊ tres clemen.ibi allegate dicunt in ſingulari iuſto impediméto ⁊ rationabili

rationabili cá ergo eſt clarũ arguendo a ſingulari ꝙ vnum
impedimentũ ⁊ vna cá ſufficit qȯ fuit ergo ⁊c̃. q dicit ꝯriuz
vult ꝙ pluribꝰ ſabbatꝭ fuerit ipeditꝰ ⁊ ſic mutat ſenſum. ⁊
prauc iterp̃taẽ vt ṗus dixi facit ad hoc.ſ.e.li.de p̃bẽ.is cui.
¶ Quinto conſtat ꝙ in mora modici tp̃is nõ eſt piculuz.
ff.de iudi.ſi debitori ⁊ lex ipſa dicit modicũ tp̃us quattuor
menſiũ ⁊ alia ſex.C.de fideiuſ.l.ſancimus dicit ꝙ ſi fideiuſ
ſor ꝑmiſit aliquẽ preſentare vel penã dare penam euadit ſi
poſt terminũ infra ſex menſes illum p̃ſentat ſed iſte diaco-
nus de menſe decembris ceſſante impedimẽto potuerit or-
dinari ⁊ ſi poneres caſuz in ſabbato tpoꝝ quadrageſimali
tũ hoc liceret in quidena euadat ergo penã dato ꝙ illi ali
as locus eſſet. ¶ Sexto negari non poſſet quin ſi tp̃us an
nale iſti cucurriſſet ſaltẽ reſtituendus eſt ad vnuz ſabbatuz
quo fuit impeditꝰ de quo vidi qȯ ſatis no.in cle.de reſti. in
integ.ab eccleſia in vlti.gl.⁊ de hoc ⁊ ad qȯnem multuz fa
cit qȯ ſcripſi de ap.ex rõne ſup ſi.ṗme glo.ſcȯe col.v̇ſi. hoc
etiã ſm̃ Inno.⁊ vltra mediũ.v̇ſi.⁊ hoc ſit vſq3 ad ſi.vbi ple
ne tractat de anno quãti tempis negligentia noceat appel-
lanti ⁊ quãti tp̃is ipotentia ipſuz excuſet ad hanc partẽ faẽ
etiã qȯ ſcripſi de cle.nõ reſi.iter quatuor in ſi. de illo qui ex
culpa abſens ꝑpter impedimentũ ſupueniens excuſaẽ.
¶ Contra diaconũ facit negligentia ṗoris tẽpis p ꝯrium
huius regule cũ in quinq3 p̃cedẽtibus ſabbatis potuerit ⁊
debuerit ꝓmoueri. ¶ Circa qȯ aduertendũ ꝙ ante decr.
l3 canon rectores parochialiũ eccleſiarũ debebant fieri ſa-
cerdotes de elect.cũ in cũctis.§.inferiora de eta. ⁊ quali.c.
j.⁊ debebant fieri infra breue tp̃us eo.ti.p̃terea que exp̃ſſe
de parochiali eccleſia loquiẽ ⁊ ſi dicas ꝙ certa dies ſtatuta
nõ eſt .hoc placet.nã in oibus obligatȯib ꝰ in qbus dies ſta
tuta nõ eſt p̃ſenti die debeẽ.ff.eod.ti.in oibus ergo ſtatiʒ te
nebaẽ.vñ decre.ſi ꝑ paupibus de p̃ben.in ſi.ſ.eo.lib.decla
rans mẽtẽ p̃dictoꝝ iuriũ dicit talẽ ꝓmouendũ in ꝑximis
quatuor tpibus retentis ergo terminis in ṗmo ſabbato or-
dinationũ de menſe decẽbri fuit in mora ⁊ demũ in ſequẽti
bus quatuor ſabbatis aggrauata fuit mora ⁊ dilatata cul-
pa cum ergo lapſo anno nõ ſit p̃ſbyter ergo locus eſt pene
ꝑpter talem morã ⁊ negligentiã quaz ꝓbet lapſus anni.de
reſcri.ſi aũt vbi de hoc in.j.gl.⁊.c.plerũq3 in gl.ſi. ¶ Scȯo
ſic certũ eſt nõ ordiatũ puniri q2 ordiari debebat. iſta autẽ
obligatio fuit ſtatim poſt adeptã poſſeſſionẽ qȯ p3 q2 etiã
infra annũ monitꝰ ſi nõ ordineẽ ṗuari pȯt pre.§. in inferio-
ra vt no.in decre.l3 cañ.in glo.antepe.in p̃nc.recipiẽdo eñi
tale beneficiũ ſe ſtatim obligauit ad ſacerdotiũ annexum ⁊
nõ leuis eſt culpa delatũ ſibi officiuz retractare.ff. de admi.
tu.l.tutores.ſ.de offic.archidia.ea que cum cȯcor. l3 ergo
tardando eccleſiã quaſi viduã quo ad illa que ſunt ordinis
ſicut de ep̃o dicit.c.di.c.j.de tranſla.c.ij.v̇ſic.neq3 ad picu-
lũ parochianoꝝ ſine ſacramẽtis ſacerdotalibꝰ decedentiũ
eius culpã denotat ⁊ ſibi imputaẽ.xxvj.q.vj.ſi p̃ſbyter ⁊.c.
ſeq.imputeẽ ergo ſibi caſus ex quo tanta culpa p̃ceſſit de h̃
hic in gloſ.⁊ eſt hoc regulare de cȯmo.c.vni.de depoſi.c.ij.
¶ Tertio certũ eſt imputare debere illi qui ſe artauit.ſ.ȯ
elect.cuz in veteri ⁊.ff.ſi quis cau.l.ij.§.ſi qs tñ vbi iputatur
ei qui ṗus ꝓficiſcẽdo euitare potuit tempeſtatẽ vel vim flu
minis ⁊.C.de diui.tu.l.ij.vbi iputaẽ cȯtutorib ꝰ q tarde ſu-
ſpitiȯis cãm mouerũt ⁊ cȯtutor factus eſt nõ ſoluẽdo. ⁊.ff.
de dã.infec.cũ poſtulaſſet vbi ei qui de dãno infecto agere
poterat imputaẽ ſi tarde pretorẽ adiuit ⁊ edes corruerunt.
Item ꝑpter tp̃is anguſtiã refutaẽ tardus appellatiȯis fau
tor.C.de tem.ap.l.nemo in fin.imputeẽ ergo ſibi ⁊ nõ caſui
ſupuenienti dãnuz ṗuationis qȯ ſentit ex ſua culpa hoc eo.
titu.dãnum qȯ cum cȯcor. ¶ Quarto iputatur ei qui non
ṗuidit qȯ euenire poterat de homi.is qui.ſ.eod.lib.de ſer.
nõ or.c.j.⁊ ibi cȯcor.⁊.ff.loc.ſi quis domũ.§.j.dici ergo po-
terit iſti diacono qȯ noluit potuit.qȯ voluit non potuit de
offic.deleg.cũ ſup.C.de iure do.ſi genero.C.ſi quis alte. vel
ſibi.l.multũ intereſt. ¶ Sol.ſatis placet dictum archi. no
tatum vbi.ſ.in p̃n.ſ.iſtum diaconũ nõ priuatũ cum in ṗmis
ſabbatis nõ fuerit in mora intellige hoc reſpectu pene de q̃
loqmur ⁊ ſic caſus quẽ nõ preceſſit mora vł culpa nõ ipute
tur allegat.ff.ſi cer.pet.lecta.ff.de poſi.l. lutius. hoc tamen
ꝓcedit quãdo ipedimentũ ꝓueniens in vltimo ſabbato nõ
fuit ex culpa ipſius vt hic in glo.alias ſecus vt de eta. ⁊ q̃li.
c.j.ꝓcedit aũt ſolutio eo fortius qñ ex iuſta cã a p̃nc. diſtu-
lit ſacerdotiũ vt dixi in p̃nc.ṗme partis. ad ſolutionẽ bñ fa
cit.ff.qs or.in poſ.l.ij.in p̃n.vbi oẽs dies q dãtur ad bonoꝝ
poſſeſſionẽ petendã ſint ṗmi medij vł vltimi ſunt vtiles bñ
facit.ff.qui ⁊ a qui.ma.l.iulianus que dicit caſus aduẽtitioſ
cȯputandos nõ eſſe: ⁊ vide in ſuffra.de homi.c.ſi. ſup vlti.
glo.nec placet qȯ quidã dicunt tp̃us currere ⁊ eum penam
incurriſſe ſed reſtituendũ eſſe vt tangebã in vltimo argu-
mẽto ṗme partis q2 ſi dicis eum habere iuſtã cãm reſtitutȯ
nis illa eadẽ eſt cã ſufficiens ad euitandaz penã illam vt in
p̃nc.ꝓbatum eſt p tex.pluriũ iuriũ. Dico aũt ꝙ in ꝑximo
ſabbato tenebiẽ ꝓmoueri ⁊ de hoc in p̃n.glo. ¶ Ad ṗmuz
ꝯrium ⁊ ſcȯm dico ꝙ ſi cȯcedaẽ qȯ dilatio recipiẽdi ſacer-
dotium potuerit inducere culpã ⁊ morã ⁊ leſionẽ conſcien
tie nõ tñ induxit morã vel culpã quo ad penã de qua loqui
mur in qua oportet integrũ annũ cedere etiã ſi ſit certũ euz
ꝓmoueri nõ poſſe vt in decr.cȯmiſſa.j.rñ. ¶ Ad tertiuz ⁊
quartum reſpondeẽ ꝙ ille nõ diciẽ ſe artare in veniẽdo qui
iter arripuit eo tempe quo pleriq3 illiꝰ conditiȯis hoies ſo
lent ꝑuenire.ff.de verb.oblig.ꝯtinuus.§.ij.nec obligatꝰ ad
operã qui incipit eo tempe quo perfici poterat ſcȯm operã
diligẽtis edificatoris vt ea.l.§.item qui inſulã.cum ergo ve
riſimiliter ſcȯm morẽ alioꝝ ordinãdoꝝ iſte diaconus infra
tp̃us ordinari poſſet ⁊ ſic ſe poſſe ſperaret:nõ d3 dici ſe ar-
taſſe cum congruũ ⁊ ſibi ſufficiẽs tp̃us haberet ⁊ l3 quis p̃-
uidere teneaẽ interdũ qȯ pȯt accidere nõ tñ teneẽ diuinare
vt dixi poſt Hoſti.de ſer.nõ or.c.j.ſup glo.ſi.

N alternatiuis. lxx. intel
lige de al
i ternatiuis affirmatiuis.in negatiuis eñi re
quiritur ꝙ neutrũ fiat.ff.de verb.obli.ſi qs
ita in ſi.ſcȯ3 Dy.declaro q2 ſicut affirmati
ua vult alterũ fieri ita negatiua vult alteꝝ
nõ fieri ⁊ ſic neutrũ fieri ⁊ ſufficit vt dicebat Dy.due ſunt re
gule de alternatiua loquẽtes.ṗma reſpicit electionẽ cuiꝰ ſit
ſcȯa obligatiȯis effectũ.ad ṗmã alẽat.ff.de eo qȯ certo lo.
nõ vtriq3.§.qui ſtichũ.ad ſcȯam.ff.de cȯ.⁊ de.l. cũ pupillus
§.vlti.⁊ de verb.oblig.ſi ita quis ſtipuleẽ. ¶ Prima glo.
dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exempla.ſcȯo ſubdit de alterna-
tiuis ordinis.tertio ſubdit ꝯriũ ſoluit ⁊ remittit. ¶ In gl.
j.ibi ſi heredi plures .ſi plures conditiȯes coniunctiʒ adie-
cte ſubdit heredi oẽs implende ſunt ſi diſiuncti ſufficit alte
ra ⁊ ibi.§.ſi gnãliter vide.ſ.eo.cȯtra eum. ⁊ ibi mancipioꝝ
loquiẽ qñ is cui legata fuit optio ſeruoꝝ nõ elegit ifra ter-
tium datũ a p̃tore. ¶ In.j.glo.ibi mandato in ſi. ⁊ hoc eo.
tit.inſpicimꝰ vt ibi dixi ⁊ in ſi.Item cȯtra.ff.de leg.ij.l.lutio
titio.ſo.qȯ ibi no.hic Dy.no.ſ.ꝙ regula locũ h3 in ꝯtctibus
Item in legatis cum verba dirigunẽ ad heredẽ ſi v̇o ad le-
gatariũ vel ſimpliciẽ ꝓferunẽ eſt electio legatarij vt ibi tra-
ctat etiã hic ȯ orõnibus copulatiuis diſiũctiuis ⁊ ſolutis . p̃
me habent copulã ſcȯe diſiũctiuã tertie neutrũ. nã copula-
tiue requirit oia ſimul vera.nã diſiunctiue requirit alterum
tm̃ ꝯcordantie ſunt in glo.ſoluta v̇o ex mente ꝓnunciantis
ſi certa eſt aliqñ equipollet copulatiue aliquãdo diſiũctiue
.ff.de verb.ſig.alienatȯis.§.ſi.ſi ȯ mente nõ apparet accipiẽ
ꝓ copulatiua.ff.de verb.oblig.triplici.§. videamꝰ ſed text.
regule iuris ciuilis quẽ in p̃nc.ponit glo.facit cȯtra.ſ3 Dy.
dicit qȯ.§.videamus ꝯſiderauit dubiũ ſignificatiȯis ſolute
in regula illa cȯſiderauit effectũ quo in obſcuris ſequimur
minimũ.ſ.eo.in obſcuris.Soluta ergo eſt p ſe ſpẽs oratio
nis diſtincta a ꝯiunctiua ⁊ diſiũctiua ⁊ tripliciter ſignificat
ſed nõ h3 ab illis diuerſum ſignificatũ vel tertiũ effectũ ſed
aut requirit vtrũq3 vt cȯiuncta aut alteꝝ tm̃ vt diſiũcta h3
ergo orȯ ſoluta diſtinctã ⁊ ꝑpriã ſpẽm ſignificandi. ſed nõ
tertiũ diſtinctum effectũ ſignificari.

b **Uic regule** coaptaꝛ qđ quaꝫ diſpu-
taui poſt Jo. de deo. li.
j.q.xviij.quã ſic ꝓponebam queriꝛ an valeat ap
pellatio alternatiua interpoſita.ſ.ad archiepm vel papam.
¶ Inducam aũt ad negatiuã quatuoꝛ ad affirmatiuã toti
dem tertio ꝑmiſſis duabus opinionibꝰ ſoluaꝫ diſtinguendo
⁊ cõtrarijs rñdebo. Et videꝛ ꝙ nõ valeat q: in iudicialibꝰ
actibus paria ſunt nõ facere ⁊ obſcure vel alternatiue face
re ſed obſcure ꝓbans ꝓ nõ probãte habeꝛ de ꝓbatio.in ꝑ-
ſentia ergo ⁊c.facit.ff.de cõfeſ.certum ⁊ de interro.actio.de
etate.§.nihil. ¶ Scđo alternatiue ſunt in tm̃ improbante
qđ eligens alternatiue habeꝛ ꝓ nõ eligente de elect. in ele-
ctionibꝰ eod.lib.in ſtipulatiõibus idem.ſ.cũ ſeruus duoꝝ
ſtipulaꝛ illi aut illi vel ſtipulaꝛ illi decem aut illi fundũ.ff.de
ſti.ſer.l.Item ſi ſeruus in fi.cum.l.ſeq.⁊ ſñie incerte nõ va-
lent.ij.q.vj.§.diffinitiua.ff.de re iudi.in ſũma. ⁊ imputandũ
eſt illi qui nõ declarauit hoc eo. ti.ꝯ eum nec cũ alteriꝰ dam
no vagari lꝫ de reſcrip.c.vlti. ¶ Tertio ſic ꝓbatur: conſtat
ꝙ delegatus dꝫ eſſe certus de reſcri.ad hec ſicut arbiter de
arbit.inotuit ⁊ tutoꝛ.ff.de teſta.tu.tutoꝛ incertus.ſic ergo ⁊
certus dꝫ eſſe iudex ad quem appellaꝛ.ij.q.vj.§.poſt dataꝫ
⁊.c.ꝓpter.⁊.c.ab eo.⁊.§.forma vbi ſatis inuitur ꝙ ad vnuꝫ
certum ⁊ non ad plures eſt appellandũ alias nec certi apo-
ſtoli dari poſſunt nec etiã ad ſe preſentandũ congrue poſſꝫ
terminus aſſignari de quo.ſ.eod.ꝑſonas ⁊.c.cum ſit.
¶ Quarto iura probãt ꝙ vitiat incertitudo qđ alias vale
ret.ff.de teſta.tu.duo ſunt ticij. de manu.te.cũ ex pluribus ꝺ
rebus du.ſi quis.inſti.de lega.§.legati. nã etiã decretuꝫ pa
pe nõ aſtringit ſuper incerto.ſ.eod.lib.de conceſ. ꝑben.c.j.
§.ſubiunctũ in fi.⁊ cle.eod.titu.c.j.facit de elect.vt quis du
as eod.lib.⁊ q: infra decem dies nõ elegit poſtea nõ audieꝛ
ff.reꝫ ra.ha.l.bonoꝝ. ¶ Contra ꝙ valeat appellatio ar.ff.
de iudi.ſi quis intentiõe.vnde accipieꝛ qđ ſit vtilius ſibi vt
poſſet eligere ⁊ interpretari debemus vt res valeat non vt
pereat.ff.de rebus du.quotiens. ¶ Scđo induciꝛ lex ſi ita.
ff.de ꝯben.empti.vbi patet qđ admittitur alternatiua in re
vendita cuꝫ.ſ.vendo illam.aut illam rẽ:vide.ſ. eod. contra
eum poſt ꝑnc.glo.ſic ergo ⁊ in appellatiõe.nam ꝯcedendũ
eſt appellanti qđ nulli obeſt ⁊ ſibi ꝓdeſt.ff.de euic.l.in cre-
ditoꝛe. ¶ Tertio petitio incerta admittiꝛ dnm tamen cer-
tificaꝛ.ff.de rei vendi.que de tota.§.incerte ⁊ alternatiuꝰ li-
bellus admittiꝛ de in integ.reſti.conſtitutꝰ.appellatio autẽ
diciꝛ libellus.ij.q.vj.ſi quis libellos. ¶ Quarto videꝛ qđ
appellatio teneat ⁊ qđ taliter appellãs teneaꝛ adire papaꝫ
de ap.ſi duobus.ꝙ tñ debeat adire noiatum ꝑus eſt arg.de
ꝑben.mandato.de elect.c.pe.ꝟſic.vel ſi. Sol. Jo. de deo di
cit qđ refert vtrum appellet poſt ſñiam ⁊ tunc nõ tꝫ appel-
latio ſi nõ eſt recepta a iudice vel a parte q: ſi nõ ꝓbat ſen-
tentiã iniuſtã remanet.ij.q.vj.ei qui.extra de ap.ſepe. ſi aũt
recepta ſit tũc nõ eſt queſtio ſiue ante ſñiam ſiue poſt tamẽ
ante ſñiaꝫ nõ debuiſſet recipi extra de ap.vt debitus hec ſo
lutio nõ ſubintrat dubium. G. nã de ap. conſuluit.ij. tenuit
talẽ appellationẽ iudicialẽ nõ tenẽ q: apꝉi debent eſſe cer
ti ⁊ determinati.ij.q.vj.§.forma in extraiudiciali putat ꝯriũ
cum illa ſit ꝓuocatio ad cãm de ap.cum ſit. Mihi videꝛ ꝙ
talis appellatio teneat de iure ciuili cuꝫ nõ relinquat appel
latum incertũ ratio q: ad iperatorẽ nõ appellaꝛ omiſſo me
dio.ff.de ap.impatores ⁊ ita ad ꝓximuꝫ vꝛ appellaſſe ar.ff.
de ſtip.ſer.nam cũ vterqꝫ ⁊.l.ꝑcedenti.ff.de ſolu.qui res.§.
ſi ſeruus.ff.de fideiuſ.l.fideiuſſoꝛ in ꝑnc. Sed q: de iure ca-
nonico appellari põt ad papam omiſſo medio dicerẽ nõ te
nere niſi ꝓbabili dubitationis cã ductus ſit ſic alternatiue
appellare arg.ſ.eod.lib.de poſt.c.j.ff.quoꝝ le.l.j.§.q: autẽ
⁊ pone exemplũ.ſ.eo.lib.de offic.deleg.ſi is cui.vbi de hoc
in glo.no.q: ⁊ ꝑdicta vera niſi alterũ illoꝝ eligat ĩfra illud
tꝑus infra qđ poterat appellare vt ibi nõ fateoꝛ ꝙ ſpecula
toꝛ fouet ꝯrium in ſpe.de ap.§.nũc tractemꝰ verſi.ſed pone
aliquis ⁊ ꝟſic.quid ſi dicaꝛ ⁊ oino vide qđ ibi ſcripſi in ꝑnc.
⁊ in fi.⁊ de hoc per archi.ij.q.vj.§.poſt datã.⁊.§.illo. vꝫ ad
ꝯria reſpondeꝛ ꝙ loquunꝛ cũ nullus terminꝰ eſt ſtatutus ⁊
nullum diſcrimen aduerſarij verſaꝛ. Conſtat aũt ꝙ etiã ex-
traiudiciali appellationi iterponẽde ac etiã ꝓſequẽde ſta-
tutus eſt terminꝰ a iure pꝫ primũ.ſ.eo.li.de ap.cõcertationi
ſcđm in cle.eo.tit.ſicut in vtraqꝫ.igiꝛ niſi infra terminũ quo
debuit appellare certificet alterũ eligẽdo videaꝛ nõ appel
laſſe.ex ꝑdictꝭ pꝫ ꝙ ſi de archidiacono appellaꝛ ad epm vꝉ
archiepm valeat appellatio ad epiſcopũ cuꝫ ad archiepm
nõ potuerit appellari ⁊ regulariter inutile adiectũ non viti
at vtile eo.tit.vtile. ſecus ſi cõſuetudo haberet ad eũ appel
lare poſſe.ſ.eod.lib.de ap.romana.ij.rñ. Idem dico ꝺ qua
tuoꝛ ꝑncipalibꝰ patriarchis ſi vera eſſet opinio ꝙ ad ipſos
poſſet omiſſis medijs appellari ſuper quo vide qđ dixi de
ꝑuil.antiqua in fine.

i **N argumentũ.** lxxviij. Jo.mo.
dicit ponendũ
caſum p.c.ſicut de conſe.diſ.j.⁊ p.c.quãto.ſ. de
ꝯſue. Prima glo.dicit vnde ſumpta ⁊ ponit ex
empla interſerẽs ſolutionẽ ſupfluitatis.ſcđo not. ex regula
generale qđ determinat. ¶ In glo.j.ibi que ꝓpter neceſſi-
tatem recepta ſunt nõ debent in argumentũ trahi.
¶ In ꝑma glo.ibi alias nõ liceret hoc ideo q: ibi eſt ꝓhi-
bitio.dicit eni littera legis ſcđe id licere in hoc tm̃modo ca
ſu.alias vbi nõ eſſet in ꝯrium ꝓhibitio expreſſa vel que eq-
polleret expreſſe id qđ ꝓpter neceſſitatẽ conceſſuꝫ eſt ꝓpꝛ
eãdẽ vel maiorẽ neceſſitatem bene poſſet in argumentũ tra
hi. nam que ꝯueniũt in idẽtitate rõnis per conſtitutionẽ iu
ris ſeparari nõ debent vt.ff.de fonte vni.§.hoc interdictum
⁊ de iniuſto te.l.poſthu.⁊ per hunc modũ dicit concorda-
ri glo.legis ſcđe ad glo.qui ꝓpter.ff.eo.titu.cui vꝛ ꝯtraria.

b **Ec regula** ſatis ſoluit q̃nem quam
diſputauit dñs meus dñs
Marſiliꝰ qua querebat an bonus aduocatꝰ in
vtroqꝫ iure nũc monachus mõaſterij multũ ere alieno gra-
uati de mandato vel licẽtia abbatis poſtulare poſſit in vtro
qꝫ foro vt de lucro eius monaſteriũ releuetur a debitis.
¶ Ad affirmatiuã inducunꝛ qnqꝫ rõnes ⁊ due gloſ. ſcđo
ad negatiuã tres rõnes. tertio datur ſolutio ⁊ cõtrarijs re
ſpõdeꝛ. ¶ Quod ergo poſſit videꝛ q: lꝫ monachi ꝓhibeã
tur poſtulare.xvj.q.j.de preſentiũ ab hac tñ ꝓhibitiõe exci
piꝛ vtilitas monaſterij cũ imperio abbatꝭ.xvj.q.j.monachi
ij.ſ.de poſtula.c.ij.ſed in terminis q̃nis vtrũqꝫ concurrit
vtilitas monaſterij ⁊ abbatis iperiũ ergo poſtulare licebit.
¶ Scđo cum releuare monaſteriũ ab onere debitoꝝ ſit pi
um opus ⁊ appetibile vnde ꝓpter id ſicut ⁊ ꝓ redẽptione
captiuoꝝ ꝑmittunꝛ ipſiꝰ monaſterij mobilia ⁊ imobilia di-
ſtrahi.x.q.ij.hocius porrectũ ⁊ opera miſericordie cõia ſũt
⁊ neceſſeria oi ſtatui oibus officijs ⁊ oibus etatibꝰ.lxxxvj.
diſ.nõ ſatis ante finem.ergo videꝛ nõ ſolum poſſe.ſed etiaꝫ
teneri ad id.fortificaꝛ aũt hoc ꝑ decre.ſcđam ꝺ teſta.i.rñſo.
ſ.eod.lib.vbi executio vltime volũtatis q: piũ eſt opus de
legitima ſui prelati religioſo ꝑmittiꝛ. ¶ Tertio conſtat ꝙ
alias illicitũ ꝓpter neceſſitatẽ ſit licitũ de conſe.di.j. ſicut ⁊
di.v.diſcipulos.de ꝯſue.quãto de obſer.ieiu. conſiliũ.ſ. eo.
titu.qđ nõ eſt.ff.ad.l.ro.de iac.l.ij.§.cum in eadẽ.hincẽ qđ
neceſſitas excuſat a ꝑiurio de iureiur.querelã cũ ꝯcord.⁊ a
furto.ſ.de fur.ſi quis.⁊ ab homicidio vt pꝫ in cle.de homi.
ſi furioſus in fi.ergo ꝓpter neceſſitatẽ monaſterij licebit h
monacho. ¶ Quarto iduciꝛ regula hoc eo.ti.qui ſentit cũ
cõcoꝛ.cum eni monaſteriũ ſentiat onus alimentoꝝ iſtius ⁊
forte iſte aliud neſcit operari decens eſſet vt ex eius opera
cõmodũ aliqđ ꝑciperet. ¶ Quinto induciꝛ qđ vbi abbas
mandat: monachus parere teneꝛ de tempo.oꝛ.ad aures de
offic.oꝛ.quãto.nec dꝫ monachus de ſui maioris ſentẽtia iu-
dicare cuiꝰ officij eſt obedire ⁊ implere que iuſſa ſunt vt di
cit Hieronymꝰ ad ruſticũ vide in hieronymiano.⁊ eius ipe
rio ſubeſt vice dei.nec hꝫ velle.xij.q.j.nõ dicatis.ſ.eod.lib.
de elect.ſi religioſus in ꝑnci.⁊ de ſepul.c.fina.pareat ergo.
¶ Sexto ad hanc partẽ inducunꝛ que ſcripſi poſt Inno.⁊
Hoſtien.

Hoſtien.de re iud.cum.J.⁊.A.in gl.no.per hoc ver. tu vo
dicas viſq; ad fi.vbi tʒ ꝙ etiá ꝓ amico mona.pót mónachus
de abbatis licétia eſſe ꝓcurator ⁊ opinio que hʒ ꝙ ꝓ miſe
rabilibus poſtulare poſſunt quá ſcripſi.s.de poſtu.c.ij.ſup
i.glo.In ꝯriuʒ inducit̃ pre.c.de preſentiū.xvj.vbi dicuntur
monacho cópetere quies oratio ⁊ labor manuū qb⁹ cótra
rij ſunt cauſarum ſtrepitus ⁊ publica litigia cui optime có-
uenit quod nota.in clementi. de ſta.mona.ne in agro.§. qa
vo in gl.que incipit de offi.or.Secūdo qꝛ ſi ꝓhibent̃ legés
audire multo fortius in foro ciuili poſtulare.primum pʒ ne
cle.vel mona.nó magno ⁊.c.ſup ſpe.é eni eis opprobriuʒ ſi
velint videri periti ſeculariū negocioꝝ.C.de epi.⁊ cle.repe
tita ⁊ de teſt.cóſulta ⁊ hac de cá ſuadet̃ eis ꝙ pro negocijs
monaſterij ꝯſtituát ſindicū de ſindi.c.vni.¶ Tertio mul-
tum facit cañ.xv.q.ij.c.j.vbi nó ſolū monachi.ſʒ etiá clerici
ꝓ patrocinijs ſalaria exigentes ſicut vſurarū exactores de
gradari iubent̃ ſi ergo lucrū de quo querit̃ in eis illicitum
eſt nulla dubitatio ꝙ officiū ꝓ tali lucro exercere nó potue
runt ſicut nec lʒ exercere vſuras pro rediméda vita captini
de vſur.ſup eo ⁊ faciūt ibi cócordátie ꝑme glo.⁊ no. ne cle.
vel mo.ñ magno. ¶ Soluédo dixit ꝑ vltimo allegata mo
nachū de quo querit̃ poſtulare nó poſſe. Coadiuuádo di-
camus ꝙ bñ facit h̃ regula ꝑ quá pʒ ꝙ ſi cótra ꝓhibitioné
iuris aliqd ex neceſſitate cócedit̃ de illo nó lʒ arguere ad ca
ſus etiaʒ vbi vrgeret ſiṁis ró vt hic in regula que a iure. illa
eni argumétatio cóueniret his q̃ cóſonát iuri cói ibi ſcripſi
bñ probat̃ hoc dictū.s.eo.li.de regula.cóſtitutioné.i.rñ.vt
ibi no.in vl.glo.⁊ de pen.romana.de here.ſtatutū.ij. in fi.i.
rñ.reſtat ergo ꝙ cū prohibitio d̃ qua loqmur ſit generalis
⁊ héat caſum exceptū ad alios caſus exceptio extendenda
nó eſt nec eſt verū ꝙ exceptio includat caſuʒ de quo loqui
mur qḋ itelligit̃ de vtilitate directa ex cá in qua patrocina
tur puta ꝓ cóſeruáda libertate moñ. vel alijs ipſius rebus
in iudicio defendendis vel recuperádis vñ.c. monachi.ij.
xvj.q.j. nó ſimpliciter dixit monaſterij poſcat vtilitas.ſʒ di
xit expoſcat quaſi deſiderátur ⁊ directe poſcat. Cóſtat aūt
ꝙ cáe cui patrocinat̃ ꝑ lucro ad clientulū nó ad monaſte-
rium ſpectat vtilitas.⁊ facit de ꝑuil.auctoritate in fi.li.vj. ⁊
clemen.de deci.c.j.in fi.⁊ ꝑ hoc eſt reſponſuʒ ad allegata ꝑ
mo.Ad allegata ſcḋo ⁊ vltimo rñdet̃ ꝙ onera pietatis nó
fiunt ꝓ paterno lucro.ſʒ ꝓ diuina mercede. ꝯſtat aūt ꝙ mo
nachus ꝓ aliquo temporali lucro clauſtrū exire nó dʒ. xvj.
q.j.placuit.ij.in ꝑnc.⁊ monachus d̃ nūmis loqués dicédus
eſt iſtitore.q.ſi cupis qḋ allegabat̃.tertio loqtur de directa
neceſſitate qualis iſta nó eſt cuʒ etiá vltra id qḋ face poteſt
móaſteriū nó teneat̃ de ſolu.odoardus in ꝑnc.de reſti.ſpo.
oliʒ.ij.ff.de ſolu.ná is regula q̃ ſentit nó obſtat. qꝛ recipien
do illū ad profeſſioné obligauit ſe ad aliméta ⁊ multa emo
luméta licita ſucceſſionū legatorū ⁊ ſimiliū monaſteriū ſpe
rare ⁊ cóſeq poteſt.quod allegabat̃ quinto ꝓcedit qñ pre-
ceptū abbatis non eſt d̃ genere ꝓhibitoꝝ ſup quo vide qḋ
no.de tempo.or.ad aures in glo.ij.

i **Adultum** xvij.hic tractat Dy. ⁊ i
qóné reducit caſuʒ dec.
paſtoralis.s.de exce. an iudex ad dilatorias ꝓ-
ponédas poſſit ſtatuere terminū poſt qué reus
nó audiat̃ querit idé de pemptorijs de quo ibi ſcripſi ſup.
i.glo.ipe vero tʒ ꝙ cá cognita pót aſſignari poſt qué etiam
añ ſniam nó audit̃ poſt hoc querit an legitima que debet̃ fi
lio in bonis patris poſſit auferri vel minui ꝑ.l.múicipalem.
ꝙ nó poſſit facit hec regula cū concor.⁊ in aūt. de nup.§.ſi
nó ſolū.Itě cū lex municipalis ſit ius ciuile.ff. d̃ iuſti.⁊ iur.
l.ius ciuile. ꝑ qḋ iura ſanguinis dirimi nó pñt.ff.e.ti.l.iura
ergo ⁊c.Item ius agnatóis nó pót tolli ꝑ pactū.ff. de pac.
l.ius agnatóis ergo nec ꝑ ſtatutū ſi vera eſt gl.C. de decur.
ſup Rica ⁊ ꝑ eundé modū arguit̃ de.l. ſi qñ.§.illud.C. de
inoffi.te.Itě de.l. pactū ⁊.l.fi.ff.de pec.ꝑ quarū primá pro
batur nó valere pactū de illa minuéda.per ſecūdá ꝓbat̃ nó
valet̃ pactū future ſucceſſionis ergo nec ſtatutū.Itě cū ius
nature ꝑ qḋ debet̃ legitiá ſit imutabile.ff.d̃ capi.dimi.l.eos
ergo ⁊ ipſum ius cóſequédi erit imutabile.¶ Ad ꝯriuʒ in
ducit̃ qꝛ cóſtat ꝙ vnū ius ciuile tollit aliud.inſti.de iure nā
li.§.pe.ff.de legi.de qbus ⁊.l.nó eſt nouū.ſʒ quota debita fi
lio taxata eſt a iure ciuili nó iure naturali quo nil proprium
erat cū iure gétiū dominia fuerūt diſtincta.ff.de iuſti.⁊ iur.
l.ex hoc iure ergo illa taxatio per ius ciuile ideſt municipa
le tolli poterit.Item cū iure nāli ⁊ gentiū fuerit incognituʒ
ius teſtandi ⁊ ꝑ ius ciuile inductū inſti.de teſta. poſt princ.
item cuʒ ꝑ petitioné hr̃ditatis inductá iur̃ ciuili veniat̃ ad
bóa paterna.ff.d̃ peti.hędi.l.j. ⁊.iij.ergo iſta ꝑ ciuile ius in
ducta ꝑ illud tolli poterūt ⁊ ſublata petitóe que eſt mediū
perueniri nó poterit ad extremū ſicut ſublata querela per
quá ꝑuenit̃ ad hereditatis petionez ⁊ ipſa petitio ſublata
videt̃.C.de inoffi.teſta.ſancimus.§.ſꝫ ſublato iure reſtitu-
tonis qḋ ꝑuenit̃ ad reſciſſoriá ⁊ ipa reciſſoria ſublata vr̃.ff.
de ac.⁊ ob.in honorarijs.§.ſi cū reſciſſa. Idé in pignorati-
cia ſublato iure offerédi ꝑ quod ꝑuenit̃ ad illa.C.d̃ ꝑſcrip.
xxx.áno.cū notiſſimi.⁊ no.ff.de dā.infec.ſi finita.§. preterea
⁊ qḋ dicit̃ de debito iure nāe exponit̃.ſ. iure ciuili ſtatuto ꝑ
ſuadéte nāli cóiunctóe vt al's exponit̃.ff.d̃ v.ſig.ꝓnūciatio.
.§.familie ꝑ que tʒ Dy. ꝙ de iuris rigore legitima diminui
poſſit ⁊ auferri ꝑ.l.municipalé. ⁊ ſi eqtas ſuadet ꝯrium eſt
tamé in genē tradita q̃re rigor ꝑualet remittens in h̃ ad id
qḋ notaui.e.tit. poſſeſſor ꝓ hac ſolutóe bñ fac dec. Rainu
tius ad fi. ¶ Prima glo.ponit exempla.ſecūdo opponit
de q̃ttuor iurib⁹ ⁊ ſoluit diſtinguédo ⁊ exemplificádo. ter-
tio inducit ad qóné. In ꝑma glo. ibi.l.ij. dicit idé qḋ decr.
qḋ ad ꝯſultationé. ¶ In ꝑma glo. ibi cómiſſa hoc itellige
quo ad pená iuris de qua ibi loqtur hoc dico ꝓpter id qḋ
notaui eo.ti.lʒ cañ.in glo.añpenultima in ꝑnci. ⁊ ibi ad ap
pelládū.Idem hic Dy.ꝑ modū queſtóis ⁊ ibi hoieʒ aufer
re.Itě dicit Dy.vñ dicebat Jo.mo.regulá ꝓcedē vbi iuris
bñficiū ſiſtit indulto nec vltra ꝓcedit. Itě nullo extrinſec⁹
opáte dicebat eni ipſe Jo.mo.hác regulá fallere qñ duo in
dulta ꝓuident diuerſis. qꝛ tūc priuilegiū qḋ eſt potius eſt
tenédū.ff.de mino.verū.In fi.ponit caſuʒ qñ minor ꝯxit cū
filiofami.maiore: ꝑualet eni bñficiuʒ etatis ſenatuſcóſulto
minus ergo cedet in his digniori.ff.de iudi.l. ꝑ mioré .ff.de
albo ſcri.l.ij.C.de aduo.di.iud.reſtituéde in fi.s. de offi. le.
volétes de cóſe.ec.vel alta.ꝙ in dubijs.ad dec.ſup qónum
.§.ſi vo duo reſpondet. ꝙ ibi eſt qd imputari poſſet ei q̃ re
cepit ſubdelegationé ex cuius mixtura impedit̃ ꝓcedet̃ ap
pellatióe remota.Item qꝛ ibi minus dignū erat adiunctuʒ
iuri cómuni qḋ ꝑmittit appellare ideo vincit dignius quod
nó adiunctū vinceret̃ a digniori. fallit etiá regula hʒ cuʒ in
ꝯcurſu diuerſarū obligationū in eadé ꝑſona vt eſt ꝑncipa
lis ⁊ acceſſoria qꝛ punit̃ acceſſoria.ff.d̃ fideiuſ.gnāliter. Itě
fallit in caſibus qbus qs ꝑuat̃ iure ſuo ſine culpa de quib⁹
etiam remittam infra eodem ſine culpa.

b **Ec regula** facit ad qóné ſatis vtilé
diſputatá ꝑ fratré Jaco
bū que ſic ꝓponebat̃ legatus cui ſpáliter papa
cóceſſit vt auctoritate apoſtolica poſſet in q̃libʒ
monaſterio ſue legatióis vnū monachum ponere.cuidá ea
dem auctoritate cóceſſit vt reciperet̃ in certo monaſterio in
monachū ⁊ in fratré querit̃ vtrum ánus ꝓbatióis monaſte
rio reſeruet̃. ¶ Inducent̃ quattuor róneſ ad negatiuá.ſe-
cūdo totidé ad ꝯriū.tertio dabitur equa ſolutio cócordáns
ꝯria. ¶ Et ꝙ non reſeruet̃ probat̃ qꝛ legatus gerit vices
pape de offi. le.c.j.⁊.c.ꝙ tranſlationé de ꝑſūmp. mandata
⁊ maxime in ſpáliter cómiſſis vt hic pʒ de preben.hi q.ſed ſi
papa pro illo ſcripſiſſet móaſteriū nó haberet annū cū non
liceat reprobare qué papa approbat imo ſacrilegiū dꝛ indi
gnū reputare qué ꝑnceps elegit.xvij.q. iiij.§. q aūt.C.d̃ cri
mi.fa.l.ij.ergo nec habebit ſcribéte legato.cū eni papa ius
vnius tollere poſſit ⁊ alteri cócedē.ix.q.iij.cūcta ⁊.c.ꝑ ꝑnci
palé ⁊.c.nūc vo ⁊.c.cóqueſtus ꝯcedédo legato qḋ ibi mo-
nachū ponē poſſit oém ꝑtaté monaſterio abſtuliſſe vr̃ cum
nil monaſterijs reſeruauerit facit de ꝑuil. cū olim eſſemus.

¶ Secūdo ſic ꝓbaꝛ cū papa aliq̄d alicui cōcedit ſi con
ceſſio eſt ꝯ͂ ius cōe valet q̄ſi illud ius tollat qđ non ignoꝛat.
.C.de te.oiuꝫ. ſed ſi ſcribit ꝯ͂ ius alicuius particulare quod
ignoꝛare pōt nō valet cōceſſio niſi de illa fiat mentio de re
ſcrip.cōſtitutus vnde cū exceptio ꝓbatiōis ſit exceptio iu
ris quā papa nō ignoꝛat concedēdo ꝙ ponat monachū il
lā tollit etiā ſi nō expꝛimat.hec ꝓbanꝛ.ſ.eo.ꝺ li.cōſti.c.j.de
bebit ergo recipi.nec poterit ꝓuiſiōis huius effectus im
pediri niſi crimen cū infamia opponereꝛ de accu.accedens
¶ Tertio ſic cōſtat monaſteriū ſuo motu ſtatim poſſe ali
quē ad ꝓfeſſionē recipe de regul.ad apl̃icā ⁊ eod.li.eo.tit.
ꝯſtitutionē.foꝛtius hoc dꝫ legato licere q̄ ſuperioꝛ eſt.facit
de offi.le.dilectus.ſ.eo.li.de pꝛeben. ſi a ſede.obediāt ergo
monachi legato niſi oſtēdant rationabilē cām nō parēdi ꝺ
reſcrip.ſi q̄ñ.rationabiꝛ aūt oꝫ ꝙ ſit ꝺ extāti nō de futuro:ꝺ
excep.paſtoꝛalis.de elec.vt circa ⁊ c.ꝓcuratoꝛ futura eniꝫ
ſūt icerta.xxiiij.q.iij.coꝛripiaꝛ. ⁊ ꝺ incertis nō iudicat eccle
ſia.xxxij.di.erubeſcat.ergo ſi nil extās opponūt recipe illū
teneꝛ. ¶ Quarto ex cōtrario duo incōueniētia ſequereꝛ p̄
mū ꝙ ex volūtate abbatis ⁊ monachoꝝ penderet ptās le
gati . imo ⁊ pape conceſſa legato ꝯ͂ id.ſ.de poſtu.bone.ij.
ver.nec nocebat ꝑ id ergo nec ipediri dꝫ nec differri gratia
facta legato.ſ.e.li.de of.del.ſi ſup gr̃a.que etiā late iterpꝛe
tāda eſt.e.li. de p̄ben.ſi cui de do.ʼ⁊ ꝯtu.cū dilectꝰ. ⁊ vt res
valeat de.v̄.ſig.abbate.⁊ verba hēant effectū de cle.nō re
ſi.relatū cū concoꝛ.ſm̄ incōueniēs qꝛ ꝑ eūdē modū in mo
naſterijs hētibꝰ certū nūerū mōachoꝛū ſi negligūt nūerꝝ
implere ifra tp̄s ꝯcilij lateraū.inutilis eſſet ſuperioꝛis ſup
pletio ex quo ex arbitrio monachoꝝ ꝑ ꝓbatōis ānuꝫ illa
penderet ꝯ͂ id.ix.q.iij.cū ſimus in fi.⁊ vide ſi qđ in cle.ſcrip
ſi de ſup.ne.p̄la.c.vni.in gl.⁊ in talibus. cōcludiꝛ ergo ānū
ꝓbatōis monachis nō dādū.nec obſtat hec regula cū hoc
fiat auctoꝛitate pape per legatū ⁊ faciāt exempla h̄ notata
¶ In ꝯ͂rium pꝛimo inducitꝛ h̄ regula cū cōcoꝛ. cui ſtanduꝫ
vbi ꝯ͂rium nō expꝛimiꝛ vt hic not.nā vꝛ ꝙ quātūcūqꝫ papa
ſcribat ꝓ beneficiādo rōnabiles defenſiōes admittūtur ni
ſi aperte appareat ipſius ꝯ͂ria volūtas de offi.dele. ex pꝛe.
ij.de eta.⁊ quali.accepimus ergo ⁊ papa ſcribēte reſeruare
tur ānus : foꝛtius vbi ſcribit legatus ⁊ talia que p̄iudicium
alterius reſpiciūt vꝛ nō nocent illi vel illa iterpꝛetamur ſtri
cte dūmō aliq̄d cōferāt ⁊ ſꝫ ius cōe quātū fieri pōt hec pa
tent ꝑ oꝛdinē.ſ.eo.li.de reſcri.quāuis de ec. edifi.ad audiē
tiam de p̄uil.paſtoꝛalis.c.in his de reſcri.cām que de ꝯſue.
cū dilectus de offi.oꝛ.lꝫ. Item talia mādata que habēt nāꝫ
litterarū beneficialiū anbitioſa ſunt ⁊ reſtringēda.ſ.e.li.de
pꝛeben.quāuis alias dicemus ergo ꝑ tales litteras vel mā
datum ius cōe nō tolli de quo in reſcripto pape mentio fcā
nō fuit de reſcri.nōnulli de capeꝛ.mo.ex pte ⁊ ſic ānus ꝓba
tionis moñ.reſeruaꝛ. ¶ Secūdo ſic ꝓbaꝛ ex duabus obli
gatiōibus ſeruitutibus vel ipedimētis vna vel vno ſublatꝭ
remanet reliquū pꝫ p̄mum de do.⁊ ꝯtu.cū dilecti.ſm̄.ff.de
ſerui.vr.pꝛe.ſi domus tua.⁊ tertiū de vſu palij.ex tuaꝝ. ſed
in creatiōe monachi duo ꝯcurrūt electio ſpectans ad abba
tem ⁊ cōuentū vel ad alterū.ſ.eo.li.de reg.c.vlt.⁊ ius ꝓbā
di ꝑ annū vt in.c.ad apl̃icā.lꝫ ergo monaſteriū p̄uiueꝛ p̄mo
iure nō tamē ſecundo vt pꝫ ꝑ p̄dicta iura . ¶ Tertio ſic in
gratia gnāliter facta legato duo notanꝛ pꝛimū ꝙ ſubintel
ligiꝛ ſi is ꝓ quo legatus mandabit erit idoneus de p̄ſump.
dudū de reſcrip.cū adeo.Iſta vero idoneitas patere nō p̄t
niſi ꝑ ꝓbationē ergo ſm̄ qꝛ in ea non veniunt que cōcedēs
veriſimiliter nō eſſet in ſpē cōceſſurus ifra.e. in gnāli cū cō
coꝛ.ſꝫ veriſimile nō eſt ꝙ papa velit monaſterio auferre ꝓ
bationē monachi q curioſus eſt circa monaſterioꝝ q̄etem.
xviij.q.ij.quā ſit.ſꝫ ꝓbatiōe denegata foꝛte recipieꝛ litigio
ſus plenus ſcandalis ⁊ diſcoꝛdijs q ſeruoꝛū dei cōtemplati
onē ⁊ q̄etem turbabit qđ certū eſt papā nolle.cū ex eo per
mittat etiā iā receptos eijci ⁊ alibi collocari de regula.c.ſi.
de ſta.mo.ea que poſt p̄nci. bñfacit de elec.venerabilē ver.
nūq̄d enim. ¶ Quarto alle.notabꝛr dec.ſup eo.de offi. de
le.vbi ꝑ mandatū factū delegato dato ſuper qōe iuris pro
teſtandi ꝙ ad pꝛeſentationē vincentis oꝛdinet eccleſiā nō
p̄iudicaꝛ illi ad quem ſpectat inſtitutio ſic in ꝓpoſito non
p̄iudiceꝛ monaſterio cui cōpetit pꝛobatio:cōcludaꝛ ex pꝛe
dictis monaſterio cōpetere annū ꝓbationis cui rei nō obſi
ſtit mandatū legati q mandauit illū recipi ⁊ monachi reci
pient ꝓut monachi recipi debēt.ſ.cū bñficio ꝓbatiōis reci
pientis ⁊ recepti cuius ꝯ͂rium vt rep̄henſibile fieri ꝓhibeꝛ
de regula.ad apoſtolicā in p̄nc.⁊ in fi.⁊.xvij.q.j.conſaldus
vbi etiā innuiꝛ in regula beati Benedicti ⁊ conſtitutione
Gregoꝛij id eſſe ꝓhibitū qđ multū facit. Soluit ꝙ benefi
cium annalis ꝓbatiōis reſeruaꝛ monaſterio ꝑ vltimo alle
gata ñ tamē reſeruaꝛ illa volūtaria repulſio que reſeruare
tur ſi legatus nō ſcripſiſſet ad mandatū ergo legati illuꝫ re
cipient ad qđ alias nō tenereꝛ ⁊ in hoc valet gratia legati ⁊
ſi ꝓbabūt legitimā repulſiōis cām quā ꝑcipere potuerūt i
ip̄o tēpe ꝓbatiōis ipſuꝫ repellere poterūt ⁊ ſic gr̃a ſatis cō
fert ⁊ ius cōe nō lediꝛ.facit de cōſue . cum dilectus ⁊ ꝑ hūc
modum videbitur ſatiſfactum eſſe contrarijs.

# Infamibus

lxxxvij.dicit Hy. ꝺ infamia iuris ⁊
i facti de q̄bꝰ dicā ſuper glo.j.hanc regulā in
tellgicū dignitatibus pticipare nō debeāt i
fames quacūqꝫ infamia.C.de decuri.l.infa
mia ⁊.l.ne qs.de infamibus.l.infames perſone.ff. ꝺ poſtu.
l.j.§.ait ptoꝛ.ij.ff.de iudi.cū pꝛetoꝛ.§. nō aūt ad.l. iul. de vi
pꝛi.l.j.Et vt dicit nō ſolū impedit perfici. ſꝫ ēt remoueri fa
cit a dignitatibus habitis.C.de decur.l.infamia.li.x.⁊ ꝺ di
gnita.l.iudices.li.xij.poꝛte nō pateant quaſi nō aperiantur
nō detur ingreſſus ꝑ illas ſꝫ obſerētur eis.de ſanguine chꝛi
ſti diciꝛ qđ fidelibus aperuit pꝛius obſeratā ianuā paradiſi
de bap.maioꝛes ver.caute:poꝛta ſꝫ deriuatoꝛes diciꝛ a poꝛ
tando intus ⁊ ex̄.ſꝫ oliꝫ poꝛte dicebanꝛ ꝓpꝛie ciuitatū quas
olim edificare volētes in circuitu ducebāt aratrū per illud
ſic ſulco deſignātes locū muroꝛū. ſꝫ vbi debebat eſſe poꝛta
ſuſpēdebant aratrū ne terrā tangeret a q̄ poꝛtatiōe fuit di
cta poꝛta.ſꝫ hodie latius accipiꝛ vt pꝫ.ſ.eo.li.de cōſe. ec.vꝛ
alta.c.vni.in fi.habemꝰ ianuas vbi.ſ. ⁊.xxiij.q.iiij. tres pſo
nas.foꝛes.l.di.in capite.oſtia de pe.di.j.impoꝛtuna.valuas
de ſpon.cōſultationi in pꝛi.que oīa ꝓpoſito conuenirent.
¶ Pꝛima gloſ. ponit exempla remittit de infamia ⁊ dicit
hic dignitatē large ſumi. ¶ In p̄ma gl.ibi.l.vni.li.x.ibi dꝛ
ꝙ infames nō funganꝛ honoꝛibꝰ curialiū : tamē ciuiliū mu
nerū vacationē nō habēt. ¶ In gl.p̄ma ibi poꝛro infamia
Hy.dicit hic infamiā iuris irrogari ꝑ ſniaꝫ his caſibus q̄bꝰ
iure caueꝛ dānatū eſſe infamē vt in dānato furti vi bo. rap.
iniuriarū ⁊ de dolo malo ⁊ in caſibus q habenꝛ.ff. de his q
no.infa.l.j.Infamia v̄o facti opinionē ledit apud bonos ⁊
graues qđ diuerſis modis cōtingit vt ſi qs dāneꝛ actiōe de
ſcendēte ex delicto que iuris infamiā nō irroget vt in cōdi
tiōe furtiua.ff.de act.⁊ ob.l.ceſſat.iterdicto vñ vi qđ de iuꝛ
nō infamat.ff.de vi ⁊ vi.ar.l.neqꝫ.iſta grauāt opinionē.ff.ꝺ
obſeq.l.honoꝛi ⁊.l.parēs ⁊.l.lꝫ. Item ſi pater in teſtamen
to filiū increpauit vel iudex interloquēdo dixit aliquē ma
le vite.C.de infa.interlocutio ⁊.l.verbuꝫ. circa hoc vide de
oꝛ.cogni.c.ij.in fi.⁊ qđ ibi no.in vl.glo.⁊ ibi arbiter eē cum
arbitriū nō ſit dignitas cū nudā ⁊ ſimplicē cognitiōem ha
beat ⁊ nullā iuriſditionē.Ideꝫ in miniſterio ꝓcuratoꝛis qđ
nō eſt dignitas ſed onus viliſſimū.C.de decur. ſi qs ꝓcura
tionem libꝛo.x.ſm̄ Hy.

# Ac regula

b certū eſt ꝙ opponi pōt
ifamia electo ad digni
tatem hꝫ tñ opponēs illā ꝓbare de teſti. tā lr̃is
de accu.accedēs.ſꝫ oliꝫ diſputaui qōnē ſic ꝓpo
ſitam electo in p̄latū opponunꝛ defectus nāliū ⁊ etatis q̄
ritur qs pꝛobet. ¶ Quod ꝓbare teneaꝛ opponēs ꝓbabo
tribus rōibus copioſis.ſecū do totidē ⁊ talibus ꝙ electus
tertio ꝙ vterqꝫ ꝑ quattuoꝛ iura ⁊ duas gl.quarto circa pꝛi
mum articulum ponaꝫ tres opiniones circa ſecundum ſex.
demum

demum ſoluam diſtinguendo ⁊ ↄ̃ria ⁊ opi. concordando.

¶ Primū ſic oſ̄dit̄ certū eſt ꝙ opponēs aliqd in perſonam electi ſi nō probat punit̄ per decre. j. de elec. li. e. cui cōcor. in autē. de ſciſ. epi. §. ſi qs aūt ad ordinationē coll̄. ix. ⁊ quomō oꝫ epos. §. ſi qs aūt talis coll̄. j. item ſi propter illos obiectus dꝫ iurare ſe credē illos vos eē ⁊ ſe poſſe ꝓbare. e. ti. vt circa ad qd iuraret ſe credē poſſe ꝓbare ſi ꝓbādi onꝰ ſibi non icumberet: ſuperfluū eſſet iuramentū ↄ̃ iura eo. ti. c. ij. de iureiur. ⁊ ſi chriſtus. Item cle. eo. ti. ↄſtitutionē. ij. ⁊ vlt. rñ. nō ſpecificantē debito mō defectus in penā ab ipſoruꝫ ꝓbatione repellit. que aūt eſſet pena ſi ꝓbare nō debēt Ex qbꝰ cōiter ad vtrūqꝫ defectū cōcludit̄ ꝙ ex quo punit̄ opponens ſi nō ꝓbat: ſi nō iurat ſe credere poſſe probare ſi in penā a ꝓbatione repellit̄ ergo ꝓbare tenet̄. ſpāliter autē de primo defectu videt̄ caſus q ſi. ſint le. lator. vt. c. cām. i. ⁊ egparemus petenti hereditatē cū qui petit cōfirmari. ſed ſi primo opponit̄ illegitimitas ꝓpria vel parentis ex cuius pſona vult ſuccedē opponēs ꝓbat vt ibi: ſic ⁊ ꝓbet i cāu nr̄o

¶ De ſecūdo etiā ↄ̄fectu vr̄ caſus de elec. dudū. i. vbi opponēs defectū etatis ꝑpoſito ſancti Georgij ꝓbare dꝫ ita q dicit ꝓfeſſionē nō valet̄ ex etatis defectu hoc ꝓbare dꝫ. e. ti. in pſentia ⁊ de regula. ad noſtrā. p hec ergo cōia ⁊ ſpālia cōcludit̄ ad hāc partē. ¶ Secūdo p cōia ad vtrūqꝫ ꝓbat̄ etiā ſic excipiēs typum gerit actoris ⁊ hoc q̄ ad onus ꝓbādi de excep. pia de reſti. ſpo. frequēs. li. e. ff. e. l. quotiēs ⁊. l. in exceptiōibus. C. e. l. j. ff. de excep. l. j. ⁊. ij. fortius ergo opponens q videt̄ volūtarius de iud. exhibita ⁊ licꝫ negatiue opponat cū tñ negatiua ſit q̄litatis illaꝫ ꝓbare tenet̄ iuxta no. vj. q. vi. actor de elec. bone. i. ff. e. l. ij. ⁊ hoc p̄cipue in his terminis in qbꝰ negatiua reſoluit̄ in affirmatiuā de renunci. ſup h̄ de ſucceſ. ab ite. cū dilectꝰ. C. ↄ̄ codicil. nec codicillos

¶ Tertio ſpāliter ad p̄mū defectū inducit̄ ꝙ liberoruꝫ cohabitatio pſumit̄ matrimoniū potius q̄ꝫ cōcubinatu. ff. ↄ̄ ritu nup. in libere. ff. de concubi. in cōcubinatu. ⁊ in dubio qs preſumit̄ legitimus q ſi. ſint le. trāſmiſſe. ff. de reg. iur. ſemp i dubijs ⁊ proli debet̄ fauor p quē iudicat̄ legitima que non eſt q ſi. ſint le. ex tenore ⁊. c. perlatū dūmō fuerit ſeruata forma dec. vlt. de. clan. deſpō. Item cū ponimus illū electū ponimus eū in poſſeſſiōe legitimitatis alias poſtulari debuiſſet de elec. inotuit ⁊ ponimus eum in ſacris de eta. ⁊ q̄li. preterea ⁊. c. a multis. Itē ſicut filiatio ſic ⁊ eius q̄litas ꝓbatur ab allegāte pꝫ primū de ſi. preſby. michael. ſm eo. ti. c. ij. plꝰ video ꝙ infamia illegitimitatis nō trāſfert onus ꝓbandi lꝫ trāſferat onꝰ purgādi de pur. ca. accedēs mīto minꝰ exceptio que minoris eſt efficacie vt probatur de accu. accedens.

¶ Ad ↄ̃riuꝫ ſic arguit̄ petens ↄfirmationeꝫ eſt actor ⁊ id petendo aſſerit electionē canonicā ſi igitur nō probat non cōfirmabit̄ q eni petit vt talis admitti dꝫ ꝓbare ſe talē. xlij. di. quieſcamus de cle. peregri. c. j. ij. ⁊. iij. in extraua. Bonifa. iniuncte. ff. de li. ag. l. ſi. ff. qui ſat. cog. l. ſi vō. §. j. cū ergo i aſſertiōe canonice electiōis includat̄ legitimitas ⁊ etas de elec. cū in cūctis ⁊. c. nihil eſt ſi vult ↄfirmari. ꝓbet illa duo de qbus cōfirmatori cōſtare dꝫ vt ibi cōcor. ff. de trāſac. cuꝫ hi. §. ſi ꝑtor. vbi de tribus ↄſtare dꝫ in tranſactione alimētorum quo vno ꝑtermiſſo nō valet trāſactio cui ↄuenit quod ſcripſi de teſti. fraternitatis in tertia qōne etas eni illius q ſe maiorē dicit cā cognita ꝓbāda eſt. ff. de mino. de etate. ⁊ facit qđ ibi no. in p̄n. pe. glo. ⁊ in gl. vlt. circa mediū ⁊ facit eo. ti. l. minor. xxv. ānis. Iſte vō dicēdo ſe canonice electum dicit ſe legitimū ⁊ maiorē ergo ⁊c̄. cū eni hoīeſ ſoluti ⁊ minores naſcant̄ nō pſumet̄ electus natus ex cōiugibus neqꝫ maior niſi hoc ꝓbet maxime cū de iure canonico potius videatur pſumi adulteriū q̄ꝫ matrimoniū. xxx. q. v. aliter ⁊. c. noſtrates ergo iſta tranſferant onus ꝓbandi de pſcri. c. j. ⁊ no. vt ec. beneſ̄. c. vni. ff. eo. ti. l. vt circa. ¶ Secūdo arguit̄ ſic hic negat̄ factū matrimoniū inter parētes ⁊ etas ⁊ negatiua trāſferūt onus ꝓbādi ⁊ ꝓbat̄ hoc ipſo qđ non probat̄ ↄ̃rium. C. de nō nu. pecu. ſi ex cautōe ⁊. l. aſſeueratio ⁊ maxime qꝛ quo ad p̄mum poſſet eē ꝓbatio inpoſſibilis. ſ. qñ parentes nec ↄ̃xerūt nec cohabitauerūt ad inuicē nec forte noſcit vicina qs fuerit alter parentum facit qđ ſcripſi q ſi. ſint le. ꝓuenit. vide ſimile in defectu ordinis vel ꝓfeſſionis quomō enim ꝓbare poſſet electū nō eſſe ſubdiaconū vel nō expreſſe ꝓfeſſum ⁊ facit qđ no. Inno. de accu. ſup his. nec p̄t negari qn ſaltē negatio facit rē dubiā. C. q ad libe. l. iij. certificet ergo electus hoc dubiū. ad hoc eni veniūt inſtructores de elec. cupiētes. §. ad hoc li. vj. ⁊ facit. ſ̄. de poſtul. bone. ij. ver. ſi aūt illi. alias nō ↄfirmabit̄ de elec. inotuit ⁊. c. cū vintoñ. ⁊. c. nihil eſt in autē. quomō oꝫ opi. §. oꝫ ⁊. §. ſe. col. j. ſicut nec dat̄ venia etatis niſi de etate viginti ānoꝝ in mare ⁊ ꝓbitate morū ⁊ aī fiat fides. C. de his q ve. eta. l. ij. ſic ⁊ cū petit̄ carboniana bonorū poſſeſſio ꝓbari dꝫ matrimoniuꝫ i dubitatū. C. de car. edic. l. ſi. ¶ Tertio inducit̄ dec. ſi forte de elec. li. eo. vbi ſi opponit̄ euidens defectus ↄ̃ electū ſbijcitur examini ergo ipſe ꝓbat opponēti. ſ. p examē cui ſe ſubmittit ꝓbando ſe carere defectu. ſic ergo ꝓbet in hoc cāu ꝓbando legitimitatē ⁊ etatē facit ad primū q ſi. ſint le. p tuas. ad ſm de reſti. in inte. c. cōſtitutus. C. de probatōibus. l. cum te. C. de reſti. in inte. ſi cū minorē ſic q ſe excuſat ex defectu etatis illū probat. C. quādo prouo. nō eſt ne. ſi pater aptius. ij. q. vj. §. diffinitiua ver. ſi propter ex his ⁊c̄.

¶ Tertio arguit̄ qđ vterqꝫ probet p. l. cū de etate. ff. de ꝓba. facit de renūci. ſup hoc. ſ̄. de proba. ex litteris de teſt. cū tu. ⁊ qđ no. quod me. cau. c. j. in ſi. pe. glo. ⁊ de reſti. in integ. cū ex litteris in glo. ſꝫ q̄re. ¶ Ad euidētiā ſolutiōis de his defectibus tractādo diuiſim eſt ſciendū ꝙ p̄mus articulus hic fuit diſputatus p Lagonem cañ. bonoñ. ⁊ p Octauantum de florētia ⁊ circa illū notanda eſt triplex opinio quia Io. vj. q. vi. actor. Berñ. in dec. bone. guillelmus in ſpe. eo. ti. §. j. ↄ̄ſicu. reſtat tractādo de negatiua q̄litatis dicūt ꝙ negans aliquē legitimum dꝫ hoc probare. hoc idē tꝫ Archi. ↄ̄ elec. ſi forte li. eo. quo ad terminos electi de quo tractamus ⁊ ibi allegat no. p Inno. de do. ⁊ cōtu. cū olim ⁊. c. ſup his. Item ſpeculator ēt in dec. vt circa de elec. tꝫ ꝙ ex quo in iudicio petit̄ ↄfirmatio ⁊ fama eſt ꝙ electus nō ſit legitimus ipſe corā cōfirmatore q procedit ex officio probabit ſe legitimū ad hoc facit qđ ſcripſi poſt hoſt. de pſbytero nō bap. veniens in ſi. quod no. Guil. in ſpe. de ſpon. in ſi.

¶ Secūda opinio fuit Io. de aguſell̄. de ceſena quā nota. Guil. in pre. decr. vt circa. ⁊ archi. lxxviij. diſ. preſbyter ⁊ octauātus hoc tenuit in diſputatōe predicta ꝙ petēs cōfirmationē probat altera parte negāte niſi ſit in poſſeſſione filiationis legitime. C. eo. ti. neqꝫ ⁊. l. nō nudis. ff. eo. quidā. ⁊ facit ad hoc de ſen. exco. ſi iudex li. eo. ad id qđ dicit̄ excipientem probare reſpondent id verū in his que aſſerit nō in his que negat facit qđ no. in. l. in exceptiōibus. ff. eo. titu. ſ. de excep. ⁊ non numerate pecunie ⁊ nō numerate dotis.

¶ Tertia opi. fuit lagonis in queſtione p̄dicte dicentis ꝙ neutro probāte cōfirmator inquiret in loco cōuerſatiōis ⁊ ſi inueniat illum in poſſeſſione filiatiōis legitime ↄfirmabit alias nō confirmabit. formabat tamē ipe qōnē in electo ad ſimplex beneficiū. item ſciēdū ꝙ quo ad ſm articulū multiplex fuit opinio vna Io. ⁊ la. lxxviij. di. pſbyter. ꝙ agens ꝓbet etatē cui cōcor. azo. in ſum. de ꝓba. in ſi. ⁊ Hoſti. eo. tit. §. ſi. ver. viij. vbi tenēt ꝙ aſſerēs ſe maiorē vt a tutela liberetur vel vt tanquā maior admittat̄ vel qui dicit ſe minoreꝫ vt reſtituat̄ probare dꝫ ⁊ ſi tutores dicūt finitā tutelā ⁊ minor negat tutores ꝓbāt cui etiā accedit opinio dicentiū ꝙ qui petit ſe admitti vt talē probet ſe talē. Secunda fuit opinio Gui. qui cōſulit in ſpe. de actore in prin. ꝙ negatiue proponatur exceptio etatis. ſ. nego vel nō credo te maiorē ⁊ eſt ſimile quod no. de ꝓcur. c. j. hoc dicit niſi p aſpectū appareat minor qꝛ tunc ſecure ponat affirmatiue. ſcilꝫ tu eo minor. Tertia opinio ſic diſtinguit aut vnus proponit affirmatiue ⁊ alius negatiue ⁊ tūc affirmans probet aut vterqꝫ affirmatiue ⁊ tūc ꝓbet actor. aut vterqꝫ negatiue ⁊ tūc probet etiā actor. ſed glo. in pre. l. de etate vult ꝙ quādo vterqꝫ proponit negatiue preſumat̄ minor. Io. ↄ̄ deo ſimpliciter dicebat ꝙ implicita probat̄ a negante. Bonaguido dicebat obtētū vt no. archi. de reſcrip. ſi eo tpe li. eo. ꝙ is q dicit quē nō

ſdoneum propter minorem etatem illud probet opiniones
Ja. de ra. ⁊ Pe. de bel. cum procuratori opponitur defectꝰ
etatis no. Cy. in pre. l. cū te. C. de proba. ⁊ volunt ꝙ eo caſu
probet excipiēs nā dicebat Ja. ꝙ dicens probat illa que in
petitōe vel exceptiōe includunt̄ ſ; etas procuratoris nō eſt
de his. ⁊ Pe. dicebat ꝙ edictū de procur. eſt prohibitoꝛuꝫ
dicens ergo prohibitū probet in ꝑmiſſoꝛijs poſſet locū ha-
bere ꝙ probet dicēs ſe ꝑmiſſum. ¶ Circa ſolutionē haben
dam eſt ſciendū ꝙ aliud eſt electionē cōfirmare aliud caſſa
re aliud nec cōfirmare nec ceſſare prima duo patēt. tertium
vide de reſti. in inte. c. ij. in fi. ⁊ eſt ſimile qḋ dixi de reſti. in in
te. c. fi. in qōe. ij. Itē ſciendū ꝙ defectus de qbus querit̄ op
poni poſſunt vt caſſet̄ electio ⁊ excipiēdo ne cōfirmet̄. ⁊ ſ;
hec ſint diuerſa in hoc qꝛ primo caſu repellimus excōicatuꝫ
ſecūdo nō. ⁊ ſic loqtur ꝯtriū de dec. exhibita de iud. ad dec.
dilecti de excep. vt ibi ſcripſi. ſoluēdo tamē dico ꝙ vtrobi-
q; onus probādi incumbit opponēti ſiue ſit appellatū vel
nō in tantū qꝛ ſi nō probat ꝑdit inſtantiaꝫ nō caſſat̄ electio
repellit̄ opponēs ⁊ penā patit̄ dec. prime de elec. li. eo. quā
dico locū habere etiā cū ſup obiectis nō eſt appellatum ad
papā vt ſcripſi in cle. de ꝓcur. c. ij. ⁊ ſic verificet̄ prima opi.
Joā. hut. ⁊ ſequaciū circa primū articulū. ⁊ Jo. ꝺ deo ⁊ q̄s
poſt ipm̄ recitaui circa ſm̄ nec curo an affirmatiue vel nega
tiue proponat̄. abſit eni quod ꝑ ſophiſticationes verboꝛuꝫ
affirmatiuarū nā mutetur ꝯ id. C. cōia de le. l. ij. in fi. de elec.
cōmiſſa. §. poꝛro. li. eo. ⁊ facit qḋ no. ff. de qbꝰ cau. ma. in ea.
Ad id qḋ dicebat̄ ꝙ qñ; circa ṗmū defectū occurreret pu
re negatiua reſpondeo probet opinionē vicinie qñ ille ha-
betur ꝓ illegitimo ⁊ excuſabilis erit de elec. c. j. in fi. li. eo. ⁊
ſi nec id ꝓbare pōt taceat. ij. q. vij. pleriq;. ſ; ſ; ꝑpellat̄ ⁊ pu
niatur opponēs vt dictū eſt nō ꝑ hoc ſeqtur electionē cōfir
mandā quod p; de elec. ſi foꝛte. c. cupiētes ⁊ c. indemnita-
tibus. §. j. ⁊. §. ceterū facit de reſcri. oli;. Ad illā igit̄ obtinē
dam neceſſe h; electus ſe ꝓbare legitimū ⁊ hoc eſt qḋ vo-
luit Hoſtien. de do. ⁊ cōtu. olim vt ibi ſcripſi ſup v̇bo cano-
nicē probat̄ hoc de elec. ꝯgregato vbi oppoſito defectu lit
terature ad cōfirmationē obtinēdā eſt neceſſe qḋ cōſtet ele
ctum nō pati defectū ad idē eo. ti. cū iter caſi. in fi. ibi in mu
nus ⁊ c. cū nobis olim. nā vt ibi p; ⁊ eo. ti. nihil etiam nullo
opponēte de his o; ingri foꝛtius aliquo opponēte ⁊ nō ꝓ-
bante vt p; de ap. cōſtitutus facit eni oppoſitio cōfirmātē
male fidei ad inſtar denūciatōis. C. de rei ven. ſi fundū. fac.
j. q. iiij. §. notādū. ff. de peti. here. Item veniūt. §. a quo. ⁊ ſic
ſit vera ſecūda opinio Jo. ceſeñ. ⁊ ſequaciū quo ad primuꝫ
articulū ⁊ Jo. la. ⁊ ſequaciū quo ad ſm̄ neutro v̇o proban-
te ſuperioꝛ nō tenet̄ ꝯfirmare nec caſſare nec poſſet ꝑ id ali
ter appellare cū nō grauet̄ ⁊ eſt ſimile quod dixi de teſti. ex
ꝑte ſup gloſ. huiuſmodi exceptiōes. hic tamē locus eſt ter-
tie opinioni lagonis vt. ſ. ſuperioꝛ ingrat ne diu protelet̄ va
catio ⁊ ſi inueniat illū illegitimū vel minoꝛē caſſabit ſi legi-
timum vel maioꝛē cōfirmabit. ¶ Si vero de veritate nō cō
ſtat ſed de poſſeſſione opinione ⁊ fama aut ꝙ eſt legitimus
vel maioꝛ ⁊ confirmabit. aut ꝙ eſt illegittimus vel minoꝛ ⁊
purgationem indicet qua preſtita cōfirmabit. ⁊ ſi defecerit
caſſabit de pur. ca. accedens. de offi. oꝛ. ex parte.
¶ Si vero ꝑ inquiſitionē etiā de opinione vel fama ꝓ vel
ꝯ cōſtare nō pōt puto ꝙ certū terminū ſtatuet electo infra
quē ꝓbet ſe legitimū vel maioꝛē. quod ſi nō fecerit ſaltem
quo ad poſſeſſionē caſſabit electionē ne per hūc modū diu
maneat eccleſia impedita facit de ap. oblate ad finē ⁊ cle. e.
ti. quādiu. facit de reſti. ſpo. frequens li. eo. ⁊ ꝙ no. de ꝓba.
l; in prima glo. ¶ Ad id qḋ tertio allegabat̄ dico ꝙ vtro-
q; probāte locus eſt. l. cum de etate. ff. eo. ti. ⁊ no. de teſti. in
noſtra cū ſuis remiſſio. ⁊ ſit hoc caſu cautus vterq; vt ſi alte
ro per teſtes ꝓbante vult iuuari per articulos directe con-
trarios quos h; ꝓbare per teſtes illos ꝓducat ante publi-
cationē primoꝛū qꝛ poſtea nō audiret̄ etiā in cā appellatio
nis de teſti. fraternitatis apertius in clemen. eod. ti. de teſti
bus per hunc modum ſoluendi que videbantur contraria
ſunt ſoluta.

# In generali.

lxxi. v̇iſimiliter
ꝓſumptio ergo
ꝯtria facit hic ceſſare quod dicemus tātuꝫ
i valē genꝰ q̄ ad oia q̄tū ſpēs quo ad ſpā-
lia. ad qḋ allegat Dy. ff. de ad. tu. l. ſi duo
de le. iij. l. ſi choꝛus in ṗnc. de vſu ⁊ ha. l. ſi
ita. C. de quadri. preſcrip. l. ij. de preſcrip.
xxx. an. l. ſi oēs. ¶ Prima gl. ponit exempla ſecūdo eqpa
rat obſcurū ⁊ generale. tertio querit ⁊ ſoluit. quarto not. ⁊
ad qōnē arguit de qua remittit. ¶ In prima glo. ibi ꝑmiſ-
ſurus eſt vñ nō ꝯcedit ꝙ donet. ff. de don. filiuſfamilias. nec
ꝙ in fraudē debitoꝛū alienet. ff. que in frau. cre. l. ſi pater fi-
lio ſm̄ dy. ⁊ ibi reſpōdet idē Joā. mo. q etiā ponit exemplū
ꝑ. l. inter eos. ff. de re iu. cuius caſuꝫ dixi de ap. poſtoꝛalis ſu
per glo. fi. ⁊ ibi cū ſimilibus agendū. ſ. eo. li. de iureiur. c. j. ꝺ
ꝓcur. q ad agendū. ¶ Sed Jo. mo. q ſup hac regula ⁊ re
gula locupletari. ſ. eo. li. ſcripſit tm̄ in cōtextu ⁊ pſs quātū
ſup oibus alijs regulis collegit hic qnquaginta modos q̄s
ꝑ numerū diſtinguam vt allegari diuiſim poſſint qbꝰ artat̄
generalitas. ¶ Primus cū v̇iſimilitudo reſiſtit vt h ⁊ i cō
coꝛ. ¶ Secūdus vt nō cōprehēdat cōſideratōe ꝑſone cui
fit ꝯceſſio qḋ alias cōprehēderet vt in dec. ſi eo eo tpe. ⁊ in
dec. ei cui quas allegat glo. ¶ Tertius. ſ. eo. li. de reſcrip.
c. ij. vbi genus artatur ad quattuoꝛ. ¶ Quartus de reſcri.
ſedes vbi genus nō extenditur ad maioꝛa expreſſis.
¶ Quinto artat̄ ad ſolita. ff. de dā. ifec. ſi finita i ṗn. ⁊ de ꝯ
hen. emp. fiſtulas. §. fi. ¶ Sexto ad certa nō incerta vel du
bia an ſint ſub illo genere. ff. de an. le. ſeyo. §. medico.
¶ Septimo artat̄ ne doloſe fcā cōprehēdat. ff. ꝺ pac. tres
fratres. ¶ Octauo ad ſubiecta. ſ. de ſen. excō. a nobis. i. ſ.
hoc eo. li. de conſti. c. ij. ff. de bo. au. iu. poſ. cū vnus. §. j.
¶ Nono ad ṗus nominatim expreſſa. C. fami. herc. l. quo
tiens ⁊ no. ſ. de trāſac. c. j. ¶ Decimo ne cōuētio de lucrā-
da dote ꝓſit deliquēti. i. marito vxoꝛē occidenti. ff. ſo. ma. ſi
ab hoſtibus. §. j. ¶ Undecimo artat̄ ad debita. ff. de cōdi.
⁊ de. ſi procuratoꝛ. ſ. eo. li. de preben. ſi epſ. j. rñ.
¶ Duodecimo gnālis prohibitio artat̄ ad illicita. ſ. de v̇.
ſig. ſup qbuſdaꝫ de reſti. ſpo. audita. ¶ Tertiuſdecimꝰ ad
ꝓſentia artat̄ tm̄. ff. ꝺ au. ⁊ ar. le. l. ſi ita ⁊. l. medico de le. iij.
l. nomē. §. j. de dam. infec. l. dāni. §. ſi is de ver. ob. ſi ſtipula-
tus ferim illud. §. j. ff. man. ſi mandauero. §. is cuius. de ꝯtra
hen. empt. l. rutilia. ff. de le. iij. vxoꝛē. §. teſtō. niſi ſint talia q̄
ſui nā reſpiciūt futura. vt lex conſtitutio priuilegium ꝙ eſt
lex priuata. iij. di. ṗuilegia. p; primū de cōſti. c. fi. ꝓpter hoc
hic inſerit hoc an ad ligādū ꝓuinciales ſit neceſſaria publi
catio legis vel canonis in ꝓuincia ⁊ qḋ t; dicam ifra ſup da
ta ſup vlt. glo. ¶ Quartuſdecimꝰ artat̄ ad apparētia tpe
generalis conceſſionis. ff. de ꝯhen. emp. l. in lege fundi ⁊ de
aqua quo. ⁊ eſti. l. i. §. plane ſi aqua. ¶ Quituſdecimꝰ arta
tur ad id quod ṗcipue ⁊ in ſtatu potiſſimo genus ꝑticipat.
. C. de his q ve. eta. l. vl. ff. de le. ii. ſi ita quis. §. i. ⁊. l. cū pater.
§. hereditatē de ver. ob. ex ea. §. in inſulā. ſ. de ṗuil. qm̄. ſ. ti.
proxi. priuilegium no. in auten. de nup. §. ꝑ occaſionem.
¶ Sextuſdecimꝰ artat̄ ad arbitriū boni viri. ff. ꝺ. v̇. obl. cō
tinuus. §. cū ita ⁊. §. ſe. ¶ Decimoſeptimo ad veriſimilius.
ff. de ꝯdi. ⁊ de. l. que conditio. §. qbus ⁊. l. cum vir vxoꝛi.
¶ Decimooctauo ad id qḋ ꝑticipat genus ꝓprie ⁊ totali
ter. ff. de le. iij. l. hoc legatū. ſ. eodem li. de priuil. abbates.
¶ Decimonono ad cōpletū ſeu perfectū. ff. de le. iij. libꝛo-
rum. §. ꝙ ergo ⁊. l. ligni. §. i. ¶ Uigeſimo ad ciuilē moduꝫ
ꝑniciosum nō cōcedēti vel alteri. de ſerui. ſi cui. ff. de teſti. l.
i. ſ. de teſti. l;. ij. ⁊ c. ſignificauerūt. ¶ Uigeſimoprimo ad
id qḋ iure fit. ff. qñ di. le. ce. l. qḋ pupillo. ff. ꝺ ꝯdi. ⁊ demō. h
cōditio. ij. rñ. ¶ Uigeſimoſecūdo ad minoꝛa. ff. de le. iij. l.
nūmiſ. ſ. de ṗbē. c. fi. de cēſi. ex ꝑte. ¶ Uigeſimotertio nō i
cludat illa q̄ ſunt caput i genē. C. de aqueduc. l. eos. li. xj. ⁊.
ſ. eo. li. de ṗbē. quāuis. i. nec obſtat. ff. de. v̇. ſig. familia qꝛ h
eēt ṗiudiciū ibi nō ⁊ illud ne ṗnceps ſit ſine mēbꝛis nec mē
bꝛa ſine capite. ¶ Uigeſimoquarto artat̄ ad ꝑpetuū non
tꝑale tantum. ff. de fun. inſtru. queſitum. §. papinianus ⁊. §.
ſequēti

ſequēti de heredi.inſtitu.ex facto.§.ex eo.
¶ Uigeſimoquinto nō reſpicit illa de quibus ſpāliter eſt iure cautum.ff.de penis.ſanctio.de ver.ob.doli.
¶ Uigeſimoſexto artaṫ ad illa que cōmode fieri pñt.ff.de v̄.ſign.l.nepos. ¶ Uigeſimoſeptimo artaṫ ne ſe extendat ad alterius incōmoduȝ.ff.ne qd in loco publico.l.ij.§. ſi qs a principe ⁊.ẜ.de cōſue.cū oliȝ. ¶ Uigeſimooctauo ne ius cōmune ledaṫ ſi aliter pōt effectuȝ haberi.ẜ. de ꝑuil. in his ⁊.c.paſtoralis.⁊ rō redditur.ẜ.de conſue.cū dilectus.C. de ſta.⁊ ima.l.fi.de iure imu.l.j.in fi.ꝺ̄ excu.tu.l.ſȝ ⁊ milites.ij.rñ.ẜ.eo.li.de priuil.vt ap̄ice ⁊.ff.de ali.le.l.alimēta.§.baſilice ⁊ de le.iij.heres.§.j. ¶ Uigeſimonono artaṫ ne cōtineat id ꝙ incipit eē inquū.ẜ.de deci.ſuggeſtū.ff.de vul.⁊ pupil.ſub.l.ex facto.§.j. ¶ Trigeſimo artaṫ ne cōprehendat prāte ꝑuilegialiter cōceſſaȝ ar.ff.de offi.eius cui mā.eſt iur..l.i.i.rñ.⁊ de hoc daṫ exeplū quod vide.ẜ.eo.generi ſup gl.
¶ Trigeſimoprimo artaṫ vt nil videaṫ fieri in ꝑiudicium cōmiſſionis facte p quod ipa attenueṫ.ff.de dona.filiuſfa.ff.de offi.ꝓcur.ce.l.j.§.j. ¶ Trigeſimoſcd̄o ne ſpāliter ꝓhibita conp̄hēdat.C.ꝺ̄ calū.l.fallaciter.ff.ꝺ̄ ritu nup. quāquā
¶ Trigeſimotertio nō cōprehēdat caſuȝ captioſuȝ.C.de fer.l.ij.ff.de trāſac.cū aqliana. ¶ Trigeſimoquarto artaṫ acceptilatiōe.ff.de ſui.ſi cui v̄.verū.ff.ꝺ̄ op.le.l.apō aufidiū
¶ Trigeſimoquinto electiōe quā quādoqȝ neceſſe eſt fieri.ẜ.eo.li.de elec.vt quis duas de poſtu.c. vnico in fi.
¶ Trigeſimoſexto ꝓpter effectū littere q eſt ſpālis ſȝ lr̄e ſint generales.ẜ.de offic.deleg.ex pte. ¶ Trigeſimoſeptimo vt euiteṫ infinitas.ff.de verb.obli.eum qui kalendis.
¶ Trigeſimooctauo vt onus graue viteṫ arg.ff.de leg.iij.fideicōmiſſa.§. ſi quis.x. ¶ Trigeſimonono ꝑfinitōe tpis.C.de inge.ma.diffamari.ff.de op.le.l.mancipioꝝ ⁊ his caſibus gnālitas ꝓprie diciṫ perimi nō artari ſicut ſolutione.ff.de leg.j.cū incert⁹. ¶ Quadrageſimo ꝓpter loquentis ꝯſuetudinē.ff.de vſuſruc.le.l.ſempronio.§.fi.de leg.j.ſi ſeruus pluriū.§.vl. ¶ Quadrageſimop̄mo ꝓpter cōceſſiōeȝ ſpeciei de genere alteri factam.ff.de manu.vin.ſi peculiū deadimē.le.l.qui hominē de leg.iij.vxorē.§.feliciſſimo . ⁊ ē ratio ar . iſtoꝝ.qō intelligiṫ in alio ſi exprimaṫ ampli⁹ nō itelligiṫ.ff.de heredi.inſtit.l.quotiēs.§.ſi ſeruus.⁊ ſic loquiṫ.ẜ.de reſcrip.paſtoralis. ¶ Quadrageſimoſcd̄o artaṫ ne claues eccleſie vilipendanṫ de ꝑuil.vt ꝑuilegia.§.illud.
¶ Quadrageſimotertio ne gen⁹ cōprehēdat quod alter poſſidet.ẜ.de priuileg.dudū.ſi eni illud cōprehēderet poſſidens a poſſeſſione remoueret cā nō cognita qō eſſe non dȝ.ẜ.de ſymo.querelā. ¶ Quadrageſimoquarto non cōprehēdat id ſup quo lis pendet.ẜ.vt lit.pen.c.fi.de teſti.caȝ.ij.
¶ Quadrageſimoquinto ne cōprehēdat pſonā loquēteȝ nec illā que pari iure gaudet.ff.de ſena.l.j.C.de ſolu.iquiſitio.ff.de excu.tuto.l.adminiſtratores in fi. ¶ Quadrageſimoſexto artaṫ qñ genus hȝ vnum ſolū indiuiduū. qꝛ tunc perinde eſt ac ſi in ſpecie dictū eſſet.vnde filius hieronymi eſt induiduū ſi ſit ſibi vnus fili⁹ facit.ff.de liber.⁊ poſt.l.nominatiȝ ex quo cōcludit ꝙ ſicut eſſet inutilis ipetratio cum ipetrareṫ bn̄ficiū viuentj.ẜ. de cōceſ.p̄ben.c.ij.ſic eſt inutilis ſi ille ad cuius collationē impetraṫ habeat vnum ſolū ⁊ dicit ſic ſcripſiſſe clemē.iiij.in facto p̄poſiture ſancte marie de brugis ꝯ̄ impetrātē dignitatē in genere cū ibi eſſet vnica ⁊ ꝓpter p̄poſitioneȝ in que erat in lr̄is.⁊ vide ꝙ hic ponit notatū in cle.de p̄ben.c.j.in glo.de iſto.Itē talia reſcripta ambitioſa reſtrigunṫ ita ꝙ in eis appellatio dignitatis nō cōprehendat curatā.ẜ.eod.li.de p̄ben.cū in illis.etiā ſi non ſint ibi dignitates ſine cura ⁊ ſoluit ꝯ̄rium de deci.ei cui eo.ti.vt ibi dixi ſup verbo ꝙ poſſit.Item ꝓpter id nō cōprehēditur in reſcriptis electio niſi exprimaṫ vt pre.decre.cum in illis.§.j.quaſi vniuerſitatē vel pluralitatē papa gnāre non intēdit ⁊ qō ſup hoc hic dixit ibi ſcripſi ſup glo.electio.recitat etiā hic de verbo beneficia ⁊ de ipſoruȝ pluralitate qūo ſcd̄m diuerſaȝ materiā ꝯ̄riam interp̄tationē recipiūt id qō ſcripſi ſupra eod.li.de ſen.excō.ſi ciuitas ſup verbo latiorē.
¶ Quadrageſimoſeptio verbū gnāle artatur ne grāȝ adiiciat gratie de p̄ma mentiōe nō facta dicens ꝙ ſi hoc ē in caſu ſpāli ſupra eo.li.de fi.preſby.c.ij. magis hoc erit in genere p qō colligiṫ ꝙ legitimatus p diſpenſatiōeȝ nō eſt idē ac ſi nō indiguiſſet diſpenſatione ſȝ ſit ar.ꝯ̄.ff. de edil. edic.l.qō ita ⁊.l.di.ferrū.ſȝ vt dicit legitimatus nō eſt legitimus nec plene curatus.ſed quo ad qd tm̄.ſ.quo ad cōceſſuȝ ſupra de fi.preſby.c.j.⁊ faciūt hec ad ea que ſcripſi. e.ti.c.ij.ſuper v̄.veriſimile. ¶ Quadrageſimooctauo artaṫ vt cōceſſum in genere aliud ius cōcedētis non ledat ar.ff.de ſui.vr.pre.ſi domus.⁊ eſt rō qꝛ duob⁹ habitis vno cōceſſo aliō nō ledo niſi expreſſe hoc agaṫ vt.d.l.ſi domus. ¶ Quadrageſimonono artaṫ ne id qō prius ſit cōprehendat.ff.de pub.⁊ vec.l.ceſar.⁊ de cōditio.⁊ demō.l.ij. ¶ Quinquageſimo artaṫ ꝓteſtatōe.ff.de acq.here.ꝓ here.§.j.⁊ ſumpta hinc occaſione ponit hic ꝓlixū tractatū de ꝓteſtatiōe quē qꝛ vtiṫ eſt nō omittā ⁊ qꝛ potius vt dixi nomē hȝ tractatus quā gl. illū nō decidā vel decurtabo . ſȝ vt ſui laboris honorē ferat ipſius verba ad litterā ponēdā ſcriptori cōmittā.p̄mitto tm̄ quod Uin.in dec.de elec.cumana ſic dicebat .ꝙ ꝓteſtatio qñqȝ interponiṫ a ſuperiore qñqȝ a litigante qñqȝ a iudice qñqȝ a ꝯ̄bentibus qñqȝ a teſtatore ⁊ eius v̄ba hic nō proſequor que ad litterā poſuit archi.xxvij.di.c. vbi vide ſȝ Io.mo.aliter loquēs dicit videndū qd ſit proteſtatio:que ſit ꝓteſtationū diuiſio.Et notādū ꝙ iura ꝺ̄ ꝓteſtatione tractātia nomina īfraſcripta ſinonima reputāt hoc eſt idē ſignificantia.ſ.proteſtatio cōteſtatio teſtatio atteſtatio deteſtatō ꝓut accipitur ꝓ valde teſtari vel delectari ſecus ſi accipiaṫ pro execrari ⁊ abbominari ⁊ has acceptōes hȝ hoc verbuȝ deteſtari vt dicit hugutio.hec ꝓbanṫ.ff.de no.ope.nūci. de pupillo.§.ſiquis p̄tori ⁊ de admi.tu.ſcire oȝ.§. ſcire.C.de arbi.l.pe.§.ſi āt.C.de his q p me.iudi.nō ap.l.ij.⁊.ẜ. de ap.c.fi.⁊.ẜ.de elect.cumana ⁊.ff.de ver.ſig.ſi deteſtatio.ſimiliter denūciatio pro teſtatiōe accipiṫ. nā ꝙ ab aliqbus appellaṫ denūciatio.C.de reſcin.ven.ſi maior ⁊.ff.ad trebel.l. heres. alibi teſtatio di.ff.de his que in frau.cre.ait p̄tor.§.ſiqs particeps ⁊.ff.quod vi aut claȝ.l.j.§.ſȝ ⁊ ſi qs ꝯ̄ teſtationē ⁊ dicta.l.de pupillo.§.ſi qs ipſi.vbi pro eodē vtrūqȝ vocabulū poniṫ.eſt aūt ꝓteſtatio clamoſa denūciatio ad cautelam ꝓtectionis denūciātiū inuenta.⁊ ꝙ ꝓteſtatio ſit clamatio dicͭ Papias ⁊ probaṫ.ẜ.de p̄ſcri.ſanctorū . ⁊ etiā denunciatio cum teſtatiōe.ff.de v̄.ſigni. ſubſignatū.§. deteſtari ⁊.l.ſe.⁊.l.plebs.§.j.⁊ eſt teſtatio ideȝ ꝙ indiciū ſeu nota qua propalatur intentio teſtantis vt dicit papias.⁊ eſt etiaȝ ꝓteſtatio cautela ꝓtegens proteſtantes vt.ff.de admi. tu.l. qdā decedens.ibi nemo huiuſmōi cautionibus ⁊.ff.nau.ca.ſta.l.fi.§.idē ſi predixerat.nam ꝓteſtari vt ait Papias eſt denūciare manifeſte cauēda hoc eſt ad cautelam proteſtātis eteniȝ p ꝓteſtationē proteſtans cauere ſibi intendit ꝓut h̄ oīa ex diuiſione ꝓteſtationū apparebūt . ¶ Proteſtationū alia inutilis ⁊ illa eſt ſpernanda.C.de reſcin.ven. ſi maior vtputa qꝛ nō intereſt ꝓteſtantis.reddiṫ etiā in alijs cauſis inutiṫ vt ifra liquebit ⁊ not.xxvij.di.diaconus ⁊.ẜ.eo.li.de elec.vt quis.Alia expediens.⁊ hec volūtaria a doctoribus appellatur.C.de p̄ſcrip.lon.tem.emptor.⁊.C.ꝺ̄ excepti.p̄ſcriptionē.⁊.l.ſiqdē.⁊ ſitr ꝓteſtato eſt voluntaria ſi actor ꝓteſteṫ ſup ꝓbatiōe replicatōis proponende.nā ita actor poſt publicationē atteſtationum ſup exceptiōe rei habitarū pōt replicationē ꝓbare ſine aliqua proteſtatiōe p̄miſſa ſicut ⁊ reus exceptionē ſibi cōpetentē poſt fundatā intentionē actoris vt dicta.l.ſi quidē ⁊.ẜ.de cog.ſpiri.c.fi.⁊ no.ẜ.de teſti.c.de teſtibus ⁊ de ꝓba. iurauit. ⁊ facit ꝙ replicatio pōt poſt ꝓbari.ẜ.de p̄ſcrip.c.auditis.⁊ hoc eſt indubitatū vbi ꝓbatio petereṫ fieri p inſtr̄a vel p ꝯfeſſionē ar.ẜ.de fi.inſtru. cuȝ dilectus.i.rñ.⁊ no.C.de ꝓba.autē.q ſemṫ que eſt in auten.ꝺ̄ teſti.§.illud tamē ⁊ ibi no.⁊ idem ſi petereṫ fieri ꝓbatō p teſtes p iura premiſſa.ſed ꝯ̄ premiſſa no.C.de ꝓba.l.exceptionem ar.dicte auten.Sed hic eſt caſus diuerſus.ibi eni itelligiṫ qñ ille idē q teſtes ꝓduc poſt teſtificata didicita vult adhuc probationē p teſtes ſup eodē inducere quo caſu nō p̄t ⁊ eſt ratio qꝛ eſt p̄ſumptio quod vellet malignari ⁊ ſuppleṫ

ꝓbationē diminutā.ſed in propoſito ille cuius atteſtatiōes
ſunt publicate non produxit ſed aliter ſup nouo facto.ſ. ali
cuius exceptōis vel replicatōis ꝯpetētis ſup qua nōdū ſūt
teſtes ꝓducti ꝙ nō eſt inhibitum argumēto iuriū p̄dictoꝝ.
¶ Glo.tamē dicte autē.q ſemel.inuit ꝯrium ſup verbo di
dicerit ⁊ in dcō.§.illud.ſʒ dic ꝙ in.d.§.illud.h̄ non colligit᷑.
ſed inuit᷑ ibidē qð ille q teſtes ꝓduxit ⁊ teſtificata didicerit
vel qꝛ vidit ſeu qꝛ p diſputationē aduerſarij liquet teſtifica-
ta nō tenere qꝛ forte ꝓbauit teſtes ꝓductos eſſe excōicatos
non admittit᷑ ad ꝓbandū p teſtes.tūc enim actor denuo nō
admittit᷑ ad probandū p teſtes qꝛ eſt qd tūc imputandum
eſt actori q ſibi diligēter nō proſpexit ⁊ eo caſu dicta gl.eēt
itelligenda alias nō cōtinet veritatē ⁊ de h̄ no.de here.c.fi.
¶ Alia ſiqdem eſt proteſtatio neceſſaria ⁊ hec ſine p̄iudi
cio non eſt cōmittēda ⁊ hec di neceſſaria nō neceſſitate p̄ci
ſa ſʒ neceſſitate que eſt iuris ſui conſeruatiua ſic accipit᷑ ne-
ceſſitas.ff.de ſepara.l.vlt.C.ð bo.auc. iudicis poſ.l.ij. ⁊ hec
proteſtatio eſt multiplex. nā quedā eſt ad iuris proteſtātis
cōſeruationē vt ſi ego electus ſeu opponēs aſtrictus cōſti-
tutiōe cupientes.ſeu cōſtitutione ſtatuimus. nō obſeruo ip
ſas ꝯſtitutiones ius meū amitto vt per penā cōſtitutionis
cupiētes.vel ꝙ experiri in curia nō potero vt p ꝯſtitutionē
ſtatuimus dictis caſibꝰ ifra tp̄a dictaꝝ ꝯſtitutionū facere ð
beo ꝓut cōſtitutiones iniungunt vt ius meū cōſeruēʒ qð ſi
nō poſſim habeo ꝓteſtari exprimēdo genus impotentie vt
pote qꝛ ad papā non pōt haberi ingreſſus.alia eſt ad iuris
creandi aduerſario impeditionē.ff.ð no.ope.nūci. de pupil
lo.§.ſi quis ipi.C. de nō nu.pe.in ꝯtibus.§.in omi ⁊.C. de
an.ex.vt perfectius alia eſt ad dubij qð in poſterū oriri poſ
ſet remotionē.vnde qn̄cūqʒ vnū factū vno mō ſpecificatuʒ
pōt obeſſe ⁊ alio nō obeſſe vt.ff.de acqui.heredi.l.ꝓ here-
de i.ij.rn̄.ff.de reli.⁊ ſump.fu.at ſi qs.§.ſʒ iterdū ⁊.§. plenā
⁊ no.vij.q.j.pontifices.ſ.hoc li. ð homici. p̄latis ⁊ vt ſit ad
vnū dicē vbicūqʒ aliqd p̄t itelligi dupl'r vt i rn̄ſiōe fcā nar
ratōi actoris q̄ pōt fieri aio litē ꝯteſtādi ſeu aio iudicē iſtru
endi ibidē eſt neceſſaria proteſtatio. Eſt etiā aliud exēplū
.ff.de neg.geſt.nēſenius ⁊.ſ.de reg.cōſulti ⁊.ff.quorū le.l.i.
§.qꝛ aūt ⁊.ff.de concubi.in cōcubinatu.Alia eſt ad facti qð
proteſtanti poſſet eſſe preiudiciale reprobationē ſeu impu
gnationē ⁊ hec caſus plurimos cōprehendit.ſ. de teſti. pre
ſentim ⁊.C.de filijſfa.⁊ quēadmodū pater pro eis teneat᷑.l.
i.⁊.ij.li.x.⁊.ſ.de offi.dele.cū olim.i.⁊.ff.de tribu.l.j.§. ſcien-
tiam ⁊.ſ.de reſti.in inte.c.ij.de appel.cuʒ cām ⁊.C.de erro.
aduo.l.j.Alia eſt ad acquirēdū.C.de epi.au. auten. ſi libe-
ri.alia ad malā fidē conuincendā.C.de rei ven.l.ſi fundum.
alia ad penam vitandam.C.de iure emphi.l.ij. in prin.

¶ Viſo que ſit proteſtationum diuiſio videamus cui faci-
enda ſit ꝓteſtatio ſeu corā quo.in quo articulo ſic eſt diſtin
guendū.aut proteſtans nō hʒ aduerſarium in eo ſup quo ꝓ
teſtat᷑ tūc ſufficit ꝙ docere poſſit eſſe proteſtatū.ff.de reli. ⁊
ſump.fu.at ſi qs.§.pleriqʒ.aut hʒ aduerſantēʒ ⁊ hoc dupl'r
aut principalē aut nō principalē ⁊ ſupeſt neceſſe ꝙ fiat ꝓ-
teſtatio corā illo cuius factuʒ principaliter p proteſtatiōeʒ
impugnat᷑ verbi gratia iudex facit aliqd ⁊ licet ſit cōmodū
partis attamen coram ipſo eſt facienda ꝓteſtatio.ſ.de offi.
or.paſtoralis.§.fi.⁊ eſt rō qꝛ principaliter volo reſcinder̄ fa
ctum iudicis ſicut ſi appellaui ad ſuperiorē pars me nō gra
uauit ſed iudex a quo appellaui de cuius iniquitate detegē
da in iudicio appellationis agere habeo ⁊ hec eſt ratio qua
re iura volunt appellari corā iudice nō coram parte lʒ iudi
catum ſit ad cōmodū partis in auten. de ap.in prin.col.iiij.
ff.de ap.cū quidā.C.de ap.eos in fi.⁊ hoc eſt veꝝ vbi copia
pōt haberi iudicis alias ſufficit proteſtari ꝓut habetur.ſ.
de ap.ſi iuſtuſ.⁊ eſt omnino ſimile in dicto.c. paſtoraliſ ⁊.C.
de filijſfa.l.j.⁊.ij.ſed vbi pars eſt principalior coraʒ ipſa eſt
faciēda proteſtatio in auten.de tem.nō ſol.do.§. cōteſtatio
nem col.vij.⁊.C. de epi.au.l.ſi preſens.⁊ dicta.l.in ꝯtibus
Item rō cōmunis ad oia premiſſa eſt euidens qꝛ cū prote-
ſtans ꝓteſtat᷑ ad ſui cōmodū ⁊ alterius incōmodū eſſet ini
quum ꝙ pars grauaret᷑ p id qð in eius noticiaʒ nō veniſſʒ.

ff.que ſen.ſine ap.reſcin.l.j.§.Item cū ex edicto.ex quo enī
ius meū ſeruare volo ⁊ ius alterius infringere illi debeo de
nunciare.ff.de no.ope.nū. de pupillo.§. denūciationē alias
ignorantiā obligarē quod eſſe nō dʒ.C.de tab.exhi.l. gnā-
li.li.x.⁊ hec ſunt vera vbi habet᷑ copia illorum.ꝯ quos pro-
teſtationes fiunt alioqui ſeruet᷑ forma iuriū vt pfectius.pa-
ſtoralis.⁊ ſi p̄ſens.vbi tamē ꝓteſtor ad dubium remouēdū
quod oriri poſſet ex facto meo vel geſtu hoc declarare ē in
me ſolo ⁊ ſufficit ſi ꝓteſtor ⁊ exprimo mentē meā vbicunqʒ
vt.d.l.pro herede.⁊.l.at ſi qs.§.pleriqʒ. ¶ Sed querit᷑ an
ſufficiat proteſtari coraʒ ꝓcuratore vbi hēri nō poſſit copia
domini ⁊ dic ꝙ nō.ff.de peti.here.Item veniūt.§.petitā . vi
de cle.de elec.cām in prin.⁊ qð ibi no.ſʒ ſicut in citatōe ē or
do tenēdus q tradit᷑.ſ.de do.⁊ ꝯtu.cāʒ que.ff.de dam. ifec.
l.iiij.§.p̄tor.ff.ex q.ca.in poſ.ea.hoc aūt.§.j.⁊ ſicut ordo iſte
reperit᷑ in appellatōe emittēda vt eſt p̄miſſuʒ ſic dicā in pro
teſtatiōe vt fiat dn̄o ſi inueniat᷑.ff.quod vi aut clam.l. aut q
aliter.§.⁊ ſi forte.alioqn procuratori alias corā publicis ꝑ-
ſonis ſm̄ formā.l.ſi p̄ſens ⁊ iuriū predictoꝝ.Sed ꝙ nūcia
tio facta ꝓcuratori obſit dn̄o eſt ar.ff.de no.ope. nū. de pu-
pillo.§.nūciare ⁊.§.ſe.So.ibi eſt denunciatio potius facta
rei ꝙꝫ pſone.ſʒ hec p proteſtationē factam pſone impugnā
tur ⁊ ob hoc preciſior requirit᷑ denunciatio hic ꝙꝫ ibi.

¶ Sed quero habeo proteſtari ꝯ feminā vel ciuitateʒ nū
quid ſufficit proteſtari coram marito vel curatore reipubli
ce.rn̄deo ꝙ ſic.ff.qð vi aut clā aut q aliter.§.ſʒ ⁊ huiꝰ ⁊.c.ſe.

¶ Subſequēter querit᷑ quādo faciēda ſit ꝓteſtatio quo
caſu diſtinguo aut ꝓteſtor ſup facto qð eſt mihi ꝓteſtanti
oio liberū vſqʒ ad certū tp̄s ifra qð ille ꝯ quē proteſtat᷑ nō
eſt in acqrendo ex ſe ſed ſola deſidia ꝓteſtantis in tp̄e ſtatu
to negligētis ⁊ tūc oi parte dicti tp̄is eſt mihi liberū prote
ſtari vt in filia religionē intrāte.xx.q.ij. puella ⁊.C. de his q
me.iu.nō ap.l.ij.⁊.C.ð nō nu.pec.in ꝯtibꝰ.§.fi.aut ꝓteſtor
ſup facto in quo habeo certū illud tamē nō eſt liberū vt pri
us.ſʒ aduerſarius iuuat᷑ nedū ex negligentia proteſtari de-
ſinentis ſʒ facto ſuo qꝛ eſt in p̄ſcribendo vt in multis iuribꝰ
.ſ.poſitis quo caſu poſſuʒ proteſtari vſqʒ ad cōſumatam le
ſionē.xvj.q.iij.§.poteſt.vbi ifra cōſtituta tempora.ſ. p̄ſcrip
tionis caueā tamē ne me nimis artē qꝛ illud ſoluʒ tp̄s mihi
ſupererit quod remanebit a die proteſtatōis vſqʒ ad diē cō
ſummate leſionis ſi nō fuiſſem proteſtatus ar.ff. de mino.l.
vlt.aut nō eſt certū tempus a iure limitatū ifra qð proteſta
ri debeam ⁊ tūc protinus habeo proteſtari.ex quo eniʒ ſcio
ex facto ꝯ quod ꝓteſtor poſſe mihi parari preiudiciuʒ ſtati
habeo ꝓteſtari.ff.ad mace.l.filiuſfami.ſ.de offi.dele.cū oli
j.xxij.q.j.pueri ⁊.q.iiij.c. tribus ⁊ .xxxij.q.ij. mulier. ⁊ hoc
eſt verum ſiue proteſtatio interponat᷑ ad impugnationē al
terius facti vt in iuribus p̄dictis . aut ſuper facto meo vt ſi
funus patris mei certa die feci ⁊ creditores hereditarij per
hoc dicerent me imiſcuiſſe hereditati paterne ⁊ dicereʒ me
proteſtatū poſt dictam diem hec proteſtatio me nō releua-
ret cū iam forte eſſet ius aduerſarijs acqſitum. argumē.ſ.ð
teſtibus preſentiū.illa eni que habent releuare factū debēt
ineſſe in cōtinenti.argumē.C.ð donationibꝰ que ſub modo
perfecta.⁊.C.de pactis petens.⁊ intellige cōfeſtim vt.ff.ad
tertulia.l.ij.§.confeſtim. ¶ Sed quero appellaui abſente
aduerſario meo in cauſa beneficiali.⁊ fui proteſtatus de ap
pellatione huiuſmodi appellato denunciāda ⁊ cū poſſem i
fra menſem ſibi denunciare poſt denunciaui eidē an valeat
talis denunciatio. ¶ Videtur quod nō qꝛ q tenetur ad fa
ctum illud implere hʒ ifra tempus arbitrio boni viri mode
randū.ff.de verborū obligatio.cōtinuus.§.cū ita.⁊ ſi nō fe-
cerit infra dictū tempus faciendo poſtea nō facit quod ꝓ-
miſit vt a promiſſione liberet᷑.ff.de verbo. obli. ſi inſula igit᷑
iſte appellans ⁊ proteſtans ⁊ denūcians vt premittit᷑ tali ð
nunciatōe nō iuuat᷑. So.cōſtitutio ſtatuimꝰ.ſ.h̄ li.de elec.
loqtur in appellatiōe denūciata alias dicta ꝯſtitutio nō ar
taret appellantē ⁊ alios quorum intereſt ad iter arripiēdū
vt ibidem habet᷑ ⁊ eſt ratio vbi eſt citatio hominis certū eſt
ad hoc quod liget oʒ quod ſit facta.ff.ð iudi.ſi quis poſtea

ſ.de offic.

š.de offi.dele.gratū ꝛ.š.de fo.cōpe.propoſuiſti.ſic in dicta conſtitutione ſtatuimus.dꝫ ꝙ ſit talis appellatō citans denunciata.nā appellatō non citat.ſed appellatio denunciat vt dicta cōſtitutione ꝛ ita appellans nō eſt in caſu dicte cōſtitutionis niſi poſt denunciationē. ¶ Sed oppono appellans predictus vt premittitur teneť ad factuꝫ ꝛ tale factum quod ſumma ope exerceri dꝫ. ꝛ in quo dilationū materia ē amputāda.C.de tē.ap.l.ij.in prin.ꝛ.l.fi.§.illud.ꝛ preſentiū appellatio in beneficialibus celeritatē deſiderat.š. de do.ꝛ contu.finē.igiť predicta omittens appellās beneficio dicte cōſtitutionis nō gaudebit.Sed dic ꝙ hec nō inducūt preſcriptionem in dicta appellatione ſed in forma conſtitutionis predicte nō ſeruata que nō punit in preſcriptiōe appellationis ſed deuolutiōis vt in curia nō tracteť . ꝛ ideo cū actus dicte deuolutionis initiatus per appellationē compleatur ꝑ denūciationē nihil videreť actum quo ad facti deuolutionē cū aliquid ſupereſt ad agendū.argu.C.ad ſil.l.cuꝫ ſillanianum in fi.ex quo reſpondeo ad argumētū. nā.§.cuꝫ ſta loquiť in actu in ſe completo ſi factū ſequereť.ſed in propoſito eſt factū appellatiōis quo cōpleto adhuc reſtat aliud quo ad deuolutionis effectū ſicut denunciatio que perficit deuolutionis actū vnde hic nō agiť de preſcriptione appellationis interponende que infra decē dies dꝫ interponi. etiā ab actu nō iudiciali vt.š.hoc li.de ap.cōcertationi.C.ð ap.autē.hodie autē.de ap.in pn.colľ.iiij.nec iterpoſite appellationis ꝓſequēde que dꝫ proſequi infra ānū.aut ex iuſta cauſa ifra biēnium ꝛ quādoqꝫ vltra.ij.q.vj.§.tempus ꝛ .c.ſe.ꝛ.š.de ap.ex ratione:ſꝫ dūtaxat h agiť de preſcriptiōe deuolutiōis ꝛ iō ſi nō eſt ꝑſcriptū primo ſecūdo nec tertio preſcriptio cōtra deuolutionē nō currit ante appellationeꝫ deuoluentē in qua duo requirunť vnū vt exordiū vt appellatio. ꝛ aliud vt exordij ꝯplemētū vt denūciatio vt predixi ſed ſi nō ſit appellatū nec proſecutū vt primo caſu ꝛ ſcðo ꝑſcriptū ē deuolutōi qꝛ ſeqť nō ē appellatū: vť appellatio ē reducta ad effectū nō appellatōis.š.h li.de ap. romana.§. ſi vero vocať.ergo talis appellatio nō deuoluit qꝛ toto fruſtrato ꝛ ps fruſtratur.argu.ff.de ex.rei iudi.ſi quis cū totuꝫ in pn.ꝛ deſtructis primis inpoſſibile eſt aliqd aliorū remanere.arg.ff.de ex.rei iudi.egi.ex qbꝰ cōcludiť ꝙ ex quo eſt appellatū ꝛ appellatio denunciata que iam citat ꝛ auditor nō impetrať ifra tempora dicte cōſtitutiōis ſtatuimus aut ibi nō proteſtať vt eſt moris agere volens. aut ſi ſemel ꝓteſtatur vbi negligētia ꝓteſtādi impingit.vt.š. hoc li. de elec. cupiētes. negociū nō eſſꝫ deuolutū in curia tractandū.ſed eſt deuolutioni preſcriptū nō proſecutioni appellatiōis qn impetrari poſſit per audientiā pncipis. nec eſt mirū ſi leuiꝰ preſcribať dicte deuolutiōi que eſt ꝯ ius cōmune ꝗ iuri cōi quod vult negociū appellatiōis in cōſiſtorio pncipis regulariter nō tractari ꝛ res leuiter ad ſuā nāꝫ reuertiť ꝛ leuius tollunť iura ſpecialia ꝗ cōmunia.ff.de pac.l.ſi vnꝰ.§. pactꝰ autē.de nō alie.§.qꝛ vero veriſimile. vide qð no.in cle. cām de elec.in glo.qð ergo. ¶ Sed qd in eccleſijs regularibꝰ vel epiſcopalibus ꝛ ſupioribus vbi qs artať ad comparitionem ꝑſonalē.š.hoc li.de elec.cupientes.ſicut vidi ꝙ qdam monachus appellauit ꝯ electū ſui monaſterij exñs in curia ꝛ cū poſſet ifra menſem denūciare ſeptimo menſe denūciauit ꝛ ante denūciationē ꝛ appellationē electus fuit ꝯfirmatus ꝛ bñdictꝰ ita ꝙ nihil reſtabat explēdū in electo nūqd ille electus aſtringiť dicta cōſtitutiōe.vi ꝙ ſic.ar. dictorū iurium.ſꝫ dic ꝯ.ar.š.de ap.cōſtituris. ¶ Item pone caſum in ꝯdictore q leuius repelliť ꝗ cōpetitor.ff.de decur.gnāliter .§.ſpurius.Item vt eſt predictū citius ꝑſcribiť deuolutioni ꝗ appellationi ſic facilius ꝑſcribiť deuolutioni ꝑſonali ꝗ deuolutiōi ſimplr qꝛ in caſu ꝯſtitutiōis cupiētes.fortius artatur electus ꝗ ꝑ ꝯſtitutionē ſtatuimus. ꝛ ideo appellans in vno caſu artiꝰ dꝫ artari cū in vno cāu maius ſit piculuꝫ ꝛ ideo citius occurrēdū cū hmōi negociū celeritatē dſideret ꝛ dilatio in eo ſit piculoſa.ff.de carbo,edic.l.j.§.j.š.hoc lib. de elec.vbi in pn.ff.de dam.infec.l.j.ꝛ hec liquent ex mente cōſtitutionis cupiētes.artātis cōſiſť appellantē ꝛ appellatum ad veniēduꝫ ꝗ cito cōmode poterūt.ꝛ ꝑ cōſequēs ad illa per que ad hoc deueniť.ff.de iu.o.iu.l.ij.ſicut eſt denunciare appellationē.nam eſſet in poteſtate appellantis nō denūciantis cito quādo vellet aſtringere ad veniendū ad curiaꝫ perſonaliter ꝑ denūciationē ſuā appellatū. Sed dices idem incōueniens in primo caſu. So.iam dictū eſt grauior eſt ſecūdus caſus primo ꝛ durius eſt ſtatū perdere in ſecundo caſu ꝗ in primo.Sed obijcitur:cōmodū eſt appellanti quanto tardius ſibi denūciatur qꝛ expeditius eſt appellato tarde habere brigaꝫ ꝗ cito ergo appellatus de eo quod hꝫ cōmodū culpam nō pōt impingere appellanti.ff. de iur. do.cū in fundo.ff.ne qd in lo.pu.l.j.§.ideꝫ labeo vnde verſus Ut culpent alij te me laudare neceſſe eſt. So.h caſu ne dū reſpiciť principalť itereſſe appellantis ꝛ appellati vt in cōtrarijs.ꝛ ꝑ caſu.ſꝫ mens huius ꝯſtitutionis iponētis celeritatē in ꝓſecutione hoꝝ negocioꝝ dicta ꝯſtōne cupiētes.cōprehēſoꝝ magis in ſcðo caſu ꝗ in primo vt dictū eſt ꝛ ob h dicta prorogatio pati nō dꝫ.ar.ff.de carbo.edic.l.iij.§.h āt.

¶ Nunc videamus qualiter faciēda ſit ꝓteſtatio.ꝛ primo queriť an in ſcriptis ſit faciēda quo caſu diſtinguo aut ꝓteſtor ſup tali facto ſup quo agerem ſi ꝑſonā rei habereꝫ aut nō.primo caſu cū proteſtatio ſubrogeť loco libelli cōuētionalis ſicut eſt neceſſe regulariter dare libellū in ſcriptis ita proteſtationē loco libelli ſubrogatam.loco eni petitiōis ꝓteſtatio habeť.ff.ð nau.fe.l.ij.ar.d.l.vt ꝑfectius ꝛ.xvj.q.iij. §.pōt.in autē.de tē.nō ſo.do.§.cōteſtationē. ꝛ hoc caſu ꝓteſtatio hꝫ effectū interrumpende preſcriptionem vt dictis iuribus ꝛ hec tollit effectū poſſeſſorij q eſt preſcribere. alijs vero caſibus nō eſt neceſſe ꝙ fiat ꝓteſtatio in ſcriptis cū hoc nō reperiať iure cautum ꝛ ideo ſtabiť regule.C.de pac. pactū quod bona. Item proteſtatio dꝫ plene ꝯtinere factū ſup quo ſit proteſtatio ad hoc qð proteſtās de ꝓteſtatione huiuſmodi poſſit ſe iuuare verbigratia poſſum funerare patrem meū nō animo hereditatis paterne aſſequēde ꝛ etiam vt ſumptus mihi ꝯſeruē.ꝛ q ad iſta duo vult ſe iuuare plene hꝫ proteſtari.ff.de reli.ꝛ ſump.at ſi qs.§.ſi plerīqꝫ in fi.nā in nō expreſſo nō iuuabiť proteſtans . nec mirū qꝛ proteſtatio ad expreſſuꝫ itendebat ꝛ ideo in hoc proderit.ar.C.ð inge. ma.ingenuū.item proteſtatio dꝫ eſſe clara.ꝛ tpe competēti facta.ff.quod vi aut clam.qui aliter in princi.ꝛ.§.j.

¶ Nunc queriť quis ſit effectus ꝓteſtatiōis ꝛ dic qð multiplex.nam qñqꝫ hꝫ ius illeſum ꝯſeruare.qñqꝫ dubiū declarare ꝛ plerunqꝫ nexū obligatōis euitare ꝛ alios effectus vt in diuiſione neceſſariarū proteſtationū.š.euidenter colligitur hꝫ etiā ꝓteſtatio acqſitionē poſſeſſionis qñqꝫ impedire vt no.vij.q.j.pontifices.ꝛ regulariter ꝓteſtatio hꝫ effectuꝫ infringendi ꝛ reſcindēdi id ſup quo interponiť ꝓ modo ꝓteſtātis ꝛ ſic vt omnis appellatio legitima habet terminū a quo vt itereſſe ꝓ quo tuendo iterponiť alias ſi nō intereſſꝫ nō admittereť appellatio ſupra de elec.cū inter. R. ꝛ de cōceſ.preben.relatū ꝛ.ij.q.vj.nō ſolēt.ꝛ terminū ad quē.ſ.illū ad cuius reſciſſionem interponiť.ff.de ap.l.j.nec appellatio reſcindit qdlibꝫ factū ſꝫ illicite attēptatū cōtra appellationem.š.de elec.cū nobis. ſic proteſtatio que pinguius quandoqꝫ ſubuenit ꝗ appellatio.C.de filijſfami.l.j. ꝛ.ij. habere dꝫ terminū a quo.ſ.intereſſe ꝓteſtātis qð proteſtatio tueť ꝛ terminū ad quē.ſ.qð eſt oneroſuꝫ ſeu illicitū ꝛ ꝓteſtāti grauoſuꝫ impugnare remouere ſeu retractare qð vigorē conſequereť proteſtatiōe nō emiſſa.ex qbus colligiť ꝓteſtationē legitimā cōtinere duo.ſ.itereſſe proteſtātis ꝛ impugnationem iuſtā.alś proteſtatio eſt reſpuēda vt ex ſuperioribꝰ ꝓbatur.Itē ꝓteſtatio hꝫ effectū interumpende preſcriptōis vt.C.de epi.au.ſi preſes ꝛ.l.fi. qð intelligo indiſtincte qñ ꝑſcriptio ex ſola negligētia illius ꝯ quē preſcribiť ꝓcedit vt dictis.ll.ꝛ.C.ð his qui ꝑ me.iudi.nō ap.l.ij.ꝛ de nō nu.pe. in ꝯtribus.§.fi.ſꝫ vbi preſcriptio ꝓcedit ne dū ex negligentia illius ꝯ quē preſcribiť ſꝫ etiā cuꝫ hoc ex poſſeſſione illius q eſt in ꝑſcribēdo dubitari cōſueuit an proteſtatio hoc cāu interrumptat preſcriptionē dic ꝙ ſic vt in.l.vt ꝑfectius.vel dic ꝙ illa loquitur in quattuor ſpecialibus caſibus.

¶ Sed nunqd proteſtatio poſſeſſoriũ tollit vt non proſit Uerbi gratia in eo q eſt in poſſeſſiõe eligẽdi vel coeligẽdi ⁊ proteſtatio fit ↄ̄ euꝫ qȯ vox eius nõ p̄ſtet ſuffragiũ niſi ꝺ̄ cõſuetudine vel de iure voceꝫ habeat in electiõe an p̄ hmȯi proteſtationem cõmodum poſſeſſionis ſit ablatum.

¶ Et primo vr̄ ꝙ ꝓteſtatio nõ tollat effectũ poſſeſſorij qꝛ etiã lis mota ſeu pendẽs effectum poſſeſſorij nõ tollit ergo minus ſola ꝓteſtatio.ꝭ.de in inte.reſti.c.ij. ⁊ vt lite pen.c.j. ⁊.ꝭ.de iurepa.ex litteris.ar.ff.de rei ven.l.vtiqꝫ. nec petitio facta in iudicio quẽ facit reũ.xv.q.viij.c.fi. imo prius qs dꝫ cõuinci q̃ aliqd auferat̃ ab eo.C.de iure fiſci.facultas ⁊.l.fi. Sed ↄ̄.ꝭ.de elec.cumana.dicũt qdã ꝙ ꝓteſtatio ꝯmodum poſſeſſionis nõ tollit.ꝭ.de elect.in geneſi ⁊.lvj.di.ſatis. ſed dico diſtinguẽdum in hoc articulo.naꝫ aut proteſtans nitit̃ cõtra ius cõe aut ſecũdum aut preter.primo caſu proteſtatio non tollit cõmodũ poſſeſſorij ſic loqtur.c.in geneſi. vel ibi probauit ſe canonicum ille cõtra quẽ fuerat proteſtatũ. ſecũdo proteſtatio tollit cõmodum pȯſſeſſorij ⁊ ſic loquit̃ decre.cumana.ibi eniꝫ pro ꝓteſtantibus erat ius cõe.xvj.q.ſi.c.ſi.vnde ꝓbato petitorio quod erat fundatuꝫ iure cõi ꝓ proteſtantibus ⁊ probato ſolo poſſeſſorio per illos contra quos fiebat proteſtatio petitoriũ trahet ad ſe poſſeſſorium vt ipſum ſolũ nõ proſit.ꝭ.de cauſa poſſeſ. ⁊ proprie. dilectꝰ. ſi enim probaui petitorium pro me cõtra te poſſeſſorem cõſtat ꝙ poſſeſſio eſt tibi auferenda.ergo multomagis vbi tu actor ꝓbaſti de poſſeſſorio ⁊ ego reus de petitorio excipet̃ potero.nõ eſt tibi efficax h̄ poſſeſſio probata qꝛ per me conſtat de petitorio quo ꝓbato fiet pro me cõtra te executio ⁊ ſic cum det̃ actio multomagis exceptio.ff.de ſuperfi.l.j. ⁊ h̄ dicit.l.ff.de rei vendi.officiũ.vbi enim probaui rem meã eſſe neceſſe habet reus rẽ reſtituere ⁊ ita probatio petitorij extiguit fructum poſſeſſorij. nec aduerſat̃ decr.ꝭ.de cauſa poſ. cum eccleſia ibi nulla fuit proteſtatio a parte canonicorum ſutrinorũ emiſſa ⁊ a clericis admiſſa ſed vtẽtes iure cõi elegerunt ⁊ electõe facta clerici collegiataꝝ eccl̃iaꝝ dicẽtes ſe debuiſſe itereſſe petierũt illã electionẽ ĩfirmari ⁊ ꝺ̄duxerũt tã petitoriũ q̃ꝫ poſſeſſoꝝ ĩ iudiciũ q̄ ſi ſolũ poſſeſſoriũ in iudiciũ deduxiſſent obtinuiſſent ar.de iure pa. cõſultatõibꝰ ⁊.ꝭ.de elec.q̄relã.ſed qꝛ poſſeſſoriũ ⁊ petitoriũ ſil̃ intentauerunt ⁊ erat probatũ iure cõi petitorium pro canonicis ſutrinis.nec clerici collegiatarũ eccleſiaruꝫ poterant hoc ius cõmune cõſuetudine vel alio modo infringere petitoriũ probatum iure cõmuni ſuſtulit fructũ poſſeſſorij.⁊ ſic eſt caſus .j.de cenſi.olim cauſam ibi ep̄s petebat in certis ſibi terminis ſolui nomine ſynodatici certũ numerum denariorum papieñ.per clericos plebis rupine ⁊ clerici dicebãt ſe nõ teneri niſi ad denarios luceñ.quo dictus epiſcopus recepit vno anno ius tamẽ ſuũ fuit proteſtatus.⁊ ibideꝫ dicitur ꝙ ſi clerici ſic perſoluiſſent per xl. ãnos preſcriptione tuti eſſent ſꝫ nõ eſſent tuti ſi dicta proteſtatio ipm̄ poſſeſſoriuꝫ ſuſtuliſſꝫ qꝛ tunc minime preſcriberet̃.ff.de vſuca.ſine poſſeſſione.

¶ Sed forſan dicet aliqs ꝙ proteſtatio nihil opata fuit ĩ dicta decre.qꝛ fuit ab illa receſſum p̄ ↄ̄rium actum vt inuit ibi glo.⁊ ob hoc proteſtatio que vires nõ habuit dicto cãu nõ ſuſtulit ipſuꝫ poſſeſſoriũ.Sed dici poſſet quod actus receptionis nõ fuit directe cõtrarius proteſtatiõi qꝛ ſi ep̄s nomine eccleſie ſue habebat a dictis clericis recipe papieñ. iure eccleſie nõ fuit derogatũ facto ep̄i in receptiõe luceñ.ergo proteſtatio ſtetit poſt receptioneꝫ luceñ. licꝫ ſi eſſent recepti lucẽ.per ſpaciuꝫ.xl.ãnorũ fuiſſet p̄iudicatũ eccleſie ⁊ per cõſequẽs proteſtationi qua ius eccleſie tuebat̃ qꝛ prelatus poteſt facere deteriorem ꝯditionẽ eccleſie negligendo ⁊ ſi alias regulariter nõ poſſit.xvj.q.vj. ſi epiſcopum ⁊.ꝭ.e. de excep.cum venerabilis ⁊.ꝭ.eo.delictũ.Item etiã epiſcopus recipiẽdo partẽ ſynodatici ſciẽs ſe ius pinguius habere p̄ vſum partis totũ retinebat.ff.de vſufruc. is qui vſufructum.ſaltem quouſqꝫ eſſet preſcriptũ.item dato ꝙ eſſet receſſuꝫ in dicto caſu a ꝓteſtatiõe nihilominus dico ꝙ proteſtatio nõ tollit poſſeſſoriũ vbi ille ↄ̄ quem proteſtor nõ initi tur iure cõmuni vt fuit in dicto caſu.nã lꝫ ſoluere ſynodaticum ſit de iure cõi.ꝭ.de offi.or.conquerente ſoluẽ tamẽ hoc genus monete vel illud eſt preter ius cõe ⁊ ideo ſolutio luceñ.iure cõi nõ impugnata ſi perſeueret vſqꝫ ad.xl.ãnos ꝓteſtatione nõ obſtante preſcriptionẽ pariet ⁊ ſubditus contra ſuperiorẽ preſcribere poteſt quod ſoluat certã ſummaꝫ ⁊ plus exactus poterit ꝯ̄dicere.C.in qui.cauſ.co.cen.do.ac. poſ.l.j.li.xj. ⁊ dico quod ꝓteſtatio regulariter nõ tollit poſſeſſorium nec effectum eius qui ẽ p̄ſcribere. ⁊ ſi qñqꝫ tollat poſſeſſorij effectũ vt in decre.cumana hoc facit petitorinm ꝓbatum vt ſupra declarat̃.ſic etiã effectus poſſeſſorij qui ẽ preſcribere tollit̃ quãdoqꝫ p̄ ꝓteſtationẽ vt quando agere nõ poterit ꝓteſtans vt in.l.vt perfectius. alias preteſtatio curſuꝫ preſcriptionis nõ impediret arg.d.l.

¶ Poſtmodũ queritur quando a ꝓteſtatione recedit̃. ⁊ dic qñ factum proteſtãtis oio liberũ cũ proteſtatione ante facta ſe cõpati nõ poteſt recedit̃ a proteſtatione.j. de ap. ſolicitudinẽ ⁊ ſupra de ꝯſti. cum.M. ⁊.ff.de acqui.here.l. ꝓ herede.j.rñ. ⁊.§.iul.in fi.eiuſdem.l.⁊ eſt ratio predicrorũ qꝛ plus declaro voluntatẽ meam facto q̃ꝫ verbo.ff.ꝺ̄ edil. edi. ſi tamẽ.§.ei q.⁊ qꝛ per facta plus iudicor q̃ꝫ per verba.xxij. q.v.cauete ⁊.j.q.j.cũ omnis.⁊ dixi gn̄aliter factũ oio libeꝝ proteſtationi aduerſuꝫ ipſaꝫ proteſtationeꝫ tollere ſecus ſi nõ eſſet liberũ vt qꝛ metus iterueniſſet.ꝭ.ꝙ me.cau.c.j.aut voluntas ſuperioris que factuꝫ ꝓteſtationi ↄ̄rium iniunxit vt.xxviij.di.diaconi.⁊ iſtis duobꝰ caſibus ſcm̄ ↄ̄riuꝫ ꝓteſtatiõi ꝓteſtationẽ nõ tollit.nec eſt mirũ qꝛ dictis caſibꝰ faciẽtes: faciẽdo magis vident̃ pati q̃ꝫ agere. ¶ Sed q̄ro vnꝰ aduerſarius proteſtat̃ ⁊ aduerſarius in ↄ̄rium vt quotidie fit nũqd ſecũda proteſtatio tollit primã ⁊ videt̃ ꝙ ſic.ff. de liber.ag.l.j.§.denũciare ⁊.§.ſe.Sed cõtra videt̃ qꝛ licitum eſt vnicuiqꝫ vt vult rei ſue legẽ imponere.ff. de ſoluti.l.j. ergo ⁊ proteſtari ſup ea.So.cũ ꝓteſtatões hincinde fiũt aut eſt actus ꝯmunis vtriqꝫ proteſtantiũ ita ꝙ directo intereſſet vtriuſqꝫ ⁊ hoc caſu ſecũda proteſtatio tollit efficatiã prime vt.d.l.de liber.ag.aut nõ ⁊ hoc tripliciter qꝛ factum ſuper quo fiunt hincinde proteſtatiões eſt principaliter ꝓ ꝓteſtante primo aut eꝯ̄ aut eſt dubiũ.primo caſu ꝓteſtatio p̄ma nõ eneruat̃.verbigratia reus ꝓteſtat̃ ꝙ ſi aliq̄ dicat que ſapiant litẽ ꝯteſtatã nõ vult litem haberi ꝓ cõteſtata actor ĩn ↄ̄rium p̄ iſtã ſecũdaꝫ nõ tollit̃ prima ⁊ cũ v̄ba litis ꝯteſtationis fieri poſſint animo cõteſtãdi litẽ ⁊ animo informãdi iudicẽ iſta verba ambigua que ſunt p̄ncipaliter rei põt ipſe reus p̄ ſuã ꝓteſtatiõem iterpretari arg.ff. de pac.iuriſgẽ.§. quod fere.⁊.ff.ꝺ̄ iudi.ſi qs intentione.ſed caſu ſecũdo ⁊ tertio proteſtatio ſequẽs tolleret efficatiaꝫ prime arg.ff. quod vi aut clam.aut q̄ aliter.§.ſi quis.cuꝫ in primo membro ⁊ in iſtis põt eſſe ratio in re ꝯmuni regulariter melior eſt ꝯditio ꝓhibentis.ff.cõmuni di.ſabinus. ⁊ de cur.fur.cõſilio in fi. ⁊ ob hoc vbi factũ eſt cõmune ſeu etiã principalius intereſt ꝓteſtantis ſecũdario in ↄ̄riuꝫ ſeu vbi eſt dubiũ cuius interſit principalius prima ꝓteſtatio nõ hꝫ effectũ ꝯſenſu aduerſarij nõ veſtita.Item primus ꝓteſtans videt̃ impetere ⁊ ſecũdus defendere ⁊ ob hoc in re dubia ſecũdo ꝓteſtãti eſt magis inſiſtendũ vt.ꝭ.de ꝓba.ex litteris ⁊.ꝭ.eo. cuꝫ ſunt. ſicut etiã vbi factuꝫ eſt cõmune cum fauorabilia ſint iura reis q̃ꝫ actoribus.ff.de actio.⁊ ob.arrianus ⁊.ff.de reg.iur. fauorabiliores.ergo multomagis vbi p̄ncipalıꝰ intereſt ſecũdo ꝓteſtãtis ſᷓa ꝓteſtatio primã eneruabit. ¶ Ultimo q̄rit̃ pone in termino pemptorio dato ad ponẽdũ vł articulãdũ vł a̋ls ꝓteſtat̃ dans poſitiões vel articulos ꝙ articł̃os datos poſſit declarare diminuẽ iterpretari corrigẽ vł mutare ⁊ nouos dare ſi ad eius noticiã ꝑuenerint an h̄ ꝓteſtatio valeat rñdeo dicta ꝓteſtatio eſt vtilis quo ad declaratiõꝫ arg.ff. ꝺ̄ acq.re.do.adeo.§.cũ qs ĩ ſe.⁊.ff.ꝺ̄ teſta. hẽdes.§. qȯ v̄o qs obſcure. Idẽ dico quo ad interpretationẽ.ff.de iudi.ſi qs ĩtentione ⁊.ꝭ.de accu.cũ dilectus.qdã tamẽ diſtinguũt in p̄dictis an in p̄ncipio medio vel fine fiat declaratio ſeu interpretatio vt no.ꝭ.de reſti.ſpo.cũ ad ſedẽ.ſed quo ad diminutionẽ diſtingue aut ius queſitũ ẽ ex narratõe articuli partis aduerſe ⁊ tũc nõ lꝫ diminuere quatenus facit ꝓ aduerſario

arg.in

arg.in auté.de his qui ingre.ad ap.§.illud col.v.ff. depoſi. l.publia.§.fi.⁊.l.i.§.ſi rem.vbi gr̃a.appellat qs obijciens in perſoná vel formam ⁊ articulat.ſup hoc vult detrahẽ hos articulos dico ꝙ nó pót in ꝑiudiciū appellati cui ex dicta articulatióe accreſcit ius.ſ.ꝙ alia nó pót opponere appellans.ar.s̃.hoc lib.de elec.ab eo.niſi prout dicit ꝯſtitutio vt circa. aut nó facit pro aduerſario ⁊ tūc pt tollẽ qꝛ hoc cáu ſolus fauor articulátis verſat̃. ſili mó dicoỹ eo qui mutare vult vel corrigẽ diſtiguẽdo.In eo vo qui vult articulos nouos dare poſt pemptorium ꝑtextu ꝓteſtationis appellationis añ facte videt̃ diſtinguẽdum aut articuli de nouo poſiti non ſapiūt crimé vl' defectū aut ſapiūt.ꝑmo.cáu ſiue articuli nouiter poſiti ſint poſt terminum pemptoriū nati vel noti.⁊ de hoc ꝯſtat ſaltem per iuramentum poſſūt admitti.ar.s̃.de excep.paſtoralis.⁊ de offi.dele.inſinuante.arg.ꝑfertiꝫ ſi de facto in articulo ꝯtento competeret ius agendi ex natis poſt pemptorium qꝛ in illis etiam ſñia lata nó obſtat.ergo minus pemptorium obſtabit.ar.ff.de exce.rei iudi. ſi mater.§.eádem.ſed in notis poſt terminū diſtigue aut poſt huiuſmodi terminū reſtat cognitó ⁊ dic tunc vt ꝑdiximus.aut non reſtat vt qꝛ eſt cóclusum quo cáu non eſt cognoſcere.ſꝫ cognitum eẽ ⁊ tunc non admittit̃.⁊ eſt ró:eſt eniꝫ quod ipſi imputet̃ qui ante iudicium preparare debuit iuſtitiam ⁊ diligẽter inqrere. ¶ Sed nunqd eadem diſtinctio adhibet̃ in natis.dic aut ſunt nata ex qbus competit ius agendi aut excipiendi.ſi excipiendi admittam.ſi agendi aut articulat de hoc actor aut reus.ſi reus dic vt ꝑus.ſi actor aut libelluꝫ poteſt iuuare ex cā de nouo orta.⁊ ſic dic vt ꝑus.aut non: ⁊ tunc nó admittá probat̃.s̃.hoc li.de re iud.abbate ſane. nec valet ſi dicas valet ad agendum ergo ad excipiẽdū.naꝫ hic eſt figura dictionis.h̃ eni mutat̃ qd in vbi. ¶ Secūdo caſu dixit.B.cópoſt.ꝙ non dꝫ admitti vt no.s̃.de elec.qó ſić cui opinioni aſſentio in notis ſed nó in natis.nam poſt pemptorium iure dilatoriaꝝ vt eſt litis cūteſtatio dilatoria orta poſt proponi poteſt vt.d.c.inſinuáte.ſecus dico in his que nota ſunt de nouo poſt peremptorium propter rónes p dictum Ber.allegatas ⁊ eſt ró diuerſitatis articulans potuit ſibi prouidere in notis poſt articulationem:ſed non in natiſ ⁊ ideo ſibi iputatur.argumé.s̃.de re iudi.ſuborta.nec valet proteſtatio quo ad nota quia factum peremptorium proteſtationi obuiat qó eſt fortius vt no.in caſu dec.s̃.de elec. vt cum vintoñ.argu.ff.de mino.verum.§.fi. ⁊ proteſtatio dictiſ caſibus eſt magis voluntaria ꝙ̃ neceſſaria.predictis igitur modis generalia ſpecialia nó comprehendunt.regulare tñ eſt ꝙ genus ſpẽm comprehẽdit ſicut totū parté.ff.e.ſemper ſpecialia.⁊.s̃.eo.in toto.⁊ é regulare ꝙ tátū facit generale in omnibus quantum ſpále in ſingulis.ff.de admi.tu.ſi duo .C.de preſcrip.xxx.vl'.xl.an.omnes.⁊ de quadrié. preſcrip. l.ij.⁊ verbum generale gnáliter eſt intelligendum.ff.de leg. preſtan.l.j.§.gnáliter.ff.de ſer.ru.pre.ſi ſeruitus.xix.di.ſi romanoꝝ.s̃.de ꝑuil.qꝛ circa.ꝙ aūt gnále ſpém nó cópzehendat h̃ facit mã modus ſeu qualitas ⁊ alie circūſtátie gnáles artantes vt per inſtantias ſupra poſitas probat̃.

i **IN iudicijs** xij.ad intellectū hui⁹ regule curioſus videre poſſet Thomam ſecunda ſecunde.q.lxiij. ꝑ totum.⁊ maxime articulo vlt.Dy.de eq̃litate in iudicijs ſeruanda ſiue partes pares ſint ſiue impares alleg.in auté.iuſiurandum ꝙ preſta.ab his.§.⁊ econuerſo.⁊.§.⁊ primum ibi nequaquam ſubinclinat⁹ ⁊c. ⁊ vt iudi.ſine quo.ſuffra.§.deinde.⁊.§.quod autem.⁊ de defen.ci.§.iuſiurandum.cum enim iudices circa ſubiectos ſe habere debeant vt patres circa filios in auṫeti.vt iudi.ſine quoquo ſuffragio.§.eos.⁊ iuſiurandum quod ꝑſta.ab his .§.deuotos.paterna vo poteſtas non atrocitate:ſed pietate mouet̃ ⁊ pro liberis ꝯſiliū capit.ff.ad.l.iul̃.de pari.l.diu⁹ ⁊ de adul.l.nec i ea.§.pe.ꝯcludit̃ iudices ⁊ ꝑlatos circa ſubditos pios eẽ dbẽ ⁊ int̃ eos in iudicijs eq̃litaté ſuaf̃.ná ieq̃litaté ét i extiudicialib⁹ ⁊ i arbitrijs iura ꝛ̃probát.ff.d arb.l.ſi de meis circa ꝑn.⁊.l.pedius.§.in ſeruū.⁊.l.ſi cū dies.§.pe. ff.de vul.⁊ pu.ſub.iá h̃ iure.⁊.l.lutius.C.d reſci.vé.l.ratas de teſta.mil.l.in teſtó.de ipu.⁊ ali.ſub.l.hẽditaté.⁊.l.ꝙ̃uis. ¶ Prima glo.ponit exempla.ſcdo ſignificat in ꝯtrariū q̃tuor canones q̃tuor decretales ⁊ duas leges ſoluit ⁊ dat qn qꝫ ſimilia.tertio ponit q̃tuor duobus qbus dr̃ iudiciū.in fine notat ⁊ inſtruit. ¶ In.j.glo.ibi.§.ſi arbiter ſtatuit locuꝫ in quo altera pars nó pót honeſte venire nó artat ét eū qui venire poterat,abſurda eni eẽt ineq̃litas illa ꝙ ſola vna partium ligaret̃ ⁊ ibi aut facta.v.perſona ibi in eodé genere delicti aliter punit̃ ſeruus ꝙ̃ liber.Ité alr̃ qó fit in parẽtem vl' patronū ꝙ̃ ꝙ in extraneū ⁊ ibi in ſacris.iij.⁊ vide.j.eo.nó lꝫ in.j.glo.ibi in ſacris.⁊.l.vnicuiqꝫ.li.xij.vñ ⁊ priuilegiū vni⁹ litigantiū tranſit ad alterū.C.de fruc.⁊ lit.expé.l.fin.ſignat̃ ad hoc ꝯtrium iſti.de iur.na.§.ſed qó principi.vbi de hoc. ⁊ h̃ per Dy.cui nó placẽt ſolutiones ille quarū pria diſtiguit aut priuilegium dat̃ ad litis executioné ⁊ tūc aduerſario ꝓdeſt. aut ad deciſionem ⁊ tūc ſecus quá iprobat p.l.C.ſi aduer.trá.l.i.⁊.ij.C.de reputa.q fi.l.vni.ſecūda diſtinguit an proprio motu ꝯceſſum fuerit ⁊ tūc non prodeſt aduerſario an ad petitioné ⁊ tūc ꝓdeſt quá etiá iprobat p pre.l.fin. de fruc.⁊ li.ex.diſtinguit ergo ſic.aut priuilegiū cótinet ius iniquum qꝛ ꝯceſſum in alterius leſióe ⁊ tunc diſtiguit̃ qꝛ ſi ad petitioné vti dꝫ ipetrans eodeꝫ iure facit.s̃.de mu. pe.c.ii. ſi ſine poſtulatione nó cogit̃.ff.qó qſqꝫ iur.in ꝑn.l.i.⁊.ii.ſi vo non continet ius iniquū ſed fauoré illius cui cócedit̃ ⁊ aliquá iuris cóis relaxationé ſiue proprio motu ſiue ad petitióné ſit cóceſſum ꝓdeſt ſolum ipetranti ⁊ non alteri eū nó cótingẽti vt in.§.ſed ꝙ ꝑncipi.ꝓdeſt etiá litigáti cū illo vt videtur inequalitas ⁊ qꝛ videt̃ eū ꝯtingere ⁊ ſic loqtur lex vltima.C.de fruc.cū concor.⁊ ibi.c.pe.in fi.Jo.mo. ponit .xv. ſignificationes ſup Rubrica de iudicijs q̃s dat p hos vſus Actio lis aucto.forus arbiter vltima velle.Queſtio diſcre. ſen.iſtá.diſcuſſio poſſe.Pernicies pena ꝓceſſus iudicialis Actio.s̃.de ꝓba.ex lr̃is.ff.de iudi.in tribus inſti.q.nó eſt p.fa.te.§.ꝑterea.Lis.ff.de pecul.qó debet̃ ad trebel.l.j.ij.rñ. Auctoritas.s̃.de iudi.decernimus.lxiij.di.c.i.Forus de iudi.quáto.Arbiter.ij.q.vj.a iudicibus.ff.q ſatiſda.cog.ab arbitro.s̃.eo.li.de offi.dele.ab arbitris.ſi eni arbiter eſt iudex ergo arbitrium iudicium.Vltia velle vt h̃ in glo.⁊.C.d ſa.ſan.ec.l.habeat.Qó.C.de or.iudi.l.qónem.Diſcretio vt in glo.⁊.ff.de iudi.cū pretor.⁊ de prebé.graue.xxxii.q.iiij. origo.Sñia.lxi.diſtin.neophitus de re iudi.in cauſis de app.ſi duobus.s̃.de preſcrip.c.fi.ff.de le.iii.q cócubiná.§.ſi heres ⁊ eccleſiaſtici.xviii.añ iudiciū iuſtitiá tibi para.Inſtátia.C. de iudi.properádum.s̃.de iudi.c.pe.diſcuſſio.s̃.de ver. ſig. fortius in ꝑn.poſſe.ff.de iudi.iudiciū ſoluit̃ ideſt ptás iudicandi pernicies.j.ad corinth.xi.ibi q máducat ⁊ bibit indigne iudiciū.i.ꝑniciem ſibi manducat ⁊ bibit.glo.dicit condemnationé pena.l.di.⁊ purgabit in ꝑn.in Jo.v.c.qui male egerunt in reſurrectioné iudicij.in pene eterne ꝓceſſus iudicialis.s̃.eo.li.de iudi.c.i.de excep.pia.archi.de h̃ aliquid tractauit.s̃.eo.ti.de reſcrip.ſtatutū.§.inſuper.dicit ꝙ qñqꝫ ponitur pro tépore.lv.di.precepta pro deliberatione vl' examinatione.lix.di.c.i.in fi.xlvii.di.de petro in fi.

b **Ec regula** facit ad queſtioné d actore ⁊ reo ꝑuilegiatis d certo iudice quá omitto qꝛ illá poſui.s̃.eo.li.de ꝑuile.c.i.§.⁊ idipſum.ſed proſequar queſtionem fratris Vberti quaꝫ ſic proponebat. eccleſie collegiate cóceſſit papa ꝑuilegium ꝙ preſcriptio minor cẽtenaria in ſuis bonis vel iuribus non currat contra eam:agit prelatus contra capl'm vel econtra quoꝝ bona ſunt diſcreta ſup re als preſcriptibili querebat an alter contra alteruꝫ illo ꝑuilegio poſſit vti.hanc autem abbreuiabo. ¶ Ad affirmatiuá qnqꝫ ad negatiuam quatuor allegando.tertio ponitur ſolutio ⁊ pro cótrarioꝝ ſolutione diſtinctio. ¶ Ad primum ꝙ poſſit inducebat ꝙ appellatione eccleſie epiſcopus ⁊ capitulū continentur de ver.ſig.cuꝫ clerici de teſta.requiſiti.nec mirū

q:ad corpus ɔſtituēdum neceſſario ſunt caput ⁊ mēbꝛuȝ q̄ hic ɔcurrunt de his q̄ ſi.a pla.nouit.facit.xij.di.c.i.xlv.di.cū beatus.de pꝛeſcrip.cū nō liceat.ſi ergo plato vl' caplo datū intelligitur.videamus ꝯ quos datū ſit ⁊ vr̄ ꝙ ɔtra oēm antiquū ſtatum iure cōi pꝛiuilegio vl' al's in eccleſia laudabilit obſeruatum immutare volētem.⁊ h fac pſcribēs.ergo contra illū cōpetit.ad pmū inducit.xxv.q.i.p totum.⁊.q.iij.ſi ea.⁊.c.ſeruatis.⁊.c.inſtitutōis.p q̄ pȝ ꝙ euerſoꝛ dr̄ q id fac ⁊ ex̄ eccleſiā eſt lȝ videat intra.xciij.di.ſi inimicus.ergo ſtās pꝛo ſtatu antiquo vtetur pꝛiuilegio ꝯ pſcribentē ſicut ꝯ ex̄neum. ℭ Secundū pbat ſic.put ſe hn̄t ſingulares eccl'e ad vlem cuius ſūt mēbꝛa ita mēbꝛa ſingularis eccleſie ad ipaȝ eccleſiam facit.i.q.i.multi.vij.q.i.nouatianus.xxiiii.q.i.loqtur.ſed pꝛiuilegio vl'is eccleſie cōceſſo vna eccleſia vtit ꝯ aliam.nam pꝛiuilegium ꝯ pꝛeſcriptionē.x.xx.vel.xxx.annoꝝ datum eſt eccleſie de.xl.annis.xvi.q.i.quas actiones.⁊.q.iiii.neq3 decēnij de pꝛeſcrip de quarta.⁊ illo vtitur eccleſia cōtra eccleſiam vt ibi.xvi.q.iiii.volumus.Itē pꝛiuilegiū de reſti.in iteg.iure minoꝛis datum eſt eccleſie quo tn̄ vna ɔtra aliam vtit de reſti.in integ.auditis.ſic ergo vnum mēbꝛū eccleſie cōtra aliud vtet pꝛiuilegio de quo loqtur.eſt ſil'e de pꝛiuilegio velleyani dato mulieribus fideiubētib⁹ quo i ſi vna cōtra aliam vtitur.C.ad velle.ſi ſine. Idē in macedoniano quo vnus filiuſfa.iuuat ɔtra alium.ff.ad maced.ſi fili⁹. Idē etiam in pꝛiuilegio religioſoꝝ de nō ſoluēdis decimis.ꝫ.ō de ci.ex parte.xvi.q.i.nec obſtat ſi dicatur talia pꝛiuilegia nō data collegio qa pꝛiuilegium clericoꝝ quo ad foꝛū datū eſt collegio clericali de fo.compe.ſi diligēti.⁊ tn̄ ɔtra clericū vtit clericus illo eo.ti.c.i.xi.q.i.inolita.ſic ⁊ in pꝛopoſito cū quilibet de eccleſia participet pꝛiuilegio.ꝫ.eo.li.de pꝛiuil.p exceptionē dicam in rebus eccleſie quemlibet de eccleſia illa vti poſſe. ℭ Tertio ſpāliter de pꝛiuilegiato ſic pbatur.ſi minoꝛ mutuat filiofami.bene vtitur pꝛiuilegio minoꝛis etatis ɔtra pꝛiuilegium macedoniani.ff.de mino.vex in ſi.⁊.l.ſe.ſic ⁊ h maxie q: is cōtra quē pꝛeſcribit certat de damno vitando ⁊ alter de lucro captādo quoꝝ nō eſt par rō.C.de ɔdi.l.fin.⁊ facit.xij.q.iiij.quicūq3. ℭ Quarto ſic.qð cōe eſt duobus pꝛoficit vni ɔtra alterum.vn̄ cōis tutoꝛ duoꝝ pupilloꝝ agit pꝛo vno ɔtra reliquum.ff.de auc.tu.accipiētis.ſic dicamus de iſto pꝛiuilegio. ℭ Quinto cū pꝛeſcriptio ſit ɔtra nālem equitatem ſm quam qs cū aliena iactura locupletari nō dȝ eo.ti.locupletari.ſi ergo vnus ɔtra aliū pꝛiuilegio vti poſſit impedit locupletatio pdicta ⁊ ſic benignioꝛ eſt talis interptatio maxie qa res ad ſuam nām facile reuertit q̄ olim omnes eccleſie gaudebāt pꝛiuilegio cētenarie pſcriptōis.C.de ſa.ſan.ec.vt iter diuinū.facit.xxv.di.ab exoꝛdio.ff.ō pac.ſi vnus.§.qð ſi nō totū.Ex his ɔcludit ꝙ alter ɔtra alteruȝ pꝛiuilegio ſe defendit. ℭ In ɔtrariū pꝛiuilegiū qð eſt lex pꝛiuata ɔtra ius cōe nō plus ɔcedit q̄ꝫ verba ſonāt ⁊ reſtringit ad eos qbus ⁊ ɔtra quos ⁊ ad ea ſup qbus eſt cōceſſuȝ hec patēt per oꝛdinē.vij.q.j.petiſti de pꝛiuil.ſane.de ver.ſi.ex parte.de deci.ex parte.pp id iubet videri ⁊ ſeruari pꝛiuilegioꝝ tenoꝛ ō pꝛiuile.poꝛro.ſed ex tenoꝛe pꝛiuilegij qð pōit thema pȝ tunc illud cōpetere cū ɔtra ipam minoꝛ pſcriptio allegat ſed in terminis qōnis nō allegat ɔtra eccleſiam.cum enim in iure indefinita equipolleat vli de quo.ꝫ.de elect.vt circa.erit idē dicere contra eccleſiam ⁊ ɔtra totam eccleſiā ſolus autē pꝛelatus vl' ſolum capl'm non faciunt illam totaȝ ſed eius partē tm̄ de his q̄ ſi.a pꝛela.nouit ergo allegatio pſcriptionis quam facit alter ɔtra alterum nō eſt ɔtra totam eccleſiā ſed eſt mēbꝛi ɔtra mēbꝛum ad quē caſum non videtur pꝛiuilegiuȝ ptinere. ℭ Secūdo ſic.cū ius coꝛpoꝛis non ſit ſingularium de coꝛpoꝛe.xij.q.ij.q manumittit.⁊.q.i.§.ſi ergo.ff.de re.di.in tm̄.pꝛiuilegium datum eccleſie non eſt datum ſingularibus.ſingulares aūt ſunt platus ⁊ capl'm cum diuiſim de illis loqmur.ergo pꝛiuilegio eccl'e quaſi ſibi non dato alter ſolus maxime ɔtra alterū vti nō poterit facit.ꝫ.eo.li.de pbē.mandatum.al's ēt ſeqret ꝙ q vt ſingularis de coꝛpoꝛe participare dȝ pꝛiuilegio lederet ex illo qð eēt abſurdum vt eo.ti.qð ob grām cū ɔcoꝛ.Cum enim vt dixi in pnci

pio pme partis pꝛelatus ⁊ capitulum cenſeatur eccleſia cui pꝛiuilegium datum eſt ſi ɔtra ipſoꝝ alterū admittat ɔtra eccleſiam inducet.ergo eccleſia ſibiipſi erit ɔtraria inducēdo illud pꝛo ſe ⁊ ɔtra ſe.⁊ ſic diſſidendo nulli cōuenit.xxiij.q.vij.qð aūt.de pe.di.j.§.pꝛo his poteſtatibus de ap.ſollicitudinē.melius eſt ergo vt cañ.dicit neutrum de ſuis iuuari q̄ꝫ alterū ledi.xiiij.q.v.deniq3.facit de ſepul.c.j.qð igit cōmune eſt neutri pſit vel noceat.xxiiij.q.i.qm̄ vetus.ff.de in ius vo.cōis.ff.de rap.vir.illud.⁊ facit qð no.de poſtul.c.vlt.nec exigat huius coꝛpoꝛis alter ɔtra alterum quod ɔtra ſe nolit xxij.q.vj.nihil iniquius. ℭ Tertio ꝙ pꝛiuilegiatus ɔtra pꝛiuilegiatū pꝛiuilegio non vtatur inducit plixe qð no.de pꝛoba.in pñtia in glo.igreſſus in pn̄.⁊ qð no.eo.ti.q poꝛ in fine glo.⁊ dec.cum dilectus de oꝛdi.cog.v.nos aūt.ex qbus patet pꝛiuilegium euaneſcē de ſubſtōnis vel dotis vel ſpoliatōnis ceſſare ɔtra alium q parē cām fouet. ℭ Quarto inducitur ꝙ in omni ſcriptura ad itentionem ſcribētis eſt recurrenduȝ de reſcrip.ſuper l'ris.de arbi.expoſita.de pbē.c.fin.intentio vō pape in hoc caſu eſt ꝙ p minoꝛem pꝛeſcriptionem centenaria eccleſia non cadit a iure ſuo ſed qcunq3 vincat vel ſuccumbat ex litigantibus eccleſie nil deperit.ergo pꝛiuilegio nō eſt locus:qa non eſt iſte caſus cui voluit puidere ɔcedens.faciant ſil'ia que no.ꝫ.de his que ſi.a pꝛe.cuȝ apoſtolica in glo.ideo.⁊ vide qð dixi de pba.ex litteris ſup ver.egreſſus poſt pncipiū ex qbus ɔcludit alterū ɔtra alterum pꝛiuilegio vti non poſſe. ℭ Soluēdo dixit platū cōtra capl'm vel ecōtra illo pꝛiuilegio vti nō poſſe.ſed eius vſuȝ eē contra omnem qui rem eccleſie ab ipſius dn̄io auocaret.dicit aūt ꝙ vniuerſalium pꝛiuilegioꝛum qdam reſpiciunt fauoꝛem perſonaꝝ datum certis cauſis ⁊ in certis articulis.tale dicit pꝛiuilegium minoꝛum ⁊ eccleſiarum in reſti.in integ.ff.de mino.l.j.per totum.⁊ mulierum in velleyano ⁊ filioꝛū fami.in macedoniano:que pꝛopꝛie non poſſunt dici data vniuerſitati vel coꝛpoꝛi ſed ſunt vniuerſalia ⁊ iſtis vtitur vnus talis ɔtra aliū talē vt dixi in ſecūdo argumēto pme ptis.aliō dat coꝛpoꝛi vel vniuerſitati fauoꝛe tā vniuerſitatis q̄ꝫ ſingulariū.⁊ iſto pōt vti ad ſui defenſionē tā vniuerſitas q̄ꝫ ſingulares ipſius pſone ēt ꝯ alios ſingulares ipſius coꝛpoꝛis vt etiā ibi dixi in ſi.de pꝛiuilegio foꝛi clericoꝛū.aliud eſt qð datur vniuerſitati vl' coꝛpoꝛi ipſius fauoꝛe nō ptis vel ſingulariuȝ pſonaꝝ ⁊ h vtit vniuerſitas vel alius pꝛo ipa ne ipſius ius pereat aliter illi pꝛiuilegio nō eſt vſus vt dixi in ſi.ſecūde partis.⁊ per hoc contraria ſint ſoluta.⁊ vide qð dixi in queſtione ſuper regula pꝛiuilegium in pn̄.ſolutionis.

i **A malis** lxix.fidē.multas ſignificationes fidei vide ō ſum.tri.ſup Rica expedit ſm vtilitatē nec licet ſm eqtatē:nec decet ſm boneſtatē ⁊ de his oib⁹.ꝫ.de voto.magne poſt pꝛin.

ℭ Pꝛia gl.p exēplis ⁊ mā remittit ⁊ diſtinguit malū pmiſſuȝ a male pmiſſo.

ℭ In gl.j.in ſi.idē Dy.q dic mala pmiſſa ipo iure vitari.ff.de pac.iuriſgētiū.§.⁊ gnāliter.⁊ de v.ob.l.gnāliter.⁊.l.veluti.⁊.l.ſtipulatio h mō.⁊.l.ſi plagij.⁊.l.ſi ſtipuler.inſti.de inuti.ſti.§.qð turpi.ſed male pmiſſa puta p dolū vel metuȝ vitiant iterdū ope exceptiōis.C.de iuti.ſtip.l.dolo.ff.de.v.ob.ſi qs cū alr̄.⁊ nihil itereſt actionē nō haberi vel haberi per exceptionem elidēdam.ff.eodē ti.l.nihil.

b **Ec regula** inducit ad qōnē diſputatā p dn̄m Jo.⁊ nūc epm ceſenatē qua qrebat an ſcolaris q iurauit creditori non exire diſtrictū bonoñ.añ ſolutioēs ſine ipſius licētia.filiuſfam.ex iuſta cā reuocatus a pr̄e vel clericus bn̄ficiatus reuocatus ab epo ad reſidentiam vel ſimpl'r ſit piurus qa non obtēta licētia creditoꝛis licet petita añ ſolutionē repatriauit. ℭ Pꝛo ſcholare inducunt ſex.ꝯ ipſuȝ alia ſex.tertio de queſtione eliciuntur tres caſus nō dubij ⁊ dubius ſoluit diſtinguendo ⁊ ſic contrarijs reſpondetur.

ℭ Ad pꝛimū

¶ Ad primum ꝙ non incurrerit periurium inducebat ſex:
vinculi ꝓoritaté ipſius maioritaté ſubintellectá quadrupli
citatem ſuperioris auctoritaté iurátis qualitaté ⁊ reuerenꝫ
tialé poſſibilitatem. de pmo pꝫ qꝛ iſte prius obligatus erat
obedire pr̄i ⁊ epo. ſed ois ſcḋa obl'o intelligit̄ fieri ſine piu
dicio ꝓoris. e. ti. q ꝓor cũ cócoꝛ. ꝓbatur idé de fo. compe. c.
pe. de reſcrip. cũ ꝯtingat. ſ. e. li. eo. ti. tibi q. ⁊ c. duobus ꝺ iu
repa. poſtulaſti de deci. ex multiplici. de ſen. excó. ſi ve ⁊ op
time de iureiurá. tua. ⁊ c. veniés. ⁊ c. itellecto. ⁊ c. ea te. que
etiam in iuramétis loqũtur. ⁊ vide qḋ de bñficiato duarũ
eccleſiaꝝ aduocato ⁊ vaſallo no. de poſtul. in. c. vlt. in vi. gl.
⁊ qḋ ſuper ea ſcripſi ⁊ dixi h̄ ti. in regula ꝯtractus in pꝛima
qóne q̄ ꝓpter breuitaté exꝓme omitto. facit qḋ ſcripſi poſt
Inno. de preben. cũ iam dudũ. poſt pn. magne glo. de cleri
co hñte duo bñficia diuerſoꝝ epoꝝ qui plus tenet̄ obedire
pꝛio. ⁊ vide qḋ no. Hoſti. de h̄ in sũma de maio. ⁊ obed. §. ⁊
ad qd obediés. v. qd ſi duo. ex qbꝰ ꝯcludit̄ ꝙ ex q̄ tenebat̄
plus obedire pr̄i vl' epo qbus ꝓus erat aſtrictꝰ faciédo qḋ
de iure debuit nó peccauit. xxiij. q. iiij. q peccat. ⁊ ſic nó eſt
periurus. ¶ De ſcḋo. ſ. de maioritate ꝯſtat ꝙ in duobꝰ qui
bus quis eſt obligatus ꝓcipiétibꝰ ꝯtraria obediédũ eſt ma
iori. viij. di. q̄ ꝯtra mores. xj. q. iij. qui reſiſtit. xxiij. q. j. qd cul
patur. facit de maio. ⁊ obe. per tuas. ſ. eo. li. de ꝓbé. ſi a ſede
⁊ cle. vt lit. pé. c. j. v. neutro. ſed h̄ habemꝰ creditoré cui iura
uit ſtudés nó exire diſtrictũ. ex altera parte eſt vinculũ nã
le quo qs tenet̄ obedire pr̄i. j. di. ius nãle. xxiij. q. v. eſt ordo
⁊ diuinũ ꝓceptũ. Exo. xx. honora pr̄eꝫ. facit. xxiij. q. iiij. duo
iſta. ⁊ qḋ no. xj. q. iij. quã multos in glo. ſed nũqd i ſi. ⁊. xxx.
di. c. j. vl' iuris cóis quo tenet̄ epo de maio. ⁊ obe. ſi qs vene
rit. de offi. oꝛ. ꝯquerente. qñqꝫ per iuramétũ. xxiij. di. quãqꝫ.
de ver. ſig. cũ clerici. iſti aũt duo epṡ ⁊ pr̄ ſunt quo ad debi
toré maiores creditoꝛe ergo eoꝝ cuiqꝫ debuit obedire ⁊ ſic
nó fuit piurus. ¶ De tertio ſic oſtéditur in oi obl'one etiã
iuraméto firmata ſubintelligunt̄ iſta quatuoꝛ facultas rei ꝑ
ſeuerátia veriſimilitudo ⁊ cogitatũ. de pmo pꝫ de iureiurã.
breui. ⁊ c. querelam. facit eo. ti. quéadmodũ. xxij. q. v. ꝺ foꝛ
ma. ⁊ q. ij. facit. ſed h̄ eſt difficultas pp inobedientiam epi
vel pr̄is ergo ⁊c. de ſcḋo pꝫ qa reus nó ꝑſeuerauit in p̄ ſtatu
ꝓpter ſupueniés mádatum ꝯrium ⁊ ſic ad illud iuramétuꝫ
nó tenet̄. xxij. q. ij. ne qs. facit de hẽ. c. ſi. xv. q. vj. nos ſancto
rum. ⁊ ſepe ſupueniés cã licere facit al's illicitum de excep.
paſtoralis. ſ. eo. li. de elec. vt circa. ⁊ c. nulli. de ꝓcur. c. ij. ter
tium ét pꝫ ꝑ dec. cũ iuraméto de homici. eſt eni veriſile ꝙ h̄
iurando nó intellexerit. ſ. ꝙ per id fieri pót inobediens epo
vel pr̄i ⁊ iurãméta debent intelligi ſm intentioné iurantis.
xxij. q. v. humane de iureiur. veniés ergo debuit epo vel pr̄i
obedire ⁊ ſic obediendo nó fuit periurus. ¶ De q̄rto ꝓba
tur de iureiur. c. pe. qꝛ iuramétũ nó extédit̄ ad ea de qbꝰ co
gitatum nó fuit. iſte v̄o nec cogitauit nec cogitare ꝺbuit ve
nire ꝯtra canonicas ſanctiones de iureiurá. ad noſtrá. iij. er
go ⁊c. de ſupioꝛis auctoꝛitate certum eſt ꝙ in iuramentis in
telligit̄ excepta. xxij. q. ij. beatus. de iureiurã. veniétes de re
ſcrip. ꝯſtitutus de dona. iter dilectos. facit qḋ de pacto di
citur. viij. di. que ꝯtra mores. de voto. xxvij. q. ij. §. cum ergo.
vnde accuſat etiam ab eo ad quod qs de iure tenet̄ puta ad
reſidédum in eccleſia. vij. q. j. ꝑuenit. ⁊ c. ſi qs in clero. ꝺ cle
ri. nó reſi. ex pte. ſ. eo. li. de elec. lꝫ canon. nã tal'r ét iuramen
to aſtrictus ad id licite abeſt in ſeruitio epi de cle. nó reſi. de
cetero. ⁊ c. ad audientiam. ⁊ ex hoc ꝓcedit ꝙ iurans alicui
obedire non aſtringitur ꝑ id ꝯtra ſuperioré vt no. xxij. q. v.
de forma. ⁊ de iureiuran. petitio. Ité cum preceptum indu
cat neceſſitaté. xiiij. q. j. qḋ ꝓcipit̄ ⁊ neceſſitas excuſat a per
iurio de iureiurã. querelaꝫ. ergo excuſatus eſt iſte ſcholaris
a periurio cum preceptum iudicis excuſet a pena h̄. e. ti. qḋ
quis cum ꝯcoꝛdan. Ité cũ iuramétum ſolũ aſtringat ad poſ
ſibilia ⁊ honeſta. ſ. eo. li. de iureiuran. c. j. ⁊ inhoneſtum eſſꝫ
epo vl' pr̄i nó obedire. ergo ad id non aſtringit cum nó vin
culet ad iniqtatem de iureiuran. quanto. nec liget in alterꝰ
preiudicium. e. ti. cum contingat. confundit̄ ergo eccleſiaſti
cus ordo ſi ſua cuiqꝫ epo iuriſditio non ſeruat̄. xj. q. j. perue
nit. facit bñ ad q̄ſtionem qḋ de illo qui iurauit nó exire do
mũ vel locum infra certum tépus no. Guil'. in ſpe. de cita. §.
j. in ſi. ¶ Ad q̄ntum. ſ. qualitaté iurantis adducitur qḋ no.
Guil'. in Spe. de renũc. ⁊ có. §. j. ver. iteꝫ eſt bñficiũ. vbi no
tat talia pacta ſcholaribus nó tenere. alle. C. de patri. qui ſi.
diſ. l. j. facit. ſ. de pig. c. ij. nó teneat ergo iuramétum acceſſo
rium de fo. compe. ſi diligenti. ⁊ ſic per iſtã regulã ⁊ ꝑ regu
lam non eſt. e. ti. transgreſſio non inducit piuriuꝫ cũ ꝓmiſſio
fuerit ꝯtra hois libertaté. Ité clericus ſine licentia epi vel
filiuſfamilias ſine licétia pr̄is votum peregrinationis non
adimplét. pmũ pꝫ de ꝯſe. di. v. non oꝫ. de ſecũdo. xxij. q. iiij.
tribꝰ. ⁊. q. v. pueri. ⁊ vide qḋ poſt Inno. ⁊ Hoſtié. ſcripſi de
voto ſcripture in gl. ma. v. qd de puhere. q tenét votũ filiuſ
familias etiã puberis ꝓter votum religionis pendẽ ex pote
ſtate pr̄is. ⁊ facit qḋ de vxore dr̄. xxxiij. q. v. noluit. ⁊ c. mani
feſtum. epo ergo vl' pr̄i ex iuſta cã reuocãti neceſſe hũit ſtu
dens iſte parẽ ergo nó eſt piurus. ¶ Ad ſextũ qḋ de reue
rentiali poſſibilitate dixi iducebat qḋ iſte fecit qḋ potuit pe
tédo licétiã a creditoꝛe ⁊ ſibi in iuraméto reuerẽtia adhibẽ
do ſibi ergo nó iputet̄. ſ. eo. cũ non ſtat. ſunt eni caſus in q
bus ſufficit licétiam petẽ lꝫ non obtineat̄ de regula. lꝫ. ⁊ in
clemé. de fo. cópet. c. vni. §. volumus de ſepul. dudũ. v. ſi v̄o
de appel. q̄uis. ſic ⁊ h̄ ſufficiat petere lꝫ nó exhibeat̄.
¶ In ꝯrium ꝙ ſit periurus inducebat alia ſex. ſ. iuramétuꝫ
in ſe licitum debitis comitibus ſociatum diſpéſationis non
ſuſceptiuũ a mádante nó ꝓcogitatũ in ſui forma puꝝ i trãſ
greſſione volũtariũ. De pmo lꝫ diuerſis modis ſumat̄ piu
rium vt no. xxij. q. ij. in ſumma de iureiur. tua. ꝓpe tñ piurus
eſt trangreſſoꝛ liciti iuramenti. xxij. q. ij. c. i. ⁊ q. iiij. inocés ꝺ
iureiurã. q̄relam. ⁊ c. cũ ꝯtingat. qḋ aũt iſtud fuerit licitum
probãt iura pmittentia obſides dari de iureiur. ex reſcripto
de arbi. expoſita. xxiij. q. viij. vt pdé. que intelligunt̄ de iurã
tibus ſtare certo loco donec ſolutũ fuerit debitũ vt no. In
nocé. ⁊ Hoſt. in. c. pꝛe. an reſcripto. cũ ergo talia iuramenta
ſint licita fac̄ de fideiuſ. ꝑuenit in ſi. ⁊ ſeruari poſſint ſine ſa
lutis interitu. ergo ſeruanda ſunt. ſ. de iureiurã. ſi v̄o. ſ. e. li.
de pac. c. ij. nec excuſat epi vel pr̄is auctoritas. xxij. q. v. q có
pulſus ⁊ duobus capitulis ſequẽtibus. nec eni excuſat i de
lictis ſupioꝛis auctoritas. xxij. q. ij. quicũqꝫ. xj. q. iij. nó ſem
per. ⁊ c. ſequenti. xvj. q. i. in canonibus ⁊. q. vij. ꝺcimas. xxv.
q. j. omne quod. xxvj. q. ij. nullus. ⁊ ſpãliter de patre. fac̄ qḋ
not. xxij. q. v. de forma. ergo ſi fuerit licitum ⁊ ſeruari poteſt
ſine peccato nec excuſat ſuperioꝛis auctoritas tranſgredié
tem. ergo iſte periurus. ¶ De ſecundo ſcꝫ ꝙ iuramentum
ſecum habuerit debitos comites. ſ. veritatem iudicium ⁊ iu
ſtitiam que tria requiruntur in eo. xxij. q. i. ⁊ iurabunt. ⁊. q.
ij. animaduertendum de iureiuran. ⁊ ſi chriſtus de pꝛimo. ſ.
de veritate ſatis patet quo ad iuramentum aſſertoꝛium. ſed
quia de pꝛomiſſoꝛio loquimur illud debet habere veritaté
in animo iurantis ꝙ ſcꝫ verificet ꝙ iurat al's quo ad ipſum
ipſo inſtanti eſſet periurium. xxij. q. ij. c. i. Item debet habe
re iudicium ideſt diſcretionem ⁊ deliberationem. ⁊ tale fuit
illud cum foꝛte pꝛopter neceſſitates ſtudij aliter non poſſet
ſibi ſubuenire niſi ſe taliter obligaſſet qḋ ſepiſſime experié
tia docuit. ⁊ epiſcopus vel pater dando licentiam eundi ad
ſtudium videtur conceſſiſſe quod omnia poſſit ad ſtudium
neceſſaria de offi. delega. preterea. faciunt no. xij. q. j. nó di
catis. ij. q. vij. cum paſtoꝛis. de accu. ex parte in glo. ij.
¶ De tertio comite. ſ. iuſtitia dixi ſupꝛa ꝑria pte ꝑ decr. ex
reſcripto de iureiuran. ex qbus cócludit̄ ꝙ fuit de iure diui
no ⁊ poſitiuo ſeruandũ. ¶ Ad tertiũ pncipale facile ꝑue
nitur cum in dubium reducamus an papa diſpenſare poſſit
in iuraméto licito de quo diſputat̄. xv. q. vj. auctoꝛitatem. ꝺ
iureiur. q̄to. ⁊ vide qḋ no. in ſpe. de leg. §. nunc tractemus.
ver. ſed ſi legatus. de epiſcopo ergo vel patre indubitatum
quod non poſſunt. q̄ꝫ graue autem ſit crimen periurij patet
xxij. q. v. ille qui. Concluſio ad pꝛopoſitum patet.
¶ Ad quartum ſcꝫ ꝙ mandans non precogitauit eũ obli
gatũ ꝑ iuramétũ ⁊ etiam ſi abſoluere vel diſpenſare potuiſ
ſet non tamé id intédebat ex quo id ignoꝛabat vel quod id

nõ expreſſit.ꝛ ideo ad illud ſeruandũ teneaṫ.inducit q2 ex-preſſit nõ obſtáte iuraméto de reſcrip.ꝯſtitutus vbi de hoc. ad idem de teſti.ꝯſtitutus.i.de teſti.co.c.fi.§.eo.li.de electi. vbi piculũ.§.ꝛ vos de ſup.ne.pla.c.ij.de rebus ec.nõ ali.c. ij.immo nõ ſufficeret epm̃ ſcire niſi diſpẽſaret ꝛ ſe hoc velle exprimeret de hoc de ſciſma.c.fi.ſꝫ cũ papa dicat ꝙ nõ vult aperire viã piurijs de iureiur.cũ ꝯtingat.nec dare ſniam ve niendi ꝯtra iuramẽtũ.e.ti.ſi vo.ꝛ.c.mulier.multo minus ħ dꝫ velle ep̃s vł pater iurãtis dato ꝙ ħ poſſent. ¶ Ad qn-tum venio de puritate iuramẽti in quo nulla fuit ꝯditio ꝛ q̃ ſine ꝯditione ꝓmittunṫ ꝛc.xxij.q.vlt.c.vni.ꝛ ẽt Hoſti.ſer-uanda eſt fides.xxiij.q.j.noli.xxij.q.iiij.innocens.multo for tius bñfactori vł creditori.peccatũ ergo mortale qđ com-mittiṫ in trãſgreſſione fidei iurare pp timorẽ epi vł patris vel grauaminũ q̃ per eos poſſent iferri cõmitti nõ dꝫ cũ po tius qs debeat omne malũ pati ꝛc.xxxij.q.iiij.ſic ſanctius.ꝛ q.v.ita ne de reſti.ſpo.lr̃as.ꝛ qđ me.cã.lactis.de ſen.ex.inq ſitioni. ¶ Ad ſextum de ꝓpa volũtate veniẽdi certum eſt ꝙ iſte voluit trãſgredi q2 non ponimus attractionẽ vel coa ctionem abſolutã.ꝛ dato ꝙ poneremus ꝯditionalẽ icludit tñ voluntatẽ.xv.q.j.merito queritur.ergo eſt periurus.idu citur qđ ſcripſi poſt Hoſti.de cẽſi.ſignificauit ſuper.ij.glo. qñ.ſ.iudex ꝓcepit debitori q iurauerat ſoluere ne ſoluat cre ditori ibi dicit iuramẽtũ ſeruãdũ.Jtẽ iſte ꝑplexus inṫ iura-mẽtũ ꝛ ꝯ̃riũ preceptũ epi vł patris dꝫ eligere minus maluꝫ qđ eſt potius obedire deo q̃ꝫ ep̃o vel pr̃i.xiij.di.c.j.ꝛ.c.ij.cuꝫ illis nõ ſit obediẽdũ ꝯtra iuramẽtũ prius licite factũ de iu-reiurã.c.veniẽs.ꝛ ſi dubitareṫ an eſſet licitum auctoritas pa pe reqrenda eſt de elec.venerabilẽ.qđ dictum eſt de petitio ne licentie nõ iuuat in iuraméto preſtito homini.ſed neceſſe eſt illud impleri nec ſufficit illud in melius cõmutari ſicut in iuraméto preſtito deo de iureiurã.ꝑuenit.neceſſe eſt igiṫ iu-ramẽtum homini preſtitũ impleri vel ab ip̃o abſolutionem haberi qđ eẽ non pót de iureiurã.c.j.de cẽſi.ſignificauit de ſpon.preterea.ex his oĩbus ꝯcluditur eum periurum.

¶ Soluẽ volẽs meũ morẽ allegans excludebat ꝑmo tres caſus nõ dubios.Primus eſt ſcholaris in fraudẽ credito-ris procurauit vocationẽ ſui quo caſu piurus eſt de offi.del. paſtoralis in fi.ꝛ clemẽ.de pe.multoꝝ.§.illis penã.ꝛ.l.ibi al legata.ff.ſi qs cautionibus.l.ij.in fi. Secũdus ſi potuit de-bitum ſoluere ꝛ ſic vtriqꝫ parere tunc dr̃ voluntarie ꝯtra iu ramẽtum veniſſe ꝛ ſic eſt piurus de iureiurã.q̃relam.ꝛ vide qđ no.in dicta dec.paſtoralis.§.vlti.in.j.gl.Tertius qñ ip̃e ſcholaris ꝑus ꝑ iuramẽtum ſe obligauerat ep̃o vel pr̃i ad redditum vel ad obediẽtiã.in duobus eni iuramẽtis licituꝫ prio preſtitum ꝑferṫ ſcđo de iureiurã.veniẽs.ꝛ.c.itellecto. faciũt no.eo.ti.lꝫ.§.eo.li.ꝛ ſic remanet dubiũ qñ ſtudẽs nõ aſtrictus patri nec ep̃o per iuramẽtum nõ ꝓcurãs ẽt reuo-cationẽ ſuã nec ſoluere valẽs repatriauit ꝛ tũc diſtiguit aut de licẽtia epi vel patris erat in ſtudio aut ſine licentia.ꝑmo caſu ſi licentia fuit indeterminata nõ aſtringens eũ ad redi tũ ea die nec excludẽs potentiam faciẽdi mutuũ ꝛ ꝓ ſtudij neceſſitatibus illud ꝯtraxit artat illuꝫ iuramẽtũ cũ ex datio ne licẽtie oĩa videanṫ cõceſſa ſine qbus ꝛc.vt dixi ſupra pte ſcđa in ſcđo mẽbro.§.item dꝫ hr̃e.valeat ergo indiſſolubiłr factuꝫ de tali tacita licẽtia ꝙ aľs ſine licẽtia factũ nõ valuiſ ſet ſic de pacto future ſucceſſionis dr̃ qñ fit de volũtate eiuſ cuius erat hereditas.C.de pac.l.vlt.ſecũdo cãu ſicut eũ nõ obligatũ ep̃s poterat ſaltẽ ad reſidentiam reuocare ꝺ cler. nõ reſi.ex parte cũ.c.ſe.ꝛ pr̃ etiam ſaltẽ ex iuſta cã vt ponit thema ſic ꝛ obligatũ cũ pr̃i vel ep̃o per iuramẽtum ꝑiudi-care nõ potuerit quare ad ip̃oꝝ mãdatũ repatriãdo piuri-um nõ incurrit per prius allegata maxime que dixi in.§.ad quintum capl̃'m q compulſus cum ſequentibus loquanṫ de his qui ad preceptum dominorum iurant falſum.illi enim non excuſantur.qđ dicitur ꝙ in delictis nõ excuſat ſuperio ris auctoritas verum eſt cum precipit ſupior illud quod eſt delictum vel cũ precipit ꝙ ad ſuum non ſpectat officium vt no.ħ eo.ti.in regula qđ qs.ꝛ bñ facit qđ no.xx.q.ij.in ſũma in fi.vbi no.filiũ nõ peccare obediẽdo pr̃i cũ canonis aucto

ritate id faċ.ad reliq̃ ꝯ̃ria ſit ſic diſtinguẽdo rñſum.

## In obſcuris

xxx. Prima gl. dicit vñ ſupta ꝛ ponit exẽpla.ſcđo ponit ꝑambula regule ꝛ ipſius rõnem.tertiũ reciteṫ ꝑ ꝯtrariũ de mediocritate ſequẽda remittit ꝛ ſoluit ſo lutiõi obijcit ꝛ rñdet ꝛ declarat. ¶ Jn.j. gl.ibi ſemp i obſcuris ſeqtur qđ minimuꝫ eſt ſeqmur.ꝛ ibi ſemp in ſtipl'onibus ſeqtur ꝛ in ceteris cõ-tractibus ſeqmur ꝙ actũ eſt.ꝛ ſi nõ apparet qđ ẽ actuꝫ erit conſequẽs vt id ſeqmur qđ in regione ꝛ in qua id actũ eſt frequẽtaṫ.qđ ergo ſi neqꝫ regionis mos appeat q2 varius fuerit ad id qđ minimũ eſt redigẽda eſt ſũma:ꝛ ibi in obſcu ris inſpici ſolet qđ veriſimilius eſt aut qđ plerũqꝫ fieri ſolet ꝛ ibi legato:hoĩe legato debeṫ nec optimus nec peſſimus ꝛ ibi q lancẽ.q hꝫ tres lances maximã minorẽ ꝛ minimã ſi le-gat minorẽ illã mediã legaſſe vr̃.ꝛ ibi.§.ſi vo.ꝛ.§.ſe.legãs certũ numerũ ſeruoꝝ illis nõ ſpecificatis mediocres legaſ-ſe vr̃.ꝛ ibi fideiuſſorẽ ſi fideiuſſi pro illo q dꝫ triticũ ſine ad-iectione bonitatis quodlibet triticũ dando liberatus ſum. ¶ Jn.j.glo.ibi minimi:ꝛ ſi alicui lego quãtam ptẽ hꝫ vnᵒ heres ꝛ ptes hẽdũ ſũt ineq̃les videoꝛ minimã legaſſe.e.ti. ſi ita relictũ.ꝛ.l.q ꝯcubinã.ff.cũ ita ſꝫ Dy.ꝛ ibi nõ pót.idẽ ħ Dy.ꝑ modũ obiectionis.ꝛ ibi tacite vide qđ poſt Dy.di cã.§.eo.iſpicimus in tex.ꝛ ſuper fi.glo.ꝛ ibi vbi de hoc.ꝛ di-ſtinctionem ibi poſitam plene proſequitur ħ Dy.tractans etiam plene quando in ꝯtractibus ꝛ quando in delictis lo-cum habeat hec regula ꝛ hoc vltimo proſequendo dicit ꝙ ſi incertum eſt delictum ideſt non conſtat illud eſſe commiſ ſum locus eſt regule quia ſequimur minimum.ſ.abſoluẽdo ff.de pen.abſentem.ſi vo certum eſt delictum ſed qualitas ignoratur vt quia vim fecit.ſed neſcitur an cum armis vel ſi ne ſequimur minimũ.ſ.ꝙ ſine.§.eo.in penis cum ꝯcordã.vbi vero delictum ꝛ qualitas ſunt certa:ſed icertus animus de linquentis:ſequimur non minimum ſed quod durius eſt.ſ. ꝙ animũ habuerit delinquẽdi ex quo ad delinquẽdum eſt habilis ꝛ hoc inducit facti atrocitas.C.de ſicca.l.j.de iniu-rijs.ſi non conuitij.vbi autem delictum ꝛ qualitas ſunt cer ta ſed perſona incerta vt quia nullus deprehenditur fuiſſe in actu delinquendi ſequimur minimum abſoluendo vt pri us dixi per legem abſentem.Si vero plures fuerint in actu delinquendi tamen ignoratur quis deliquerit tunc non ſeq mur minimum q2 omnes punimus.ff.ad.l.aqł.iteꝫ mella.§. ſed ſi plures.ꝛ no.ff.ad.l.corn.de ſicca.ſuper rubrica huius rõ q2 omnes appent eſſe culpabiles ex quo fuerunt in actu delinquendi facit.xxiij.q.vlti.c.vlt.ꝛ quod dixi de homici. ſignificaſti.ij.ſuper ver.in hoc dubio eſt etiam ſm̃ Dynum ratio publica que ſuadet maleficia puniri contra tales qui priuatam defenſionem pretendunt ꝛ ſic publica preferenda ff.pro ſocio.actione.§.labeone.ꝛ in auten.de non alie.§.qa vero.ꝛ ibi cum ſimilibus.vide de cenſi.quanto in.iij.gloſ.ꝛ de fi.preſby.litteras in vlt.glo.

## Ex regula

b bene iſtruit qñ in obſcu-ris habeṫ minimũ ſed oc-currit quandoqꝫ dubietas vbi nõ eſt minimum vt in qõne ħ ꝛ Padue diſputata in qua dubita tur qs ſit iudex delicti in diuerſis terminis ꝓponiṫ ꝛ primo ſic.exemptus in loco exempto manẽs ꝓiecit lapidẽ ꝑ quem percuſſit ſtantẽ in loco nõ exempto queritur an ordinarius loci an prelatus ipſius exempti huius delicti ſint iudices ħ fuit qđ dñi Egi.cremoñ.ſed quos ꝯ̃ixit vterus ħ ꝯiũgat calamus.Sciẽdum ꝙ ipſius frater dominus Carlinus le-gum doctor hodie in curia romana excellẽs aduocatus dũ Padue legeret qõnẽ ampliauit ad iudices ꝯtractus ſic di cens ꝑmus exñs in paduano diſtrictu iuxta fines ipſius ali-quid cũ ſcđo vł in ſcđm exñtẽ in territorio teruiſino egit pp qđ factus eſt reus queritur vbi rõne illius talis actus ſorti tus ſit forũ.pro declaratione duo ſubdebat.ſ.reũ dici ꝛ a re

que petitur

que petitur ⁊ a reatu ſup quo ipetit̃ de h.ſ̃.de.v̄.ſig. forus.
ver.reus.vbi etiam dixi ſm qđ qs diuerſis modis ſortit̃ foꝝ
inter quos ſunt hi duo cū ꝯbit̃ vł delinqtur in loco.ſ̃.de fo
ro cōpe.c.ſi.cū cōcor.ponit ergo terminos cū pm⁹ imiſit in
ſecūdum gladiū lāceā vł ſagittā vł cū illo ꝯxit pp qđ dubi
tatur cuius iudicis ſortitus ſit forū.hāc āt multū abbreuia-
bo mēte retēta. ❡ Et p̄ remittā ⁊ ponā qđ pro pncipio pri
mus allegat iungēs q̄tuor q̄ allegat ſecundus. ſcđo ponam
qđ pro fine allegat primus ⁊ ſex q̄ allegat ſcđus. tertio po-
nā ſołonē q̄ de iudice delicti cōcordāt. Jtē ſołonē ſcđi ꝺ iu-
dice ꝯctus in fine ponit̃ opinio. ❡ Ad vtrāq₃ ptē inducū-
tur glo.q̄ tractāt de initio ⁊ fine ſpectādo ⁊ iura in eis idu-
cta.ſ.ſ̃.de elec.dudū.i.in glo.iſta tria ⁊ de cēſi.c.iij.in gl.ij.
cū ſuis remiſſi. Jtē ea q̄ in qōne porrorū.e.ti.q prior.⁊ in.q.
quā poſui ſup regula factū legitime.ſed ſpāliter p pncipio
allegat Egi.in maleficijs volūtatē ſpectari nō exitū de ſen.
excō.cū volūtate.ff.de ſicca.l.diuus.ex corde.n.pcedūt ad
ulteria furta ⁊ hmōi.xv.q.vj.c.j.in ſi.xxxij.q.v.propoſito.⁊
c.ſic̄ eni.vñ Cayn ex pcōceptu homicidij priuſq₃ illud com
mitteret vt homicida dānatus eſt a deo.de pen.di.j.nunqđ
Cayn.⁊ vł q₃ ſemp in homicidio volūtas exterius per ali-
qđ opus detecta incōtinēti facit quē homicidā.⁊ idē i alijs
caſibus de qb⁹ de pe.di.j.circa pn.in legibus canonizatis.
Jtē effectus plus ꝯſideraſ̃ q₃ effectus de biga.nup ad ſi.h
Egi.ſed Carlinus copioſius allegās pbabat pncipiū ꝯſide
rare cū dubitaſ̃ cui ꝺ plurib⁹ actio deſ̃.ff.depo.l.j.§.ſi ſuus
de.v̄.ob.ſi filius. Jtē cū dubitaſ̃ an deſ̃.ff.ad mace.ſi tñ ſcie
te de ꝯſti.pecu. Jtē v̄ba.§.pinde.vł q̄ deſ̃.ff.depo.l.j.§.idez
pomponius.⁊ māda.ſi pcurator.j.rñ.vel ineꝯtū deſ̃.ff.ꝺ ne
go.geſt.pōponius in negocijs ſic ⁊ in delictis vt ſciaſ̃ ipoꝝ
qualitas.ff.de fur.q iniurie in pn.⁊ q̄ pena debeaſ̃.ff.de pen.
l.j.de adult.qđ ait lex.§.ſi.ſic ⁊ in iudicijs de fo.ꝯpetē.ppo
ſuiſti cū cōcor. Jnducebat ſo q₃ cū pncipiū ſit cuiuſq₃ rei
potiſſima pars de orig.iur.l.j.⁊ ſic nobili⁹ ſuo fine:qđ p₃ q₂
principiū pōt eē ſine fine ⁊ nō ꝯuertit̃ ⁊ h ad ſenſum pcipit̃
ex duob⁹ aūt vnitis potētius trahit ad ſe minus potēs.ff.de
au.⁊ ar.le.⁊ ſi nō ſunt.§.pueniamus.de acqr.re.do.qcqđ.§.
ſi.ergo ⁊c̄. ❡ Tertio inducebat qñ pncipiū ⁊ finis h₃ diuer
ſitatē loci habeſ̃ pinde ac ſi in loco pncipū fuiſſ₃ pfectū ad-
ducit̃.ff.de re.di.inſti.l.aſſe.⁊ de ꝯdi.inſti.l.iſtitutio talis q̄
quid dicat vide in clemē.de pcur.religioſus.in vlt.glo.

❡ Quarto arguēdo de tpe ad locū ſicut vno tpe inchoa-
tum.⁊ alio pfectū habeſ̃ pro pfecto tpe inchoationis.ff.ad
l.aqſ̃.huic ſcripture.§.ſi manumiſſus.⁊.l.ait lex.§.q₃ ſi mor-
tifere.⁊ de dā.infec.dānū.§.ſabini.ſic quoq₃ ad caſum dica
mus de loco.idē oñditur cū inchoatū reſeruaſ̃ in euētū al-
terius tēporis ꝯfirmādū.ff.de peri.⁊ cōmo.rei vē.l.neceſſa
rio.ał's icipit q₃ ſi pēdente.qui po.in pig.hab.qui balneū.j.
ij.⁊.iij.rñ.⁊.l.potior.de re mi.qđ dī de fideiuſ.ſi a reo.§.ſub
diuerſis. ❡ Ad ꝯriū allegabat egi.effectū pponderādū q
fuit in loco nō exēpto vel in territorio teruiſino.de pe.diſ.j.
.§.hec aūt v̄ba.de cle.nō reſi.relatū.⁊ ibi ꝯcor.in.iij.gl. Jtē
in bono cōſideraſ̃ finis ⁊ pſeuerantia q₂ nō qui iceperit ⁊c̄.
vij.q.j.ſuggeſtū.ergo a ſiſ̃i per cōtrariū debemus dicere in
malo vt.ſ.plus ꝯſideremus finē ſicut in cautiōe de ſtādo iu
ri voluntas nō ſufficit de eo q mit.c.j.cū ꝯcor.facit.ſ̃.eo.li.ꝺ
elec.perpetuo.vbi etiā cōſenſus expſſe pſtitus in ſcrutinio
nō inducit penā dec.cū in cūctis niſi ſequaſ̃ electio induce-
bat etiā qđ ſcripſi poſt Uin.de imu.ec.c.vlti.de illo q ex̃ ci
miterium manēs trahit ſtātē intra ⁊ qđ de vulnerato ex̃ ec-
cleſiam qui fugit intra no.ſ̃.eo.li.de imu.ec.c.vni.in.iij.glo.
qđ etiā no.Hug.⁊ Lau.de ꝯſe.di.j.eccleſijs p.l.huic ſcrip-
ture.ff.ad.l.aql.inducebat vltimo.ff.de mino.l.iij.§.j.vbi ſi
minor iudiciū inchoauit ⁊ maior factus ſniam ꝯriam repor-
tauit nō reſtituitur ⁊ ſic finem ⁊ effectum pōderamus. Ad
primā tamen partem inducit̃ ea.lex.§.ſcio ſm egi.ſed carli-
nus inducebat q₃ tēpus ſnie ponderamus in abſoluēdo vł
condēnando ⁊ non tps litis ꝯte.ſ̃.eo.li.de re iud.abbate.§.
porro.vbi cōcor.qđ quo intelligatur p₃.e.c.§.ceterū₃.ſic er
go h quo ad forum in tali certo delicto ponderādus eſt ſi-
nis facit.vij.q.j.ſuggeſtum.C.ſi ſer.expor.ve.l.moneor.na
ad finē oia referunt̃.C.de na.li.nuper.ad ſi.⁊ inde dictū eſt
exitus acta probat vt no.ff.de iure ſiſ.nō itelligitur.§.qm̄ āt
⁊ alibi a caſu deſcribe diē.ff.de teſta.tu.l.iure noſtro.§.ſi.ad
ſilſ̃.ſi exheredatus.j.rñ. ❡ Scđo equipabat imperfectiōe₃
nullitati ideſt actui qui nullus eſt.ff.de iniuſto rup.⁊ irri.l.
ij.inſti.qui.mo.teſta.iſir.§.ex eo.inde dī nil actu₃ videri ⁊c̄.
.C.ad ſilſ̃.l.pe.in ſi.in ius vo.vt eant.l.ſi.ſicut ergo ex actu
nullo nō ſortireſ̃ qs forum.ita nec ex imperfecto. ❡ Ter-
tio q₂ tēpus inchoationis trahimus ad tēpus pfectionis
nis p₃ in macedoniano.ff.ad macedo.l.filiuſfa.§.ſi.de verb.
ob.qđam cum filium.§.ſi.de fideiuſſo.ſi debitor.§.ſi filius.⁊
mā.ſi v̄o non remunerādi.§.filio.per quē patet ꝯctum ince
ptum per filiūfa.ex quo per numerationem pfectus fuit cu₃
eo facto ſui iuris haberi perinde ac ſi fuiſſet etiā inchoatus
tpe numerationis. ❡ Quarto tenēdo qđ dixi in pma pte
de actu potētiori dicimus finem potētiorem ex quo habeſ̃
actus integritas ⁊ pfectio ⁊ eſſe rei ſine quo ipm pncipiu₃
nihil facit.ff.ad.l.fal.ſi is q quadraginta.§.ſed ⁊ ſi opus.

❡ Quinto cōtra id quod pus dixi quarto arguendo de tē
pore ad locum inducit.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.ſi eni.§.ſi.
vbi valet donatio viri ad vxorem facta tempore prohibito
ex quo effectus cōfertur in tempus pmiſſum.ad idē.ff.ꝺ he
redi.inſti.⁊ in tēpus facit etiam.ff.de iudi.heres abſens.§.ſi
na.de actio.⁊ ob.l.ꝯtraxiſſe.na₃ ꝯferſ̃ h pncipiū ad ſi.⁊ ſic
in ſortiendo forum illius loci reſpectus habetur. ❡ Ultio
dicebat q₃ cum actus actiuorum ſint in patiente ſm ipm pa
tiēs o₃ ponderari ſed hic fuit ſm themata in loco nō exem-
pto vel diſtrictu teruiſino ergo ⁊c̄.pmū probaſ̃ q₃ ad quali
tatem patiētis attēdamus q₂ ſurripiens rem ſacram cōmit-
tit ſacrilegiū.ſurripiēs pphanā cōmittit furtū.xvij.q.iiij.qſ
quis.⁊ no.ff.ad.l.iuł.pecu.l.diuus.ff.de fur.ſi falſus.§.qui
alienum.§.ſi quis ſponte. Jtem ex varietate patiētis daſ̃ vł
negatur actio aque pluuie arcē de.ff.de aq̄ plu.ar.l.j.§.apđ
labeonē.locū ergo vbi erat patiēs in hoc ponderare debe-
mus. So.cū querimus de delicto ambo concordāt ne male
ficia remaneāt ipūita vtrūq₃ eē iudicē.ſ.platū exēpti vł pa
duanū reſpectu pncipij.⁊ q₂ ſub eo pfecit delictū q̄ ad ſe.ad
qđ allegaſ̃ de pſump.c.j.ibi q mittat.⁊ qđ ibi not.in glo.j.⁊
ordinariū loci vł teruiſinū reſpectu finis ⁊ effect⁹.⁊ ſic ꝯce-
dunt̃ q̄ pro q̄libet ptiū ſunt iducta.ſic p vnū delictū plures
perſonas tāgens vnicuiq₃ iſolidū attribuit̃.ff.ad.l.aqſ̃.ita
vulneratus.§.ſi.⁊ de fur.l.vulgaris.§.ſi duo.ſic vnū ꝺlictū
plura territoria tāgēs cuiq₃ territorio attribuaſ̃ iſolidū idu
citur.C.vbi de cri.agi o₃ p.l.j.put ibi exponit gl.ſic ēt iſoli
dum eccleſiaſticus ⁊ ſecularis ſunt iudices miſerabilis per
ſone vt no.lxxvij.diſt.c.j.⁊.xij.q.j.c.j.ſic due poteſtates ſunt
in eodem officio.C.de offi.prefec.vr.l.j.facit.ſ̃.de offi.lega.
c.i.de preſump.litteras cum concordan.j.glo. Sic ⁊ veſti-
bulu₃ ibi duo edificia tanguntur vtriuſq₃ cenſetur inſolidū
ff.cōmuni diuidun.arbor.§.veſtibulo.nō tamen intelligas
vnumquēq₃ penam inſolidum imponere poſſe ſed reo per
alterum punito precluditur alteri poteſtas puniendi q₂ nō
iudicabit deus bis.lxxxj.di.preſbyter.xiij.q.vlt.c.vl.ad idē
de of.le.l₃ de accu.de his.ff.nau.cau.ſta.l.l₃.dicebat tñ egi.
q₃ ſi cōparatōe₃ fieri oporteret pferret pmū cū ſtati iacēdo
ex iordinato affectu deliq̄rit nec pōt negari qn puniendus
eſſet iactus ille dato q₃ non percuſſiſſet facit qđ dicam ſup
regula in penis ⁊ percuſſio ſecuta non eſt per ſe delictu₃ ał's
eſſent duo delicta:ſed effectus precedentis delicti deriuati
a precedenti cauſa alle.ff.ar.fur.ceſ.ſi plures.§.ſi.cōcor.Cy.
poſt Pe.C.vbi de poſ.agi o₃.l.vni. Jn ꝯctu aūt ⁊ eius fo-
ro dicebat dñs Carlinus ponderādū ꝯſummationē cōtra-
ctus vt ſi vn⁹ dicit pmittis decē.⁊ alter rñdit pmitto vł vn⁹
dicit vēdo rē tale₃ tibi p decē.alter rñdit emo vbi erat ille:
ꝯtractū ſic in iſtāti pficiēs ibi forū ſortitus erit vterq₃.non
eni ſicut in delictis res ichoata p ſeipam ſubſiſtit.cū nulli⁹
effectus eſſet interrogatio ſine reſponſione ſecuta.ff.de ver.
obliga.l.j.§.qui cu₃ pñs.pōdereſ̃ ergo locus vbi perfectio
nem ⁊ eē recipit inducit.ff.de auct.tuto.obligari.§.tutor.⁊

glo.ibi quid ſi pars.⁊.§.fi.predicta intelligit vera niſi eēnt
perſone que rōne cōtractus nō ſortirent̄ forū. de hoc.ff. de
iudi.heres.§.j.vel niſi fuiſſet actum de ſolutione faciēda in
altero p̄dictoꝝ locoꝝ vl' in loco tertō.ff.de ac. ⁊ ob.ꝯtraxiſ
ſe.nam illo loco ꝯtraxiſſe videntur vt ibi.preter caſus autē
illos ſimpl'r contrahendo lȝ ibi ſoluere ꝑmittat ſortitur ibi
forum vbi pfectus eſt ꝯtractus lȝ qdā contra qꝺ ipe impro
bat qa ſm id viatoꝛ in quo ſpāle eſt qꝺ nō ſortit̄ cōtrahēdo
ſi promitteret ibi ſoluē nō poſſet ibi cōueniri qꝺ eēt abſur-
dum.dicit aūt ꝙ ſm p̄dicta allegationū ſolutio opportuna
nō eſt.Eſt ſciēdum ꝙ Frāciſcus ꝟcelleñ.in dec.fi.de fo. cō-
petē.in.q.illa qua de delicto querit̄ tenuit qꝺ vtriuſqȝ loci
iudices debeāt cōuenire allegabat de reſcrip.paſtoralis de
ſen.excō.cū illoꝝ.⁊ dixi de h.š.eo.li.de puile.c.j.poſt pn.

i **In pari delicto** lxv.Jo. mo. in decre.š.e.li. de
teſti.c.j.dixit regulā locū habē in his q̄ in ſe ſūt
turpia vt occidē ⁊ furari.vbi ꝟo factū in ſe non
eſt turpe:ſed qualitas rei adiecte vel pſonarū facit illꝺ tur-
pe tunc nō eſt melioꝛ ꝯditio poſſidentis qꝺ dicit ꝓbari ꝺ ſy-
mo.veniēs.⁊ rō reddit̄.ff.de cōdi.ſine cā.l.auunculo.j.⁊.ij.
rñ.Et h dicit ꝙ allegatio ibi poſita facit pro regula lȝ deci
ſio videat̄ facere ꝯtra que plus reſpexit factū q̄ q̄litatē ne
agēs eſſet in dāno.loquit̄ lex de pecunia data noīe dotis p
neptē auūculo q̄ ꝑmittit̄ repeti q̄ſi ex nulla cā data.dare er-
go nō eſt ꝓhibitū etiam in ſpūalib⁹:ſed adiectio facit illud
turpe qñ.ſ.dat̄ ex pacto vl' taxatiōe q̄ hȝ vim pacti.⁊ iō repe
titur facit.š.de magiſ.c.ij.⁊ vide qꝺ no.de ſymo.de hoc.
¶ Prima glo.dicit vñ in viro que mēbro ſit ſūpta.⁊ vtri-
uſqȝ mēbri ponit exempla ⁊ obijcit ad vnū exemplū ⁊ ſoluit
ſcꝺo notat ſignat ꝯtrarium ⁊ ibi remittit. ¶ In gloſa.j. ibi
cū par delictū ſequit̄ eſt duorū ſemꝑ onerat̄ petitoꝛ ⁊ meli-
oꝛ habet̄ poſſeſſoris cā ſicut fit cū de dolo excipit̄ petitoris.
neqȝ eni dat̄ talis replicatio petitori aut ſi rei quoqȝ i ea re
dolo actū ſit illi debet ꝑmitti penā petere qui in illā nō inci
dit ⁊ ibi in pari cā ſequit̄ poſſeſſoꝛ potioꝛ haberi debet hi q
in vniuerſum ius ſuccedunt heredis loco habent̄. ¶ In gl.
j.ibi ſi ſeruū ſtichū.al's incipit ſi ſtichū ſeruuȝ. ⁊ ibi pſequit̄
Dy.ponit exemplū p.l.ff.de publi.ſi aūt.§.ſi duobus. vbi
melioꝛ eſt ꝯditio poſſidentis cū duo emerūt a diuerſis non
dominis.Itē p.l.ſi debitoꝛ.ff.de pigno.vbi melioꝛ eſt ꝯdi-
tio poſſidētis qñ neſcit̄ cui res primo fuerit obligata ⁊ in fi.
dicebat h Dy.cuius ꝟba ſcriptoꝛ ponet ad l'am ꝙ qꝛ h re
gula hȝ multa ꝯtraria ad ipoꝝ ꝯcoꝛ.ſic erat diſtinguēdum
aut ꝓ puniēdo dolū vel culpā agit̄ cri'al'r aut ciuilit̄.⁊ ſi cri
minaliter aut ē idē delictū accuſatoris ⁊ accuſati aut diuer
ſum ſi idem repellit̄ accuſatoꝛ qꝛ nil doloſus doloſo.C. ꝺ li.
cā.l.ſi filiū.de teſti.qm̄.⁊ de hereti.l.qm̄.ꝟ.inter ſe. ſi diuer
ſum aut ꝓponit̄ in modū accuſationis aut exceptionis.ſi in
modū exceptionis audit̄ opponēs anteq̄ nomē eius int̄ re-
os fuerit receptū.poſtea ꝟo nō audit̄ etiā ſi maius crimen
opponat.ff.de adul.l.ij.§.qꝺ hic dicit.⁊.§.ſi publico.⁊.§.ex
traneis.⁊.l.ſi maritus.§.preſcriptiōes.ſi in modum accuſa
tionis aut de pari aut de minori vel maiori.ſi de maiori au-
ditur añq̄ nomē ſuum ſit ſcriptū inter reos.C.q accuſ. non
poſ.l.j.poſtea ꝟo nullo mō audit̄ etiā de maiori.ff.de pu. iu
di.qui reus.⁊ ibi no.ſi pari vl' minori nō audit̄ niſi ſuam vel
ſuorū iniuriā pſequat̄.C.q accu.nō poſ.l.negādi.ſi ciuiliter
aut vterqȝ eſt in dolo aut vterqȝ eſt in pari culpa ⁊ tūc hinc
inde cōpēſat̄ ſiue circa idē ſiue circa diuerſa reperiat̄ dolus
ſiue culpa.ff.ſo.ma.viro.⁊.l.ſi mulier.de dolo.l.ſi duo de eo
per quē fac.eſt.l.fi.§.ſi ſtipulatoꝛ.de ꝯhen.emp.l.domū.ne
quid in lo.pu.l.ij.§.idem ait. qꝺ vi aut clam.l.ſi alius.§.bel
liſſime.⁊.l.vlt.§.ſi ad ianuam.de do.ex.l.apud celſuȝ.§.mar
cellus.aut vnus in dolo alter in culpa.⁊ tunc ſi circa idē nō
fit compēſatio qꝛ dolus preponderat culpe.ff.ad.l.aql.Itē
.§.fi.⁊.l.qui foueas.§.h actio.⁊.l.ſi putatoꝛ.ſi circa diuerſa
fit cōpenſatio cū teneat̄ vterqȝ ad q̄titatē vt.ff. de compē.
ſi ambo.⁊ ibi no.ſi vnus in lata culpa alter in leui ꝑpōderat
lata qꝛ cōparat̄ dolo.ff.depo.l.qꝺ nerua.⁊ ſi mēſoꝛ fal. mo.
di.l.lata.§.plane.⁊ ſi qs teſt.li.eē iuſ.fu.l.j.§.nō aūt.ſi vnus
in leui alius in leuiſſima preponderat leuis circa idem ſicut
dictū eſt.š.in caſu ſi'i.ſecus ſi circa diuerſa cū ſint inuicē de
bitores in q̄titate.ff.eod.cū par delictū.Itē ſi vnus in leui
faciendo alter in leui negligendo preponderat leuis in fa-
ciendo:⁊ ideo nō compenſatur nec eſt melioꝛ ꝯditio poſſi-
dentis vt plene no.ff.ſo.ma.l.ſi moꝛa.Dy.

b **Hic regule conuenit** qꝺ le-
giſtaꝝ quā dñs meus dñs Martinus diſputāſ
ſic preponebat glo.in.l.vbi aūt.ff.de ꝯdi.ob tur
pē cām.ſic querit.pone dedi tibi rem indiuiduā ob cāȝ ptiȝ
honeſtā ⁊ partiȝ turpē.ꝟbi grā dedi houē vt capuā vadas
⁊ hominē occidas neutrū feciſti.repeto qꝛ capuā non iuiſti
qꝺ honeſte fieri potuit:⁊ tu vis retinere quaſi turpit̄ dede-
rim quia dedi vt hominem occidas queritur de repetitione
quid iuris.ſ.an in totum repetatur an nihil an pro parte.
¶ Ad quamlibet harum trium partium vna ratio allega-
tur ⁊ datur ſolutio:ſed ſecundus diſputans ad negatiuam
allegat quatuoꝛ ⁊ ſex in contrarium ⁊ ſoluit diſtinguēdo.
¶ Secūdum primū videtur dicendum ꝙ totum repeta-
tur quaſi turpis conditio habeatur pro non adiecta.ff.ꝺ cō
di.indebi.que ſub conditione.š.de conditio.appo.c.j.⁊ vl-
timo.Item quando quis clam ⁊ palaȝ rogatur preualet ꝙ
palam.ff.de iure fiſ.non intelligitur.ita ⁊ hic preualeat adie
ctio honeſta. ¶ Secūdo videt̄ ꝙ nihil repetatur quaſi h
fuerit vna cauſa.ff.de condi.⁊ demōſtra.l.hec ſcriptura. cu
ius pars eſt turpis tota dȝ cenſeri turpis argu.ff. de lega.j.
etiam ſi partis.⁊ de re.du.ſi is qui.§.vtrum.vnde repetenti
obſtare debet turpitudo. ¶ Tertio videt̄ dicēduȝ ꝙ pars
repetatur.nam ſi tota eſſet honeſta totuȝ repeteret̄ vt ergo
idem iuris ſit de parte ⁊c̄.⁊ ſi dicat̄ res eſt indiuidua repeta
tur totum conferendo partem eſtimationis.ff.de lega.ij.cū
filius.Soluendo dixit repetitioni locum non eſſe rationib⁹
premiſſis maxime quia ſi vtrūqȝ feciſſet accipiens ⁊ ſic occi
dendo deliquiſſet nō repeteretur.vnde ſi abſtinendo ⁊ nō
delinquendo reſtituere teneret̄ eſſet melioris conditōis de
linquens q̄ non delinquens quod eſſe non debet in auten.
de reſti.⁊ ea que pa.in fi.col.iiij.dominus Petrus de cerue
ris diſputans poſtmodum eandem queſtionem plenius ꝑ-
ſecutus eſt allegans ad partem qꝺ non repetat quia in duo
bus quorum vnum nocet ⁊ aliud prodeſt inſpicit̄.ff.ex qb⁹
cauſis in poſ.ea.fulcinius.§.qꝛ.⁊ ad ſil'.ſi quis in graui.§.
fi.⁊ merito ne ſub pretextu liciti veniatur ad illicitū.ff. ꝺ of.
preſi.illicitas.§.illicita cum ſimilius ibi notatis.
¶ Secūdo pp difficilē ſeparationē liciti ab illicito ꝓhibe
tur quis a toto.ff.de aqua quo.⁊ eſti.l.j.§.itē querit̄ ꝺ aqua
plu.ar.l.j.§.itē ſciēdū in fi.⁊.§.ſed ſi vicinus.⁊.l.iij.§.fi.
¶ Tertio propter cōionem delictū ſocij extēditur ad ſoci
um.ſic ergo h delictum in parte extendatur ad aliā ptē.ff.
ſi quis cau.l.ſi duo.⁊ de arbi.ſi duo. ¶ Quarto in cōi debi
to donatio prohibita in pſonā vxoris extēdit̄ ad correuȝ vt
ei nō proſit ſi vxori fiat acceptillatio.ff.de dona.int̄ vi. ⁊ vx.
ſi ſponſus.§.j.ſic repetitio ꝓhibita in vna pte extendat̄ ad
aliā inducit̄ hec regula ⁊ hoc.e.ti.cū qd vna cū ipoꝝ ꝯcoꝛ.
In contrarium de duobus quorum vnuȝ nocet aliud ꝓdeſt
inſpicit̄ qꝺ ꝓdeſt.ff.de iure fiſ.nō intelligit̄.§.ſi quis palā cū
ſi.ibi no.⁊.š.qui fil.ſint legi.ex tenore.vnde rōne adiūcti in
quo nō verſatur delictuȝ ſubuenitur in eo in quo verſat̄ q̄-
diu durat inſeparatio.ff.de ſtatu homi.imperatoꝛ de pen.l.
pregnantis.C.de appel.precipimus in fi.ibi eodem mō ⁊c̄.
¶ Scꝺo pp indiuiduitatē bñficiū petēdi ꝯceſſum in vna
parte vel in vna perſona extenditur ad aliam partem vl' ali
am perſonam ⁊ victoria prodeſt.ff.ſi ſer.vendi.loci.§.ſi fun
dus.⁊.l.ſi de cōmuni.C.ſi vnus ex pluribus.l.j.⁊.ij.ff.de ap
pel.ſepatiȝ.§.fi.⁊.š.de ap.vna. ⁊ eadē rōne delictū vl' negli
gentia in vna parte ⁊ ab vno ſocio cōmiſſa releuat̄ ꝓpter ſo
ciuȝ qui nō deliqt vl' neglexit.ff.queād.ſer.amit.ſi cōeȝ.⁊.l.
prece

ꝓcece.⁊.l.nam ſatis.§.j.ibi ſi vo ⁊c.⁊ vide qđ no.ſ.eo.li. de iurepa.c.vni.in vlti.glo.⁊ qđ ſup ea dixi. ¶ Tertio ſi liberum hominē qui vēdebatur ad ꝓciū participādū duo emerunt quoꝝ alter ſciebat alter ignorabat ꝑ delictū patientis ſe vendi ignorantia vnius releuat ſcientem ⁊ q2 libertas vel ſeruitus nō pōt pro parte competere.ff.de lib.cā.liberis.§.ſi duo.⁊.l.duobus.⁊ vide qđ no.de clan.deſpon.cū inhibitio in glo.⁊ ita. Ita hic rōne partis in qua nō deliqt admittatur ad petēdam partē in qua deliquit maxime qñ fuit turpitudo in poſſeſſore ſicut in petitore. ¶ Quarto rōne cōionis ⁊ ſocietatis non capax capit ꝑ capacē.ff. de libe.lega.ſi is qui duos.fortius ꝓpter indiuiduitatem partis ad quam eſt capax repetet vtrāq3.nam eadem rōne pretextu ꝑmiſſi ꝑmittit᷑ probibitū.ff.de dona.inter vi.⁊ vxo.ſi ſponſus.§.gnāliter.xiij.q.ij.non eſtimemus.na3 etia3 in diuiduo repetitio partis indebite ſolute ad aliam partē extēdit᷑.ff.de condi.inde.ſi nō ſortem.§.ſi centum.fortius h̄ vbi eſt indiuidua quia ſi id de quo magis ⁊c.C.qui etate.l.fi.li.x.ſ. de elec.eum in cunctis. ¶ Quinto ſi propter partē quā dedit ob cām turpem nō poſſet etiam petere reliquam ꝑ indiuiduum puniret᷑ in quo non deliquit qđ eē nō d3.ff.de his quibus vt indig.l.reſcriptum.⁊.l heres ad.l.fal.l. hereditatū.§.fi.ſ.de his que fi. a maio.par.ca.c.ij.in fi. ¶ Sexto quotiens nihil ſine captione ⁊ cetera.ff.eo.ti.quotiēs nihil.C.de inof.teſta.l.omnimodo.ff.de do.excep.ſi ꝓcura.rei:ſed tale eſt hoc ergo ⁊c.ad ꝑdicta faciat ō ſepul.ſacris.⁊ qđ ibi no.

¶ Soluebat per vltimo allegata ⁊ potiſſime per.l. quot. alle.in fi.qđ repetitio ꝑ indiuiduitatem det᷑ in toto. ⁊ h̄ ſi in ea parte verſet᷑ turpitudo recipientis.nam iſte certat de damno vitando ille de lucro captando.na3 ⁊ talia dicuntur lucra.ff.de calū.in heredē.⁊ in re dubia melius fauet᷑ repetitioni q̄3 aduēticio lucro.ff.eo.ti.nō d3.§.in re dubia.vbi etiā benignior interpretatio fieri d3.e.ti.ea que in partes.§.in re dubia.⁊ hoc itelligit cū ex vtraq3 parte fuit turpitudo in recipiente ⁊ in altera tm̄ in dante.⁊ tunc merito fauendum ei qui minus deliquit.nec eſt ibi par delictū ⁊ ſic non obſtant contraria ⁊ hec regula.vbi vo ex vtraq3 ꝑte rei date fuiſſet honeſtas in recipiēte nō dat᷑ repetitio cā ſecuta.ff.de ꝯdi.cā da.per totum.vl᷑ etiam cā nō ſecuta ſi turpitudo fuit in ſolo dante.ff.de ꝯdi.ob tur.cām.l.iiij.ſi vo honeſtas ex vtraq3 parte nō fuit in recipiēte ſed in ea ſolū parte in qua fuit turpitudo dantis tunc eſt dubium qd iuris.ſed ⁊ tūc forte dici poſſet cū ibi ſit par delictum ⁊ illi recipiēti abſit in eo ꝙ cā3 ipleuit.ff.de cōdi.cā da.ſi pecuniā in ꝑn.C.de trāſac.cū mota.C.de dolo.cū ꝓponas.⁊ no.C.de ꝑſcrip.vbis nālis.§.ꝙ ſi facit.tunc ſit me ior ꝯditio poſſidentis per hāc regulā cū concordan.nam facilius ꝯcedit᷑ retētio vl᷑ exceptio q̄3 actio.ff.de ꝯdi.inde.ſi in area.⁊ hoc.e.ti.qui ad agendum cū concordan. Si vo nihil abſit recipiēti q2 nō impleuit cām ꝓpt᷑ quā datū eſt.tunc idē qđ in ꝑmo mēbro ſolonis ⁊ rōnibus ibi dictis ⁊ fiet repetitio ſine aliqua eſtimatione preſtāda q2 propter turpitudinē impedit᷑ retentio.⁊ ſic nō ob.ff.de leg.ij.cum filius in ꝑncipio ad.l.fal.lege falcidia interueniente ⁊ quod nota. de heredi.ac.l.j.in quibus dicitur ꝙ eſtimatio partis offertur.

**In penis** xlix.faciēda ꝯ.ff.de his q no.infa.l.ij.§.exercitium.ſol.vt dixi.ſ.eo.odia. Dy.nec h3 locū regula vbi certu3 eſt delictum ⁊ certa ipſius qualitas ſed anim⁹ cōmittentis incertus.C. de iniur.ſi nō ꝯuitij. Item cū certū delictū ⁊ certa qualitas ſ3 incerta perſona ex pluribus qui fuerunt in actu delinquendi ff.ad.l.aql᷑. Itē mella.§.ſed ſi plures.C.ad.l.iul᷑.de vi pu.l.qm̄ multa.ſm Dy.qui remittit.ſ.eo.in obſcuris.⁊ ibi dixi.

¶ Prima glo.dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exāpla. ſcđo arguit.tertio ſpecificat qnq3 modos circa regulā vlt.glo. ponit rōnem. ¶ In ꝑma glo.ibi.§.in penalibus.ſeqtur cauſis benignus interpretādum eſt.⁊ ibi h̄ eni.§.j.remotus ob dolum infamis eſt:ob culpā nō.in dubio preſumit᷑ remot⁹ ob culpam ⁊ ibi ſi preſes.j.ſequitur in glo.⁊ ibi.l.pe.interꝑtatōne legū pene mollieđe ſunt poti⁹ q̄3 laxāde. ¶ In ꝑma gl. ibi eſt argumētum.idē Jo.mo.dicit tñ ꝙ nō diceret᷑ dubiū qñ ex actis apparere poſſet caſſationis cā.C.de ſentē.q ſine certa q̄ntita.l.iij.ff.de re mili.milites §.miſſionū.⁊ dixi in decre.ſup eo.⁊ ibi ad ſilia que nō ſint de mēte nec habeāt eūdem effectū ſup quo vide qđ ſcripſi.ſ.e.li.de elec. ſi poſt q̄3.§.j.ſup glo.⁊ ita ⁊ remiſſiones quas ibi dedi vnde de argumēto a minori dici ſolet ꝙ in delictis que tēdunt ad eundē effectum bñ ꝓcedit ⁊ eſt neceſſarium.C.de epi.⁊ cle.ſi quis non dicā cañ.xxxvj.q.ij.in alijs.l3 poſſit eſſe probabile non eſt neceſſariū.ff.de re mili.nō oēs.§.a barbaris.ff.ad treb.l.qui filiū.§.ſabinus.bñ facit.ſ.eo.li.de elec.ſtatutum.

b **Et regula** facit ad qōnem ſuſpenſi per trienniū a bñficijs ꝙ fiat ꝯcurſus tēpoꝝ ſi infra trienniu3 nouā penā incurrat quam plene ſcripſi de elec.cū in cūctis ſuper verbo triennio. Item facit ad qōnē dominicalē vltimā de damnato ad manū qui h3 alterā aridā ꝙ illa debeat amputari vt ibi ſoluitur ꝑ rōne3 huius regule ⁊ eqtas ꝑeligenda de do.⁊ ꝯtu.c.j.C.de iudi. placuit. ⁊ miſericordia ⁊ compaſſio adhibēda.l.di.pōderet in fi.xlv.di.ois q.⁊ va iuſtitia h3 cōpaſſionē.xxvj.q.vij.alligāt ⁊ ſatis punit᷑ q2 man⁹ arida verum mēbrum eſt ⁊ valet ad decorem.j.q.j.ſicut vrgeri. Facit etiā ad qōnem quā diſputaui que talis fuit queritur an penam q̄ ipo iure delinquēti infligit᷑ pro delicto incurrat is qui id cogitauit ⁊ aliqd egit ſed nō ꝑfecit etiā ſi ꝑ ipſum nō ſteterit. Hic ꝑmo pro allegatiōib⁹ pro ⁊ ꝯtra remittam inducens vnā legē ⁊ eius glo.ſecūdo ponā quatuor circa declarationē qōnis.tertio ſoluā ꝑncipal᷑r ꝑ tria iura quā ſolutionē coadiuuabo ꝑncipaliter ꝑ tres gloſ. ⁊ ſex rōnes.demū ad ꝯtraria dupl᷑r rñdebo. ¶ De ꝑ ſic q2 iura quib⁹ad qōnem argui pōt:ſatis ſunt ꝑ vtriuſq3 iuris doctores collecta ꝑ O dofre.ſ.⁊ illos q poſt eū ſcripſerūt ſup.l.ſi quis nō dicā.C.de epi.⁊ cle.ꝑ Hoſti.in ſum.de pen.§.qbus ⁊ plene per dñm Jacobum de baiſio qui frater fuit Archi. bonoñ.in quadam ſua diſtinctione que dr̄ diſtinctio de voluntate quā etiā dictus Archi.poſuit.xvij.q.j.§.ſi ergo.non reputo multū vtile nec ſubtile ꝑdicta ſic plene ſcripta repetere.ſufficiat ergo ponē ꝙ ad ꝑmā partē.ſ.ꝙ penā incurrat faciunt oēs leges canonizate de pe.di.j.in ꝑn.⁊.l. ſi qs non dicam vſq3 ad.§.ꝯ.⁊ qđ in ꝑn.ipſius diſtinctōis legit᷑ ⁊ no. de volūtate ad bonū.⁊ pro parte ꝯtraria leges ibi poſite.⁊.§.cōtra vſq3 ad.§.cogitatio ⁊ ex ibi nota.vſq3 ad.c.ſi cui.⁊ vj.q.j.ſi qs cū.⁊.xxxvj.q.ij.ſi qs nō dicā.⁊ de eo q mit.i poſſeſſio.c.j.ꝑt ēt ſtudioſus ſibi iura multa q̄rere pro ⁊ ꝯ. Ad hāc ꝑtē bñ fac.ff.ad.l.cor.de fal.l.q falſam monetā ꝑcuſſerint ſi totum formare voluerit ſuffragio iſte penitētie abſoluunt᷑.⁊ ibi vide cōcor.in ꝑma glo. ¶ Eſt aūt aduertendum ꝙ format᷑ qđ de pena ⁊ penali ꝙſtōne nō de premio vl᷑ fauore.eſt aūt certū penales ꝙſtōnes reſtringēdas de elect. ſtatutū.ſ.eo.li.⁊ hic cū ſuis ꝯcor. Itē format᷑ qđ nō de pēa que a iure iubet᷑ infligi per iudicē ſed de pena que ifligitur ipſo iure ſine aliquo iudicis vel hominis miniſterio. Itē q̄ritur de pena delinquētis nō de illa qua ius punit vnū pro delicto alterius vt p3 in filijs hereticoꝝ ⁊ cōmittētiū crimē leſe maieſtatis.vj.q.j.ſi quis cum.⁊ de hereti.c.ij.⁊.c.ſtatutū lib.eo.⁊ de ſciſma.c.vni.lib.eo.ad idem de pen.in quibuſdā ⁊.c.ad aures.⁊.c.felicis.eo.li. Item nec formatur qđ de illo qui non perfecit per ſe.delictum tamen perfectum fuit ꝑ ſocium vel mandatarium cui aſſiſtebat vel de illo qui perfecit quo ad mentem l3 non quo ad verba.hi enim bñ icurrūt de homici.ſicut.ſ.de pen.c.fina.lib.eo.de elec.ſi poſt q̄3.e.li.ij.rñ. Quibus ſic premiſſis in predicta qōne puto ꝙ is de q̄ querit᷑ penā de q̄ q̄rit᷑ nō icurrat nec diſtinguo in h̄ cāu iter leuia atrocia atrociora ⁊ atrociſſima.h̄ dico ꝑ dec. ꝑpetuo. de elec.ſ.e.li.vbi penā a iure ſtatutā ꝯtra eligētes ſciēter indignos epos nō icurrit is qui cogitauit ⁊ egit ex q̄ nō ꝑfec. ad idē ō homici.ſicut dignū.§.illiantē. ibi ex illa captione.

ad idē de cle.pu.in duel.c.j.ſi intelligat ꝙ ille pugil ingreſ-
ſus fuerit bellū aīo occidēdi.pꝫ eni ꝙ homicidij irregula-
ritatē q̄ pena iuris eſt nō icurrit lꝫ ad actū ꝓceſſerit ex quo
mors vl' mēbri trūcatio ſecuta nō eſt.ad idē fac ṽa opi.lau.
que ꝯ̃ Jo.recitat de pe.di.j.ꝑiculoſe.ꝛ qđ no.ꝛ ſoleo reci-
tare de homici.ſi aliqs. ¶ Ad ſolonez ēt facit qđ dicimus
eū q voluit ꝑcutere clericū ꝛ vibrauit baculum ſed nō ꝑcuſ
ſit excōicatū no eē.vt no.Hug.xxvij.q.iiij.ſi qs ſuadente.ꝛ
Jo.de pe.di.j.ſi quis pulſatus.ꝛ facit qđ no.Ber.de ſen.ex
cōmu.ſi ṽo notaui hoc in nouella poſt Goffre.ꝛ moder.e.
ti.c.j.ad ſolutionem ēt facit qđ no.de his q̄ vi me.ue.cā ſi.
c.vni.e.li.in glo.aſipe.fortit ꝓbat hāc ſolonē de elec.cōmiſ-
ſa.j.rñ.eo.li.vbi ad penā iuris incurrēdā que infligit nō fa-
cienti aliqd infra tēpus reqritur tēpus perfectū ſic ꝛ hic re
quirat delictū eē ꝑfectū.Item nec a ſnīa eccleſie dr abſolu-
tus is qui voluit abſolui ꝛ ꝓceſſit ad actū ꝛ ſi iurauit ſtare
mandatis eccleſie vl' ꝯtritiōis ſigna pretēdit niſi ſequat ab
ſolutio:ita nec dicat ligatus q voluit ꝛ aliqd egit niſi id ꝑfe
cerit qđ canon ligat.de ſen.excō.cū deſideres.ꝛ.c.a nobis.
cū par ſit ius ligandi ꝛ abſoluēdi de peni.diſt.j.verbū.fac
etiā ad ſolonē de ſymo.c.ſi.de pe.ſuam.hanc ēt ſolonē pro
bet optime.l.j.ff.qđ quiſqꝫ iur.canon.de pe.di.j.hec autem
quam legē lꝫ legiſte ſoluendo dicant loq in minoribus deli
ctis verius videt ꝙ loquat in pena que ipſo iure infligit.vñ
vt ipſi fatent nō eſt illa pena que infligat a iudice ꝛ per viā
accuſationis imo eſt pena iuris ꝛ per viā compenſatiōis fit
ipſius executio ad id de elec.lꝫ cañ.li.eo.ſic ergo illa eſt rō
quare attemptatū ſine effectu nō punit hñ facit ēt.ff.de his
qui no.infa.l.ſolet.nā ſꝫ legem infamiā icurrit ipo iure mu
lier nubens infra tēpus luctus quā tñ nō incurrit mulier q̄
cogitauit nubē etiā ſi attemptauit puta ꝯtrahēdo ſpōſalia
vt ibi faciūt ad ſolutionē multa iura que ipſo iure penā in-
fligendo vtunt hoc verbo ipſo fcō.ſ̃.eo.li.de elec.vbi ꝑicu
lum.§.nulli.e.ti.ſciant.de iudi.c.ij.de cēſi.quāqꝫ.de pen.fe-
licis.§.pñti.ꝛ de homi.pro humani cum multis ſilibus.ipſꝫ
aūt verbū deſignat actū ꝑfectū ꝛ faciant circa hoc q̄ ſcripſi
in qōne pozozū in parte ſcđa.fateoꝛ tñ ꝙ is de quo queritur
peccat ꝛ arbitraria ꝛ eadem pena puniri dꝫ maiori vl' mino
ri habita ꝯſideratione an per eū ſteterit vel nō vt in predi.
decre.perpetuo in ſi.ꝛ.ff.de extordi.cri.l.i.in ſi.canonizata.ō
pe.di.j.ſollicitatores. ¶ Ad ꝯ̃ria oia facilis eſt rñſio ꝙ lo-
quuntur in pena quā nō ꝯtrahit qs ipo iure ſed iure ꝑcipiē
te per iudicē infligit.ſit aūt diuerſitatis rō ꝑ ſimile eius qđ
dr aliud eſſe terminū aliquē dari a iure ſine iudicis vel ho-
minis miniſterio ꝛ illum iudex breuiare nō pōt niſi eodē vl'
alio iure ꝑmittat ꝛ aliud qđ ius ꝑcipit dari ꝑ iudicē quē iu
dex abbreuiat de h̄ eo.ti.indultum.Itē nō eſt mirum ſi deſi
derat actus perfectus in pena iuris pluſqꝫ in pena iudicis
cū deſijt ꝯſideratio ꝛ arbitratus legis mortue qđ nō deeſt
in iudice ad h̄.C.de his q ad eccle.ꝯfu.l.vlti.in ꝑn.ꝛ de pe.
felicis in ſi.decretū ergo liget qd certū ꝛ ꝑfectum.de ꝯceſ.
prebē.c.j.li.eo.§.ſubiunctum.ꝛ cle.eo.ti.c.j. ¶ Ad iura ṽo
ꝯtraria que pro delicto nō ꝑfecto etiam penā ipo iure infli
gunt ſicut infamie ꝛ his ſiles de qbus cōiter dicunt doc.ꝙ
loquunt in atrociſſimis vt in hereſi ꝛ crīe leſe maieſtatis re
ſpondet aliter hereſis ꝯ̃hitur ꝛ ꝑficitur h̄ ipſo ꝙ quis cogi
tat ꝛ credit errorē de hereti.ad abolēdam.ꝛ.c.excōicamus
j.ꝛ.ij.Crimē ṽo leſe maieſtatis ꝯ̃hitur ex attemptatiōe.Itē
attemptare ibi eſt delictum qđ exꝑſſe ius punit.cū igit iter
uenit attēptatio eſt ꝑfectū delictū qđ lex puniebat vide ſiſe
in illo q locauit operas ſuas vt pugnaret cū beſtia fera.naꝫ
ipm locare eſt delictū ꝯſūmatū.ff.de poſtu.l.j.§.beſtias.iij.
q.vij.§.verū.pꝫ idē in dec.pro humani de homi.li.eo.q occi
dit aliū ꝑ aſſaſſinos ipo iure incurrit penas ibi ipoſitas.ſed
nunqd icurrit illas ex mandato ſic non ex illa parte qua pu
nit occidēs ſed ex qua punit mandans.ipm eni mādare eſt
ipm delictū perfectū qđ ipa ꝯſtitutio punit ipo iure certis
penis.ſi ergo cogitauit mādare ꝛ vocauit mandatariū ſed
nō mandauit nō eſt ꝑfectū delictū ex eo capite ꝛ ſic nec erit
locus pene ad idē de elec.c.j.li.eo.Et ſic omniū ꝯtrariorꝫ
breuis eſt ſolutio ꝙ nō loquunt de pena que ipo iure ꝯ̃hit
ſed que iudicis miniſterio infligit.ad illa ṽo que loquunt ō
pena que ipo iure ꝯtrahitur rñdetur ꝙ ibi attemptatio vel
conatus ꝓductus in actum eſt ipm delictū perfectū qđ ius
punit vel vt alijs verbis vtar conatus vel attemptatio pe-
nam delicti ipo iure inflictam incurrat ſolū in caſibꝰ exꝑſſis
a iure.ꝛ ſi iſtud vltimū ſufficē dicat ad ſolonē oium ꝯ̃rioꝝ
que loquunt in penis que per ius non ipo iure ſed iudicis
miniſterio debēt infligi forte ne eſſet peccatū qa ſic deſine
ret quo ad hoc ꝯfuſa doctorꝫ diſtinctio de qua dixi in ꝑn.
ꝙ tueri poſſet per iſtam regulam cum ſuis concordan.vnuꝫ
ſcias ꝙ ſunt caſus in qbus in delictis ēt ꝯſūmatis penitēdo
qs euadit penā quos ſcripſi de iurepa.cū layci.ſ̃.ꝑma glo.

i **N re communi** lvj.ꝓhibē-
tis.ꝯ̃ q² in
re cōi melioꝛ eſt ꝯditio occupantis.ſ̃.de pro
cura.ſi duo.ff.de le.j.ſi pluribus.dicit Dyn.h̄
regula loqtur in ea re que pro parte indiui-
ſa pertinet ad plures.ꝯtraria loquunt de iu
re diſtincto in executionem vnius qui primo occupauerat.
nam is litem ꝯteſtando ſibi querit executionem inſolidū ꝛ
alterū inſolidum excludit niſi in caſibus pre.dec.ſi duo.
¶ Prima gl.ponit exempla ꝛ remittit ꝛ ſex excipit caſus.
ſcđa glo.ponit rōnem regule. ¶ In ꝑma glo.ibi.§.ne autē
ſi donatoꝛ hꝫ rem cōem cum donatario habēs maiorez par
tez offerre pōt alteri eſtimationē relique partis ꝛ totū poſ
ſidere. ¶ In ꝑma gl.ibi ſi edes ꝛ ſic loquit.ff.pro ſocio cū
duobus.§.item mella.ꝛ ibi reficeret ſemp intellige ꝙ his ca
ſibus quibus reficere vel facere lꝫ non velit ſocius facere iu
re ſeruitutis qđ nō liceret vt pre.l.parietem de ſer.vr.pred.
ſed iure communi licet ꝛ ſic intendit glo.ꝛ facit.ff.pro ſocio
cum duobus.§.idem reſpondit.

b **Ec regula** facit ad queſtionez diſpu
tatam per dñꝫ Hug.ver-
celleñ.demū epꝫ nouarieñ.qua querebat ſi cle-
ricus ꝛ laycus patroni eccleſie vacantis pñtant
vnum:poſtmodum ipſe laycus pñtat aliū an ambo vel neu
ter vel alter ꝛ quis eorum ſit inſtituendus ꝛ quia vt in fine
dicam qđ nō eſt dubia ipam abbreuiabo. ¶ Allegat ꝑmo
pro ambobus.ſecūdo pro neutro.tertio pro ſcđo.ꝛ q̃rto ꝑ
primo.quinto queſtio ſoluit ꝛ ꝯtrarijs reſpōdet.ſexto oſtē
ditur queſtio nō dubia. ¶ Iuxta que prius videt ꝙ ambo
ſint inſtituendi cum patronatus ſit res indiuiſibilis inſoli-
dum exiſtens penes ſingulos de hoc de iurepa.c.j.in ꝑma
glo.ſic ꝛ iudicatus ordinarius vel delegatus de quo de of.
delega.prudentiam in glo.ij.Idem in pluribus reis creden
di.ff.de pac.ſi vnus.ad preſentationem ergo ipſorum admit
tatur vterqꝫ ꝛ diuidatur inter eos.ff.de ali.ꝛ ciba.leg.l.j.de
acquiren.re.do.adeo.§.cum quis.ꝛ de preſump.afferte.
¶ Secundo in contrarium ꝙ neuter admittatur ſed impe
diant ſe concurſu:faciunt.ff.de vſufruc.quotiens.ff.de teſta
men.tu.duo.naꝫ vna eccleſia vnius dꝫ eſſe rectoris.xxj.q.ij.
ſicut.de preben.cum non ignores de iurepa.c.iij.nec ad mo
bilitatem laycorum mutandus eſt ſtatus eccleſie.x.di.c.j.ff.
ar.fur.ce.ſi gemina.ꝛ in decre.afferte non fuit ſententia ſed
comminatio.ꝛ in.l.ſi vnus quilibet habebat inſolidum ius
exigendi.inſti.de duobus reis.§.j.at h̄ vnus de patronis ꝑ-
ſentare non poteſt.Item beneficium eccleſiaſticum nō reci-
pit diuiſionem de preben.maioribus.ꝛ.c.dilecto.vnde diui
ſio vel media via hic locuꝫ non habet ꝛ impoſſibile iuris eſt
vtrunqꝫ ius habere de preben.niſi.vbi de hoc in gloſa.ij.ſ̃.
eo.li.de elec.vt quis duas. ¶ Tertio ꝙ alter ſolus admit
tatur.ſ.preſentatus ſecūdo a layco ſic probatur.poſteriora
prioribus derogant.ff.de iure co.l.diui.ff.de procur.ſi qs eū
.§.ſi.ſ̃.de procura.non iniuſte de offi.delega.ſtuduiſti.C.de
pac.l.pacta de pen.di.j.nouit.preferendus eſt ergo laycus
q variat cū legis auctoritate id faciat.xxiij.q.iiij.qui pec-
cat.de reſti.ſpoli.litteras. ¶ Quarto ꝙ preferendus ſit ꝑ
preſentatus

pꝛeſentatus ꝓbaꝛ qꝛ ſatis eſt laicū in illo cōſenſiſſe vt peni
tere nō poſſit.xxxii.q.v.hoꝛrēdus ſufficiat regula mutare B
eo.ti.Jtē lȝ laicus variare poſſit in p̄iudiciū p̄ſentati de iu-
repat.cum autē.nō tñ iniuriā clerici ⁊ patroni vt ibi. Jtem
cū par eſt numerꝰ p̄ſentātiū recurri dȝ ad merita ⁊ dignita.
tes.de elect.eccleſias.ii.vbi de hoc in vlti.glo.ſed clericꝰ eſt
digniοꝛ laico.iiii.di.deniqȝ.ergo ab ipſo p̄ſentatus p̄feren-
dus eſt.nam magis dignū ⁊c̄.de conſe.ec.qḋ in dubijs.
¶ Soluendo dixit p̄mo ꝯcoꝛditer p̄ſentatū p̄ferendū qꝛ
duplex ius habuit p̄ſentatus.ſcḋo vnū tñ qḋ diciꝛ de varia
tione laici verū eſt cū ſunt ſoli laici vnus vel plures.l.diui.
loquiꝛ in codicil.in qbus ambulatoꝛia eſt volūtas ꝓcurato
ris etiā cuȝ ꝯſtituiꝛ fauoꝛe cōſtituētis.vñ ꝯſtituens reuoca
re pōt.lex pacta.nō ob.qꝛ ibi pactuȝ vltimū fuit de vtriuſqȝ
voluntate B non. ſic.c. nouit. nō obſtat mutat eni deꝰ iudi-
cium pp p̄niam pctōꝛis.nō obſtat qḋ hȝ p̄uilegiū penitēdi
qꝛ nō in p̄iudiciū alteriꝰ.ff.ne qd in lo.pub.l.ij.§.ſi qs a p̄n-
cipe. ¶ Et dixi in p̄nc.qḋ nō eſt dubia qꝛ ſalua pace diſpu
tātis nō eſt verū ꝙ laicus poſſit ſimplr̄ variare recedēdo a
p̄mo ſup quo fundari vꝛ ipſius dubiū ſed variare pōt accu
mulādo vnde epo lȝ iſtituere p̄mū qḋ nō licerȝ ſi ab eo poſ
ſet in totū diuertere:imo ceteris p̄ibus potiꝰ dȝ inſtituere p̄
muȝ hec ꝓbanꝛ de iurepa.cuȝ autē.⁊.c.paſtoꝛalis.facit cle.
eo.ti.plures in fi.que p̄mittit ſimul fieri qḋ p̄mittebaꝛ olim
ſucceſſiue.clarū eſt ergo ſiue clericus de quo queriꝛ p̄ſentet
vt clericus ſiue vt laicus primū p̄ſentatū nō ſolū habuiſſe ſȝ
etiā adhuc habere duas voces ſȝ vo vnā ſoluā ⁊ nō liberā
vꝛ integrā ergo ⁊c̄.ex hoc aūt ſequiꝛ ꝙ lȝ plures ſint p̄oni
laici cū clerico locū hȝ qḋ dictū eſt de vno ſolo plus dico ꝙ
ſi plures ſunt laici tñ ⁊ ꝯcoꝛdiꝛ p̄ſentant vnū lȝ poſtea ali-
qui ēt maioꝛ ps varient cumulādo inſtitui dȝ p̄mus rōne p̄
dicta ex qbus concludiꝛ queſtio nō dubia.

i **Aſpicimus.** xlv.veriſimiliꝰ. ve
riſiſitudo colligiꝛ
ex cōparatione rerū ad inuicē vel ex cōpara
tione rei ad p̄ciū.ff.de re.du.l.j.⁊.l.vtrum.l.
cū quidā ex vicinitate ſcripturaꝝ.ff.de le.j.ſi
ſeruus pluriū in fi.ex dignitate p̄ſonaꝝ.ff.de aur.⁊ ar.le.l.ti
cia ſeyo.ex charitate ⁊ neceſſitudine p̄ſonaꝝ vt.d.l.ſi ſeruꝰ
in fin.ex ꝯſuetudine regiōis ⁊ loquētis vt ibi ⁊ hic.Dy.vel
qḋ hec alternatiua eſt oꝛdinis vt ſi veriſilr̄ius nō appet inſpi
ciamus qḋ plerūqȝ ⁊c̄. ¶ Pꝛima glo.dicit vñ ſumpta fuit
ponit exempla ⁊ remittit.Jn p̄ma gloſ.ibi in obſcuris inſpi
ci ſolet qḋ eſt veriſimiliꝰ aut qḋ plerūqȝ fieri ſolet.
¶ Jn p̄ma gl.ibi iniuſte.qꝛ viſile eſt qḋ ingratitudinē nō
cōmiſerit ⁊ in hoc ad ꝓpoſitū.⁊ in fi.que eſt ꝯ cū dicat ſpe-
ctandū qḋ eſt minimū ⁊ ibi ſolniꝛ.que ſolutio etiā pȝ ex tex.
legis eo.ti.ſemp in ſtipulatiōibꝰ quē ibi vide.dicebat auteȝ
Dy.hic ꝙ iſte erat oꝛdo qꝛ p̄mo voluntatē ſeqmur ſi de illa
pōt appere.ff.de cōdit.⁊ de.l.pater in p̄nc.⁊ .§. ꝯditionum
verba de re.du.l.in ambiguo.C.de libe.p̄te.l.iij.ſcḋo qḋ eſt
veriſile vt hic ⁊ in ꝯcoꝛ.alleg.s.tertio vbi nō appet veriſilrꝰ
recurriꝛ ad ꝓpꝛiā ſignificationē verboꝝ.ff.de leg.iij.nō alr̄
quarto his deficiētibꝰ recurriꝛ ad minimū.vt ibi ⁊ in cōcoꝛ.
qnto ſi appet qḋ ſit minimū dī nō valē.ff.d teſta.tu.duo ſūt
de re.du.ſi fuerit ⁊.l.ſi qs d pluribꝰ de ma.te.cū ex pluribꝰ.

b **Ec regula** ſcōm p̄dicta facit ad qō-
nes hic diſputatas quas
fateoꝛ cōgruentiꝰ fuiſſe locatas ſub regula i ge
nerali eo.ti.ſed pp ꝓlixā mām ibi ſcriptā poſt Jo.mo.trāſ-
ferri ſic decuit ⁊ qōes ſic ꝓponunꝛ p ſtatutū eccl̄ie qlibȝ ca
nonicus poſt habitā p̄bendā infra annū ꝓmoueri teneꝛ ad
ſacerdotiū. ſunt etiā ibi pꝛebēde maioꝛes ⁊ minoꝛes ⁊ d cō
ſuetudine maioꝛes danꝛ antiqoꝛibꝰ.A.ipetrauit ibi canoni
catū ⁊ p̄bendā cū clauſula ꝙ nō teneretꝛ ꝓmoueri ad ſacer
dotiū.B.ipetrauit cañ.⁊ ſibi ꝓuideri de pꝛebenda vna ex
maioꝛibꝰ vterqȝ hȝ clauſulā q̄ tollit ꝯſuetudinē ⁊ ſtatuta ſȝ
vterqȝ receptiōis ſue tp̄e illa ſeruare iurauit q̄riꝛ an p̄iudi-
catū ſit illis p tale iuramentū p̄ma ps qōnis fuit Jo.de mō
temurlo.ſcḋa fuit Ja.canoñ.bonoñ.vterqȝ p̄us allegabat
ad affirmatiuam quinqȝ rōnes.ſcḋo totideȝ ad negatiuam.
tertia ps facit quatuoꝛ.p̄mo ponit ſolutionē Jac.ſcḋo ſolo
nem Jo.diſtinguentē.tertio ſoluit ꝯrīa ſcḋȝ eos.quarto cir
ca vtrūqȝ articulū ſubdo verā ſolutiōeȝ. ¶ Pꝛima igitur
ipſoꝝ rō talis erat certū eſt quēlibet hoꝝ potuiſſe renūcia
re p̄uilegio vel gr̄e ſibi facte de regula.ad apoſtolicā.C.de
pact.ſi qs in ꝯſcribēdo.tacite aūt renūciaſſe vꝛ faciēdo ſpō
te ꝯ illud de offi.delega.gratū de ap.ſollicitātē de his q̄ fi.a
ma.par.ca.ex oꝛe ⁊.J.dicam. ¶ Secūdo iurādo ſeruare ſta
tuta ⁊ ꝯſuetudines eccl̄ie ad oēs ꝯſuetudines ⁊ oīa ſtatuta
ſe aſtrinxit cū idefinita eqpolleat vniuerſali de elec.in gene
ſi de p̄uil.qꝛ circa.ergo teneꝛ ad ſingula ⁊ ſic ad illa de qbꝰ
q̄riꝛ ſeruāda teneꝛ p iuramentū qḋ cū nō vergat in pericu-
lū aīe nec in alterius p̄iudiciū eſt ſeruandū.de iureiur.ſi vo
⁊ iuramentū qḋ obligat quoad deū foꝛtiꝰ eſt q̄ lr̄a q̄ eſt fa
ctum hoīs facit de iureiur.⁊ ſi xp̄us ibi redde dño ⁊c̄.
¶ Tertio dato ꝙ caſus eſſet dubiꝰ in hanc partē iterp̄ta-
ri debemꝰ que ſecurioꝛ eſt ꝓ vitando p̄iurio maxime ſi geſ-
ſit in aīo oīa ſtatuta ſeruare qḋ p̄ſumiꝛ ex quo nō excepit ⁊
excipe potuit vel ꝓteſtari de ꝯſti.cū.M. vñ ſibi iputet.de
iurepa.ex lr̄is.de p̄uil.qꝛ circa de regl̄a.ꝯſulti.⁊.c.vidua ⁊
iuramēta ſcōm intentionē recipiētis iterpꝛetanꝛ.xxij.q.v.q̄
cūqȝ ⁊ facit regula ꝯ euȝ cū ꝯcoꝛ.hoc eo.ti.eſt aūt equioꝛ p
quā ad eq̄litatē reduciꝛ cū alijs canōicis.facit.xvj.q.vij.c.
j.de ꝯſtit.cū oēs in fi.de ſta.mo.recolētes de deci.cū in tua.
¶ Quarto cū hic ſint duo ꝯrīa ſucceſſiue.ſ.p̄mo gr̄a.ſcḋo
iuramentū.p ſm vꝛ p̄mo derogatū de trāſac.c.j.ff.de ꝯhē.
emp.l.ēptio de noua.l.j.C.de pac.pacta.ff.de legi.nō eſt no
uum de cogna.ſpiri.c.j. ¶ Quinto iſti ſtatutū ⁊ ꝯſuetudi-
nem q̄ quoad eos erāt iualida p iuramentū fecerūt valida
ſicut de iureiurā.cū ꝯtingat de pig.ſignificante.s.eo.lib.de
pac.pactū:nec valet ſi dicas de illis expſſe nō iuratū.naȝ vt
s.dixi ſufficit gnālis vel idefinita locutio ſufficit ēt tacita re
nūciatio.hinc eſt ꝙ petēs rei p̄ciū renūciat legi cōmiſſoꝛie
⁊ eꝯ.ff.de leg.cōmiſ.l.iiij.§.elegāter.⁊ recipiēs vſuras per-
dit ius dñij ſibi ꝯceſſuȝ a p̄ncipe.C.de iure do.ipe.l.ij.p̄dit
ēt ius depoſiti qḋ erat vt p̄us depoſitarū reꝝ rō habereꝛ.ff.
depo.ſi hoīem.§.quotiēs.Jtē petens legatū renūciat q̄re-
le.ff.de inoffi.te.ſi ps. ¶ Jn ꝯrīum adduciꝛ regula gnāli B
eod.ti.p quā cū ꝯcoꝛ.pȝ ꝙ actꝰ gnālis ꝯceſſionis vel renū-
ciationis nō includit illa que qs veriſilr̄ nō ꝯcederet vꝛ re-
nūciaret ad idē de iureiur.veniēs.⁊.c.qntauallis.ff.de pig.
l.obligatōe.s.eod.li.de offic.vica.cū in gnāli.hinc eſt ꝙ ge
neralis ſuſtitutio nō trahiꝛ ad ſpālem p̄cedentē.ff.de vulg.
⁊ pu.ſub.cohere di.cū ergo iſti de illis ſtatuto vel ꝯſuetudi
ne cogitaſſe nō videanꝛ nec ſit veriſile ꝙ voluerint ſue gr̄e
renūciare foꝛſan multis laboꝛibꝰ ⁊ vigilijs acq̄ſite de renū-
cia.ſup hoc ⁊ de p̄ſump.qꝛ veriſile:nec p̄ſumiꝛ quē ſua iura
iactare de ſolu.c.fi.ff.de ꝓba.cū de indebito.j.rñſo.dicemꝰ
illa ſtatutū ⁊ ꝯſuetudinē in iuramēto non includi.
¶ Scḋo iuramēta debent intelligi ſcōm intentionē iuran
tis.xxij.q.v.humane de iureiur.veniēs ⁊.c.qntauallis.ergo
recipiendo vt intellexit nō includenꝛ p̄dicta maxime qꝛ in
generali ſermōe nō lediꝛ ius p̄ſone iurātis.de iureiur.peti-
tio cum concoꝛd. ¶ Tertio poſterius nō tollit p̄us ſi ſe cō
pati poſſunt.ff.de mili.teſt.l.ſi certaꝝ.§.vlti.⁊.l.ſeq.⁊ de iu
re codi.conficiunꝛ.§.ſi miles ⁊.l.fi.vnde cū indulgētia que
p̄oꝛ eſt referaꝛ ad vnum ſtatutū vel vnā ꝯſuetudinē tñ que
q̄ſtum ad iſtos videnꝛ exempta de numero ſtatutoꝝ vel cō
ſuetudinū iuramentū poſterius refereꝛ ad alia ſtatuta ⁊ cō
ſuetudines ad quas iurantes tenebanꝛ ⁊ ſic indulgētias nō
tollet maxime cuȝ ꝯſtet ſpeciē ſpecificatā ſub genere nō cō
tineri.ff.de lega.iij.vxoꝛē.§.feliciſſimo.⁊ facit qḋ not.⁊ dixi
eo.tit.generi. ¶ Quarto iſte iurādo ſtatuta ⁊ conſuetudi
nes benefacit de iureiur.clericus.qꝛ turpiꝛ eſt pars que ſuo
vniuerſo nō congruit.viij.di.que cōtra de ſpō.duo.c.fina.⁊
vnum collegiū diuerſo iure cenſeri nō dȝ.xii.q.ij.cognoui-
mus.ſua igiꝛ obedientia ſibi nocere nō dȝ nec penā pati vñ

meretur premiũ de fideiuſ.peruenit ⁊ p hoc viderent̃ canonici ꝯtrium dicentes ſuã turpitudinẽ allegare ⁊ ſic repellendi de donat.iter dilectos. ¶ Ad hãc partẽ allegabat qnto vterqʒ de ꝑuileg.cũ capella que ſcõm Jac.vꝫ terminare qõnem ⁊.ff.de mili.teſta.ſi miles.vbi dicit nõ pſumi quẽ elegiſſe genus teſtãdi ad ſua iudicia ĩpugnãda ſic nec pſumam⁹ iuraſſe iſtos ad ſuas grãs perimẽdas maxime qꝛ hoc nõ eſt veriſimile nec fieri cõſueuit p hanc regulã cum cõcor. ⁊ faciat ordo quem.ſ.ſcripſi poſt Hy.j.ij.⁊.iij.gradu.

¶ Hanc partẽ dabat Ja.ꝓ ſolu.ſed Jo.dicebat ꝙ ſi tẽpe quo iurauit fuerũt lecta ⁊ ſpecificata ſtatuta vel cõſuetudines de qbus.ſ.⁊ nõ excepit videt̃ iurans renũciaſſe grẽ per iura p̃mo alleg.ſi vo lecta vel ſpecificata nõ fuerũt nõ renũciauit grẽ per vltima iura alleg.ff.ſi qs cau.ſed ⁊ ſi.§. queſitum. ⁊ q̃ recitant̃ de cõmo.c.vni.de depo. bonafides.ſ.eo.lib.de ꝓcur.qui ad agendũ.nõ obſtãt iura loquẽtia de tacita renũciatiõe q̃ loquunt̃ cũ quis directe venit ꝯ factũ ſuuʒ vel alias appet de volũtate mutata ſed hic ſec⁹ Jo.ſed Ja. dicebat illa loqui cum vtrũqʒ fit ab vno tanq̃ ab eodẽ.iſte vo gerit voces duoꝝ.ſ.ꝑuilegiati ⁊ nõ ꝑuilegiati ⁊ ſcõm eũ poſteriora nõ derogãt p̃oribus niſi cũ ſint illis ꝯria nec venit ꝯ iuramentũ cum in hoc nõ includeret̃. Scias ꝙ ſcõus articulus hui⁹ qõnis min⁹ hʒ dubitatiõis q̃ p̃mus qꝛ ſi i eccleſia diuiſe ſunt p̃bende maiores a miorib⁹ q̃ in certĩ eccleſijs diuidunt̃ vt integre ⁊ dimidie ĩpetranti maiorẽ vel itegram minor vel dimidia etiã ſi illã vellet cõferri nõ poſſet ſ.eod.li.de p̃ben.cui de nõ.§.j.quare ſi diceremꝰ ſibi p̃iudicare iuramentũ maiorẽ vel integrã ꝯſequi nõ poſſet ꝓpter illud iuramentũ.minorẽ vel dimidiã nõ poſſet qꝛ de illa nõ ſcribit̃ ⁊ ſic eſſet pempta grã ꝙ neuter intendebat de iurante pʒ de recipiẽtib⁹ idem.nã recipiebãt illũ ad p̃bendam ⁊ ad illã que debebat̃ p lrãs ergo vt.ſ. ¶ In p̃mo etiã articulo videt̃ indiſtincte dicendũ ꝙ ex quo ille.A. recipit̃ ex iuribus lrãꝝ habentiũ clauſulã de nõ recipiẽdo ſacerdotiũ ⁊ tollentẽ ſtatuta ꝯria ipſi vident̃ receptionẽ facere ⁊ iuramentũ recipe ſcõm formã lrãꝝ ⁊ ipſe etiã ſic iurare vt receptio ⁊ iuramentũ ſequẽtia ⁊ cauſata a lrĩs gratie ⁊ mandato executoꝝ illis ꝯueniant.nõ eni recipit̃ ſimpr̃ vt.A. ſʒ vt talis.A.facit de fide inſtru.iter dilectos.§.ceterũ ⁊ de bap. maiores vſi.ſimilr̃.ſic ⁊ gnãlis trãſactio reſtringit̃ ad id de quo agit̃.ff.de tranſac.qui cũ tutorib⁹.§.j.C.eod.ti. ſiue certa ⁊ no.ſ.de tranſac.c.j.

a **In toto.** lx. Prima gl.remittit ꝓ exemplis ⁊ ꝓ mã ⁊ dat cõcor.

¶ In p̃ma glo.ibi in toto eſt nõ ob.eo. ti.l. ſi mater.§.ſi qs iter.vbi abſolut⁹ ab actu nõ abſoluit̃ ab itinere nec eꝯ cum tñ in actu ꝯtineat̃ iter.ff.de ſerui.ru.pre.l.j.§.j.⁊ inſtit.de ſer.§.actus.⁊ p eundẽ modum inducit̃.l.j.ff.de adi.leg.dic vt no.in pre.l.ſi mater.⁊ hic no. Hy.ſ.ꝙ iter dupliciter ſũmit̃ vno modo ꝓ diſtincta ſpecie ſeruitutis actui ⁊ eo modo ſumptũ nõ ẽ ps actus ſed ſpecies ſeruitutis actui oppoſita ⁊ coequeua.ff.ſi ſerui.ven.l.loci corpus.§.j.⁊.d.l.j.de adi.le.alio mõ ſumit̃ ꝓ cõmoditate eũdi.⁊ tunc hʒ ſe ad actum ſicut pars ad totum.eſt eni pars ſubiectiua ad actũ ⁊ actus eſt totuʒ ptãte ad iter qꝛ ptãte ſua cõprehendit iter ⁊ in hac ſignificatiõe ſumit̃.ff.de ſerui.ru.pre.l.j.⁊ de no.va.ſi pupillus.§.vlti.

b **Ec regula** facit ad qõneʒ quam diſputaui qua querebam ſi duo ſoli hñt eligere p̃latum iure ꝓprio vel compromiſſario ⁊ vnus eligit reliquũ qui ꝯſenſit an valeat electio. ¶ Ad affirmatiuã p̃mo ⁊ in ꝯrium ſcõo inducunt̃ qnqʒ rõnes ⁊ quedã glo.tertio primũ dubiũ ſoluit̃.circa ſcõm recitant̃ opiniões excludunt̃ caſus non dubij.ſoluit̃ ⁊ ꝯrijs rñdetur. ¶ Quod valeat ſic ꝓbat̃.de collegio eccleſie vacãtis dʒ fieri electio p̃lati ꝫ pʒ.lxj.di.nullus.⁊.c.ſtudij.⁊.c. obitũ.xviij.q.ii.quã ſit ⁊.c.abbas.ii.ſ.de elec.cum iter cañ.⁊.c.ne ꝓ defectu facit.C.de epi.⁊ cle.in eccleſijs. ſʒ mortuo p̃lato poterit colegiũ conſiſtere ex duob⁹ de elect.c.i.ergo vn⁹ põt eligere reliquũ alias eſſet lex ĩpoſſibilis ꝯ id.iiii.di. erit autẽ.⁊ ſi dicas nullus ſe põt in ſcutrinio noĩare de elec. cumana. ⁊ eligẽdus dʒ habere maiorẽ partẽ in ſcrutinio vt ibi eod.ti.qꝛ ꝓpter ⁊.c.eccleſia.reſpondeo ꝙ qñ nõ ſunt niſi duo nõ artant̃ ad formas vt ſcripſi.c.qꝛ ꝓpter ſup gl. dic vt infra ⁊ eod.ti.c.i.ſup p̃ma glo.facit de elect. cum in veteri.⁊ ibi no.in.i.⁊.ii.glo.ſufficiũt ergo ꝯſenſus qui hic aſſunt bñ facit qõ ſcripſi poſt Hoſti.de iurepa.per nrãs in glo. pʒ ⁊ qõ ipſe no.in ſũma ipſi⁹ ti.i ſi.de epo qui vnicũ patronuʒ p̃ficere põt eccleſie vacanti. ¶ Scõo videmus fauore minoꝝ ⁊ pupilloꝝ vnuʒ ex duob⁹ tutoribus adminiſtrare poſſe.ff.de admi.tut.ſi plures.§.penul.in ſi.⁊.l.decreto.§.i.C.ſi vnus ex plurib⁹ tuto.l.i.⁊ de aucto.p̃ſtan.l.ſi.Idem in executoribus vltimarũ voluntatũ ipſaꝝ fauore.qõ dic vt.ſ.eo.li.de teſta.c.ii.§.i.Idem in ꝓcurato.ſpũaliuʒ cauſaꝝ quod dic vt.ſ.eod.li.de ꝓcur.ſi duo.§.vlt.cũ igit̃ eccleſiaꝝ maior vꝫ ſaltẽ equalis ſit fauor.xxiii.q.iiii.quid ergo de reſti. in integrũ.auditis in autẽ.de nõ ali.§.ſi minus.C.de ſac.ſan.ecc. l.fin.⁊ qõ no.de pecul.cle.inquirendũ.ergo ⁊ ipſaꝝ fauore ex duob⁹ eligentibus quocũqʒ iure alterius ſolius valebit electio ſaltẽ ex quo nõ hʒ alterius reſiſtentiã ſʒ conſenſum. ¶ Tertio conſtat ꝙ fauore pſone vel cauſe tʒ ſñia vni⁹ ex duobus ordinarijs etiã altero reſiſtente.ff.de re iudic.inter partes.ſ.de re iudi.c.ſi.fortius ergo fauore expediẽde ꝓuiſionis eccleſie ex quo nõ diſcordant teneat electio vnius ex duob⁹ eligẽtibus ſic videmus ꝙ fauore aĩe i cauſa denũciatiõis p̃ncipalis habet̃ ꝓ teſte.de teſti.in omni.⁊ vbi nõ vertitur p̃iudicium credit̃ vni.de ꝓcura.ex inſinuatiõe fortius ergo vbi vertit̃ cõmoduʒ in re appetibili ⁊ meritoria vt predixi.facit ergo acceſſus qõ fieri p̃ncipaliter nõ poſſet de iurepa.ex lrĩs ⁊.c.cum ſeculũ.ſ.eod.lib.de p̃ben.qꝛ ſepe.ff.de fundo do.l.i.ſic mixtura facit qõ ſine illa fieri nõ poſſet de arbi.contingit.⁊.c.ꝑ tuas. ¶ Quarto benefacit ad qõneʒ .C.de ꝯben.emp.cum ipſe tutor ⁊ qõ no.ibi ⁊.ff.eod.ti. ſi in emptione in ſi.de vno ex duobus tutorib⁹ qui alteri palam ementi rem pupilli auctorizat ad idem.ff.manda.ſi mandauero.§.iuliano vbi vnus ex plurib⁹ vendentibus mandato meo rem emit a ſe ⁊ alijs. ¶ Quinto ſpãliter in cõpromiſſarijs vꝫ caſus in decret.cum in iure de elect. nã ſi vox electi ꝯpromiſſarijs auget numerũ qñ noĩatus eſt a parte minori vt ibi fortius qñ ab equali vt hic. Item ſi ibi auget cũ eſt diſcors ⁊ vbi eſt repugnantia fortius hic vbi eſt concors ⁊ cõſonantia.hoc eniʒ appetunt iura.ſ. electiones fieri ꝯcordes ⁊ hic ẽ talis.benefacit.ff.de no.oper.nũ.l.i.§.⁊ poſt operis ibi quid eni agebat pretor niſi vt ꝯtrouerſias dirimeret q̃s cuʒ ſponte receſſerint dʒ ratas habere.fateamur ergo ꝙ valet electõ.pendet tñ ex conſenſu electi ſicut ⁊ ſñia delegatorum pari numero diſcordantiũ de re iudi.c.ſi.ff.eod.tit.duo iudices. ¶ Sexto inducit̃ ſolutio quam ad brocardum de vno gerente vices duoꝝ dant glo.lxxix.diſ.ſingula in prima glo.de ꝓbati.ex lrĩs in glo.ij.dicentes id licere cauſa neceſſitatis vel vtilitatis . ſed hic vtrũqʒ cõcurrit neceſſitas expediende ꝓuiſionis ⁊ vtilitas ꝯ dãna vacatiõis ⁊ qꝛ forſan extranei ſunt ignoti qui nõ ſunt eligendi de poſtul.pre. bone. ij.ad finem de prebẽ.in laterañ.in fine ⁊ pararet̃ laqueus ſi de neceſſitate eo caſu haberẽt extraneũ contra id.xxvii.q.i. de viduis ⁊ de reſtitu.ſpo.litteras. ¶ In ꝯrium.ſ.ꝙ nõ valeat electio oſtendit̃ ſic.de neceſſitate eſt ꝙ p captm̃ vel maiorẽ ipſius partẽ fiat electio nec vox electi cõputanda eſt in illa parte maiori de elec.qꝛ ꝓpter ⁊ pp.c.cumana.⁊.c.in geneſi ⁊.c.eccleſia.i.⁊.ii.⁊ ſi dicat̃ vt.ſ.ꝙ quãdo ſunt duo tm̃ forme concilij gnãlis ſeruande nõ ſunt nulli. tamen dubiuʒ ꝙ conciliũ laterañ.de his que ſi.a maio.par.ca.locuʒ hʒ qõ vult in ordinatõibus que fiunt p capitula concordare debere maiorẽ partẽ cui concor.lxxix.di.ſi trãſitus de temp. or. nec epiſcopi.nec põt negari quin conciliũ laterañ.locuʒ habeat etiã in actib⁹ electionũ per decre.pre.eccleſia.ij.vſicu. nos igitur.quã conſtat ſecutam eſſe conciliũ generale.

¶ Scõo inducunt̃ iura probãtia ꝙ quis oriri nõ poteſt a

ſeipſo

ſeipſo.xxiiij.q.j.didicimus dꝫ ergo eſſe alius eligens ab ele
cto ſicut inſtitutus ab inſtituente pñtatꝰ a pñtãte bapti
zatus a baptizante.de inſtitu.c.fi.de iurepa.ꝑ nr̃as. de bap.
debitũ aliꝰ iudex a quo ab illo ad quẽ appellat̃ de cõſue.c.
ij.s̃.eod.lib.aliꝰ emptor ꝗ̃ venditor.ff.de re. ꝑmu.l.j.in pͥn.
alius dans ꝗ̃ recipiens.ff.mand.ſi mandauero.§. ſi tibi cen
tum vnde ꝑtor vel preſes nõ dat ſe tutorem vel iudicẽ.ff.de
offic.preto.l.fi.de offi.preſi.l.v.de tu.⁊ cu.da. ab his.l. ꝑtor
hic aũt vnus ⁊ idem eſt eligens ⁊ electus ergo ⁊c̃.
¶ Tertio indubitandũ eſt ꝙ ſi duo ſunt iudices vel arbi/
tri dati ſimpliciter ſñia vnius nõ tꝫ de offi.deleg.cãm ⁊ cum
cauſa.ff.de re iudi.duo iudices ⁊.l.duo ex tribꝰ. ⁊ de arbitr.
Item ſi vnus.§.Itẽ ſi plures.item nullus iudex in facto ꝓ/
prio.iiij.q.iiij.c.i.ff.de iudi.iulianus.ij.C.ne quis in ſua cau
ſa in rubro ⁊ nigro.nec arbiter.ff.de arbit.l.pe.equiperãdo
igit̃ eligentes iure ꝓprio iudicibꝰ ⁊ iure cõpromiſſario ar/
bitris concludit̃ ꝙ alter nõ poteſt ſe eligere nec ꝑ alterum
ſolũ eligi ſicut nec ex duobꝰ ꝓcuratoribus oium rerũ alter
ab altero exigit.ff.de ꝓcurato.l.qui duos. ¶ Quarto effi/
cax videt̃ obiectio Innoc.ſic dicentis ad vtrũꝗ̃ caſum.aut
electus ꝯſenſit electioni facte ⁊ illa nõ valuit qꝛ nõ a maiori
parte vt.s̃.ꝓbatum eſt.Idẽ ſcðm id cũ poſt tres vel ſex mẽ
ſes datur menſis ad conſentiẽduꝫ electo eſſet dare qð poſt
tẽpus iuris infra terminũ conſentire debentis fieret electio
effectiue qð eſſet abſurdũ ſed ad hoc reſpondi in decr.cum
in iure ſup ṽſic.ꝯſentiat aut cõſenſit faciende.⁊ ſic ambitio
ſus ⁊ repellendus.hec ſolutio.viij.q.j.i ſcripturis.j.q.vj. ſic
de elect.cum poſt.C.de epi.⁊ cle.ſi quemꝗ̃ cuiꝰ glo.text. vi
de.s̃.eod.li.de elect.cupiẽtes.j.reſponſo in glo.ſubaudi cõ
cord.C.li.xij.de re mili.ꝯ publicã.⁊ vide de elec.officij in fi.
j.glo. ¶ Quinto oſtendit̃ ꝙ ex ꝯrio ſequeret̃ iniquitas ab
ſurditas ⁊ ꝑplexitas quoꝝ quodlibꝫ ſingulariter eſt vitan/
duꝫ multofortius ipſa coniũcta facit de pur.c.iter.⁊ clemẽ.
de re iudi.paſtoralis ad fineꝫ.Iniquitas qꝛ datur mã ambi
tioni ⁊ ſymonie.facile eni ſocius poterit corrũpere ſociũ.fa
cilius eni corrũpitur vnus ꝗ̃ plures vt ſcripſi de ele.c.j.ſup
glo.ij.nec aperienda eſt via talibus.facit de iureiur.ſi ṽo de
diuor.ꝗ̃to in fi.cle.de ele.c.fi.ff.nau.cau.ſta.l.i.§.ij. de pac.
do.l.conuenire.C.de indic.vidui.l.ii.in fi.Abſurditas in hͦ
qꝛ eadẽ rõne ex tribus vnus ſolus eliget ſociũ ⁊ valebit ele
ctio ſcðm id quaſi facta a maiori parte qð videtur abſurdũ
⁊ eſt bonus modus arguendi.de ele.in geneſi ⁊.c. cum iter
s̃.eod.li.de ꝑben.dudum.⁊ refert Ab.de dño Ia. narboñ.
ſic electo ab vno ex tribus de quoꝝ numero ipſe erat ⁊ ob/
tinuit qð ſatis eſt durum. Perplexitas aũt qꝛ ſi inuicem ſe
eligere poſſent ⁊ tales ꝑplexitates vitande ſunt de reſtitu.
ſpo.litteras circa fi.de appel.interpoſita in fin. ad hec ergo
vitanda concludamꝰ cuꝫ lege qð difficile eſt quẽ vices duo
rum gerere.ff.de pact.ſi plures.non poterit ergo alter eſſe
eligens ⁊ electus ſed ambos oportebit eligere:de duobus
opponẽtibus dicit̃ qñ nõ ſunt plures ꝙ ambos oportet ad
curiã ire de elect.cupientes.§.ſi ṽo.⁊ facit qð not. in cle.de
appel.c.i.in glo.qñ ſunt. ¶ Sexto inducit̃ opi.Ber. ⁊ ſe/
quacium no.in dec.cum in iure de elec.in ꝑma glo.tenentiũ
qð cõpromiſſarij niſi habeant ſpãle non poſſunt de ſe elige
re.Item op.Boat.etiã quoad cauſaꝫ eligentiũ iure ꝓprio
quã ſcripſi de inſtit.c.fina.ſup vlti.glo.Item opi.G.mã.in
cõpromiſſo quã ponit ſuper ſuo tractatu.c.xlviij.
¶ Sol.facilis in eligẽtibus iure ꝓprio.⁊ dico electionem
valere factã per vnũ ipſoꝝ de reliquo:ſolet tamen ad oẽm
dubitationẽ tollendã fieri cõpromiſſuꝫ per ambos in tertiũ
qui poſtmodũ eligit alterũ vt etiã ſcripſi in pre.decr.vlt. de
inſtitu.in fi.tamen ⁊ ſi ſic nõ fiat ꝙ valeat electio ꝓbet hec
regula inuens partem contineri in toto.tu qui reſiſtis dicis
ꝙ iſte dꝫ habere maioreꝫ partẽ.ego rñdeo ꝙ hꝫ totum ⁊ ſi
nõ vis fateri ꝙ vox electi cõputet̃ in parte.ꝓbo tamẽ ꝙ cõ
putatur in toto.c.quã ſit.xviij.q.ii.dicit ꝙ de congregatõe
fiat concors abbatꝭ electio ergo electus cõputat̃ in electõe
concordi alias ibi eſſet ꝯdictoriũ ꝑ eundẽ modum inducit̃
lxiiij.di.ꝗ̃to de elect.cum poſt petitã de temp.or. dilectꝰ in
pͥnc.de eta.⁊ quali.intelleximꝰ poſt pͥnc.per q̃ pꝫ electioneꝫ
factam de collegio eligentiũ dici vnanimẽ ⁊ concordẽ. Itẽ
ꝓbatur in electiõe cõpromiſſarioꝝ ſcꝫ ꝙ cõpromiſſuꝫ dicit̃
concors ⁊ vnanime lꝫ factũ ſit in vnum vel plures de colle/
gio eligentiũ hoc pꝫ de elect.cum dilecti in pͥnc.ti. in cauſis
in pͥn.⁊ ṽſic.qꝛ ṽo de renũciatio.poſt tranſlationẽ in pͥnc. ⁊
vide qð dixi.s̃.parte ꝑma in pͥn.⁊ ṽſic. quinto facit qð poſt
Hoſti.ſcripſi.s̃.eo.lꝫ ſup ṽſic.cardinales vbi dicit ꝙ ſi duo
ſoli cardinales ſupeſſent vnus poſſet alterũ eligere.
¶ Quando ꝑ cõpromiſſuꝫ eligunt illi duo hic eſt maiꝰ du
bium ꝓpter varietates opinionũ circa caſum decr.cuꝫ in iu
re tñ illas hͦ nõ deſcribam ſed ibi videant̃ duas tamen non
omittã que reſpiciunt caſum noſtrũ ꝑma gloſatoris ⁊ triuꝫ
ſequaciũ hꝫ ꝙ ꝯpromiſſarij dati ſimpl̃r de ſe nõ poſſunt eli
gere . opi.Io.⁊.xij.ſequaciũ hꝫ ꝯrium ⁊ hos ſequor.ſi ꝑma
opi.eſſet vera queſtio de duobꝰ compromiſſarijs datis ſim
pliciter nõ eſſet dubia.ſed qꝛ hanc nõ ſequimur alios caſus
nõ dubios excludamꝰ.planũ eſt ꝙ vtriqꝫ inſolidũ data eẽt
expreſſe poteſtas ſcꝫ ꝙ ipſi duo ⁊ eoꝝ quilibꝫ poſſent elige
re.queſtio nõ eſt dubia.idem ſi nõ eſt data expreſſe ſed taci
te vt qꝛ dictũ eſt ꝙ de ſe poſſint eligere ⁊ hic optime ꝓcedit
opi.Compoſ.quã ſcripſi in decre.cũ in iure vbi vide in glo.
opponit̃ ⁊ ſup.j.glo.Item nõ eſt dubia quãdo fuit expreſſe
denegatũ ne de ſe eligerent.s̃.eo.li. de teſta.c.ij. de reli. do.
c.vnus.§.ꝑſonis.de exceſ.prela.c.j.s̃.de fideiuſ.ꝙ qbuſdaꝫ
de ꝑuileg.ꝙ nõnullis.Item ſcðꝫ Inno.Cõpoſ.⁊.G. man.
Idem ſi dictũ eſt in cõpromiſſo ꝙ oẽs ſint ꝯcordes qꝛ tunc
videt̃ tacite denegatũ ne de ſe eligant qð nõ placet. vide in
glo.xxi.alleg.ante fi.verſi.quid ergo. ⁊ faciant que dixi in
pͥnc.ſolutiõis.Sit ergo queſtio dubia cũ ſimpliciter com/
promiſſuꝫ eſt ⁊ hoc caſu etiã tenuit Hoſtiẽ.⁊ hoc placet ꝙ
vnus põt alterũ eligere nec oritur a ſeipſo ſed vocatus eſt a
ſocio vt ſcripſi in dec.cum in iure ſup ꝑma glo.⁊ ſic lꝫ ſe nõ
poſſit eligere ex ꝑſonis cõpromittentiũ poterit ſe coelige/
re.ꝑ predicta ſit reſponſuꝫ ad allegata in ꝯtruꝫ ꝑmo ſcðo ⁊
tertio.Ad id qð quarto inducebat̃.vide qð ſcripſi in decr.
cuꝫ in iure in glo.opponit̃ ad quintũ inꝗ̃tum ꝑmo timetur
corruptio.Responde ꝑ.l.ad eos.ff.cõmo.qua eni cura ꝓui
dere poſſemus ne iniuria fieret ita dico de corruptione. naꝫ
lꝫ facilius vnus ꝗ̃ plures corrũpi poſſent fateri oportet ꝙ
etiã plures poſſent.Ad ſcðm rñdeo ꝙ illud in diſcordi ele/
ctione:ſed queſtio loquit̃ de concordi:vt dixi in pͥnc.ſolutõ
nis.Ad tertiuꝫ dico id euenire poſſe etiã in forma ſcrutinij
vt no.de elec.eccleſia.ij.in fi.vltime gl.remediet̃ ergo vt ibi
ad fi.rñdetur per argumentũ de tanꝗ̃.

S qui. xlvj.⁊ alias incipit ſi quis: ſed
lr̃a is qui vẽit ſub bulla. eo iu
i re an ea ſede:vide qð dixi de maio.⁊ obe.c.j.
debebit de exceptiõe excõicatiõis an obſtet
ſingl̃ari ſucceſſori vt donatario legatario vl̃
emptori no.hic Dy.dic vt no.s̃.eo.li.de iurepa.c.vni. in gl.
pe.⁊ vide qð ibi dixi ſup glo.nõ obſtat ꝙ ipſe tenet hic illũ
repelli qui hꝫ cauſam lucratiuã vel quaſi alias nõ ꝑ.l.ff. de
do.ex.apud celſuꝫ.§.ſi cum legitima ⁊ tribus.§.ſeq. ſed illa
loquunt̃ in exceptiõe ꝑpetua.de excep.cõpenſationis tꝫ ip
ſe hic ꝙ obſtat emptori cum ſit rei coherẽs de qua lr̃a dicã
ad qð inducit̃.ff.cõi diui.in hoc iudicio.§.ſi iter ſocios. ⁊.ff.
ꝓ ſocio idemqꝫ.§.ſeio alias fi.queſtio tangit̃ ⁊ nõ ſoluit̃.ff.
de ꝓcura.ſi quis in rem.ꝙ ſi rei coherens ipſe ꝓbat per du
as leges coniunctas quarũ vna dicit exceptiones perſone
coherẽtes nõ competere fideiuſſoribus ex ꝑſona rei ſed co
herentes rei competunt.ff.de exceptio.l.exceptiões que ꝑ/
ſone in princip.⁊.§.rei vero.ſed exceptio compenſatiõis ex
rei perſona datur fideiuſſori.ff.de compen.l. ſi quis ergo ſe
quitur ꝙ rei coheret ⁊ ſic potuit opponi emptori. Prima
glo.dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exempla.ſecundo ſex caſus
exceptos.tertio reddit rõnem regule dicens eam in perſo/
nali priuilegio vel pacto locum habere.
¶ In gl.j.ibi quid in ius.ſequit̃ dñium vel alteriꝰ ſuccedit

iure eius debet vti.⁊ ſequif nemo videf dolo exequi q igno rat cauſaz cur nõ debeat petere.⁊ ibi cum teſtatore.ſ.fratre ſuo a quo debebaf fideicõmiſſuz.videbaf aũt remiſſuz qꝛ ſepe ratio ꝓcule in rõne fratris pecuniã ſoluerat. hoc vult lex ꝓcula.⁊ ibi reperif ſi viuo pupillo nõ eſt locus falcidie cõtra tutorẽ ſoluentẽ legata ſine ſtipulatione de reddẽdo qõ ſolutũ eſt vltra ꝙ̃ capi licuerit nõ agit pupillus ſed eius heres ſic. ℭ In pma gl.ibi qui in ius ⁊.l.aliud.§.fi.⁊.l.nõ debeo.⁊.l.qõ ipſis ibi videas.⁊ ibi ſucceſſor eſt iuris.Dice bat Dy.vniuerſales ſucceſſores ſunt hẽdes bonoꝝ poſſeſ ſores.⁊ trebelĩ.ſucceſſores ⁊ iſti ſunt ꝓp ꝛie ſucceſſores iuris qꝛ in vniuerſum ius defuncti ſuccedunt.ff.de heredi.inſtit. l.quotiens.§.heredes ⁊ colligif.ff.de verb.ſigni.l.nihil qui dam ſunt ſingulares qꝛ in ius ſingulare ſuccedũt nõ in vni uerſum vt ẽptores rerũ ſingulariũ donatarij ⁊ legatarij.ff. de eden.l.quedã.§.is aũt ⁊ de iureiur.etiã ſi in rẽ ⁊ quoꝝ le.l.j.§.illud.Regula ergo iſta vt dicit in vniuerſali ꝓcedit actiue ⁊ paſſiue.actiue qꝛ ius qõ competebat defuncto rea le pſonale mixtũ vel in rem ſcriptũ competit heredi agẽdo ⁊ excipiendo ſaluo qõ d:cam in fine paſſiue qꝛ ius tale agen di vel excipiendi qõ competebat cõtra defunctũ competit cõtra heredẽ alleg.inſtitu.de ppe.⁊ tẽp.ac.circa pnc. in ſin gulari dicit ꝙ ius excipiendi ipſo iure tranſit in ipſuz ⁊ con tra ipſuz.ff.de ꝯhen.empt.dolia.§.eum.ff.cõi diui.in hoc iu dicio.§.inter ſocios qõ intellige de iure excipiendi qõ cohe ret rei ſed ſi coherer pſone aut ſingularis ſucceſſor habꝫ ti. lucratiuũ vel quaſi ⁊ tunc ſibi obſtat exceptio que obſtaret actori ſi nõ lucratiuũ nõ obſtat niſi vteref ceſſione ex perſo na actoris.ff.de except.ſi rem legatam ius aũt agendi mere pſonale nõ tranſit ad ſingularẽ ſucceſſorẽ ſine ceſſione.ff. d pecul.l.quis ergo in fi.⁊.l.peculio.de ver.ſig.ſciendũ.§.vl. ℭ Item nec cõtra ſingularẽ ſucceſſorẽ.ff.de eden. quedaz .§.is aũt.C.de act.⁊ oblig.l.eum.ius v̄o pſonale in rem ſcri ptum tranſit in ſingularẽ ſine ceſſione.ff.de aqua plu.arcen. l.ſi tertius.§.ſi quis prius ⁊ de iti.actuq; pri.l. appet.§.j. ⁊ cõtra ſingularẽ vt ibi.⁊.ff.de aqua plu.arcen.l.emptor.⁊.l. poſt venditionẽ.⁊ ibi nullus epus.⁊.c.clericum nullus vbi de hoc.⁊ ibi legatari⁹.alias incipit ꝓ parte.⁊ ibi ſi pſonale Idem Dy.per modũ obiectiõis declarãs p concor. ad q̃s remittit hec glo.p qõ concludit regulã ꝓcedere in iure co herente rei vel cauſe.ſecus ſi cohereat perſone ⁊ in fi.adhuc ad regulã opponit Dy.de actõe iniuriaꝝ que non daf ſuc ceſſori etiã vniuerſali.ff.de iniur.l.iniuriaꝝ diſtinguit actio nes que ſunt ꝓdite ad vindictã ab his que ꝓdite ſũt ad rei perſecutionẽ vel pene pme tranſeũt ad heredes lite nõ con teſtata vt.d.l.iniuriaꝝ ad.l.falci.penales.ſcõe tranſeũt ad heredes ſi cõtineret rei pſecutionẽ pene idem p oia ꝙ̃tum heredes actoris qꝛ tranſeũt ad eos.inſtit.de perpe.⁊ temp. acti.§.ſi heredib⁹.in hẽdibus rei diſtinguit ſi pena debetur ex ꝯtractu tranſit ꝯtra hẽdes.ff.de nau.fe.l.fi.⁊ no.ff.de priua. delic.l.j.in pnc.ſi aũt debef ex delicto nõ tranſit cõtra here dẽ niſi lite ꝯteſtata cũ delinquente.ff.eo. ſicuti ⁊.l.penalia .C.ex deli.defunc.l.vni.⁊ ſic oia dicta Dy.ſunt ſũmata alle gationibus multis omiſſis.

b **Ec regula** facit ad qõnem de ceſſio nario excõicati an ſibi ob ſtet exceptio de qua ſatis vide.s.eod.lib.de iu repa.c.vni.in ⁊ ſup glo.penul.facit etiã ad aliã qõnem quã diſputaui que pus erat venerialiſ quarta.Dama.xv.⁊ goſ. xv.quam ſic ꝓponebã querif vtrũ heres vel ſucceſſor acto ris vel rei conuenire vel ꝯueniri poſſit p reſcriptũ delegatõ nis re integra vel nõ integra. ℭ Scias ꝙ Ber. querit de herede rei an poſſit conuenire añ litẽ conteſtatã. Dama.ẽt de herede rei Goſ.aũt de herede illius qui poterat ꝯueni ri p clauſulã.lati⁹ ergo ꝙ̃ p predictos formaf hec queſtio in qua parũ inſiſtã allegatiõibus ꝓpter glo.que de hoc tra ctant. ℭ Breuiſſime igif allegabif.ſcõo ponenf tres opi. pma ad ꝛegatiuã.ſcõa ad affirmatiuã.tertia diſtinguens p ſonales a realibus.vltimo datur ſolutio plene diſtinguens ⁊ cõtrarijs reſpondẽs.Et pmo p negatiua inducif de offi. delega.P.⁊.G.eod.ti.cũ olim.ex qbus patet ꝙ reſcripta ſunt ſtricti iuris ita qõ ad alias pſonas vel res in eis nõ ex preſſas nõ extendunf ergo nec ad heredes vel ſucceſſores ad idem de reſcrip.ad hoc ſum⁹ ⁊.c.fi.Item reſcriptũ in eo qõ reſpicit iudicẽ nõ tranſit ad ſucceſſorẽ de offic.dele.qñ abbas.⁊ ſicut finif morte mandatoris eod.ti.gratũ.ſic finif morte illi⁹ p quẽ vel cõtra quẽ ĩpetratũ eſt ad hoc ſatꝫ facit .ff.qui ſatiſda.cogã.ſi deceſſerit.⁊.ff.que ſen.ſine ap. re.l.ij. ℭ Cõtra vl̃ expreſſuz de iudi.qꝛ.V.de fo.cõpe.dilecti.de ali.mu.iu.cã fac.c.j.de ꝯceſ.pben.ꝓpoſuit in fi.de imu.ecc. aduerſus.ad idẽ.C.de diuer.reſcrip.l.j.facit de reſcrip.edo ceri.C.qñ li.pnci.da.l.j.⁊.ij.ſcõm pdictos. ℭ Sciendũ eſt ꝙ in qõe ſunt diuerſe opiniões.Lau.ſimpl̃r dixit reſcriptũ nõ extendi ad heredẽ.Bar.dixit nõ extendi ante litis cõte ſtationẽ dicens Tan.hoc dixiſſe.ſed nego Tan.de litis cõ teſtatione expſſiſſe qõ põt patere ex glo.quã poſui de tranſ acti.c.ij.in.ij.cõpil.Goſ.lꝫ in qõne loquaf de herede illi⁹ q poterat cõueniri p clauſulã dicens qõ cõueniri nõ poterat in apparatu tñ de reſcri. ſignificauit . ſimpl̃r dicit reſcriptũ ad heredẽ nõ extendi.idem ibi Phy.dicens ꝙ ⁊ ſi comes fuiſſet expſſus niſi cum ipſo fuiſſet iudiciũ inchoatũ nõ cõ ueniref heres.idem ibi Vinc.dicens reſcriptũ ad heredes nõ extẽdi niſi in caſu decr.pme de ali.mu.iu.⁊ ex ſcõa iuſſio ne.de iudi.qꝛ.V.vel cum in cõmiſſiõe hoc exprimif lite ꝯte ſtata dicit qõ extendif ſi eſt caſus quo ſucceſſor poſſit habe re.C.de inoffic.te.ſi pater.ibi etiã tꝫ qõ mortuo etiã re inte gra eo qui noie eccleſie vel comitat⁹ impetraſſet valeret re ſcriptũ ſucceſſori vel hẽdi de ſucceſſore eccleſie. idez tenuit Tan.in pma compilatiõe de offic.deleg.gratũ.Hui⁹ ꝯtriuz tꝫ Dama.dicens ſimpl̃r illud ad heredes extendi ⁊ reſpon det ad.l.ſi deceſſerit.ꝙ in ſtipulatiõe loquif que eſt ſtricti iuris ⁊ in qua nõ venit niſi pſona expſſa.ff.de verb.obl.ſi ita ſti.fue.§.griſogonus in fi.ſed iudiciũ bene tranſit .huic con cor.Inno.Compo.⁊ Egi.in decr.ſignificauit loquendo in herede vel generali ſucceſſore rei.de herede v̄o actoris ipe Inno.no.ꝯtrium de offic.delega,gratũ.hec opi. ꝙ tranſeat placꝫ Pe.de belui.p pre.l.ij.C.qñ libel.pe. Abb. ⁊ Guil. in ſpe.de reſcrip.pñ.§.rõne etiã ei⁹ in pnc.diſtinguũt inter pſonales ⁊ reales dicẽtes in realibus reſcriptũ ad ſucceſſo res extendi qꝛ res tranſit cum ſuo onere de pig.ex lr̃is ⁊ ex verbis Guil.colligo ꝙ intellexit etiã de ſingulari ſucceſſo re.in perſonali dicũt ꝙ extendif re nõ integra re integra ex pirat.p qõ verbũ colligo ꝙ intellexerũt etiã de vniuerſali. ℭ Sol.vt qõnis veritas hẽaf diſtingue aut reſcriptũ non põt reſpicere ſucceſſorẽ vl̃ heredẽ aut põt .pmo caſu qõ nõ eſt dubia pone exemplũ in actore qui vendicabat eccl̃iaz in titulũ ex quo ti.iuuari nõ poſſet heres vl̃ ſucceſſor.viij.q.j. apl̃ica de fi.pſby.ex tranſmiſſa de iurepa.ꝯſuluit õ inſti. ad decorẽ de pben.c.j.⁊.ij.idem de vſurario vel vſufructuario qui ĩpetrauerat vt liceret vti vel frui.ff.q.mo.vſufruc.amit. l.ſicut in annos in fin.de vſu ⁊ ha.l.vſus aque.ff.de lib. le.l. nõ ſolum.§.tale.de reo pone exemplũ ꝙ fuerat cõtra ipſuz impetratũ ad depoſitionẽ ordinis vel bñficij vel ad penaz criminis de hereti.accuſat⁹.§.ſi v̄o in fi.xxiij.di.quorũdã.C. ſi reus vel accuſat.l.j.⁊.ij.⁊ qõ not.de ſymo.p tuas.j.in pe. glo.⁊ ad hũc caſuz poſſet reduci lex ſi deceſſerit.ff.qui ſatiſ. cog.ſcõo caſu qñ põt reſcriptũ reſpicere ſucceſſorẽ vel he redẽ aut ſit mẽtio ſaltẽ gnãlis ſucceſſoris vel heredis.⁊ tũc eſt planũ ꝙ extendif.ij.q.j.in pmis.vij.q.j.pſentiũ.iij.q.vj. hoc quippe õ ꝯceſ.pben.ꝓpoſuit de re.pmu.cũ vniuerſoꝝ nam ⁊ tũc cõpromiſſuz qõ tñ ſtricti⁹ ẽ de re iudi.c.fi.reſpic̃ heres de arbi.c.fi.ff.eo.ſi ĩterpellaf ⁊.l.diẽ ꝓferre.§.j.aut ñ ſit mentio.⁊ tũc aut res nõ eſt integra.aut eſt integra.pmo caſu aut nõ eſt integra p conuẽtionẽ tñ.⁊ hoc p dec. ſigni ficauit ibi euocatus.⁊ per decr.ꝓpoſuiſti de fo.cõpe.cuꝫ ſi. dico ꝑpetuatũ reſcriptũ qõ placet Ber.in pre.decr. ſigni ficauit.⁊ p glo.quas ibi poſuit colligi põt qũo ipſe intellexit rez nõ integrã in dec.qꝛ.V.facit qõ ibi no.Pby.⁊ in dec. dilecti.fac̃ qõ no.Tan.vin.⁊ pby.de vſur.tua nos.Guil.in ſpecu.

ſpecu.titu.j.§.reſtat.verſic. Item mortuo facit lex.ff.de acti. ⁊ oblig.l.ꝯſtitutiõibus.de offic.leg.c.fi.de offic.deleg.gratū. ſed Bar.brix.in ꝑdicta q̃one ꝯ̃dicens ante litē ꝯteſt.reſcriptum nõ tranſire ad beredē aut nõ/eſt integra ꝑ cõteſtationem id ē q: lis eſt conteſtata.⁊ tūc concor.opi.ꝙ tranſit ad beredē.ſcd̃o caſu qñ res eſt integra ſubdiſtingue q: aut is de cui⁹ berede vel ſucceſſore querit̃ cõprebēdebat̃ ſub clauſula gnāli aut noiatus erat in reſcripto in ꝓmo caſu tenuit Gof.⁊ cõiter oēs ꝙ ſucceſſor ꝯueniri nõ põt ergo nec ꝯuenire.⁊ ſic intelligūt dec.ſignificauit ſaluo qđ ibi ſcripſi poſt Inno.⁊ Cõpoſt.plat⁹ eccl̃ie fact⁹ poſt iterpretationē põt eo caſu ꝯueniri lꝫ ꝑdeceſſor nõ fuerit citat⁹ cum ꝯueniat̃ eccleſia.ſcd̃o caſu qñ noiat⁹ erat in reſcripto aut fuit reſcriptū impetratū ꝓ vel ꝯ̃ ꝑſonā.ꝓmo caſu tꝫ glo.in decr.dilecti de fo.cõpe.Innoc.⁊ Hoſti.Guil.Na.Pe.⁊ Ab.qđ bēs vel ſucceſſor põt ꝯueniri.ipſe tñ Hoſti.in dec.ſignificauit tꝫ ꝯ̃rium etiā ſi in reſcripto nõ ſit expreſſuꝫ nomen ꝓpriū ꝑlati rñdens ad decr.qm̃ abbas de offi.deleg.ꝙ iudex eſt iuſt⁹ ⁊ equus ⁊ litē diffinit.vnde reſcriptū reſpicit iudicē ſucceſſorē ſꝫ pars cõiter cauilloſa reſcripto abutit̃ ⁊ lites auget vñ reſcriptū in eo ꝙ odioſuꝫ reſtringit̃ ꝓma placet ⁊ ſicut dixi de berede vel ſucceſſore rei ſic dico de berede vl̃ ſucceſſore actoris in boc caſu.ſ.ꝙ poſſit ꝯuenire ꝙ apte tꝫ Uincen.in pre.dec.ſignificauit ⁊ Inno.de offic.deleg.gratū. ſcd̃o caſu qñ ꝓ vel ꝯ̃ ꝑſonā aut querim⁹ de ſingulari ſucceſſore ⁊ ad iſtum nõ extendit̃ reſcriptū niſi in caſu decr.ꝓme de ali.mu. in.vel cū ſciēter ſucceſſit in vitiū de iudi.q:.U.de reſti.ſpo. ſepe.vl̃ cū emanat ſcd̃a iuſſio vt in pre.dec.quia.U.aut q̃rimus de vniuerſali in h̄ eſt opi.⁊ reſidet principalis qđ La. Tan.Phy.Bar.⁊ Gof.in decr.ſignificauit gl.in decr.q: U.dicūt reſcriptū ad illū nõ extēdi ⁊ facit ꝙ ſcripſi.ſ.cum tractabat̃ de re nõ integra ꝑ cõuentionē tñ.Dama.Inno. Cõpoſ.Egi.⁊ Pe.de bel.ꝯ̃ vt dixi in opi.ſcd̃a q̃ placet.circa ꝙ eſt aduertendū ꝙ qđ q̃rit expꝛ̃ſſe de reſcripto delegationis ꝑ qđ nõ dat̃ ius ſed iudex actiõis vel iuris ꝓus cõpetētis.de reſcripto aūt per qđ dat̃ ꝓuilegiū no.Dy.eo.ti.ꝓuilegium.cū ergo ex reſcripto delegatiõis ius nõ ꝯcedat̃ ſed iudex tñ nõ video quale ꝓiudiciū inferat̃ ſi reſpiciat bēdē cū ius ei⁹ vel aduerſarij in boc nõ ꝑeat.facit de ꝓcur.ex inſinuatiõe. ¶ Ad banc partē iducit̃ lex.ij.C.qñ libe.ꝓnc.da. ſꝫ ſi aduertat̃ vr̃ facere ꝯ̃.nā ſi qđ ibi dr̃ eſt ſpāle in annalib⁹ actib⁹ eius contrariuꝫ eſt regulare in alijs.ſed ſcd̃m boc dicam ꝙ bene eſt in illis actõibus ſpeciale ꝙ ꝑpetuant̃ abſqꝫ litis conteſtatiõe ſed quod ibi dicitur de reſcripto impetrato in omnibus actiõibus ſit cõmune ſed apertius ꝓbet lex illa de reſcripto appellatiõis q̃ cum appellans ꝓſequi debeat infra annum ad inſtar annalis actionis dicetur reſcriptum ſup ipſa impetratū fore perpetuū.banc opinio.puto veram maxime in exemptis cõtra quos conceduntur apoſtolica reſcripta vel quādo reſcriptum delegatiõis conceſſum eſt ab imediato ordinario cauſe boc dico q: cum cauſa ſtricte interpretatiõis box reſcriptoꝝ ſit q: per ipſa preiudicatur ordinarie poteſtati vbi ceſſat bec ratio.poſſunt largius interpretari nõ obſtat ꝙ dicit̃ reſcripta nõ extēdi ad alios q: illud fateor quo ad alios oio ⁊ facit ꝙ ſcripſi de trāſact.veniens in fi.ſed beres vel vniuerſalis ſucceſſor fingitur idem cum defuncto in auten.iuſiurandum qđ a mori.pre.in ꝓnc.coll̃.v.Si igitur cõmunitas cauſe reſcriptū facit extendi ad nõ expreſſum vt pre.l.j.C.de diuer.reſcript.forti⁹ boc faciet idētitas ꝑſone iuris fictione/nec obſtat decr.quoniā abbas q: inq̃ꝫtum reſcriptū reſpicit iudicē iuriſditio eſt ibi ꝓncipale que merito expirat iudice dato ſub nomine ꝓprio mortuo re integra ſed inq̃ꝫtum reſpicit partes obligatio eſt ibi ꝓncipale reſcriptū vel iudicis datio acceſſoriū vnde reſpectu partiū nõ eſt mirū ſi contēplatione ꝓncipalis durat acceſſorium.facit.ſ.eod.lib.de offic.delega.ſi ſuper gratia boc ꝙ dixi reſcriptum extendi ad beredem vel ſucceſſoreꝫ vniuerſalem intelligo verum eſſe ſi tempe date reſcripti viuebatis ꝯ̃ quē datuꝫ fuit alias ſecus ⁊ ſic loquat̃ lex.ij.ff.qñ ſen.ſine ap.reſcin.

## S qui tacet.

l xliiij.nõ fatet̃ no.q: nõ dicit ꝯſentit ⁊ ſic nõ cõtradicit regule qui tacet:ſup cõfeſſione.n.⁊ negatiõe nõ ſup ꝯſenſu ⁊ diſſenſu fundat̃ h̄ regula ⁊ regula iuris ciuilis.ꝓp attinētiā aūt quā bꝫ ꝯfeſſio ad ꝯſenſuꝫ ⁊ negatio ad diſſenſuꝫ gloſatores iuris ciuilis ⁊ nr̃i illā mām adaptauerūt buic regule q̃ ꝓprie ſpectat ad regulā qui tacet vt ibi etiā dicā.

¶ Prima glo.dicit vñ ſūpta ⁊ ponit exēpla.ſcd̃o allegat decē iura in q̃bus fallit.ꝓma ps regule ⁊ octo in q̃b⁹ fallit. ſcd̃a remittēs ad alia ⁊ dat triplicē ſolutionē. ¶ In.j.glo. ibi q tacet ſequit̃ vtiqꝫ nõ fatet̃ ſꝫ tñ verū eſt eū nõ negare. ⁊ ibi.§.voluntatē vide in regula q tacet in gl.⁊ ibi.§.pena. cogit̃ marit⁹ agnoſcere q nõ denūciauit mulierē ex ſe nõ eē ꝑgnantē ⁊ ibi.§.q ipleto.ſequit̃ tpe ꝯductiõis manſit in cõductiõe nõ ſolū recõduxiſſe vr̃ ſꝫ ⁊ pignora durare videnẗ. ⁊ ibi q in futuꝝ recipiēs vſuras futuri tpis tacite paciſci vr̃ nõ petere ſortē ⁊ ibi iuitū ſeq̃t̃ in ſeruitute accipe debem⁹ ñ ſolū eū q ꝯ̃dicit ſꝫ eū q nõ ꝯſentit ⁊ ibi rē alienā ſeq̃t̃ diſtrabere quē poſſe nulla dubitatõ eſt. ¶ In.j.gl.ibi.§.ſi is vſi. ſꝫ ſi ſciēte q alias eſt.§.⁊ ibi ꝓ ꝯſenſu ſignat Dy.ꝯ̃riuꝫ de.l. ſicuti.ff.de arbi.⁊.l.tūc aūt.ff.de iudi.vbi pñs tacēs nõ ꝯſentit lꝫ ꝯ̃dicēdo poſſet ipedire.ſꝫ ſolutio locū bēat cū de ꝓiudicio tacētis agit̃ ꝯ̃ria qñ q̃rit̃ de ꝓiudicio tertij ⁊ ſic ē ò tutore q lꝫ ſit pñs bis q̃ ꝓ pupillū agunt̃ nõ ꝯſentit nec auctorizat niſi expꝛ̃ſſe loquat̃.ff.de auc.tu.l.j.in fi.⁊.l.ij.⁊.iij. ⁊ ibi nõne.⁊ vide ꝙ ibi ſcripſi ſup vlt.gl.ꝯ̃ opi.q̃ bꝫ aliō in obligatiõe rei aliene quā in vēditiõe de qua ſcripſi de trāſac.ex lr̃is ſup glo.ij.⁊ ibi vt in ꝓmis iurib⁹ ⁊ no.ff.mā.l.q patit̃.⁊ ibi expꝛ̃ſſus ꝯſenſus fallit fauore reipublice ⁊ pupilloꝝ caſibus quos ſcripſi in regula q tacet ſup gloſ.⁊ ibi in geneſi.⁊ Jo.mo.in regula qui tacet.⁊ ibi vel ꝯfeſſo.⁊ iſtud ꝓprie facit ad regulā cum iurib⁹ que ſequunt̃ ⁊ decr.nõne de ꝑſūp. ⁊ quādoqꝫ baberet̃ ꝓ negāte vt no.in decr.ſi poſt preſtituꝫ in fi.pe.gl.⁊ in fi.dicebat ergo Dy.ꝙ ſolutio que bꝫ ꝙ vbi agit̃ de aliquo obligando req̃r̃ taciturnitas nõ babet̃ ꝓ cõſenſu vt in.§.iuitus vbi boc no.ſi de ꝓiudicio vel exceptiõe paranda:ſecus vt in regula qui tacet cum ꝯcor.quo ad iſtō ſcd̃m mēbrum tollit̃ ꝑ.§.vetare.⁊ ꝑ.l.ff.de leg.ij.ticia.§.lutia.⁊ de pig.ac.caius:ꝓ tanto dicit in boc ſcd̃o mēbro locū eſſe regule tñ iſtud tacere ꝙ eſt mediū ſumit effectuꝫ qñqꝫ vni⁹ extremoꝝ qñqꝫ alteri⁹.nam ſi ꝯ̃dicendo poterat impedire aſſimilit̃ ꝯſenſui.ff.de pig.fideiuſſor.§.ſi pater ſi nõ poterat ipedire aſſimilat̃ ꝯ̃dictiõi vt in.l.caius.§.lutia.boc verum niſi vbi expꝛ̃ſſe mediū eſſet diſtinctū a diſpoſitiõe cuiuſlibet extremoꝝ vt in tributoria vt pꝫ in ꝓn.glo.vel diuerſis reſpectib⁹ aſſumeret vtrūqꝫ extrēoꝝ vt bic in fi.gl.ſi adbuc pleni⁹ boc vis ꝓſequi vide Cy.C.de ꝓcura.l.inuitus.

## Jc ſub proteſtatiõe.

b ꝙ ſequor errorē de quo nūc dixi ſup tex.ponam quatuor q̃ones antiquas quaꝝ ꝓma eſt venerialis.xxix.qua querit̃ aliquis elect⁹ fuit ad dignitatē epiſcopus eo preſente ⁊ tacēte contulit prebendam illius.demū caſſatur electio querit̃ an prebendaꝫ repetere poſſit. ¶ Scd̃a dominicalis.xlj.fuit talis certus ꝑſbyter preſente ⁊ nõ cõtradicente epiſcopo votuꝫ peregrinationis emiſit ꝙ dum exequi vellet epiſcopus contradixit ſed ipſe nibilominus iter arripuit epiſcopus eo abſente eccleſiam alteri contulit querit̃ an ꝑſbyter reuerſus illam repetē poſſit. ¶ Tertia dñicalis.lxxviij.⁊ Dama.ꝓma ò bis que fi.a prela.eſt de epiſcopo qui fecit alienationē tacēte ⁊ nõ ꝯ̃dicente capitulo an ſucceſſor illam reuocare poſſit.

¶ Quarta queſtio fuit domini mei querētis an religioſus tacente vel patiente ſuo ꝑlato poſſit executor eſſe teſtamenti ſaltem in quo multa ſunt relicta ad pias cauſas.

¶ Ad primā alſat̃ affirmatiue ꝑ bāc regulā ⁊ q̃tuor rões. ſcd̃o ꝑ tres in ꝯ̃riuꝫ.tertio ſoluit̃ ſm̃ bar.⁊ ſolutio reprobat̃

¶ Primo igit̃ ſic ꝓbat̃ ꝙ illam repetat cū inuitus videat̃

qui expreſſe nõ conſenſit.ff.de ꝓcur.filiuſfamilias.§.inuitũ
⁊ amplifica hoc ꝑ h̃ no.circa mediũ glo.v̾ſicu.Item in his.
¶ Scõo hec res inter alios acta.ſ.inter epiſcopum ⁊ ꝓui-
ſum electo nocere nõ debet.ſ̃.de re iudi.c.penul.cuꝫ cõcoꝛ.
¶ Tertio cum electus nõ poſſet in hoc epiſcopũ ꝓhibere
ergo ſibi nõ fit p̃iudicium.ff.de re iudi.ſepe circa mediũ.xj.
q.iij.quãdo.⁊ faciunt h̃ no.de preſumpt.nõne.
¶ Quarto ceſſauit conditio que tacite ſubintelligebaẗ.ſ.
ſi electus cõſequereẗ dignitatẽ illam ad quã fuerat electus
illa ergo ceſſante licite repetit p̃bẽdã.xxij.q.ij.ne qs.ſ̃.ꝺ iu
reiurã.quẽad.vltra h̃ facit iſta regula ⁊ regula qui tacet.ff.
eod.titu. ¶ In contrariũ regula qui tacet hoc eod.ti. cum
concoꝛ.ad idem.xxviij.di.diaconi.de his que fi.a prela.c.ij.
xx.q.ij.puella.C.de lati.libe.tol.autẽ.ad hec. meliꝰ in autẽ.
de nup.§.ſi v̾o ab initio de dño qui ſciens ancillã ſuaꝫ nube
re libero ſtudioſe tacet ⁊ illius ꝑdit dñium. ¶ Scõo tacẽ
do nõ ſolum confirmare videẗ.de p̃ſump.nõne imo ipſo fa-
cto videẗ renũciare qd̃ plus eſt ꝙ̃ ſi id fieret verbo de ap.
dilecti de his que fi.a maio.par.ca.ex oꝛe.illud ergo ampliꝰ
nõ repetet de tranſac.ex litteris. ¶ Tertio cum nõ ꝓhibu
erit vt poterat ſibi p̃iudicauit.ff.de re iudi.ſepe. ⁊.ſ̃. eod.c.
penul.de eo qui ꝑmiſit ſequentẽ agere cum ſibi ꝑus id cõ-
peteret ⁊ quãdoqꝫ plus operaẗ tacitũ ꝙ̃ expreſſum.ff.de ꝓ
cura.filiuſfami.§.veterani.C.eod.titu.ita demũ.ſ̃.eodẽ lib.
de iura.calũ.c.j.§.j.Soluit Bar.tancredũ dixiſſe ꝙ iſte ñ
poterit prebendã repetere cum videaẗ eam habuiſſe ꝓ de-
relicto qꝛ potuit ꝯ̃dicẽ ⁊ nõ ꝯ̃dixit.hec ſol. nõ placet cũ in
dãnoſis vel oneroſis tacere nõ ſit conſentire vt h̃ in glo. vn
de in caſu ſimili decr.dicit ꝙ dꝫ aſſenſus accedere ꝙ deno-
tat actum nõ taciturnitatẽ de regula.ſi beneficiũ lib.eodem
Item conſtat ꝙ bñficia nõ vacantia concedi nõ poſſunt de
ꝯceſ.p̃ben.c.j.⁊ ꝑ totum.ſed qui dicit ꝑ taciturnitatẽ vaca
re beneficiũ det mihi ius expreſſuꝫ.alias ſibi nõ credã.xvij.
q.iij.§.cum aũt v̾ſic.nec quiſqꝫ.hinc eſt ꝙ etiã expſſe cõſen-
tiente p̃lato electoribꝰ nõ poſſent ipſi alium eligere in eius
locum nõ ſic ſi expreſſe conſentit collatoꝛi vt conferat ſup
quo vide qd̃ ſcripſi ꝺ his que fi.a maio.par.ca.ex oꝛe. ſuper
v̾ſic.ꝯfirmatus.quo ad terminos q̃õnis facit de inſti.cuꝫ ve
niſſet vbi nõ ſoluꝫ tacere.ſed etiã loqui verba generalia nõ
nocuit Archi.qui ꝓmouebaẗ ab archiepõ bene etiã faẗ.ſ̃.
eod.li.de prebẽ.ſi bñficia.per p̃dicta aũt ſatis pꝫ rñſum ad
ꝯ̃ria. ¶ Ad ſcõam q̃õnem quatuoꝛ rõnes inducunẗ ꝓ pre
ſbytero ⁊ totidem cõtra.poniẗ ſolutio Bar.p̃ma.ſcõo ve-
rioꝛ poniẗ que diſtinguit. ¶ Primo ergo arguiẗ ꝙ p̃ſby-
ter eccleſiã repetere poteſt.qꝛ tacendo cõſenſit epũs ꝑ re-
gulam qui tacet eo.ti.cum cõcoꝛ.ad id.ff.ad.l.aqui. in lege
aquilia.§.quotiẽs.⁊.l.ſcientiã.xx.q.ij.puella.ergo epũs ſu
um ꝯſenſum poſtea reuocare nõ potuit.ff.de ſerui.ru. pre. ꝑ
fundũ de fil. p̃ſbyt.veniens de cle.con. diuerſis.xvij.q.iiij.
ſunt qui opes. ¶ Scõo iſte ſacerdos qui lege dei ⁊ ſpiritu
ducebaẗ ad votũ per legẽ cõem vel publicã cui p̃uata p̃ua-
let ipediri nõ ꝺbuit.xix.q.ij.due ſunt de regula.lꝫ.fuit ergo
aſtrictus vouendo ergo votũ tenebaẗ implere.xvij.q.j.§.j.
de voto magne.debuit ergo ſacerdos potius deo ꝙ̃ epiſco
po obedire.viij.di.que ꝯtra moꝛes.xj.q.iij.nõ ſemp.⁊.c. iu
lianus.xv.q.vj.iuratos.nam lꝫ votum a p̃ncipio ſit volunta
rium eiꝰ executio eſt neceſſaria de voto lꝫ in p̃nc.⁊.c.ꝑ tuas
facit ergo ſacerdos ꝙ debuit ⁊ ſic puniri nõ potuit.de ꝯſti.
c.ij.xxxij.q.ij.c.vl.xxxiij.q.v.c.j. ¶ Tertio cum de voto cõ
plendo ⁊ nõ complendo inter epm̃ ⁊ ſacerdotẽ eſſet cõtro-
uerſia epũs non potuit eſſe iudex in cã ſua.C.ne quis in ſua
cauſa.l.vni. ¶ Quarto dato ꝙ ſacerdos ex iniuſta cã ab-
eſſet citãdus eſſet ⁊ ſi neſciẗ vbi ſit trine citatiõis edictuꝫ ꝓ
poni dꝫ apud eccleſiã ⁊ poſtea ꝑ ſex menſes expectari ⁊ aẗ
p̃uari nõ dꝫ de cle.nõ reſi.ex tue.ergo multo fortiꝰ debuit h̃
in iſto ſeruari qui ex iuſta cã aberat ꝑ que concludiẗ ꝙ bñ
ficium ſuũ recuperet. ¶ In ꝯ̃rium clericus ſine epi licẽtia
ꝑegrinari nõ dꝫ nec ꝑegrinans ſine eiꝰ lr̃is recipi.lxxxj. diſ.
c.viti.de ꝯſe.di.v.nõ opoꝛtet.de voto.magne.vltra mediuꝫ
multominus eo ꝯ̃dicẽte de hõi.petrus de ſimo. ſicut. ⁊ per

hoc ſit rñſum ad ſcõm argumentũ:qꝛ nõ duciẗ lege dei qui
contra legem eius agit de renũ. niſi v̾ſicu.ſi dices.cuꝫ ergo
epõ ꝯ̃dicente receſſit cõtumax fuit.xj.q.iij.certum.ſine no-
ua ergo citatiõe ex quo de cõtumacia cõſtabat manifeſte p̃
uari potuit eccleſia.de offic.deleg.ꝯſuluit ⁊ de do. ⁊ contu.
eum qui.ſ̃.eo.iibꝛ. ¶ Scõo lꝫ ꝓpter obedientiã malũ fieri
nõ debeat tñ dꝫ bonũ qñqꝫ intermitti.xj.q.iij.qd ergo.ff.de
re mili.l.ij.§.in bello.⁊.ſ̃.de tẽp.oꝛ.ad aures. vbi ꝑ hoc ma
xime qꝛ inobedientia cõparaẗ hereſi.viij.q.iij.ſciendũ.non
potuit ergo dolo carere nõ parẽs impio magiſtratꝰ.ff.eod.
titu.nõ põt.ff.ſi quis ius di.nõ ob.l.vni.nec debuit iſte ſibi
ius dicere in ſua cã vt.ſ̃. ¶ Tertio cuꝫ in oĩ voto ⁊ iuramẽ
to ſupioꝛis auctoꝛitas dicaẗ excepta.xij.q.ij. beatus.xxvij.
q.ij.§.cum ergo.de voto nõ eſt de iureiur.venientes. nec dĩ
votum deſerẽ ex iuſta cã nõ adimplẽs.ff.qui ſatiſ.co.l. ſi. de
iureiurã.ꝑuenit de voto.c.i.peccauit ergo iſte ſacerdos nõ
ꝑendo epõ ꝑ cuius preceptũ excuſabaẗ ab executiõe voti.
¶ Quarto ꝯ̃ ſacerdotẽ induciẗ hec regula cum epõs tacẽ-
do nõ conſenſerit vt hic ⁊ in cõcoꝛ.potiſſime qꝛ abſentia cle
ricoꝝ ab eccleſijs eſt iuri inimica ⁊ eccleſijs grauoſa de cle.
nõ reſi.ꝑ totum ⁊ ꝑ hoc ſit rñſum ad allegata in p̃nc.
¶ Soluẽdo dicit Bar.cũ Tan.ꝙ epũs tacendo ſibi fe-
cit p̃iudiciũ nec dꝫ vlterius ꝯ̃dicere niſi noua cã interueni-
at.hec ſolutio nõ eſt ſufficiens ad q̃õneꝫ qua p̃ncipaliẗ que
rebaẗ an ſacerdos repetere poſſit eccleſiã niſi dicamꝰ ꝙ ſol
uens hoc intellexit.ſ.ſacerdotẽ nõ potuiſſe p̃uari ꝑ epiſco-
pũ qui tacuit in emiſſiõe voti.⁊ fateoꝛ ꝙ inhoneſte facit epi
ſcopus qui tũc tacuit ſine noua cã reſiſtendo tñ qꝛ inhone-
ſtius facit ſacerdos eo ꝯ̃dicente itinerando per ſupius alle
gata.Ideo remanet q̃ſtio dubia quã ſoluẽdo dico ꝙ epũs
illum p̃uare nõ potuit hoc ſolo ꝙ ille ꝑegrinando ſe abſen-
tauit etiã eo ꝯ̃dicente ſimpl̃r ſed ſi monuiſſet eum ꝙ ſe non
abſentaret ſub pena p̃uationis cui monitiõi nõ parẽs ſe ab
ſentaſſet nõ puto ꝙ taciturnitas epi excuſet eum a pena qꝛ
etiã ſi expſſe conſenſiſſet nõ videẗ ꝙ eo inuito votũ ꝑficere
poſſit.xxxiij.q.v.manifeſtũ.⁊.c.voluit. poſſet eni epũs ali-
quid occurrendũ nouiter ſciuiſſe ꝓpter ꝙ ꝑegrinatio non
expedit etiã ſaluti vouẽtj.facit de temp.oꝛ.ad aures. fortiꝰ
ergo in terminis q̃õnis ſi p̃ſbyter ante iter ſic monitꝰ nõ pa
ruiſſet eccleſiã qua p̃uatus fuiſſet nõ repeteret.vbi v̾o epõs
ſimpl̃r ꝯ̃dixiſſet vel tacuiſſet ſed talẽ monitionẽ ⁊ fulmina-
tionẽ nõ feciſſet dico p̃uationem fieri nõ potuiſſe ꝓpter ab
ſentiã vel nõ reſidẽtiã etiã ex iiuſta cauſa niſi vt dictũ eſt in
fi.p̃me partis quare p̃ſbyter rediens illã iuſte repeteret ⁊ ꝯ̃
rioꝛum rñſio.ſ̃.patuit. ¶ Ad tertiã q̃õnem alleganẗ tres
rões ꝓ ſucceſſoꝛe ⁊ quatuoꝛ cõtra.tertio datur ſolutio que
roboꝛaẗ ⁊ ꝯ̃rijs reſpondeẗ. ¶ Primo ergo ꝓbaẗ tacitur-
nitatem vel patientiã ñ ſufficere cũ in alienatõe rei eccl̃iaſti
ce debeant clerici ꝯſentire.x.q.ii.hoc ius.⁊.xii.q.ii. alienati
ones:⁊ niſi interueniat expreſſa ſubſcriptio clericoꝝ ipſo iu
re nulla eſt alienatio etiã ſi in caſu licito fuerit facta vt ibi ⁊
eadẽ.q.ſine exceptõe ⁊ de his q̃ fi.a p̃la.c.i.ex quo ergo ali
enatio fuit illicita ſucceſſoꝛ illã reuocabit.xii.q.ii.ſi quos ꝺ
ſeruis circa fin.nec obſtabit pena appoſita de p̃ca.c.ii.⁊ qd̃
plus eſt quelibꝫ p̃ſona eccleſie:⁊ ipſe idem qui alienauit h̃
poſſunt.ꝓbaẗ primũ.xii.q.ii.nõ liceat in fi.ſ̃.de reb.eccl. nõ
alie.ſi qs ꝓ̃m ibidẽ ⁊.xxxv.q.ix.qd̃ qs ⁊ de elec.noſti.nec iu-
uabit p̃ſcriptio poſſeſſoꝛẽ tpe ipſius male alienãtis.xvi.q.
iii.ſi ſacerdotes.C.de p̃ſcrip.lon.tẽp.autẽ.malefidei.⁊ facit
regula eod.ti.qui ꝯ̃ iura.cum cõcoꝛ. ¶ Scõo induciẗ hec
regula ⁊ iura que alleg.gloſ.que ꝓbant ꝙ taciturnitas hr̃
ꝓ ꝯditione. ¶ Adduciẗ tertio regula delictũ hoc eo.ti.ad
ꝓbandũ ꝙ etiã ſi canonici cõſenſiſſent nõ dꝫ nocere eccl̃ie
quin ſupioꝛ ſaltẽ reuocet de cle.con.diuerſis. nam ꝑ reſtitu
tionẽ in integ.reuocaẗ ꝓpter leſionẽ enoꝛmẽ etiã ꝯ̃ctus qui
ipſo iure tꝫ de reſti.in integ.c.i. ¶ In ꝯ̃riuꝫ allegaẗ tacitur-
nitatẽ ⁊ patientiã canonicoꝝ haberi ꝓ ꝯſenſu per regulam
qui tacet cũ ꝯcoꝛ.⁊ cũ his q̃s ad hãc ꝑtẽ in ꝑximis q̃õnibꝰ
alſaui. ¶ Scõo v̾o q accuſat qd̃ potuit ipugnaẗ.lxxxiij.di.
erroꝛ.⁊ grauiẗ puniẽdi ſũt cl̃ici q tãto tpe tacuerũt.ij.q.vij.
quapꝛopter

quapropter. ¶ Tertio ſi minor rem vendat ſine decreto in utilis eſt alienatio que tamen ſola taciturnitate ꝯfirmaṫ. C. ſi maior factus ſine decr. l. ſi qñ. ¶ Item ſola taciturnitate mr̄imoniū cōfirmaṫ. ſ. eod. lib. de deſpon. impu. c. vno. ff. de ritu nup. minoré multoforti⁹ venditio. ¶ Quarto q̄ſtio ꝓ hac parte videṫ tex. vel caſus decr. ij. de his que fi. a pla.

¶ Soluūt Dama. ꝛ Bar. alienationé nō valuiſſe ꝛ ſic re uocandū eſſe per. c. ſine exceptiōe ꝛ ſcđm Dama. decr. ij. de his que fi. a pla. loquiṫ de collatiōe decimaꝝ noie bn̄ficij ꝑ ſonaliter facta vbi ſufficit patientia. vnde dixit Bart. illam intelligi de conceſſiōe facta cauſa pietatis vel de re minima vel ad certum factū vel ad certū tempus: ꝛ vide qđ ibi not. in pma ꝛ tertia glo. ꝛ qđ ſup eis dixi. ꝛ eo. ti. cuꝫ nos ſup fi. vlti. glo. ꝑ que pꝫ ꝙ vera eſt hui⁹ q̄ōnis ſolutio ꝙ neceſſa rio concludiṫ ex p̄cedenti tractatu qui neceſſari⁹ eſt in alie natione ꝑpetua. ſ. eo. lib. de reb. ec. nō alie. dudū. ex quo bn̄ ſequiṫ taciturnitaté vel patientiā nō ſufficere ꝛ ſic rn̄ſum ſit ad primū. ſcđm ꝯcedaṫ in. l. ſi qñ. ꝛ. l. minoré. ꝛ dec. vnica al legatis in ꝯrium ceſſauit ipedimentū etatis qꝛ minor lapſu tp̄is fact⁹ eſt maior hic durat cauſa ipediens qꝛ tp̄is lapſus nō mutat ſtatū eccleſie. ¶ In quarta q̄ōne dn̄i mei breuiṫ qꝛ nō dubia allegaṫ negatiue ꝛ affirmatiue daṫ ſolutio q̄ re probaṫ ꝛ ꝯrijs rn̄detur. ¶ Et ꝙ nō poſſit exequi iducebat ꝙ ꝓhibent ſe ſecularib⁹ ꝓcuratoribus vel actib⁹ imiſcere lxxxvj. di. ꝓuenit nec mix qꝛ etiā ſp̄alia exercere ꝓhibenṫ vt puta baptizare ꝛ penitentiā dare. xvj. q. j. c. j. ꝛ. ij. officiū eni hꝫ plangētis nō docētis vel agētis. e. q. monachus ꝛ repu tatur mortu⁹ mundo. e. q. placuit. ij. ꝛ ꝓhibeṫ clauſtrū exire ne cle. vel mo. nō magno ergo ꝓhiberi dꝫ ab executione.

¶ In ꝯriuꝫ qꝛ poſſunt opa miſericordie exercere ꝛ miſera biliū pſonaꝝ curā ꝛ tutelā recipe vt pꝛe. c. ꝓuenit. ꝛ condu cūt terras ad laborandū. de deci. dilecti. ꝛ ꝑpter vrgentes neceſſitates poſſunt tractare ſeculares actiōes. xvj. q. i. q ve ꝛ abbate ipetrāte imiſcent ſe ſecularib⁹ actibus de poſtu. c. ii. ꝛ pficiunṫ ſecularib⁹ eccl'ijs. lv. di. pꝛiſcis. ergo ꝛ pias vo luntates exeq poterūt cū nihil ſit ꝙ tm̄ debeaṫ hoib⁹ ꝛ c̄. C. de ſa. ſan. ec. l. i. facit decr. tua. de teſt. ¶ Soluebat ergo ꝙ ēt de tacita volūtate abbatꝭ poterat exercē p̄dcā eo ꝯdicē te nō de poſtu. c. ii. l. de re mili. l. iii. ꝟ. in bello. ſcđa ps ſolu tiōis va. ſꝫ de illa nō q̄rebaṫ ſꝫ pma falſa qꝛ taciturnitas vel patientia plati hoc caſu nō ſufficit. cū eni religioſus velle vṫ nolle nō habeat ois talis act⁹ quē aggrediṫ an̄ lniam ē illi citus ꝛ p illū frangiṫ obediētia ꝛ abdicatio ꝑprie volūtatꝭ facit cle. de ꝓcur. religioſus. ꝛ ꝙ ibi no. in gl. repete patien tia igiṫ nō poſſet illū facere licitū. vn̄ requiriṫ ꝙ ſup h̄ p̄us petaṫ ꝛ obtineaṫ lñia. vt pꝫ. ſ. eo. li. de teſta. c. ij. i. rn̄. ꝛ i cle. eo. ti. c. i. vbi ēt dixi in gl. reprobatū. ꝛ ibi ēt notaui an lniam datā poſſit plat⁹ reuocare ꝛ i gl. ibi ſequēti. vide de frib⁹ mi norib⁹ q ad executōes hodie nō licētiaṫ. Ad. c. ꝓuenit ꝛ. c. dilecti. Unde vt i eis no. capl'm q ve logṫ cū id fit epo iubē te. Ad. c. p̄ſcis. rn̄deo ꝙ ꝓuilegiatū eſt in h̄ officiū p̄dicādi de ſtatu mo. ꝙ dei timoré ꝛ ibi etiā in tranſitu. imo ꝛ in con ſenſu requiriṫ abbatꝭ licentia. ſ. eo. lib. de elec. ſi religioſus.

hoc dictū refer ad 3a seq̄ falsa cum nota pa... se presu... 

¶ Regule. ffor. huius littere. I. ſunt he.

In negocijs ꝯhendis alia cā habita ē furioſoꝝ alia eoꝝ q fari poſſunt q̄uis actum rei nō intelligerent. nam fu rioſus nullum negociū contrahere pōt pupillus oia tutore auctore agere poteſt.

Ius noſtrū nō patiṫ eundē in paganis ꝛ teſtato ꝛ īte ſtato deceſſiſſe earūq rerū nāliter intereſſe pugna eſt vt qs ſit teſtatus ꝛ inteſtatus.

Iura ſanguinis nullo iure ciuili pimi poſſunt.

Id qđ nr̄m eſt ſine facto nr̄o ad aliū trāſferri nō pōt.

In teſtis pleni⁹ volūtates teſtantiū interp̄tamur.

In oibus obligatiōibus in quib⁹ dies nō poniṫ p̄ſen ti die debetur.

Imaginaria venditio nō eſt precio accedente.

In pſonā ſeruilē nulla cadit obligatio. ¶ Ināſr ꝓ bandū ē vbicūq in bonefidei iudicijs ꝑferṫ in arbitriū dn̄i vel ꝓcuratoris ei⁹ ꝯditio ꝓ boni viri arbitrio h̄ habēdū eē.

In eo qđ vel is qui petit vel a quo petiṫ lucri petitur⁹ eſt: durior eſt cauſa petitoris.

In oibus caſib⁹ ꝓ facto accipiṫ id in quo aliū ꝓhorre ſcit quomin⁹ fiat.

In oibus caſib⁹ id obſeruaṫ vt vbi pſone ꝯditio locū facit bn̄ficio ibi deficiente ea bn̄ficiū quoq deficiat. vbi er go genus actiōis id deſiderat ibi ad quēuis pſecutio ei⁹ de uenerit nō deficiet rō ꝛ auxilium.

Inuito beneficium nō datur.

In totū oia que animi diſtinctione agēda ſunt nō ni ſi vera ꝛ certa ſcientia perfici poſſunt.

In toto iure. vide in regula generi.

In ābiguis ꝓ dotib⁹ rn̄dere melius ē. ¶ Nō eſt no uum. vide in regl'a factū. Quotiēs eqtate deſiderij nāliſ rō aut dubitatio iuris moranṫ iuſtis decretꝭ res tēperāda eſt.

In oibus qdem maxime tn̄ in iure eqtas ſpectāda ſit.

In ambiguis orōnibus maxime ſnīa ſpectāda eſt eius qui eam ꝓtuliſſet.

In eo ꝙ plus eſt ſemp ieſt min⁹. ¶ Nemo aliene rei expromiſſor idone⁹ videṫ niſi cum ſatiſdatiōe. ¶ Pupil lus pati poſſe nō intelligiṫ. ¶ Ubi verba cōiuncta nō ſunt ſufficit alterutrū eſſe factum. ¶ Mulierib⁹ tūc ſuccurren dum eſt cū defenduṫ nō vt facilius calūnientur.

In toto pars continet.

In obſcuris inſpici. vide in regula inſpicimus.

In iure ciuili. vide in regula cum ſtat.

Id dānuꝫ dat qui iubet dare. ei⁹ vō nullā culpa eſt cui pere neceſſe ſit. ¶ Quod pendet nō eſt ꝓ eo quāſi ſit.

In ꝯhenda venditione vide in regula ꝯ eum.

In cōdēnatiōe pſonaꝝ que in id ꝙ facere poſſunt dā nātur nō totū qđ habeāt extorquēdū eſt ſꝫ ꝛ ipſaꝝ rō habē da eſt ne egeāt. ¶ Cum verbū reſtituas lege ineniṫ ꝛ ſi nō ſp̄aliter de fructib⁹ additū ſit tn̄ etiā fruct⁹ ſunt reſtituēdi. ¶ Unicuiq ſua mora nocet ꝙ ꝛ in duob⁹ reis ꝓmittēdi obſeruaṫ. ¶ Dolo facit qui petit qđ reſtituturus eſt.

In his officijs que fieri per liberas pſonas leges deſi derāt ſeruus interuenire nō poteſt. ¶ Nō debeo melioris conditiōis eſſe q̄ʒ auctor meus a quo ius in me tranſit.

In obſcura volūtate manumittētꝭ fauēdū ē libertati.

Impoſſibiliū nulla eſt obligatio.

In pari cauſa vide in regula in pari.

Imperitia culpe annumeraṫ.

Inuit⁹ nemo cogiṫ defendere rē de qua agiṫ. ¶ Cui damus actionē eidē exceptionē cōpetere multo magis qs dixerit. ¶ Cum qs in alicui⁹ locū ſucceſſerit nō eſt equū ei nocere h̄ qđ aduerſus eū nō nocuit in cuius locum ſucceſſit. ¶ Plerūq ēptoris eadē cā eſſe dꝫ circa petēdū ac defen dendū q̄ fuit auctoris. ¶ Qđ cuiq pſtaṫ iuito nō tribuiṫ.

Iure nāli equū eſt neminē cum alteri⁹ detrimēto ꝛ iniuria fieri locupletiorē.

## Locupletari.

l xlviij. iactura lar ge ſumiṫ ꝓ oi dā no de pen. ſuā. tn̄ ſtricte dī a iacio iacis ꝓ ia ctura q̄ fit ꝓ exonerāda naue tpe piculi de. q̄ . ff. ad. l. ro. de iactu ꝛ iacētes nō habēt res ꝓ derelictꝭ eo. ti. q leuāde. q̄re hi ad qs ꝑuenerūt illas reſtituē teneṫ ne locupleteṫ cū aliena iactura. ¶ Prima gl. dicit vn̄ ſumpta ꝛ ponit exēpla. ſcđo ponit q̄tuor caſus qbus fal lit rōneꝫ reddēs ꝛ exponēs h̄ diſiūctā ꝓ cōiuncta. tertio al leg. ꝯcor. ſignat ꝯria ꝛ ſoluit ꝛ regulā exponit de enormi ia ctura. ¶ In. j. gl. ibi iure nāe ſequiṫ equū eſt neminē cū al teri⁹ detrimēto ꝛ iniuria fieri locupletiorē ꝛ ibi ſi qs pſby ter vbi eccleſia pſbyro nō ſuccedit in his q̄ aſcripta erāt cē ſibus iuris ꝑonatus vel curie ꝛ ibi re aliena ad qs non daṫ actō lꝫ poſſidenti deṫ exceptio doli. h̄ vult. l. paulus. ꝛ ibi. l. pe. inſtō legatū fideicōmiſſum libertas vel tutela ſic relicta ille vel ille vtriq debetur ꝛ diſiūcta poniṫ ꝓ cōiuncta. ꝛ ibi

fiſtulaꝫ.ſi aſſiduus eſt vſus balnei vt ꝑ humoꝛé vicino noce
at ꝓhiberi pót.vt ibi vult.i fi.nó lꝫ vicino edificare ſic ꝙ ne
ceſſariũ ventũ arce ad ſecernẽdos a paleiſ fruct⁹ auferat.⁊
ibi.§.vlti.ſi per puteũ quẽ in meo feci vene tui putei ſint ꝑ-
ciſe nó ꝑ hoc teneoꝛ dãni infecti.⁊ ibi ꝓculus ex ſtipulatióe
dãni infecti tibi nó teneť is ꝗ aliqd iure facit in ſuo lꝫ per id
tibi ꝯſuetũ cómodũ auferať.⁊ ibi.§.deniqꝫ.nó lꝫ mihi in fũ
do meo facere aio nocẽdi qꝺ fundo vicino noceat.⁊ ibi.l.
quotiés ꝑ reſcriptũ ꝑncipis pót peti dilatio nó remiſſio de
biti.¶ In gl.j.ibi.⁊ vſucapióib⁹.vt dicit Jo.mo.ħ ne rerũ
dñia ſint in icerto.ff.de vſuc.l.j.vt ſit finis litiũ.ff.ꝓ ſuo.l.fi.
⁊ ob puniendã deſidiã dñoꝝ.C.de anna.ex.l.fi.in fi.ẽ.de ꝑ
ſcrip.vigilãti.⁊ ibi in ꝯctibus dicit hic Dy.ſe credere de eq
tate cañ.ꝙ vbi ſciẽs ſe nó numeraſſe recepit ꝯfeſſioné exce
ptio nó numerate pecunie nó excludať biẽnio ꝑ regulã poſ
ſeſſoꝛ.ẽ.eo.⁊ de hoc plene ſcripſi poſt Hoſti.de ſolut.c.fi.⁊
ibi iniuria.idé Accur.in ꝑdictis trib⁹ vel quatuoꝛ caſib⁹.⁊
idé Dy.ꝑ modũ obiectionũ.⁊ ibi cauti⁹ dicebat ꝓpter hoc
Dy.hic ꝙ regula iuris ciuilis ꝓpter copulã ponebat vnuꝫ
caſuꝫ iſta vř ponere duos ꝑꝑ diſiunctã.ad ꝑmuꝫ allͤg.ff.de
ꝯdi.⁊ de.cũ pupillus §.diſiũctiue.ad ſcḋꝫ eo.ti.ſi hẽdi plu
res.¶ Et ſciẽdũ ꝙ Jo.mo.exqrens cãm ponẽdi tractatũ
ſequeſtrationũ dicit ad cuſtãdas iacturas qñqꝫ inuẽtas ſe
ꝗſtratióes.vt pꝫ ex no.ẽ.de ſequeſ.poſ.c.pe.¶ Quare vo
lens de illis tractare dicit diuiſioné eaꝝ ꝑmittendã ꝑ quaꝫ
res fit lucidioꝛ.ff.de doli ex.l.j.verba cui⁹ furtiue.i.auctoꝛe
ſuppꝛſſo.Archi.poſuit.xj.q.j.qꝛ res.ego etiã verba ei⁹ ponã
ad lřam repetito qḋ dixi in regula in gñali.in ꝑn.tractatus
ꝓteſtationũ.dicit ergo ꝙ ſeqſtrationũ alia fit ptiũ ꝯcertã-
tiũ ꝯuentióe alia iudicis ptãte.ꝑmo mó ſeqſtratio é rei ꝗ in
ꝯtrouerſiã deducit ꝯſenſu cócertantiũ apud tertiũ depó.ff.
depo.l.lꝫ.⁊.l.apud in ꝑn.⁊.§.fi.⁊ iſte terti⁹ ſequeſter vocať
a ſequẽdo qꝛ vtraqꝫ ps de ꝯtẽdẽtib⁹ fidẽ ipſi⁹ ſeqť vt dictꝭ
iurib⁹.⁊.ff.de.v.ſig.ſequeſter.é eni ois ſeqſter depoſitari⁹
nó eꝯ.nã lꝫ plures ⁊ vn⁹ poſſent deponere apud vnũ tñ ſe-
queſtrũ nó niſi plures deponere pñt.⁊ tũc qlibet deponit
inſolidũ.vt in.d.l.lꝫ.⁊.l.ei apud.⁊ iſte depoſitarius ſeqſter
tñ hꝫ ptãtis ꝗtum ꝯuentio deponẽtiũ ſeqſtro tribuit vt in
d.l.ei.§.fi.nec mirũ cũ ħ ſit ꝯct⁹ ꝺpoſiti ꝗ ſicut ceteri ꝯctus
ex ꝯuẽtóe legẽ recipit.ff.depo.l.j.§.ſi ꝯuenerit ⁊ ſic in oi de
poſito.eſt tñ differẽtia hui⁹ depoſiti ad alia qꝛ in alijs ꝺpo
ſitari⁹ nó poſſidet.ſed ħ poſſidet ſi ħ ſit actũ ⁊ tũc neutra ꝑ-
tiũ pót ſe iuuare poſſeſſióe ꝯ alios quo ad actũ vſucapióis
cũ iã ſit iterrupta ſed ſi nihil ſit actũ exꝑſſe poſſeſſio ꝓderit
victoꝛi ꝯ alios ſed vn⁹ ꝯ alterũ de illa poſſeſſióe nó poterit
ſe iuuare ⁊ hoc caſu poſſeſſio di eé penes ſequeſtrũ cũ ipſis
deponẽtib⁹ ſit inutilis iter ſe ſed quo ad alios ꝓficit victoꝛi
⁊ eſt ró certãtes de re deponẽtes eandẽ penes ſequeſtrũ fi
dem eius ſequunť.vñ hoc pendẽte vnus ꝯ alterũ iuuari de
poſſeſſióe nequit.ſed ꝯ alios ſic cũ quo ad alios victoꝛ libe
ras edes habeat.ff.ſi ſerui.ven.l.loci coꝛpus.§.ꝯpetit.ſic in
telligo.ff.de acq.poſ.itereſſe puto ⁊.d.l.lꝫ.⁊ iſto caſu ſeque
ſtratio nó eſt ꝓhibita.ſed iure appꝛobata ſicut ꝯctus legiti
mus ⁊ eſt voluntaria a ꝑncipio ſicut ceteri appꝛobati ꝯct⁹
.C.de ac.⁊ ob.ſicut.ſꝫ ex quo ꝯuentũ eſt recedere nó lꝫ nec
quo ad ptes ꝯhentes nec quo ad tertiũ ſequeſtrũ recipien
dum niſi ex cã vt.d.l.ei.§.ſi velit.⁊ qua actióe agať hoc ca-
ſu no.in.d.l.lꝫ.Alia aũt ſequeſtratio fit iudicis ptãte ⁊ hoc
ꝯtingit dupliciter aut fit de re nó contẽtioſa aut cótentioſa
ſi nó ꝯtẽtioſa dupliciť aut eſt ad iuris ſui cóſeruationẽ aut
oneris euitationẽ exemplũ de ꝑmo vt puta plures ſunt hẽ-
des quoꝝ quilibꝫ alteꝝ recognoſcit heredẽ vult tñ quilibꝫ
ius ſuũ in poſterũ ꝑſeruare ſicut in tabulis teſti ⁊ in cautiói
bus ſeu alijs ipſis hẽdibus cóib⁹ tũc ſi ius iſtos nó ꝯcoꝛdat
ſeu ſi predicti ꝯuenire nó pñt fit ſequeſtratio.ff.fa.her.l.ce-
tere.§.fi.⁊.l.ſe.ff.de fi.iſtru.l.fi.exemplũ de ſcḋo.C.de vſur.
acceptã.ff.eo.ti.debitoꝛ.⁊ in iſtis caſib⁹ ſeqſtratio eſt rei li-
qde ſui iuris tuendi ſeu oneris euitandi grã depoſitio.ſi vo
fit de re ꝯtentioſa tunc ſeqſtratio eſt rei poſſeſſe ſeu detente

aut fructuũ ei⁹ que in ꝯtrouerſia vertiť a poſſeſſoꝛe ſeu de-
tinẽte iudicis officio ex cã ſeparatio ⁊ penes aliũ depoſitio
⁊ hoc caſu ſequeſtratio diciť a ſequeſtrãdo ꝙ eſt idẽ in vna
ſignificatióe ꝙ ſepare ꝑſertiꝫ certãtes ſeu pacificare ⁊ ex ꝑ
mo bñ geſto ſeqť pacificatio ⁊ ſi nó ſimpľr ſaltẽ ad tꝑs ſeu
quo ad aliqd et dictis oibus modis ſequeſter eſt ꝗ certãti-
bus medi⁹ iteruenit ꝭm Iſidoꝝ ꝑmo caſu ex ptiuꝫ ꝯuentóe
ſcḋo ex iudicis auctoꝛitate.⁊ ꝑmuꝫ magis appꝛobo cũ non
ſit neceſſaria regľr iudicis auctoꝛitas.vbi ptes ꝯcoꝛdãt ar.
ff.de no.op.nũci.l.j.§.⁊ poſt opis.⁊ ħ ſequeſtratio iudicis
officio fit quadrupľr aut mero officio ꝑſidẽtis aut mercẽna
rio aut petitióe ſeqſtri aut alteri⁹ ptis.verbi grã.ꝑmo caſu
vt ſi ꝑſes videt aliqs ad arma ⁊ rixas venire quos pót ſua
iuriſditióe cópeſcere vt.ff.de vſufr.eqſſimũ dicere dꝫ ſupioꝛ
vt aliqbus locis fit recipio hãc ꝯtẽtioné in manu mea ⁊ rem
cuſtodiri faciã ⁊ coꝛã me veniatꝭ ius vřm ꝓſecuturi ħ fit in
nórãnia in iudicio reſtitutoꝛio in ꝗ iudex fundũ de cui⁹ re-
ſtóne agiť mãdato ſuo facit coli ⁊ reſtituit fruct⁹ obtinenti
ne iſti ꝯtendẽtes ad arma ꝓſiliant ꝙ ſepe contingit in iſtis
ſpoliatióib⁹.⁊ ſic ſeqſtratio mero iudicis offó icũbit cum
iudex ſubditos videt ad arma patos neutra ptiũ curãte có
ponere ſeu iudicẽ adire.¶ Scḋo mó vtpote qꝛ illud offm
eſt mercẽnariũ ſeu deſeruit ⁊ tũc ſi illḋ ſeruitiũ é debitũ ꝑꝑ
illḋ pót fieri ſeqſtratio.vbi grã.aliqs bñficiat⁹ nó vult fuiť
bñficio:ꝑſidẽs ſic hꝫ curare bñficiũ ꝙ eius officiũ nó negli-
gať ⁊ tũc ꝗtumcũqꝫ appellet bñficiatus fruct⁹ poterũt ſe-
queſtrari ſaltẽ quo ad hoc vt bñficiũ officieť.ẽ.de ap.perue
nit exemplũ etiã poni pót.C.qbus ad libertatẽ ꝓcla.no li.
l.iij.C.de aſſer.tol.l.j.§.ſup peculio.qbus iurib⁹ videť ꝙ ſi
duo contendũt de bñficio quoꝝ nullus fuit poſſeſſoꝛ pacifi
ce fruct⁹ poterunt ſequeſtrari cum dictũ bñficiũ non duos
miniſtros.ſed vnũ debeat obtinere ſaltẽ quouſqꝫ cótentio
ſopiať arg.ẽ.de reſcrip.cum ꝯtingat arg.ff.depo.l.j.§.apḋ
iulianũ.nec mirũ.nam iudex videns ꝙ duo dicũt ſe hẽre di
gnitatẽ de qua agiť inſolidũ in ꝗ ius creari ñ pót ex poſſeſ-
ſióe.ſed ex canonica inſtóne.ff.de decur.herẽni⁹.⁊.ẽ.eo.c.j.
nec iſta dignitas duos ſponſos hẽre debeat nec iſta digni-
tas interi debeat iofficiata remanere fruct⁹ tã ad offm faciẽ
dũ ꝗꝫ ad obſeruandũ ipſos fructus ei qui obtinebit iudicij
offó poterũt ſequeſtrari ar.iuriũ ꝑdictoꝝ ⁊.ff.de tab.ex.l.
fi.ff.vt le.no.ca.poſt ꝗꝫ.§.j.Et eſt ró ad ꝑmiſſa qꝛ qñcunqꝫ
iudex aſpicit onus iminere alicui ⁊ illud nó facit ille cui icũ
bit vt decet ꝑſes dꝫ vocare illum cui dictũ onus incũbit qḋ
ſi ipſe nó fecit.debet fieri ſequeſtratio vt eſt caſus.ff.ſol.ma.
ſi cum dotem.§.ſi nauť.ẽ.de do.poſt diuoꝛ.reſti.per noſtras
⁊ hec eſt ró decr.ꝑalleg.ꝑuenit.⁊ hoc credo indubitatũ in
bñficiali cauſa.vbi ante poſſeſſionẽ alterius pacificaꝫ appa
ret controuerſia in limine ꝓuiſionis faciende vel facte.ẽ.de
iurepatro.c.j.⁊.iij.ſic etiam dicerem in contractu ⁊ ſic itel-
ligo.xj.q.j.quia res.ibi eni habet ꝓuidere pretoꝛ ⁊ ꝓpter
quietẽ partiũ vt onera rei incumbẽtia expleãtur ⁊ res recte
guberneť.Ex quibus colligo ꝙ iudicis officiũ mercẽnariũ
deſeruit ſequeſtratiói faciẽde.aut ꝓpter onus rei incumbẽſ
ꝙ nó expletur vt dictum eſt ſeu rei conceſſe abuſum ⁊ ſic lo
quitur decret.peruenit.⁊.ff.ſolu.matri.ſi cum dotem.§.ſin-
autem.ẽ.de ſequeſtra.c.ij.aut iſtud officium deſeruit ſeque-
ſtrationi ex qualitate perſonarũ concertãtium ⁊ qualitas
perſonarum eſt talis ꝙ facti natura inducit incompaſſibili
tatem tũc ꝓuidet ptibus per cautionẽ ideſt per cautelaꝫ ſe
queſtratióis vt dicit glo.ꝓuidere.verbi gratia.p.eſt liber.
eſt tamen alter in poſſeſſione ſeruitutis ipſius.p.ꝓclamat.
p.in libertatem multe res ſunt apud.p.quarũ aliquas con-
fitetur.p.acquiſitas ex re poſſeſſoꝛis aut opera ipſius.P.
iſte ſtatim debẽt reſtitui poſſeſſoꝛi alie que ex donatióe vel
legato proueniunt ipſi.P.detecta libertate ipſius debẽt
aſſignari ſed interim cum dubitatur de aliquibus rebus an
ſic vel ſic ſint acquiſite tunc cautela ſequeſtratióis eſt adhi
bẽda ſic loqť.C.qui.ad liber.ꝓcla.nó li.l.iij.⁊ de aſſer.tol.
l.j.§.ſup peculio.nã in dictis iuribus incópaſſibilitas facti
ad ꝑſonas

ad perſonas relata ſequeſtrationē neceſſario īducit ⁊ dict꜖
caſibus ſeqſtratio ē neceſſaria ⁊ h̄ intelligo vbi poſſeſſor ca
uere nō poterat.C.de ordi.co.l.fi.ſed cū q̄litas vnius pſone
hoc induceret ⁊ tē petēt fieri ab alia pte p iudicē꜡ ſic eēt ca
ſual' ſeu ſpāl' contra regulam vt ia꜡ dicā.⁊ credo ꝙ quando
ꝯtēdit ſup iudicio vl'i ꝙ ē triplex vel quaſi ſicut ē vbi cōten
ditur de beneficio vt nō.ſ.de libell.ob.c.i.citius inducitur ſe
queſtratio q̄ꝫ in iudicio ſingl'ari quo peto meū vel mihi de-
bitum vt aſſero agendo.vñ iura inducētia ſequeſtrationē fa
ciendā loquunt' m'tū in iudicio vl'i vel q̄ſi vt.ff.de ta. ex.l.fi.
ff.de col.bo.l.i.§.ff.C.de or.cog.l.fi.C.de aſſer.tol.l.i.§.ſup
peculio.C.quibus ad lib.ꝓcla.li.l.iij.ē rō vbi ago contra.p.
ad certam rē ibi ꝯtendit' de eo ꝙ alter t꜡ vel ō quo ē pſump
tio reū ſe ad hoc non ligatum niſi aliud probetur vt iam di-
cam.ſed vbi ꝯtenditur ſuper vniuerſitate vel vbi non ē preſū
ptio pro detinente tā efficax ſicut ē i predicto caſu cū poſſi
dens vniuerſa ſingula nō poſſideat.ff.de acq.poſ.q vniuer-
ſas in pri. Item ex equitate dictorū iurium dicerem ꝙ ſi duo
contenderent de vno beneficio ⁊ potiora iura apperent pro
vno q̄ꝫ pro alio ille q offert iura potiora eēt in poſſeſſiōe ruē
dus vel mittendus.ar.C.de edic.di.adri.tol.l.fi.quo caſu ſi
iſte petēt ſequeſtrationem fieri ōberet audiri cū eni admittē
dus ſit ad plus vt ad poſſeſſionem magis ergo ad ſequeſtra
tionē. Si autem fiet ſequeſtratio tertio mō hoc eſt petitiōe
ſequeſtri dic vt.ff.de po.l.ei apud.§.ſi relit. Si aūt fiat quar
to mō.i.ad petitionem ptis per iudicē hic dependent leges
⁊ prophete.⁊ hic diſtingue aut petitur ſequeſtratio penden
te pꝛicipali negocio aut pendente negocio appellationis añ
executionem.aut negotio appellationis ab executore inter-
iecte. ¶ Primo caſu dupl'r aut procedit' a parte cōtra par
tem pn̄tem aut a parte in ptis ꝯtumaciā.pmo caſu dupl'r aut
cōtendit' ſuper re de qua eſt magis preſumptio ꝓ reo.verbi
gr̄a peto rem ex aliquo contractu ius preſumit te non liga-
tum niſi proberis ligatus quo caſu ſequeſtratiōis neceſſitas
ꝯquieſcit ⁊ ē i iſto caſu inhibita.nam p̄mo debet debitor cō-
uici ⁊ tunc demū ad ſolone꜡ conſtringi.C.de probi.ſe.l.vin.
.C.de ac.⁊ ob.negantes.⁊ de iure fiſ.l.fi.li.x. Idē꜡ dico ſi res
eſt talis cuius poſſeſſio indifferenter cadat inter eos q ꝯtē
dunt.verbi gratia hr̄e fundum ita cadit in me ſicut in petro
ago contra petrū ad fundū ⁊ q꜡ petrus eoipſo ꝙ poſſeſſor
plus h꜡ q̄ꝫ ego inſti.de interdic.§.cōmodum.C.de rei ven.l.
res alienas nūquid p̄ncipali pendēte negotio d꜡ fieri ſeque
ſtratio.ſic loquit' dec.i.ſ.de ſequeſtra.⁊ .C.de rei vē.vtiq꜡ ve
rum vbi dcā pſumptio vinceretur aliq̄ eq̄tate vt.ſ.de ſpon.
cum locū ⁊ de reſti.ſpon.lr̄as.ff.de offi.p̄ſi.ſenatus.tunc iudi
cis officio eſſet ſequeſtratio pmiſſa ſi iudici equitate ſuaden
te videretur vt expreſſum eſt in dictis iuribus.⁊ .ff.qui ſatiſ-
da.co.ſi fideiuſſor.§.fi.⁊ hic ſunt caſus ſpāles cōtra regula꜡
ibi enim ſuſpicio que hr̄ ꝯ reum vt prouideatur pti agentī
ducit ſequeſtrationem.vnde cū interſit iudicis ne iudicium
ſit eluſoriū.ff.ne quid in lo.pub.l.fi.h꜡ iudex prouidere vt tā
in principali q̄ꝫ in fructibus cautela ꝯueniens preſtetur i re
mobili vt.o.l.fideiuſſor:⁊ pari equitate idem eſt in fructibꝰ
rei imobilis.vnde ſi reus non poſſit cauere vt iudici equū vi
debitur fiet ſequeſtratio.nā cum aliq̄d incūbit in iudicijs ⁊
iudex non pōt facere vt ius p̄cipit d꜡ ꝓuidere vt poteſt .C.
de aſſer.tol'.l.i.§.ſi vero reuera.⁊ .ff.de col'.bonorū.l.i.§.ſi
ff ⁊ hoc caſu ſequeſtratio ē ſubſidiaria ⁊ loquit'.C.de agri.
⁊ cenſi.libus.li.xi.eſt ergo regulare ꝙ qñ aliquid incūbit
alicui ⁊ ille onus āнexum non implet ſ꜡ abutitur iudex ex of
ficio h꜡ prouidere.verbi gratia petrus eſt miſſus in poſſeſſio
nē rei petite cauſa rei ſuādē iſte nō facit fructus ſuos ſi illos
conſumat iudex h꜡ prouidere ſup hoc vt ſequeſtretur vt.ſ.
de ſequeſ.c.ij.⁊ dicta dec.per vr̄as.⁊ .§.ꝑdicto ſinaūt.⁊ hoc
fieri d꜡ cum cāe cognitiōe.nā cū nedum poſſeſſor.ſ꜡ etiam in
poſſeſſione exiſtens non ſit a poſſeſſione ſeu detētatione ſine
cauſe cognitiōe amouēdus vt.ſ.de ſimo.querelam.C.ſi per
vim vel alio mō.l.fi.in predict꜖ verſatur cāe cognitio ⁊ ē ex-
preſſum in dicta dec.ij.de ſequeſ. Si āt procedatur in contu
maciā hoc eſt dupl'r.aut ē cā in qua pōt procedi ad miſſionē

in poſſeſſionē aut nō q꜡ agitur de beneficio vt beneficiū:quo
caſu non h꜡ locum miſſio in poſſeſſionem.ſ.hoc li. de eo qui
mit.in poſ.c.actor ⁊ hoc caſu fieri pōt ſequeſtratio.ſic loqui
tur dec.exp̄ſſa.ſ.de ℞p.olim.nam cū miſſio in hoc caſu ceſſa
ret illud quod erat illi ſimiliꝰ vel vicinius debuit fieri.vnde
ꝙ glo.dicit ibi ꝙ male facta fuit ſequeſtratio male dicit cu꜡
eadem dec.proſequatur factū ſequeſtrationis qō nō faceret
ſi indebite facta fuiſſet vt appet ex ꝯtextu dcē dec.mihi Io.
an.hoc non appet.ſi vero eſt cā i qua poſſit procedi ad miſſi
onem in poſſeſſionē tunc cū ſit via ordinaria de mittendo in
poſſeſſionem illa regul'r eſt ſeruanda.C.vbi in rem ac.l.ij.in
fi.intuitu tamen religiōis dicūt aliqui ꝙ iudex ad ſequeſtra
tionē pōt procedere vel alia iuſta cā ⁊ ſic intelligūt.ſ.de do.
⁊ ꝯtu.c.ij.ſed hoc caſu dicerē cū reus eſſet ꝯtumax ſua cōtu
macia de iure eſt punienda ⁊ ē hoc neceſſariū.aut in re ō qua
contendit' aut in pſona. In pſona vbi in re nō pōt.ſ.vt li.nō
conte.c.tue.in re dupl'r.vt eſt premiſſio.nā vbi miſſio non eſt
poſſibilis tūc excōicatio aut ſequeſtratio eſt neceſſaria.nec
aliqua punitio cōtumacie in re eſt vicinior miſſiōi in poſſeſſi
onē ipa ſequeſtratione q ſe h꜡ ad miſſionem i poſſeſſionē vt
excedens ⁊ exceſſum.nā contumaci eſt magis luctuoſum ꝙ
aduerſarius ſit in poſſeſſione ⁊ ipſum cōtumacem tedio af-
ficit q̄ꝫ ꝙ ſi apud bonū virū res eſſet ad cuſtodiendū depo-
ſita per iudicē.ar.C.de bo.q̄ libe. cum o꜡.plus tñ recedetur
a re per ſequeſtrationem factam propter contumaciam quā
in miſſione i poſſeſſionē ⁊ ſm̄ hos r'ſpectus vel alios dici po
teſt qñq꜡ plus eſt quādoq꜡ minus miſſio i poſſeſſionē reſpe
ctu ſequeſtrationis. vide ꝙ ibi dixi ſuper verbo religio-
nis.⁊ ſuper.iij.glo.Io.an.⁊ pp reſpectum aliquē dictum eſt
in.d.c.factam ſequeſtrationē intuitu religionis.nā magis cō
petit religioſo litiganti ꝙ fiat ſequeſtratio q̄ꝫ in poſſeſſione
miſſio que eſt ad afficiendum tedio cōtumacem ꝙ nō cadit.
hoc eſt cadere non h꜡ in religioſo ⁊ iſto caſu etiam vbi fieri
poſſet miſſio i poſſeſſionem poſſet fieri ſequeſtratio.regula-
rius tamen hoc caſu puniā per miſſionem cum hoc ſit ordi-
narium.ſ.vt li.nō conte.qm̄.§.in alijs.iudex tñ cuius officiū
eſt latiſſimū.ff.de iuriſ.o.iud.l.i.d꜡ attendere q̄ via reus con-
tumax magis aſtringi valeat vt ſuam ꝯtūacia꜡ magis agno
ſcat ⁊ illā purget.⁊ tunc illam viam exequatur ſiue excōican
do ſiue mittendo in poſſeſſionē ſiue ſequeſtrando.cum enim
ꝯtumaciam qñq꜡ litis dāno cohercceatur.ff.de re iudi. contu
macia.C.de inge.ma.diffamari.ſ.de proba.licet circa prin.
multo magis iudex punire poterit ꝯtumacē per ſequeſtrati
onē.iudex enim penali iudicio pōt iuriſditonē ſuā defendeꝛ
.ff.ſi qs ius di.no.obtē.l.i.iter que penalia iudicia ſequeſtra
tiōis pena continetur.⁊ dico ꝙ ſequeſtratio eſt mitior pena
miſſione i poſſeſſionē vt dcē dec.de dolo ⁊ cōtu.nā ex miſſio
ne pōt fieri verus poſſeſſor.ſaltē poſt annū non ſic ex ſeque
ſtratione qō tñ credebant dicti religioſi ⁊ ſic legit eā Inno.
S꜡ cōtra i illa dec.vt dicit tex.expreſſe poterat fieri miſſio in
poſſeſſionē.ſi ergo facta ē ſequeſtratio fauore religionis ⁊ ē
minꝰ q̄ꝫ mittē i poſſeſſionē ergo nō ē fauor:ſ꜡ potiꝰ grauatur
eccleſia. Sol.tā miſſio q̄ꝫ ſeqſtratio fit vt reꝰ tedio affectꝰ co
gat' iudicio ſtare vt.o.dec.hec tñ pena ꝓprius cadit i miſſio
ne q̄ꝫ ſequeſtratione.vñ cū religioſi tediū nō habeant querē
nec penā aduerſarijs ar.ſ.de pen.ſuā.ſ꜡ ius ſuū proſeq poſ-
ſint.ſ.de no.ope.nunc.c.ij.mitius ē intuēdo religionē ſeque
ſtrare q̄ꝫ mittē i poſſeſſionē ⁊ iō ſignāter dic tex.ituitu religi
onis nō fauore.nā i miſſione i poſſeſſionē fit tediū p actorē ⁊
iudicē auctoꝛi꜡ātē.ſ꜡ i ſeqſtratione tm̄ p iudicē.ſ꜡ ad ptis i-
ſtantiā. Si aūt procedat' i negocio appellatiōis añ executio
nē hoc ē dupl'r aut appellatio interponit' a diffinitiua aut añ
diffinitiuā.ſi a diffinitiua q̄ eſt ſuper p̄ncipali ⁊ ſeqſtratio pe
titur aut a petitore appellante aut a poſſeſſore.prio caſu eſt i
poſſibilis cum nihil poſſit ſequeſtrari hoc eſt ſeparari ab eo
qui nihil habet.⁊ ſic loquit'.ij.q.vi. quotiens.ij.ij.rñ.ſi autē
a poſſeſſore petatur fieri qui appellat ⁊ proſequitur negoci
um regul'r nō d꜡ fieri cū appellātis ſtatus appellatione pen
dēte ſit integer.ff.nil inno.ap.pē.l.i.cum attēptatū hoc caſu
regul'r reuocari d꜡ ēt illō qō eēt attēptatū factū añ decēdiū

.ſ.hoc li.de ap.nō ſolū.ſȝ hoc fallit qñ dictus poſſeſſoꝛ fru-
ctus dilapidat aut alias ſuſpectus ē vt in pn.ꝛ in fi.ꝛ.ſ.ð ſe
qſ.c.fi.ff.de ap.imperatores in fi.ꝛ vbicūqȝ in principali ꝓce
derē ad ſequeſtrationem multo magis in cā appellationis.
vbi poſſeſſoꝛ victus appellat cum iā diffinitiua ſit ꝯtra eū ꝛ
ob hoc facilius eſt cōtra eū procedendū vt fiat ſequeſtratio
qȝ in pncipali.ſi aūt appellatio interpōatur añ diffinitiuam
cū appellās de iniquitate iudicātis principlr ꝯquerat̄.ſ.ð
ap.interpoſita.§.fi.hoc articulo pēdente iudicis officiuȝ cir
ca ſeqſtrationē rei aut fructuū ei⁹ ſuper qbus nō agitur ꝓꝛ
ſus cōquieſcat cum nec in principali iudex appellationis ta-
lis hēat cognitionē niſi i euentū quo appebit appellationē
añ diffinitiuā emiſſaȝ foꝛe ltimā vt in dec.vt debitus honoꝛ.
¶ Si āt ꝓcedit̄ in negocio appellationis ab executione in
teriecte aut res eſt mobilis ꝛ tunc ipſa res ſequeſtrat̄ aut eſt
imobilis.ꝛ tūc fructus ſequeſtrent̄ reſtituēdi illi q obtinue-
rit nō diſtincto vtrū poſſeſſoꝛ ſit ſuſpectus nec ne vt.C.quoꝝ
ap.nō re.l.ab executoꝛe.ꝛ hoc caſu ſequeſtratio ē pcepta vt
.l.nec eſt mirū ex quo a ſnia non eſt appellatū.ſȝ ab executo
re magna ē preſumptio cōtra appellantē ꝓpterea iura ſtatu
erunt rē a poſſidente ſepandam ꝛ apud aliū deponēdā quo
uſqȝ qrela ſopiatur ex quibus colligitur qñ ſequeſtratio nō
eſt poſſibil̄ quando ꝓhibita qñ pmiſſa ꝛ qñ precepta.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere. L. ſunt he

Ibertas ineſtimabilis res eſt.
Ibertas omnibus rebus fauoꝛabilioꝛ ē.

**Ora ſua** xxv. nociua. an intereſſe poſt
moꝛam ſit in obligatiōe ita ꝙ
in libello peti poſſit iure actionis an ſolū deducit̄
in ꝯdēnationeȝ p iudicis offm̄. Itē an intereē ꝙ
dȝ pp morā ðbitoꝛiſ ſit vnicū itereē tm̄ an triplex.ſ.ſingular̄
cōe ꝛ ꝯuētū.iten an eſtimatio rei ſit intereē an eſtiatio dāni
vel lucri hic multū plene p Dy.ꝛ vide remiſſionē quā dedi
de ſen.ex.ſacro.ð.cū qꝛ ſup gl.ij.in queſti.āt illis tȝ hic Dy.
circa primaȝ ꝙ ſi ē in obligatione rē dari venit p iudicis offi
ciū ſed ſi factū peti pōt in libello alle.ad primū.ff.de verbo.
ob.ſi ſeruū.§.vlti.ꝛ.l.eū q ita ad ſcōm.e.ti.ſtipulationes nō
diuidūtur.§.celſus ꝛ.l.ſi penā.ꝛ ꝙ i eis no.de ꝭa tȝ ꝙ itereſ
ſe ē triplex qꝛ dānū pt eſtimari ſinglr.ff.de bo.libe.libertus
.§.q ſoluendo. Itē cōiter.ff.ad.l.aql.ſi ſeruū meū. Itē ex cō
uentione ſup dubia futura extimatiōe dāni.ff.rē ra.ha.l.pro
curatoꝛ ad exhibēdū.l.vlti.ð pto.ſti.l.fi.ꝛ hoc vltimū pt ex
cedere ſigulare ꝛ cōe ꝛ ab eis excedi.cū ergo exceſſus ſit di
uerſoꝛū ergo ſt̄ ſpēs.ð tertia tȝ ꝙ eſtiatō rei ſingularis cōis
vl̄ ꝯuēta ñ ē itereē lȝ vēiat i itereē ſinglr vl̄ cōiter eſtimā
dū ꝛ hoc p.l.hec verba.ff.de vb.ſig.ꝛ p.l.ff.de tu.ꝛ cu.da.
ab his.l.i.§.ꝯſiderādū.reliq̄ q ſbtilia ꝛ vtilia ſt̄ p te videas.
¶ Prima gl.dicit vñ ſumpta.ꝛ pōit exēplū.ſcōo pōit tria
q regrunt̄ ad morā ꝛ qūo tūc tenetur de cā ēt naturali.tertō
ꝓſequit̄ ð moꝛa aliena ꝛ de mā remittit.quarto qrit an pur-
getur arguit negatiue ꝛ affirmatiue ꝛ ſoluit. In pꝛia glo.ibi
.§.vnicuiqȝ.ſeqt̄ moꝛa ſua nocet qō in duob⁹ reis ꝓmittēdi
obſeruatur.ꝛ ibi ſbtracto vide eo.ti.peccatū ſup glo.i.ꝛ ibi
cū res.§.vl.ſi fundus legatus caſmate pereat poſt morā hē
dis ipſe dȝ eſtiationē qꝛ legatarius ipm acceptū vēdere poſ
ſet al̄s potuiſſet.ꝛ ibi.debitoꝛ.ſi debitoꝛ ꝯſignauit pecuniaȝ
oblatā quā creditoꝛ recipe noluit ceſſant vſure.ſed ſi poſtea
ꝯuent⁹ vt ſoluēt morā fecit icipiūt currrē.ꝛ ibi traiecticie.ſi
interpellatus morā fecit.lȝ poſtea offerat pena ꝯmittit̄.ꝛ ibi
magnā.die ſtatuta pēa ꝯmittit̄ ēt ſine interpolatione.ꝛ ibi
ꝛ ſi poſt tres.vide de re iu.cū bertoldus in.v.gl.ꝛ.j.in glo.ꝛ
ibi.l.i.§.lȝ.lȝ vēditoꝛ poſſit vinū effundere ſi die ad metien-
dū prefixa meſſum nō fuerit dȝ tñ adhuc pius ēptoꝛi denun
ciare.ſ.ꝙ niſi metiatur effundet.ꝛ ibi ſancimus.fideiuſſoꝛ q
ꝓmiſit aliquē preſentare vel penā dare ſi poſt tps infra ſex
menſes illū pñtat euadit penā.ꝛ ibi inſulā.q ꝓmiſit mihi fa
cer̄ iſulā ſi trāſiuit tps quo facē potuit adhuc faciēdo añ li-
tē p me ꝯteſtatā euadit penā.ꝛ ibi diu⁹.poſt ꝓnūciationē ve
niēs iudice adhuc ꝓ tribunali ſedēte.reſtituit̄ qſi parū pcōis
uocē audierit. ¶ In pꝛia glo.ibi foꝛtuito ꝛ q ad h ē nociua
ꝭo q ad fruct⁹ ad qs tenet̄ ex die moꝛ qñ aliqd petit̄ p actio
nē bōe fidei vl̄ p actionē ex teſtō q ſapit naturā actōis bone
fidei.ff.ð le.ij.apō iul.§.fruct⁹ ꝛ.l.ſi qs bonoꝛū ð le.ij.q ſoli
dū.§.ēt ꝛ.l.ſi qs ſeruo. Idē ſi ſit actio ſtricti iuris qua peto
mihi reſtitui qō meū ē.ſed ſi peto alienū veniūt a die litis cō
teſtate.ff.de vſu.l.videam⁹ circa pn.ꝛ.§.in fauiana.ꝛ.§.ſi
actiōe. Tertio ē nociua qꝫtū ad itereſſe qō peti pōt ꝛ auget̄
a die moꝛe i odiū debitoꝛis moꝛoſi.ff.de ac.em.traditio.§.ſi
p vēditoꝛem ꝛ de re iudi.l.q kalēde. Quarto nocet quo ad
cārū pſecutionē.nā ſi cā cognita ſtatutus fuerit actoꝛi termi
nus ad agendum vel reo ad excipiendū poſt terminū non
audit̄ ꝭm Dy.q remittit ad no.p ſe.ſ.e.indultū ꝛ ibi iteritū
ſpeciei.ꝛ ſic ſibi nō nocet.ꝛ h verū niſi eſſent ſocij.ff.de duo.
reis de.l.pe.ꝭm Dy.ꝭm quē ſibi imputet caſus i ſocietate p
ticipādo.ðbuit.n.cogitare h euenire poſſe.ff.de cōdi.inde.
.l.indebitaȝ ꝛ.ff.locati.l.ſi qs domū.ꝛ ibi a fideiuſſoꝛe.ꝛ im
putet ſibi q alterius obligationē ſuſcepit.ꝛ ibi.l.moꝛa ꝛ per
Hoſti.in ſūma de vſur.§.ex qbus cāis ſub.§.ex moꝛa per ip
ſum ꝛ Inno.de loca.propter p Vinc.eo.ti.potuit.

**Ic de moꝛa** que ꝓuēit ex lapſu ter
mini p ꝯſtōneȝ expreſ
ſi vel pemptoꝛie a iudice ſtatuti duas qōnes vi-
deamus ꝛ pꝛia diſputata p Io.de mōte murlo ta
lis ē.ſtatutū epi ꝓuat bñficiatos q.j.mēſe titulū iſtōnis ſue i
memoꝛabilibus epi poni non faciūt quidam canonici hoc
facere omiſerunt tamen eis pacifice poſſidentibus vacauit
eccleſia.ꝛ hi prelatum elegerunt querit̄ an valet electio. Se
cunda queſtio fuit eiuſdem ſed prius etiam diſputata per
Egidiū de foſcarijs.ꝛ ante euȝ per Io.ð deo qui per erroꝛē
etiā bis locauit illam in qōnibus ſuis.ſ.li.ij.q.x.ꝛ li.iij.q.ix.
ꝛ eſt talis.executoꝛ datus per papā ad prouidēdū Andree
ſi eſſet idoneus de prelatura vacante poſt peremptoꝛiū per
eum aſſignatam canonicis ad opponendum cōtra litteras
vel perſonam cū nullus contradixiſſet ſibi contulit prelatu-
ram qui tēpoꝛe longo poſſedit:nūc coꝛam legato pape Io-
annes canonicus petit illum remoueri qꝛ tacuerat in lr̄is be
neficiū quod habebat ꝛ quia tūc patiebatur defectum etatꝭ
excipit ille. A.de lapſu peremptoꝛij de quo.ſ.queritur an ob
ſtet.ſed Ioan.de deo querebat de epo cui executoꝛ talem
terminū dederat ꝛ nil poſuit an poſſit illum remouere nunc
etate maioꝛē lȝ nūc minoꝛē.i eadē āt qōne Io.de monte in
ferebat an procuratoꝛ habens in genere mandatum ad om
nia que requirunt ſpāle poſſet contra electum opponere cri
mina vel defectus ꝛ qꝛ iſte articulus expeditus eſt per cle.ð
procur.non poteſt.ꝛ quicquid eſt in allegationibus vel ſolu
tione ex ibi no.apparet:ideo illum ꝑtermitto.
¶ Circa primā allegabat Io.electionem non valer̄ per ſex
rationes.ſecundo ad contrarium inducebat tres.tertio ſol-
uit ꝛ contrarijs rñdet ꝛ in fine ſoꝛo roboratur.
¶ Conſtat ꝙ epi poſſunt facere ſtatuta de offi.archipſ.c.
vlti.in fine.de maio.ꝛ obe.ſi quis venerit.ſ.e.li.de conſti.c.
ij.ꝛ tale ſtatutū ē iuri cōſonum cum ad epos ſpectet ſcire q
liter ſubditi ſua beneficia teneant ꝛ ſubditi de ſua inſtōne fi
dem facere debent cum poſſeſſio ſine inſtōne non ſufficiat ð
inſti.ex frequentibus.ſ.e.ti.c.beneficium.vbi de hoc cum er
go canonici ſint priuati ꝛ p ſtatutum licitum nō potuerunt
eligere de elec.qꝛ propter in prin.ꝛ ſic electio per eos facta
non valuit.ſ.de ſup.ne.prela.c.pe.ꝛ vlt.
¶ Scōo ſic eligere eſt ð fructibus cāonie probatur ð elec.
cum vintoñ.ꝛ no.de conſti.cum.m.in gl.unde eis.ꝛ vide ꝙ
ibi dixi ſuper glo.hic poteſt.ſed malefidei poſſeſſoꝛ non fac̄
fructus ſuos alle.de preben.dilecto.in fi.ꝛ vide quod ibi
dixi.ꝛ tenetur ad reſtōnem de hoc ſatis de reſti.ſpo.grauis.
cum concoꝛ.reſtat ergo ꝙ ſicut nec alios fructus percipe dȝ
ſic nec eligere.ꝛ ꝙ poſſeſſio cū mala fide non iuuet pȝ ex no.
de iurepa.conſulationibus in glo.i.ꝛ pe.

¶ Tertio

¶ Tertio inducũtur iura p que pȝ ſuſpenſos eligẽ nõ poſ ſe de elec. cui inter. ij. de conſue. cũ dilectus de excep. apl'ice multominus poterũt hoc p̄uati q̃les ſunt iſti. facit. ṡ. de cõ ſti. ex l'ris geſta igit' per tales priuatos nõ valent cum habe ant dãnatos de hẽ. f'rnitatis. ¶ Quarto ſic ſnia a nõ ſuo iu dice lata nõ tȝ. ṡ. de ↄſue. ad noſtram. de iudi. at ſi clerici cũ concor. multominus tenere dȝ electio fcã p nõ canonicũ q2 fortius publica vtilitas verſatur in ſententijs vt. j. dicet' nõ valeat igr̃ datũ ab eo q dare non potuit. ṡ. ꝺ iurepa. qð aũt ⁊ ſicut nõ tenẽt facta per falſum ꝓcuratorẽ. i. qui ꝓcurator non erat. ṡ. de procu. in n'ra. ſic non teneant facta p falſum canonicũ. i. q canonicus nõ erat. ¶ Quĩto d' q ex ↄtrario ſequeret' abſurditas q ẽ bonus modus arguẽdi. ṡ. e. li. de p ben. dudũ. ſ. q paris ↄditionis eſſent priuati ⁊ nõ p̄uati ⁊ licite ⁊ illicite tenẽtes canonias. ⁊ qð ſtatutuȝ epi iponeret legem verbis tm̃. ṡ. e. li. de elec. commiſſa. §. porro.

¶ Inducit' ſexto ⁊ vltio. ṡ. e. li. de cõceſ. p̄ben. q2 cunctj. §. adijciebatur. Itẽ r'a iſta q2 iſtis moroſis mora dȝ eẽ nociua qð nõ eẽt ſi cãonicat⁹ ⁊ prebẽdas ⁊ ipaꝝ iura p ciperent ⁊ exercerẽt vt prius. In ↄ̃riũ. ſ. q valeat electio inducit' q2 ca nõici q̃ete ⁊ pacifice poſſidebãt ſuos cãonicat⁹ ⁊ cõiter ha bebant' ⁊ reputabant' canonici. cuiq; ãt electo ꝓuiſo vel pre ſentato ſat' ẽ probare poſſeſſionẽ eligẽtis ꝓuident' v'l pre ſentãt'. ṡ. de elec. q̃relã. de cã poſſeſſionis cũ oli ꝺ iurepa. cõ ſultatiõibus. iſta ãt poſſeſſio iſto cãu ꝓcedit ex poſſeſſiõe ca nonicat⁹. ⁊ hãc hẽbãt iſti canonici ergo ⁊c. Scðo videmus q qui in veritate iudex nõ eſt vt quia ſeruus vel excõicatus tñ occultus ⁊ ab eccleſia toleratus ex q̃ cõi opinione iudex h'r valet qð per ipȝ agitur. de re iudi. ad ꝓbãdũ. iij. q. vij. §. tria. ff. de offi. p̄to. barbarius. ſepe. n. cõis opinio p̄fert' vitati q ſi. ſint leg. c. ij. ſed qð p electionẽ expediat' eccl'ie ⁊ intrica tiones tollant' q̃ poſſent ꝓtelare ordinatiões earũ hoc ẽ ſũ me fauorabile iura no. vltra q̃ allegat' ꝺ elec. ſi religioſus. ij. rñ. li. vj. ⁊ cle. de elec. ne romãi. §. ceterum.

¶ Tertio v' q iſta exceptio vel oppõ nõ ſit admittenda cũ purã ſapiat negatiuã q̃ probari non põt. ¶ Circa q ad uertẽdum q qð iſta nõ dirigit' directe cõtra cãonicos quo caſu poſſent ꝓcedere q̃ ſcripſi poſt Inno. ⁊ Hoſti. de accu. ſup his in gl. magna. v. qd ſi obijciat' cũ verſicul' ſequẽtib⁹ ſed dirigit' cõtra electũ cũ forſan eligentes nõ ſint in cã hoc dico ẽt pp dec. ſtatuimus de ↄfeſ. ṡ. eo. li. naȝ poſitio nõ põt fieri ꝺ hoc electo cũ de facto alieno maxie q in negatiua cõ ſiſtat ſibi ↄſtare nõ poſſit ⁊ p ↄ̃ns nõ cogit' rñdere vt ibi no. ⁊ i. c. ſe. ¶ Soluẽdo dixit q valebat electio per vltio alle gata. nõ obſtãt ↄtraria h'ȝ eũ que procedũt in itruſo q a p̄n. nõ hũit titulũ. ſed ſecus in illo q a principio titulũ hũit ⁊ ſu perioris auctoritatẽ. nam lȝ poſtea incidat non patẽter ſal tẽ in penã p̄uatiõis valẽt tñ que agit q̃ȝdiu tolleraf ⁊ credi tur ex p'rio ti. licite poſſidẽ. nã iuſte poſſidẽ cẽſet' q auctor' p̄ tor' poſſidẽ cepit. ff. ꝺ acq. poſ. iuſte. hic ẽ q q a p̄n. titu. hũit lȝ p penã iuris p̄uat⁹ ſit ita q bñficiũ alteri ↄferri poſſit tñ remanet poſſeſſor. ſup quo vide q ſcripſi de excep. apl'ice ſu per. v. amotionis. ⁊ pp id poſſeſſione p̄uari nõ põt niſi cã co gnita ⁊ vocatus vt. ṡ. e. li. de prebẽ. lȝ. ij. ſi ergo tm̃ eſt poſſeſſi onis ↄmodũ q ab illa deijci nõ põt niſi cã cognita q̃re ergo iuribus canonie ⁊ poſſeſſionis ↄmodo eligẽdo interim non vtetur. nõ ob. §. adijciebatur. quẽ allegaui in fine prime p'tis qui loquitur qñ ſnia ſpãlis ⁊c. fertur i certã ⁊ noiatã pſonã q2 tunc p ſniam v' factum fieri notorim. ſecus qñ incerta ⁊ gnãlis eſt ſnia vt in cãu noſtro que fertur maxime in nõ faci entem licet ẽt qñ in facientẽ fert' poſſet eſſe icerta vt de ↄſti. c. ij. §. i. ṡ. e. li. nam ſi ſit excõis ſnia que in tales lata eſt cõmu nicatur eis licite donec declarati fuerit ⁊ de hoc dixi de cle. ex. ꝓpoſuit. hec regula ñ obſtat. q2 ſatis nocet eis mora per quã ſi ad hoc agat' p̄uati declarabunt'. faciunt ẽt pro ſolo ne que ſcripſi poſt Inn. ⁊ Hoſti. de ſciſma. c. i. de elec. nihil eſt in ſi. ¶ Hec ſolo ſat' plȝ pro q̃ bene facit de elec. i gene ſi. v. nec p̄miſſe. ⁊ hoc dico ſiue dicas oẽs canonicos ſic pri uatos ſiue dicas aliquos tm̃ ex illis. nam primo caſu illi te nent capl'm. ⁊ ſi dicat' q ad ſingulares canonicos nõ ſpectat eligere rõne publici officij. nõ tñ negat' q̃n ex publico officio ſpectet ad capl'ȝ de quo vide qð ſcripſi de cõſue. cũ dilect⁹ ſuper gl. ſuſpenſus cũ ſuis remiſſionibus: ⁊ ſic rõe fauoris ꝺ quo. ṡ. ⁊ publici officij p̄dicti p̄fert' opinio ⁊ poſſeſſio vt va leat electio. Si vero dicas aliquos tñ ſic p̄uatos ſiue non p̄uati ſciẽter iſtos admiſerint ſiue ignorant' valet electio ſu per quo vide q poſt Inno. ⁊ alios ſcripſi de elec. illa i glo. magna. v. ⁊ hoc no. ⁊ qð no. e. ti. cum Wintoñ. i glo. no. qð.

¶ Ad ſcðam q̃õnem allegat' ad negatiuã p̄mo ꝓ mã mul ta iura ↄiuncti ⁊ q̃ttuor rõnes vt. ṡ. ſecũdo ad ↄtrariũ q̃nq; rões ⁊ vna rñſio. tertio ponũtur tres diuerſorũ ſolutiones q̃rũ vltia approbat' ⁊ ↄtrarijs rñdet'. ¶ Nũc p̄us vt oẽs p̄ dicti allego ad p'tẽ q Io. nõ dȝ audiri q inducunt de accu. lȝ. ⁊ c. veniens q ma. ac. poſ. cũ in tua ⁊ qð ibi no. de ꝓba. lȝ vbi de hoc ⁊ p̄ma glo ⁊ vide qð ſup ea dixi. C. q accu. ñ poſ. ea que. ff. de adul. ſi maritus. §. ſi negauerit. C. de inge. ma. dif famari ad idem de excep. paſtoralis. ṡ. eo. li. de reſti. ſpo. fre quẽs. iij. q. iij. offeratur de offi. dele. ſuſpitionis. ¶ Scðo il le Io. tacite renunciaſſe videt' exceptiõibus eo qð requiſit⁹ ſe nõ oppoſuit ⁊ illũ. A. pacifice adminiſtrare p̄miſit ⁊ obe diuit ſibi vt p̄lato. facit de officio dele. gratũ. ⁊ c. inſinuãte de his que ſi. a ma. p'te ca. ex ore. ⁊ ſemel approbatũ repro bare nõ põt. xxxij. q. v. horrendus de re iudi. q ad ↄſultatio neȝ. e. ti. qð ſemel cũ concor. ¶ Tertio iſte. A. t'pe inſtõnis ſui fuit examinatus ⁊ approbatus vt fieri debuit de elec. innotuit. ⁊ c. nihil eſt. vlterius ergo accuſari nõ deberet de purga. ca. c. ſi. de teſti. co. preterea. viij. q. ij. dilectiſſimi.

¶ Quarto habẽdo reſpectuȝ ad etatẽ allegant Io. ꝺ deo ⁊ Egi. qð minor inſtitutus expectãdus ẽ vſq; ad etatẽ legiti mã de eta. ⁊ q̃li. ex rõne. ⁊ c. indecorũ. ſȝ iſte nunc hȝ etatẽ ⁊ ſic res p̄uenit ad caſum quo potuit icipe ad hec de clãdeſ. deſpõ. c. ij. ⁊ multa ꝓhibent' q̃ facta tenẽt. xxx. q. v. §. ſȝ obij citur. item idoneitas attendit' ſcia nõ etate. lxxxiiij. di. porro ⁊ qð etas nõ impediat al's dignũ ꝓbat'. lxxviij. di. §. hoc re gul'r. vbi de hieremia Daniele ⁊ alijs in iuuẽtute ꝓmot' ſa tis h'r. ¶ Quinto iducit' hec r'a p quã pȝ morã p lapſũ p emptorij debere nocẽ moroſo cui bene ↄcor. de reſti. in ite. corã. vbi pȝ q poſt p̄ẽptoriũ de iure cõi qs non auditur.

¶ In ↄ̃riũ. ſ. q ſit audiendus q2 terminus dat⁹ p executo rẽ fuit dat⁹ ad excipiẽdũ ⁊ non ad denũciandũ vel accuſan dũ. vñ accuſant non ob. ar. de teſti. veniẽs. ij. ⁊ c. cãm que. ⁊ c. cũ in tua. cõſtat enim q qñq; admittit' ad agẽdũ q repel litur ab excipiendo de accu. accedens ⁊ videt' cãus de apel. cõſtitutis. ij. in ſi. ¶ Scðo exceptio que reddit iudiciũ nul luȝ põt opponi poſt diffinitiuã ſniaȝ. ṡ. de proba. lȝ de ꝓcur. in noſtra. de excep. cũ venerabilis ſed per p̄ẽptoriuȝ non põt eẽ maioris virtutis q̃ȝ ſnia diffinitiua ẽt ſi dicatur habere vi interlocutionis de reſti. in inte. corã ergo ⁊c. ¶ Tertio vbi vertit' anime ⁊ eccl'ie ſnia nõ trãſit in rẽ iudicatã ⁊ approba tũ põt reprobari allegat' ꝺ re iudi. lator. tenor. ↄſanguinei. ⁊ facit qð no. xxxv. q. ix. in ſũma. ⁊ §. q2 ergo. ⁊ vide qð dixi de re iudi. ſup Rica. ⁊ c. lator ſuper vlti. glo. ¶ Quarto. lȝ il le Io. potuerit illũ approbare quo ad ſe ⁊ ſuo iuri renuncia re. nõ tñ q̃ȝtũ ad eccleſiã. imo tenetur malũ denunciare p̄la tũ. ij. q. i. ſi peccauerit ⁊ c. multi. etiam ſi iuraſſet non denun ciare de iureiur. quẽadmodũ. ⁊ c. ſicut noſtris. ⁊ c. peruenit conſiſtit enim ius publicũ in ſacerdotibus ⁊ p̄latis. i. di. ius publicum ergo tacite vel expreſſe illi renunciari nõ põt. ṡ. ꝺ fo. compe. ſi diligenti. ⁊ bene facit quod no. de excep. cũ ec cleſiaſtice. in glo. i. patientia ergo cũ fuerit vitioſa nõ iuuat. lxxxiij. di. nemo cum. c. ſequẽtibus. ¶ Quinto conſtat iſtuȝ hũiſſe vitioſum ingreſſũ q ſemp ineſt beneficiis. vbi deeſt ca nonica inſtitutio. ṡ. eo. beneficiũ de inſti. ex frquentibus ⁊ ꝓ motus fuit contra conciliũ de elec. cum in cunctis. §. inferio ra. ⁊ non poſſunt bono p̄fici exitu que malo ſunt incboata principio. lxi. di. miramur. i. q. i. pricipatus. ⁊ radix iſecta fru ctum bonum afferre non põt. i. q. i. fertur. nec talis benefaci endo purgat vitium. xiiii. q. v. neq;. ſed neceſſaria eſt renun ciatio. de ſimo. Matheus. ⁊ c. ex inſinuatione. nõ obſtante diuturnitate t'pis. de ſimo. non ſat' cum ſi'ribus.

¶ Ultimo quo ad id quod dicitur de etate ꝙ in ea diſpē ſari poſſet ꝙ tamen dic hodie vt de eta. ⁊ quali. permitti- mus. rñdetur ꝙ hic non agebatur de diſpenſando nec hoc intendebat papa. de quo ſatiſ vide ꝺ ſciſma. fraternitati. eij ciendus ergo eſt iſte q non prodidit crimen ſuū. l. di. ex peni tentibus. ⁊ ꝙ in etate inſpiciatur tps promotionis eſt caſus de elec. dudū. i. ⁊ facit ēt dudū. ij. §. e. li. de R̄p. ſi eo tēpore.
¶ Soluebat ⁊ male Jo. de deo quo ad caſum etatis illum remoueri non poſſe q: non fuit vitium peccati. ſed etatis ꝙ ſuſtinetur a canōe poſtꝗ̄ quis eā perficit vt predicto. c. ex tenore. ⁊. c. indecorū. vnde a p̄n. poterat impedire tpe inſtō nis ⁊ ſic loquitur ꝺ ec. dudum. ſed poſtea non h₃ eū.
¶ Egidius volēs ſuſtinere Jo. ꝙ vbi p electionē eius ad quē pertinet fieret talis promotio ante ꝯfirmationē₃ audire tur. vt. ꝺ. c. dudū. ſed nō poſtea. ⁊ cum caſus formeſ de ꝓmo to per lr̃as ſbrepticias audietur cōtra eum eps cum ꝓuiſio fuerit irrita. de R̄p. ad audientiā. ij. in fi. ⁊ ibi no. in fi. vlti. glo. dicit etiā hodie collationē₃ nō vallere p dec. licet canō. de elec. §. e. li. loquitur tñ ſolum in perochialibus eccleſijs vt ibi p₃. ¶ Jo. de mōte murlo ſimpl'r dixit illū Jo. canoñ. audiendum per vltimo allegata: ⁊ ſic eſt tenendum vtroq₃ caſu cū lr̃e ⁊ prouiſiōes ex illis ſecute ſint irrite de beneficio ſuppſſo patet de preben. ſi motu ꝓprio. ij. reſponſo. §. ꝺ eta- te. p₃ in pre. dec. de reſcrip. ſi eo tempore.
¶ Que pꝰ ad contrarium allegata fuerūt non obſtāt que procederent in electione vel prouiſione ānullanda vel vbi verteretur propriū ⁊ ſingulare intereſſe nunc ſe opponētis ſed vt pdixi ꝓuiſio ē ipſo iure nulla. q de etate dicunſ non procedunt hodie per dec. cum in cunctis. §. inferiora. ⁊ il- li antiqui canones ſi ſic ſimpl'r intelligerentur innuerēt etiā decennē poſſe promoueri ad prelaturam qꝺ eſt falſum. Ad dec. ex ratione. ⁊. c. indecorum reſponde vt ibi no. Ad reliq̄ ſit rñſum p argumenta ſecunde partis.

**Uarie** xxxiij. i alterius a cōtrario vbi nō preiudicetur l₃ mutaſ. ⁊ ſic fac ad queſtionem dñi mei quā ſcripſi. §. eo. li. de renū ci. c. ij. in glo. ex qſite in fin. detrimentum vt dicit Dy. hoc ſoluit contrarium de. l. ſi tibi mandauero. ff. mā. nā cum ſit reuocatio mandati procedit ſine detrimento manda tarii circa expenſas qs fecit ignorans reuocationem. ff. ꝺ ſo- lu. cum qs. §. ſi debitorem. ⁊ de dona. hoc iure. §. ſi quis de- derit. ſi ſciebat ſibi iputet dānū qꝺ ſua culpa ſentit per regu lā. dānum. eo. ti. Dicebat etiam ad cōtrariorum ſolutionem que infra allegabanſ ꝙ variatō prohibetur circa eādem rē vel diuerſas que ratione ꝯnexitatis hn̄tur loco vnius. ad ꝓ mū alle. ff. de bo. libe. nam abſurdum fallit in ſuo hēde vt in glo. ad ſcōm. ff. de mino. in cāe de admini. tu. cū queritur. cir ca diuerſaſ ꝟo cū nullā cōnexitatē hēbant admittitur varia tio. ff. de ac. emp. ſi ſterilis in' fi. ⁊ rerum amo. l. de rebus. ſi be ne ponderas caſus no. §. e. ꝙ ſeſ. ſolo non ē ſufficiēs.
¶ Prima glo. dicit vñ ſumpta ⁊ ponit exempla ⁊ remittit ad regulā qꝺ ſeſ ⁊ caſus ibi exceptos addēs aliū.
¶ In pria glo. ibi nemo poteſt mutare. ſequitur conſilium in alterius iniuriam. ⁊ ibi. ſ. vlti. ſi inhibui geſtori ne gereret hoc non ꝓdeſt quo ad ꝑteritas expēſas quo ad futuras ſic. ⁊ ibi. §. ꝓdeſt. ſatis eſt legatariū apphendiſſe legatū ꝺ volū tate heredis poſt aditā. l₃ poſtea volūtatē mutet.
¶ In prima glo. ibi ſi quis ſuus. eodem modo reſponde tur ad. l. ff. de col. bono. ſi nūꝗ̄. dic tñ hic Jo. mo. ꝙ ibi fraſ ex mutatione voluntatis non patiſ detrimentum. ſed nō lu- cratur ⁊ iſtorum non eſt par cauſa. C. de codi. l. fin. ſecun- dum quē non obſtat. C. de noua. l. iij. ff. de ſolu. cū quis. §. ſi debitorē. q: illud facit ius remanens penes mandantem fa- cit ꝓ eo. §. eo. li. ꝺ prebē. dudum. ꝟſi. nos ergo.

**Ex regula** facit ad queſtionē₃ p me diſputatā₃ poſt Jo. ꝺ deo. li. iij. ⁊ eſt ſua queſtio quarta que ſic formabatur. Nicolaus delegauit cām duobus cum clauſula ꝙ ſi ambo alter ipſorum delegationi renunciat queritur an ipſum de hoc penitentem collega teneatur admittere.
¶ Ad affirmatiuā pmo ⁊ ad negatiuā ſcꝺo īducit Jo. tres rōnes que poſtea fortificātur ⁊ ad illas addiſ. tertio poniſ eius ſolutio que probatur ⁊ ꝯtrarijs reſpōdetur. Nō ergo ſit admittēdus dꝛ q: fuit iudex nec ſola voluntate deſijt eſſe de R̄p. ſciſcitatus. nec potuit a ſe iuriſditionē abdicare. ff. de offi. preſi. legatus. item aut ipſe iudex renuncians errauit aut non errauit. ¶ Prio caſu corrigat errorē. xxxv. q. ix. ꝙ quis. de elec. noſti. de accu. qr̄. i. ¶ Secundo cāu qñ nō er rauit ſ₃ ex cā hoc fec ex quo ceſſat cā debet admitti volēs ⁊ valens intereſſe de ap. cum ceſſante. Jt̄ q repudiat alio vul gariter ſubſtituto re integra penitet. C. de repu. hē. l. fi. fa- cit de elec. in cāis ꝟm Jo. de deo. ad h vltimū facit de offi. ꝺ le. ꝗ̄uis. li. e. vbi delegatus ſubdelegās totum re integra pe nitet. itē q cedit bonis re integra penitet. ff. de ceſ. bo. l. is q ⁊ multos caſus vbi re integra penitere l₃ hēs no. ff. de vaca. mu. pretor. §. ſi. adiuuando pmū certū eſt ꝙ officium iudicā di ē munus neceſſariū ⁊ perſonale. ff. de mu. ⁊ ho. l. ſi. §. iudi- candi. vñ dicit lex qui non habet excuſationē ēt inuitus iudi care cogiſ. ff. de vaca. mu. l. pretor. §. qui non habet. ꝺlegatꝰ ergo hoc munus a ſe non potuit excutē. facit ꝺ regul'. cum virū de renūcia. niſi cū pdē in fi. ⁊ pro tāto dꝛ onus de offi. ꝺ le. paſtoralis in pꝛcipio ibi exonerare. de offi. ordi. paſtora- lis. §. i. ibi i onere ⁊ honoſ. ſeqſ ergo ꝙ ſi renūciare ſi potuit illꝺ licite reaſſumit. ¶ Ad hāc ptē ſatis facit ꝺ ꝓcur. l₃. li. e. vbi ꝓcurator nō obſtāte repudiatiōe reaſſumit officiū do mino i eadē voluntate manente ex qbus ꝯcluditur renūciā tē quem penitet per collegā admitti debere. ¶ In cōtrari- um dec. prudētia₃. de offi. dele. §. adijcimus equiparat nolle ⁊ nō poſſe quo ad ptātē in collegā trāſferendā ex euētu cō ditionis. ¶ Nōcūq₃ ergo mouerit illū ad renūciandū p₃ ſolū collegā iudicē ergo nō teneſ penitētē admittere. Jte₃ iudicare honor eſt de ap. vt debitus. C. qñ ꝓuo. non ē neceſ. l. omnē honorē. honori aūt renūciare qs pōt de elec. dudu₃ ⁊. c. cum dilecti. vij. q. i. ꝗ̄ piculoſum. nec inuitus creſcere co gitur. lxxiiij. di. geſta. Et qꝺ renūciari poſſit delegatio ⁊ re- nūciata nō reſumi ēt de ꝯſenſu prium ꝓbatur de offi. dele. ſi gnificantibus. ⁊ ſufficit ex vi clauſule nequiuerit aut nolue ritis ꝙ ſemel noluit. facit qꝺ diſtinguiſ de voluero ⁊ volā. ff. de verbo. ob. ſi qs ſtipulatus ꝟm Jo. de deo. ¶ Ad vltimū hn̄ facit qꝺ no. in ꝓ. dec. l₃ de ꝓcur. p. l. i. §. qui ſeſ. ff. de ſuc. edic. ad quā ꝯcor. ff. qs or. in bo. poſ. ſer. l. pen. i. rñ. ff. de mio. ꝙ ſi mior. §. ſceuola. ſit ergo p repudationē trāſlata tota iu riſditio ſaltem quo ad exercitiū i collegā ita qꝺ ipſe renun cians illā reſumē non poſſit inuito collega. facit de ap. cū ap pellatiōibus. li. eo. ⁊ qꝺ voluntate abdicetur iuriſditio pro haſ de ap. ab eo. e. li. ibi expreſſe denegat. ⁊ hoc ti. cū plures §. i. li. eo. ibi ſi vellet. ¶ Ad qꝺ bene ꝯuenit. eo. li. de ꝓcu. ſi duo. ibi ꝓſequi forte nollet. ⁊ de loca. potuit ibi nolle ſe eme re dixerit. ſicut ergo in dec. ab eo. perdit exercitiū iuriſditio nis hoc ipſo qꝺ apoſtolos denegat in dec. cū plures pdit ⁊ transfundiſ in collegā hoc ipſo qꝺ procedere non vult con cluditur idē in cāu noſtro. ¶ Jtē certū ē qꝺ delegatus ab dicat delegationē a ſe iuriſditionē ſbdelegādo i totū. ꝺ offi. dele. ſuper qꝺnū ⁊. c. ꝗ̄uis li. eo. ſi hoc facit poſt ſuſceptam delegationem. fortius id facere poteſt ante ſuſceptam. de tranſlata. c. ij. de teſta. Jo. ex qbus cōcludiſ qꝺ collega ipm penitētē nō teneſ admittere. So. Jo. dixit ꝙ deſijt eē iudex renunciādo ⁊ deluſoriū eēt ꝙ iuriſditionē reſumere poſſet hoc dicit p dec. cum ſup de offi. dele. nā ſi ibi nō pōt cogno- ſcere vbi tacite ꝯfitetur ſe non poſſe fortius non poterit vbi expreſſe renūciat. Jdem dicit per decr. ſignificantibus. nā ſi illi qui licet male pronūciauerunt ſe nō iudices nō reſumūt fortius nec iſte qui renunciauit expreſſe ꝟm Joan. ꝺ deo. mi hi non placet hec ſolutio. ⁊ aduerte quia prima facie ſa- tis equum videretur diſtinguere an in reſcripto ſit expreſſa clauſula aut nolueritis aut ſolū quo ad ptātem collega ſub intellecte vel incluſa p interptationem illius §. adijcimus vt pmo caſu expreſſum eſt aut nolueritis ex ſola voluntate pꝛcipis allegātis ⁊ h ſoluat ꝯria: iſte renūciare licite poſſit ⁊ ſtati₃

⁊ ſtati collega ſit iudex ⁊ hanc diſtinctionem ꝓciſe putarem
verá vbi hec cl'a adijceretur iuriſditióí nó exercitio tm̄ vt ſi
dicat delegamus cáꝫ andree q ſi ſuſcipe noluerit delegamꝰ
Jo. ⁊ tc̄ faciūt no. i pre. dec. lꝫ de procur. ſed cū i cáu noſtro
⁊ ſtillo ſolito nó iuriſditióí ſꝫ eius exercitio adijciatur cl'a. ſ.
delegamus cáꝫ vobis andree ⁊ Jo. ꝙ ſi ambo nolueritis in
tereſſe alter ꝓcedat. pꝫ ꝙ ex vi clauſule nō hꝫ optioné ꝺpo
nendi delegationeꝫ ſꝫ ſolum ex vi eiꝰ eo noléte deferꝛ exer
citiū in collegá. ex quo ꝯcludo ꝙ lꝫ nolit intereé remáet de
legatus cáe: nec hoc abdicaꝛ pót exp̄ſſe ꝑ renūciationé ꝑ iu
ra ꝑus alle. ⁊ maxie ꝑ. l. legatus. §. iudicádi. ⁊ §. q non hꝫ. ſi
cut ergo claſula nó poterit] itelligitur ꝗdiu nó poterit]. vñ
collega q ſocio ipedito ꝓceſſit ipſū nūc poténé teneꝛ admit
tē de hoc de offi. ꝺle. corá. ſic collega q ſocio noléte itereſſe
ꝓceſſit ipꝫ nūc voléné teneꝛ admittere vt eꝗ intelligaꝛ ſi no
luerit]. i. ꝗdiu nolueritis. fortiꝰ át hoc cū cl'a aut noluerit] ſi
eſt exp̄ſſa ſꝫ ſubitellecta ꝑ iterp̄tationé. §. adijcimus cū tūc
nolés ꝗdiu ñ vult peccet ⁊ ſe redargutióí ſbmittat vt ibi. ⁊
ꝑ hoc pꝫ nó curádū an res ſit integrum vel nó cū hic ñ ver
taꝛ burſale intereſſe iudicis nec ꝑtiū nec q̄raꝛ de reuocatio
ne ꝑtát] tradite a reuocáte vt i dec. i cáis ⁊ ꝑ id meliꝰ fueꝛ
intétio delegát] vt in dec. prudétiá. ⁊ ꝑ hoc rñdeꝛ ad id qḋ
dꝛ poſſe partis intereé reſpectu arbitrariorū i qbus pót eé
iudex gratioſus. eo. ti. ꝯſuluit. ⁊ reſpectu expéſarū ad q̄s ꝑ
tes qñqꝫ teneñꝛ de Rp. ſtatutū. §. inſuper. li. eo. Qḋ. n. nō ſi
at gr'a nó véit i itereſſe. ⁊ pót id nó eé ⁊ pōderato ſtatu có
miſſionis ꝑtiū ꝯditio nó eſt deterior ſicut dꝛ de cōditióe do
tis. ff. de pac. ſi vnus. §. ſi pactus. ꝺſi. ꝙ ſi nó vt totū. ⁊ ꝑ hoc
ſoluiꝛ regula qḋ ſemel ꝑ regulá iſtá. Ad id qḋ dꝛ ꝙ renūcia
ri pót honori rñdeꝛ fateor. ſꝫ nó oneri quale hoc ē vt ꝓba
tuꝫ eſt primo. Ad id qḋ dꝛ ēt huic oneri poſſe renūciari fa
teor tacite ſꝫ nó expreſſe ꝑ viá renūciatióis. vñ renūciaꝛ per
negationé apoſtolorū ꝑ dationé delatoriarū ꝑ relationé ꝑ
iterlocutioné inter ꝑtes per ſubdelegationé totius re nó in
tegra ex ꝑtáte iuris. ⁊ ſic ex voluntate ꝑncipis. ⁊ ſic ſoluiꝛ ħ
vltimū ꝑ illationé grauaminis a quo appellatur vt ꝓbant
iura allegata ſic bñficiatus nó renūciat exp̄ſſe niſi i manibꝰ
eius a quo tꝫ. de renunc. admonet. ⁊ tñ renūciat tacite ꝑ pro
feſſioné religionis vel cómittédo culpá ꝑ quá ſit ipſo iure ꝑ
uatus. ⁊ ſuꝑ hoc vide qḋ no. de fo. cōpe. ſi diligéti in glo. pe
nul. ⁊ facit no. in cle. gr'e. de Rip. in dec. cū plures ſunt da
ti inſolidū. ⁊ ſine clauſula ꝙ ſi ambo i dec. cū ſuꝑ. nó ex ſola
voluntate ſꝫ ex grauamine qḋ itulit ⁊ a quo fuit appellatuꝫ
impediebaꝛ iuriſditio ⁊ ſic ꝯcludo ipꝫ penitenteꝫ admitti
ꝺbere. fateor tamé ꝙ donec appareat pñia vel volūtas mu
tata ex quo renunciauit delegatióí cū ꝑ hoc videaꝛ innuere
ſe nolle in aliqua ꝑte cáe intereſſe. vlterius ꝑ collegá requi
ri nó dꝫ. ſed nó ſic ſi ſimpl'r dixiſſet ſe nolle certo actui itereſ
ſe. pꝫ ró de dolo ⁊ ꝯtu. eū qui. li. c. ex tex. ⁊ glo.

¶ Regule iuris ciuilis ſiue ffo͡rū huius l're. M. ſunt he.

Marcellus. deſinit debitor eſſe is q nactus eſt exceptio
nem iuſtá nec ab equitate nāli abhorrentem.

Melior ꝯditio nr'a ꝑ ſuos fieri pót. ꝺterior fieri ñ pót.

Minus eſt actionem habere quá rem.

**Nemo poteſt** ad. vj. impoſſibil'
átiqui dabát ꝺſus
Vltra poſſe meū ñ lex me iuſta coegit. Nec
putat eé reū q totū poſſe peregit. ¶ Prima
gl. ponit ꝑmo vñ ſumpta triplicé ipoſſibilita
tem ⁊ cuiuſqꝫ exempla. ſcḋo ponit triplicé róné regule. ter
tio i quibus locū habeat. q̄rto ſupplet de turpi. ¶ Secūda
glo. ꝑio tractat de iuraméto nāli obligatione ⁊ pene ꝓmiſ
ſione. ſcḋa pars rñdet ꝑ qónem quá negatiue ſoluit preter
certū caſū ſoloni opponit. ⁊ dupl'r rñdet ſubdés opinioné.
¶ In ꝑma glo. ibi impoſſibiliū ſequitur nulla ē obligatio.
⁊ ibi gnāl'r ſeqtur nouimus turpes ſtipulationes nullius eſ
ſe mométi ⁊ ꝯtinuatur. l. ſequés veluti ſi quis hóicidiū vel
ſacrilegiū ſe facturū ꝓmittat. ⁊ ibi. §. ea obligatio q̄ eſt iter
dñm ⁊ procuratoré mandati actioné parit. ⁊ ibi. l. vlti. inci
pit paulus. ⁊ dicit ꝙ ipoſſibile ꝑceptū é nullū ⁊ ſine cá ap
pellaꝛ a ſnīa cui ꝑ rerū nām nó pót pareri. ⁊ ibi reprehendé
da relicta heres ſi diuertat hereditaté habebit. lꝫ nó diuer
tat. ¶ In glo. ij. ibi ſi homo mortuus. loquitur de ſtipulati
one deſiſtendo vel dádo hoie mortuo. ⁊ ibi celſus cuiꝰ més
hétur ꝺ do. ⁊ ꝯtu. cum dilecti. ⁊ ibi paulus reſpondit die lap
ſo die quo mandans ſe preſtaturum ſcripſit obligatio rema
net. ¶ In glo. j. ibi nature. Joá. mo. addit ipoſſibile moris
de iureiur. quintauallis. ff. de ꝯdi. inſti. filius communius im
poſſibile includit naturam ⁊ mores. ⁊ facit quod dixi in
. c. ſi. de pac. in ſi. ⁊ ibi nec obligatio. idem io. mo. ⁊ ibi in legi
bus idem dy. ħ tractans i modū queſtionis ⁊ puto ꝙ cano
nem qui ſequitur intendebat allegare dum dicit vt in. c. cun
cta. in principio decretorum. ⁊ ibi pro non adiecta diſtiguit
Dy. aut impoſſibilitas adijcitur in modum conuentionis in
contractibus vel diſpóis in vltimis voluntatibus vt ſi pro
mitto vel lego rem quá impoſſibile eſt dari. ⁊ tunc impe
dit omneꝫ ſpém obligationis vt i his regulis. ⁊ ff. ꝺ verbo.
ob. ſi dari ſtipuler. i. ij. iij. ⁊ iiij. rñ. ſi vero ponitur in modum
conditionis vt quia promitto vel lego ſi celum digito tan
gas: tunc ſi in contractibus affirmatiue póitur vitiat. ſi nega
tiue vt qꝛ promitto ſi celum digito non tangas valet contra
ctus qꝛ ſi affirmatia eſt impoſſibil' ergo negatiua poſſibil' ⁊
neceſſaria. ff. de verb. ob. ſi impoſſibile. ⁊ ſic intelligitur. ff. ꝺ
ac. ⁊ obli. l. non ſolum. ⁊ aperte inſti. de inuti. ſtip. §. ſed im
poſſibil'. ⁊ idem quo ad negatiuam in vltimis voluntati
bus. quo ad affirmatiuam in eis diſtinguitur aut erat omni
tempore impoſſibilis aut a principio poſſibilis. ꝑio caſu aut
erat appoſita in ꝑſona honorati. i. cui aliquid relinquitur. ⁊
tūc eſt locus gl. vt habeatur pro nó adiecta. ff. de condi. inſti.
l. i. vbi de hoc. ſi in perſona onerati. i. grauati aliquid daꝛ vt
ſi dicat damno heredem dare. x. ſi digito celum tangat: lega
tum eſt inutile inſti. de le. §. vlti. ſi autem a pꝛicipio erat poſſi
bilis. ⁊ poſtea ad impoſſibilitatem peruenit valet relictum.
⁊ ſola impoſſibilitas remouetur. ff. de le. i. ſi mihi. §. ſi qs ſer
uos. ¶ In glo. ij. ibi etiam naturaliter idem Dy. qꝛ ſi cótra
hens vel diſponés ſciuit impoſſibilitatem cōſentire non vi
detur. ff. de ac. ⁊ ob. non ſolum. ſi ignorauit impoſſibile error
impedit conſenſum. ff. de iuriſ. o. iudi. ſi ꝑ errorem. ff. ꝺ iudi.
l. ij. deficit ergo naturalis deficiente ꝯſéſu. facit. ꝭ. eodem li.
de ſpon. c. i. inducit etiam quod ſequitur i glo. ⁊ ibi ſi homo
mortuus: idem tenet ibi glo. ⁊ idem hic Dy. reſpondens ad
. l. in illa ſtipulatione ſi kalendis. ff. de verbo. obli. ꝙ ibi ſti
pulatio penalis incipit a precedenti adiectione. ⁊ ideo in
teritu illius qui non eſt in obligatione non potuit liberari
promiſſor. ſed in propoſito incipit a conuentione ⁊ tunc ſi a
principio erat impoſſibilis vt quia mortuus erat quem pro
miſit ſiſtere non committitur pena ipoſſibilitati adiecta. Idé
ſi pereat ante moram quia tali interitu interueniente ante
moraꝫ liberatus eſt promiſſor vt in ipſa. l. ſi homo mortuus.
⁊ ibi no. ⁊ ibi eum comparere. idem videtur ſi eſt dies feria
ta. ⁊ in ſi. Pe. de bel. ꝑ. ꝯtra. ſuꝑ quo vide Cy. C. ꝺ ferijs. l.
dies feſtos in. q. ij. in ſi. ⁊ quod ſcripſi in predictis dec. cū di
lecti ⁊ de appella. cū parati in fine.

**Hec regula** trahitur ad q̄ſtioné quá
diſputaui. ſ. ꝙ annus ap
pellationis proſequende non currat ante inter
poſitionem: appellationis propter quandam im
poſſibilitatem ⁊ qꝛ hanc plene tractaui in cle. de ap. ſicut ap
pellationem in glo. magna ideo illam omitto.
¶ Facit etiam ad queſtionem legiſtarum de ceco qui com
miſit maleficium propter ꝙ ſibi oculus erui debebat dicunt
ꝙ propter impoſſibilitatem pene punietur in alio membro
per. l. ij. C. vt intra certum tempus. facit quod no. ꝭ. eodem
li. de elec. ſi compromiſſarius i vlti. glo. ⁊ iura q̄ allegaui ſuꝑ
illa. ⁊ ꝑ. l. ff. de ꝯtrahen. em. ſi i emptione. §. penul. dicunt ꝙ
ſi vnū tantum oculuꝫ hꝫ priuabitur illo. ¶ Proſequar igi
tur aliaꝫ queſtioné de q̄ tractát legiſte. C. ꝺ legi. l. i. ⁊ q̄ fuit

Jo.ð deo li.j.q.iiij.⁊ demũ Stephani poloni vltio hic ple
nius diſputata per dominum Guidoné nunc epm concordi
eñ.q̃ queritur an lex vel conſtitutio legati vel epiſcopi non
ſcripta pꝛohibẽs aliquẽ actum ⁊ contrafacienté excõicans
valeat ita ꝙ contrafaciens excõicatus ſit.

¶ Ad negatiuã ſex rõnes inducunt quarũ pma triplicẽ i
poſſibilitaté explicat vt obſtet hec regula ad affirmatiuã in
ducunt q̃ttuoꝛ.tertio ponitur ꝯcoꝛs ſolutio pdictoꝛum triũ
diſputãtiũ ⁊ q cũ illis ꝯcoꝛdant.ſbditur opnio ⁊ eq̃tas ꝯ̃ria
⁊ impꝛobat dictũ Stephani. ¶ Coaptat ãt queſtio regule
qꝛ ipoſſibile dr̃ ꝫ nãlem curſum rerũ vt loquar cũ dec.bone
de elec.§.poꝛꝛo.⁊ cum dec.qm̃ cõtra de pꝛoba.in pn.ꝯſtões
non ſcriptas menti teneri ⁊ ſciri p eos quos ligare debent
maxie cũ in ſe ſint ppetue ⁊ ppetuo ligent.xxij.q.i.que ad p
petuã ⁊.q.ij.c.i.⁊.ij.de conſti.c.i.⁊ vlt.ð offi.le.c.vlti.⁊ igno
rantia illarũ nõ excuſat ⁊ ibi ſic eẽt inijcere laqueũ ſubditis
ſtatuentis cõtra id.xxviij.q.i.de viduis.ij.ꝯſtat.n.ꝙ curſu
lõgi tpis ṽitas obſcuratur.xij q.ij.longinquitate.⁊ ob hoc
ppetuo ſuanda redigũt in ſcriptis ſupꝛa eo.libꝛo de re iudi
ca.abbate.in ti.ꝯcoꝛ.de teſti.albꝛicus.⁊.c.ſignificauit.

¶ Scðo impoſſibilitas oñdit qꝛ hi q debent ꝯſtõni ꝯſenti
re habẽt ſubſcribere vel ſubſcribi.xcvj.di.c.i.ṽ.iſta ſcriptu
ra cũ ſequẽtibus.ſ.de his que fi.a pla.c.i.⁊.c.q̃to.ipoſſibile
aũt eſt eos ſubſcribere vel ſubſcribi ſi ex ꝯſtõne ſcriptura nõ
fiat.facit de ðſpon.impube.ad diſſoluendũ cũ cõcoꝛ.

¶ Tertio illa ẽt impoſſibilitas oñditur p nominis ethimo
logiam a q̃ lꝫ arguere.xvj.q.i.ſi cupis.xij.q.i.clericus de pꝛe
ben.cũ ſcõm.q ſi.ſint le.per venerabilem.ṽ.ſane ſed vt dicit
Jſidoꝛus.v.ethy.lex dr̃ a legendo.legi aũt nõ põt niſi ſcri
batur.ergo nec lex noiari põt cũ noia ðbeãt eẽ cõſequẽtia
rebus.inſti.de dona.§.eſt ⁊ aliud.qd vltra.nõne tex.dicit qð
lex eſt cõſtõ ſcripta pma diſticti.lex eſt cũ ergo diffinitõ det
eſſe rei ergo ⁊c̃.multi ẽt tex.pbant idem.ſ.de pꝛeſump.ſcri
bã.iiij.di.erit in fi.ibi pꝛo cõi vtilitate ꝯſcripta.xix.q.ij.due
ſunt i pn.in autẽ.vt facte no.con.poſt pꝛi.col.v.ibi ſi ſcripta
ſit faciant de ſen.ex.nouerit.⁊.c.graue.vbi de libꝛis deleri iu
bent ſtatuta.cõcluditur ergo ex impoſſibilitate vel difficul
tate ex legis diffinitione ⁊ per diuerſos tex.i cõſtõne requiri
ſcripturã. ¶ Scðo ꝙ ſcriptum ſit de eẽ legis vel cõſtõnis
oꝛdiamur ab oꝛigine oĩs iuris ⁊ pꝛio de veteri ⁊ nouo teſtõ
ꝯſtat ꝙ pmus legiſlatoꝛ volens leges dare illas ꝑpꝛio digi
to ſcripſit in lapideis tabulis.Ex.xxxj.in fi.⁊ demũ in ligne
is.Deutero.x.in pn.⁊ canõ dicit ꝙ Moyſes pmus gentis
hebꝛee leges populo ſacris lr̃is explicauit.vij.di.moyſes.⁊
Exo.xxiiij.in pꝛin.ſcripſit Moyſes oẽs ſermones domini.
ſi ergo pmus legiſlatoꝛ.cuius actio noſtra ẽ i ſtructio.ij.q.i.
deus legẽ dedit ſcriptã.ergo ⁊ omnis legẽ cõdẽs idẽ facere
debet. ¶ Pꝛobatur idẽ nouo teſtõ in quo chꝛiſtus digito
ſcripſit in terrã.Jo.viij.⁊ ⁊ hĩ.iij.q.vij.poſtulatus id p qð
legẽ dedit criminoſos ab accuſatione ⁊ iudicio repellẽdos.
vt ibi pꝫ.Jdem p iuris ciuilis oꝛiginem qð ius fuit ſcriptuꝫ
in duodeciꝫ tabulis vt habet.ff.de oꝛigine iuris.l.ij.poſt pn.
quarũ qui fuerint auctoꝛes habetur.vij.di.fuerũt.Jtẽ nõ p
ſolã ſcripturã habeatur iuriũ certitudo cuꝫ ſubſcriptione ⁊
ſub bulla mittunt.C.de iuſti.co.cõfir.l.i.ad fi.⁊ in pꝛoemio.
vj.⁊ cle.ad fi.⁊ in autl.vt diui.iuſ.col.viij.in pꝛin.ꝯcluditur
ergo ex oꝛigine iuris diuini ⁊ poſitiui in ꝯſtõnibus ſcriptu
ram neceſſariam. ¶ Tertio idẽ arguitur ⁊ mandatis pnci
pũ Rptis ⁊ puilegijs.nã vt notat accur.C.de man.pn.ſu
per Rica mandata pꝛincipuꝫ ſunt ꝯſtões ſpãles.⁊ in illis
requiritur ſcriptura.e.ti.l.vni.de hoc.xcvij.di.nobiliſſimus.
nec poſſet pꝛobari p teſtes de hoc de pui.cũ oliꝫ.⁊ vt ibi pꝫ.
Jdem ſi in Rptis que ẽt habent vim ꝯſtõnuꝫ iter eos iter
quos cõcedunt vt dixi ſuper rub.de Rp.Jdeꝫ in puilegijs
que ſunt leges puate.iij.di.puilegia.⁊ de his inducari nõ
põt niſi p inſpectionẽ ipſoꝛum de pui.poꝛꝛo.eo.ti.cuꝫ pſonẽ
.ſ.eo.li.de hoc tamẽ vide quod dixi.ſ.in pꝛoemio huius li
bꝛi ſuper.ṽ.tranſmittimus.cõcluditur ergo etiã ꝯſtitutioni
bus ſcripturam neceſſario requiri. ¶ Quarto patet ꝙ ſen
tentie diffinitiue cauſarum ius faciunt inter partes.de re iu
di.cũ inter.debent aũt ferri in ſcriptis.al's non valent.ſ.eo.
li.de re iudi.c.vlt.cum ꝯcoꝛ.certe graue eſt dicere ꝙ cũ diffi
nitio vnius cauſe neceſſario reqrat ſcripturã conſtitutõ per
quã innumerabiles diffiniunt ⁊ ſubditi puniunt ſcripturaꝫ
non requirat.p eundẽ modum iducitur dec.ſ.eo.li.de cenſi.
romana.§.poſtq̃ cũ caſibus ibi notatis.longe eni maioꝛ eq
tas hoc caſu requirit ſcripturam q̃ in illis ⁊ ibi ponit tex.
cauſaꝫ ſcripture ſcilicet vt nota ſit oĩbus illa ſpecialis diffini
tio que ratio foꝛtius vrget inſtitutione gnãli maxie penali.

¶ Quinto coſtat ꝙ differẽtia rei apparet ex eius foꝛma ſꝫ
foꝛma diſtinctiua legis a conſuetudine eſt ſcriptura vtrũqꝫ
eniꝫ ius canonicũ ⁊ ciuile diſtinguit ius ſcriptũ a non ſcripto
pmũ vocat legem ſecũdũ conſuetudinẽ.i.di.c.ij.cũ tribus ſe
quẽtibus inſti.de iure naturali.§.ex nõ ſcripto.⁊ lex de con
ſuetudine loquẽs dicit eã tãte auctoꝛitatis ꝙ nõ eſt neceſſe
illã ſcripto cõpꝛehẽdi.ff.ð legi.diuturna.⁊.l.imo p id aũt di
recte ðſignat illã aduerſari i h legi.cõcludit ergo ſcripturã
eẽ de eẽ ⁊ foꝛma legis ⁊ cõſtitutiõis. ¶ Sexto ⁊ vltimo ſin
gulariter iuducitur.l.humanũ.C.de legi.vbi pꝫ aperte legẽ
pꝛimo dictãdã p eos qbus cõmiſſum fuerit poſtq̃ dictata ẽ
iterũ recenſendã ⁊ ſi appꝛobata fuerit demũ p pncipem p
mulgandã ſi hoc i pꝛincipe foꝛtius in alijs.facit de cõſe.di.i.
baſilicas.ſ.de pe.⁊ re.cũ ex eo.in fi.ſ.eo.li.de reſcrip.C.ð le
gi.digua vxoꝛ.cõcluditur ergo coſtitutionẽ non valuiſſe ⁊
per cõſequens facientẽ cõtra non excõicatũ. ¶ Jn cõtrariũ
ꝙ ſcriptura nõ ſit de eẽ legis vel cõſtitutionis vel de ipſius
ſubſtãtiali foꝛma inducit.ſ.eo.li.de iureiur.c.i.in fi.i.rñ.ad
idẽ.xxv.q.ij.inſtitutiõis.vbi dr̃ decreta ſedis aplĩce ſcripta
vel non ſcripta foꝛe ſeruanda ⁊ hoc quo ad ibi no.ad idẽ.i.
q.vij.ſi quis omnẽ eccleſiaſticã traditioneꝫ ſcriptam vel nõ
ſcriptam violauerit facit dec.dudum de ſepul.in clemen.ad
fi.ṽ.nos ⁊ enim.vltra hec videt caſus.ſ.eo.li.de renunci.c.i.
immo dicimus ꝙ ſi cõſtitutio celeſtini de qua Bonifacius
loquitur fuiſſet ſcripta eſtimãdũ ẽ ꝙ ipſius tenoꝛẽ poſuiſſꝫ
ne teſtis eẽt in facto pꝛopꝛio. ¶ Secundo ſic.multi ſunt in
quibus ſcriptura requiritur de expediẽti non tamẽ de neceſ
ſario vnde valet actus ſine ſcriptura.hoc patet in licẽtia cle
rici ꝙ poſſit alibi celebꝛare.xxj.q.ij.c.i.lxxj.di.extraneo.ſuf
ficit tamen ſi per alias pꝛobationes cõſtet de cle.pere.c.tue.
idem in licentia ꝙ poſſit clericus ab alio epiſcopo oꝛdinari.
xix.q.ij.due ſunt de offi.archi.ſignificaſti.ſufficit tñ ꝙ aliter
de licentia conſtet niſi in caſu.ſ.e.li.de tẽ.oꝛ.c.i.idem in pꝛo
feſſione monial.xxvij.q.i.omnes femine.que tamen tenet ſi
ne ſcriptura.ea.q.ſciendũ de regularibꝰ.vidua. Jdẽ in ſen.
excõicationis.de qua hic loquitur q̃ licet ferri debeat i ſcri
pt.ſ.eo.li.de ſen.exco.c.i.aliter tamen lata ligat licet pꝛofe
rens penam incurrat vt ibi no.in glo.vt quia.ſpeciales ergo
ſunt caſus a iure expſſi in quibus omiſſio ſcripture vitiat in
ter quos iſte deſcriptus nõ inuenitur per quod concluditur
ꝙ licet vtile ⁊ expediens ſit cõſtituonem ſcribi non ſcripta
tamen valet ⁊ cõſtituentes ſubditos ligat.

¶ Tertio inducitur legis ⁊ canonis diffinitio que talis eſt
quod populus romanus ſenatoꝛe ⁊ magiſtratu iterrogãte
veluti conſule conſtituebat.inſti.de iure naturali.§.lex eſt
commune pꝛeceptum viroꝛum pꝛudentum conſulto delicto
rum que ſponte vel ignoꝛantia contrahũtur cohertio rei pu
blice cõmunis ſponſio.canon vero eſt idem quod regula ſꝫ
regula eſt que recte ducit nec aliquando alioꝛſum trahit cũ
ergo diffinitio det eſſe rei ⁊ in his nil expꝛimatur de ſcripto.
ergo ſcriptum non eſt de ſuo eſſe alias eſſet inſufficiens dif
finitio in qua ſubſtantiale fuiſſet omiſſum.

¶ Quarto adducitur lex pꝛima.ff.de conſti.pn.vbi patet
id quod pꝛincipi placuit legis habere vigoꝛem.⁊ ibi ſubdi
tur legem eſſe quod pꝛinceps per epiſtolam ⁊ ſubſcriptionẽ
ſtatuit vel cognoſcẽs decreuit vel de plano interlocutus eſt
vel edicto pꝛecepit.⁊ canon dicit ꝙ lex eſt omne quod rati
one conſiſtit.i.di.conſuetudo.ſatis eſt ergo ꝙ ſubſit pꝛece
ptum vel ratio lꝫ deſit ſcriptura.ff.de legi.de qbus ver.nam
ꝙ ipſe. ¶ Solutõ oẽs pdicti Jo.ð deo.Stephanꝰ polonꝰ
⁊ Guido tẽuerũt cõſtitutionẽ ñ ſcriptã tenẽ ⁊ p pñs cõtra
facienteꝫ

facienteʒ ad cuius noticiā peruenerat excōicatū eſſe lʒ Stephanus fateatur ſniaʒ iniuſtā ⁊ ꝓferentem incurriſſe penam dec. ꝑme. ſ. eo. li. de ſen. ex. vide qͦ dicā i fi. ⁊ dictū Jo. poſuit guil. i ſpec. ō legato. §. finito. verſi. ſed pone legatus. Jdem tenuit Ja. de ra. vt recitat Cy. in predicta. l. i. C. de legi. ſʒ quē non obſtat illa diuiſio q̄ quīto dabatur. ꝙ ius aut ex ſcripto. aut ex nō ſcripto. illa. n. diuiſio eſt ſubiecti ad accidēs ſicut ibi hominū aliꝰ albꝰ aliꝰ niger. nec ēt obſtat qͦ ibi ſequitur de auctoritate cōſuetudinis. illud. n. intendit lex ꝙ ꝯſuetudo quaſi ꝑ frequētem vſum ab oībus ſcita non eſt neceſſe ꝙ ſcribatur. ſed legem ſcribi oʒ vt notificeť per omnes populos nō ꝙ ſcriptura ſit ō ſuo eē ſed eſt neceſſaria ad ſciētiam īducendam qꝛ ſcientiaʒ nō ignorātiam volumus obligari. C. de tabul. l. generali. li. x. ⁊ ſic fit i ꝯſtitutionibus autēticoꝝ i fi. tituloꝝ ⁊ pp hanc cām in ſcriptis reduciť vt in. l. humanū. ad quā ēt alij reſpondent ꝙ licet ibi dicatur ꝙ dictari debeat ⁊ recēſeri id pōt eē verbotenus ⁊ ſine ſcripto.

¶ Dicebat ergo Jacobꝰ ꝙ dato de cōſtitutione canonica vel ciuili nō eſſet facta ſcriptura ligaret ſcientes qꝛ q certus eſt ⁊c. hoc eo. ti. eum q certus cum ꝯcoꝛ. non ob. ꝙ ō diffinitiua allegatū ē quarto qꝛ illa mioꝛis auctoritatis ē q̄ lex.

¶ Pe. de bel. perti. dicit ꝙ non eſſʒ peccatū dicere ꝙ ſcriptum ſit de eſſe legis per pre. l. humanū. facit qͦ no. i predicta. l. i. C. de leg. ⁊ ſ. de poſtula. prela. c. i. de interpretatione principis ꝙ ē generalis ⁊ neceſſaria ⁊ in ſcriptis redigenda multum equitatis hʒ vltimū dictum ⁊ licet non reſiſtā ſolutiōi ꝓdicte cui nec apte reſiſtit guil. vbi. ſ. nec Pe. tñ h̄ aſſero ꝙ ſi princeps eſſeʒ neceſſitatem ſcripture imponerem cōſtitutionibus inferioꝝum ita ꝙ aliter nō valerent niſi deſcripto promulgarentur. inferioꝝum dixi qꝛ ſucceſſores ligare ñ poſſeʒ. ſ. eo. li. ō reſcrip. c. fi. cū ꝯcoꝛ. ⁊ ſic rñdetur ad dec. primā de renunci. ⁊ alia plura iura. hac ēt ratione ad prima tria que pro parte prioꝛi ſuperius allegaueram non reſpondeo nec me etiam vrget reſpōſio que datur ad id quod ō diffinitiua dicitur niſi cum ꝓfertur a principe.

¶ Ad declarationē tamen eius quod in principio ſolutōis dixi. ſciendū ꝙ ſi verum eſt conſtitutionē tenere ſcienter cōtrafaciens excōicatus eſt ⁊ excōmunicatio iuſta nec aliquā penam incurrit ſtatuens. ¶ Et in hoc improbo quod dixerat ſtephanus. dec. enim cum medicinalis in ſententijs locum habet que ligat preteritas culpas. ⁊ vide que ibi dixi ſuper glo. vt qꝛ ⁊ glo. per hoc. non in conſtitutiōibus quarum proprium eſt ligare culpas futuras de conſti. c. ij. ⁊ vlt. ⁊ differentias inter iſta collige ex no. de ſen. exco. a nobis. i. ⁊ eo. li. eo. ti. romana. §. j. ⁊ §. caueant vbi vide ſuper glo. qꝛ tractus ⁊ ſupra eo. lib. de conſti. c. ij. ij. rñ in. ij. gl. Si vero diceremus conſtitutionem non tenere tunc nec illa contrafaciens ligatus eſſet nec ſtatuens penam incurreret cum ex conſtitutione q̄ nulla eſt ligari non poſſit ⁊ conſtat acceſſoꝛium ſequi naturā principalis vt eo. ti. acceſſoꝛium.

## Nemo poteſt

plus. lxxix. dinoſcatur. ſi ergo venditoꝛ habeat directū tranſit in emptorem ſi vtile illud vtile tranſit. ff. de ac. emp. exempto in principi. item ſi libera erat libera trāſit ſi cū ſeruitute ⁊ ſic trāſit idem de hypotheca. C. rē ali. gere. l. i. C. ſine cenſu vel reli. l. ij. Jtem vt dicit dy. ſi ius quod erat penes transferentē erat perſonale nec illud tranſit ſed deſinit quo ad rem vñ lʒ res pupilli vendentī eēt īpreſcriptibilis. ff. de acqui. re. do. ſi bona fide. legitime tamē vendita ⁊ tradita vſucapitur. ff. pro empto. l. ij. §. ſi a pupillo. Prima glo. dicit vnde ſumpta ponit exempla ⁊ concoꝛ. ſecundo miſcet tria contraria ⁊ ſoluit inducēdo etiā alios caſus in quibus fallit. ¶ Jn prima glo. ibi nemo plus ſequitur iuris ad alium trāſferre poteſt q̄ʒ ille habebat. ⁊ ibi traditio ſequitur ñ plus tranſfert in eum qui accipit quā eſt apud eum qui tradit. ⁊ ibi. §. nihil. alias eſt ver. ſub. §. ſed ſi his. nihilītereſt an dominus rem tradat. an voluntate ipſius alius tradat. ⁊ ibi §. fi. condemnatur de contumacia qui iudice iubente non ē paſſus metiri agros. ¶ Et ibi pignoꝛa. ſi ꝑ executores ſententie pretoꝛis venduntur pignoꝛa eis euictis cōtra eos de euictione nō agitur. ⁊ ibi foꝛmali. quē dñs non hʒ ⁊ tamē illum in alium tranſfert. ¶ Jn prima glo. ibi in vſufructu foꝛmali. ibi tñ nō plus transfertur ſʒ per ꝯſtitutioneʒ variatur ſpecies vſufructus. ⁊ q prio erat cauſalis q non eſt ſeruitus ſit foꝛmalis q eſt ſpecies ſuitutꝭ. Dy. ⁊ ibi q vſucapit. vel preſcribit h̄ ſecūdū iura vetera. ſed imutatū eſt per ius autꝭ. vt ſpon. lar. §. rurſus. ⁊ ibi in cenſitoꝛibus. vt no. in. §. ſtati allegato cēſitoꝛes ſunt qui ſignāt ꝓdia militantibus aſſignāda vel qui auferunt illa nō ſoluentibus tributa ⁊ alijs dant vel iudices qui vni auferunt ⁊ alij dant dominium. ⁊ in fin. ō his caſibus no. in pre. l. nemo plus ⁊ predicta. l. traditio ⁊ inſti. quibus ali. non licet poſt princi.

## Ec regula

facit ad queſtionem quā poſt guido. archi. diſputauit q̄ ſic proponebatur conſuetudo mutiñ. eccleſie ꝑmittit canonicos teſtari de fructibus prebēdarum ſuarū percipiendis poſt moꝛtem vſqʒ ad annum queritur an valeat. ¶ Primo ad affirmatiuā allegat gui. duas dec. antiquas ⁊ opiniones ſeptē doctoꝝ que quibuſdā iuribus ⁊ tribus rōnibus adiuuāť addo duos doctores ſex iura ⁊ quattuoꝛ rōes. ſcdo in ꝯtrariū inducit quinqʒ rōnes ad quas addo duas. tertio poniť ipſius ſolutio ⁊ reſponſio contraria. vltio poniť ꝯ̄ria ſolutio ⁊ efficax ꝯtrarioꝝum reſpōſio ⁊ mee ſolutionis per ius nouum approbatio.

¶ Quod valeat conſuetudo pʒ ex antiqua dec. ad hec. ij. poſita in prima ꝯpillatione de teſtamētꝭ ⁊ ex dec. pria eo. ti. in cōpiť. ij. in quibus hec cōſuetudo vť approbari per quas h̄ tenebat Hug. ⁊ Lau. xij. q. ij. alienationes. ⁊ facit qͦ no. Jo. xij. q. v. in ſumma inno. ⁊ hoſti. de teſta. cuʒ in officijs in ꝓn. magne glo. h̄ ēt tenebat Tan. in pre. dec. ad h̄ per id qͦ diciť de vaſſalo decedente poſt calendas Martij ante chalendas octobris in li. ſeu. ti. lex regni. c. ſi vaſſallus ⁊. ff. ō vſufruc. l. defuncta ⁊ ibi no. Jdē ala. dicēs i pre dec. i. de teſtamē. ꝙ cū clerici ꝑſonis ꝓuilegiatis ꝯpentur tollerabiť ꝯſuetudo ad iſtar aduocati fiſci q reſiduū ſalarij tranſmittit ad hēdes. C. de aduoca. diuer. iudi. poſt duo. optie facit. C. ō dome. ⁊ ꝓtec. l. vlt. li. xij. tātoꝝ ergo doctoꝝ opinionibus fulcita ꝯſuetudo merito tollerāda. ad qͦ facit ꝙ de auctoꝛitate ⁊ potentia ꝯſuetudinis dici ſolet de ꝯſue. c. fi. ⁊ bñ facit ō dona. ceteꝝ ō teſta. relatū. ij. Jtē cōſuetudie ꝑcipere poteſt canonicus abſens fructus ꝓbende ſue vt no. de cōſti. cū omnes de elec. dudū. ij. in glo. penul. qͦ tñ ē ꝯ̄ ius vt pʒ de clerico nō reſi. ꝯquerente ⁊. c. inter de ap. ꝑuenit. ⁊ hoc maxie cū moꝛtuus ēt dicatur abeſſe de offi. dele. ſi delegatus. ſ. eo. li. ff. de ver. ſigni. mulieris. §. fi. nā ꝯſuetudo dat iuriſditionē ⁊ liberioꝛē tribuit adminiſtrationē. de fo. cōp. cū contingat. cū ꝯcoꝛ. qͦ vi aut clā. prohibere. §. nō tantū. vnde per eā ſolus prelatus preſentat ⁊ inſtituit qͦ alias deberet de iure cū ſuo caplo facere de his q̄ fiunt a prelatis ea noſcitur i fi. ō regula. c. fi. ne ſe. vacā. c. vni. li. eo. ⁊ ꝙ eccleſiarū ꝯſuetudo ſit ſuanda probať. xij. di. illa de cōceſ. preben. ex ꝑte in fi. ⁊ vide qͦ ibi ſcripſi poſt hoſti. ꝑ q̄ ꝯcludť ꝯſuetudinem valere ſm guido. paucis iterſertis opiniōibus prius dictis. iunge Phy. ⁊ gof. q no. idē de preben. ſignificatū vt ibi ſcripſi. facit pro hac ꝑte de cōſue. cū dilectus de ver. ſign. abbate. ibi cū longe maioꝛi onere eccleſiaruʒ procedit conſuetudo. ad idē. ſ. eo. li. de ꝯſue. c. iij. plus ad ꝓpoſitū eo. ti. c. fi. vbi ꝯſuetudo īpedit pluſq̄ʒ in cāu noſtro ꝑfectū cañ. ſucceſſoꝛis nec mirū qꝛ īpedit effectuʒ noue cōſtitutionis de ꝯſti. c. i. eo. li. ⁊ effectū reuocatiōis papalis ſi is cui eo. li. Jtē vides ꝙ nedū vnius ſʒ ēt omniū cāonicoꝝ ſuitiū īpedit ꝯſuetudo per ceſſationē diuinoꝝ de offi. oꝛdi. irrefragabili. §. ceterū. ⁊. c. ſi canō. eo. li. optie facit ō reſcrip. ſi pp. eo. li. ꝑ quā pʒ ꝙ de cōſuetudie fructus ꝓmi āni poſſunt deberi ēt ſingulari perſōe ⁊ ſic moꝛtuo vť ipſiꝰ hēdi vť legatario. ad idē ō ſcri. caʒ te. ſ. eo. libro ō ꝯſue. c. i. de ꝓbē. qꝛ ſepe eodē libro. ꝑ q̄ pʒ ꝙ ꝯſuetudo viꝰ miſtri ſuitiū ſbtrahit ecclie faciēdo quē duplicē ſuiēdo. ſ. vt hēat dignitatē ⁊ cāoniā ad idē ō prebē. cū

eccleſie eodé libro.p quã pʒ qð ét perpetuo nedū ad tépus prebenda ⁊ fructus ipſius deberi pſít nó canonico facit de offi.ordi.pſenti de elec.generali eodé li.p que cócludiť pro parte. ❡ In contrariuʒ induciť quod q̃ ſiunt ꝯ ius habens ꝑpetuã ꝓhibitionis cám nó tenē.x. di.vides.xxv.di. iperia li de foro ꝯpe.ſi diligenti.C.de legi.non dubiū ſed cóſtat iu re prohibitū.clericos teſtari ð bóis eccleſie.xij.q.v.§.j.⁊.c. j.ij.⁊.iij.de teſta.c.i.⁊.c.cū i officij ⁊.c.ad h.⁊.c.qz.ergo pte xtu ꝯſuetudinis teſtm̄ valē nó pt cū talis ꝯſuetudo graua mé iuducat eccleſijs de ꝯſue.c.j.⁊ ſic non pó iuri ſcripto de rogare cum ſit irrationabilis ⁊ ſic impreſcriptibilis.e.titu. c.ſi.⁊ facit quod no.xj.di.in ſūma ⁊.c.j. ❡ Secūdo eſt h có ſuetudo oi iuri cótraria ⁊ ſic nó valet de iudi.clerici de ꝓba. ad noſtrã de iur.calū.ceterū de ele. cū cāʒ ð re iudicata cuʒ cāʒ.ð cóſue.ad nr̄aʒ ⁊.c.cū iter ⁊.c.cū venerabilis. ❡ Ter tio ad qónem facit qð ſcripſi poſt Vin.ð teſta.ad h vbi no. qð generalis ꝯſuetudo nó excuſat clericos dantes i morte oia mobilia parentibus fac ét.xij.q.j.epi de rebus. ⁊ qð ibi no.⁊ qð dr̄ clerico cóparari vſuarijs de h de pecul. clerico. .c.ſi. ❡ Quarto dec.antiq cópiľ.ſupius allegate inquãtuʒ remote ſunt adiuuant hanc partē cū velut iniq per greg.⁊ Ray.fuerit reſecate ⁊ ipſa eadem dec.ad h fatebať ꝯſuetu diné nó eſſe ꝯſonã rationi ⁊ ſic fuit extirpãda. lxviij. di. cor epi. ❡ Quito ad roborationé conſuetudinis inter alia re quiriť ꝙ ſciētia pncipalis iducta ſit nó ſola tolerantia ad h de preben.cum iá dudū ⁊ no.viij.di. fruſtra.h āt allegans il lud ꝓbat ⁊ niſi ꝓbet ⁊c̃.per q̃ concludiť cóſuetudiné nó va lere ſm guido.multuʒ facit ꝓ hac pte de cle.nó reſi.c.vni.li. vi.⁊ de teſta.c.j.⁊ quod no.ſupra eodé libro de offi.or.pre ſenti. ❡ Si enim vix conſuetudo tribuit teſtari ð perceptis multominus de percipiendis.cum eni ius canonici ⁊ eius ti tulus extinguatur ꝑ morté ergo quod nó hʒ in alium tráſfer re non poterit ꝑ hanc regulam. ❡ Ité ſtatutum ꝑ qð minu itur cultus nó valet de cóſti.c.pe.ergo nec ꝯſuetudo cū h eq parētur eodem libro de conſti.c.j.deiureiur.c.j.eodé libro cum ſimilibus ꝑ que concluditur vt.s. Dicit Guil. vltimis allegationibus ſtandū ad qð ét inducit de his q̃ ſi.a prela. paſtoralis in prin.vbi dicit ꝓuentus eccleſiarū debere cóuer ti in ſtipendia miniſtrorū ſʒ miniſtri non ſunt q non ſeruiunt ad hoc.de ſi.preſb.ꝓpoſuit.i.q.ij.c.ſi.xij.q.ij. cóceſſo.xv.q.i. generaliter.ſi ergo ipſi idé ſeruiétes non poſſent illos ꝑcipe re.multominus ad alios tranſmittere vt in iſta regula cū có cordan.inducit ét pre.dec.ceterū de dona.in quãtū dicit có ſuetudo q̃ ſacris canóibus nó obuiet ꝑ quod-rn̄det ad alia ꝯria.ſ.ꝙ loquunť de conſuetudine nó iprobata. Ité dec.ce terū loquiť in viuo donante nó i teſtāte ⁊ vt dicit ad conſue tudineʒ q̃ ſit contra eccleſiaſticaʒ vtilitaté nó obligaret ét iuramétū de his que ſi.a ma.par.ca.c.i. ❡ Ad opinióes có trias reſpódet ꝙ a iure non ꝓbantur ⁊ leges iducte loquū tur in laicis quorū é ꝓprietas qð non é in clericis.xij.q.i.res eccleſie de prebé.ratio.hoc ét vt in ſuis reportatióibus patʒ tenebat de teſta.relatū.ij.verſ.licet autem in fin.

❡ Huius ſolutióis ꝯtrariū teneo primorū opinioné ſequé do per ꝑdictaʒ dec.ſi pp de reſcrip.⁊ iura poſt eá allegata i ſi.prie partǀ cū huic ꝯſuetudini ius nedū antiquū ſʒ ét nouū aſſiſtat vt ibi.nec mirū qz per hanc cóſuetudiné pricipaliter nó preiudicať eccleſie ſed ſucceſſori ⁊ ſibi iputet q talem ca noniaʒ aſſumpſit quo r̄ſpectu facilius vr̄ conſuetudiné hoc ꝑmittere poſſe de percipiédis q̃ de ꝑceptis.de illis dico in qb⁹ altas ſuccedēt eccleſia ⁊ ꝑ h fere ad oia ꝯtraria ſit rn̄ſū. Nego ét id qð diciť dec.antiqs remotas ⁊ iniquas ſʒ dico quod remotionis vel non inſertionis cā fuit illa q̃ ſumiť ex dec.ſuper eo.de cogna.ſpiri.in ſi.ne.ſ.ab illis eccleſijs:q tá lé non habent cóſuetudiné id traheref facile in exemplū.⁊ ſi dicis quod dec.prime cópil.fatebatur cóſuetudineʒ irra tionabilé lʒ diceret illam tollerádã:cófiteor.ſed dico ꝙ dec. poſterior ſecunde cópiľ.⁊ eiuſdé auctoris illã ſuper ea dan do legatarijs iudicem. Ad dec.vni.de cleri.nó reſi.⁊ ad id qð dicis nó ſeruiéteʒ quod nó perciperet ad alios non poſſe tráſmittere.ratio illa procederet in quotidianis diſtributio nibus ſʒ queſtio formatur de fructibus prebendarū.de illis ergo diſtributionib⁹ viuat ſucceſſor cãonici vel ð ꝓprio ⁊ ec cleſie ſeruiat nec credo dec.preſenti de offi.or.§. porro hére locū in ꝑbendis nec i illis de facto ſeruatur.de.c.tn̄ ſuſcepti que in ſi.allegabatur hn̄ hʒ locum in illis.dec. ſecunda de te ſta.loquitur i monacho contra cuius ſubſtantialia nó valet conſuetudo. ❡ Hãc aūt ſolutioné intelligo de conſuetudi ne preſcripta eo.ti.c.ij.⁊ ð offi.or.pn̄ti lite.ná ⁊ verbū ꝯſue tudinis ſimpliciter prolatū intelligitur de pſcripta vt proba tur de elec.cumana.⁊ multofortius ſi tanto tépore ſeruata eſ ſet ꝙ ipſius cótrarij non eét memoria ð ver.ſi.ſuper qbuſdã de preſcrip.c.i.li.eo.cum ſuis ꝯcor. adiuuat hãc ſolutioné.⁊ impugnat cótrariaʒ qz in multis eccleſijs viget hec ꝯſuetu do in quib⁹ minime é mutandū ⁊c̃.ff.de legi.minie.maxie cū in illis canonicus ſuccedens mortuo ſi dixit quiquénio dato ꝙ fructus anni poſt morté recipiat ſolū quiquénij fructus repiatur habē. Solutio mea eſt hodie approbata ꝑ extraua gante Jo.que incipit ſuſcepti.⁊ vide qð ſcripſi ſupra de offi. or.preſenti.eodé li.ſuper.ṽ.reſeruari.ad hanc regulá reſpó de ꝙ transfert canonicus ius qð habet virtute cóſuetudinis regula prout allegatur procederet vbi non eſt conſuetudo.

**On debet** aliquis.xxij. Dy. póit exemplū.ff.de bo.poſ. contra ta.l.iij.§.ſi emancipatū vbi exhereda tio filij nó nocet nepoti ſi quo caſu ꝯtingat in officioſi querelá ad nepoté deuolui.qð qūo i telligatur h videas ꝑ euʒ. Item exempluʒ.ff.de pen.crimen vel pená ⁊ de decur.l.ij.§.in filijs.vbi pp delictum patris ſi lius pená vel maculaʒ nó ꝯhit licet fallat in exceptis vt i gl. ❡ Sed contra.ff.de bonis liber.queriť.vbi exhédatio filij nocet nepotibus ex eo natis ⁊ in eius poteſtate cóſtitutʒ. di ſtinguit Dy.aut agitur de his que mediante miniſterio filij patri queri poſſunt aut de his que queri non poſſunt.primo caſu locū habet lex cótraria.ſecundo caſu diſtinguit.aut ob ueniebat ab ipſo patre ⁊ hoc caſu delictū patris nocet filio aut obueniebat a genere vlteriori aut a ciuitate.vel a rerum natura.⁊ his caſibus non nocet.ff.de inter.⁊ rele.l.iij.de iu re pa.diui fratres.⁊ per h dicit ſolutam qónem de filio an ꝑ pter delictū patris priuetur feudo.⁊ dicit ꝙ ſic ſi erat pater nū.ſi vero a rerum natura vel genere vlteriori nó.per dictaʒ .l.iij.de interdic.⁊ rele.⁊ de hoc.ff.de in ius vo.adoptiuum i ſi.⁊.s.de feu.c.ij.in glo.ſi. Pria glo.ponit exempla. ſecūdo obijcit de tribus iuribus.rn̄det remittit ⁊ dat ſimilia. Ite rū ſucceſſiue format qnqꝫ obiectióes quas ſoluit.tertio dat ſimile ad regulam ⁊ continuat infra proximá.

❡ In prima glo.ibi ſancimus.propinqui noti ⁊ familiares nó puniunť ſi ſocij non fuerunt.⁊ ibi ꝓcuratoris ſequitur ſci entiá ⁊ dolum dn̄o nocere debē nec póponius dubitat nec nos dubitamus ⁊ ibi.§.ceterū in ſi.ſi proſcripſi nec cum in ſtitore contra batur ſed illud a pluuia vel aliter deletum eſt ⁊ inſtitor tecū cótraxit ad te decipiendum teneor niſi frau dis particeps fueris.⁊ ibi obſeruare.§.j. ſi quid vxores pro conſulū in prouincia deliquūt a procóſulibus ró ⁊ vindicta exigitur. ❡ In prima glo.ibi per totū.dicebat Jo.mo.vni⁹ delictū quãdoqꝫ cauſat defectū in alio vnde eſſe non legiti me natum non eſt nota delicti ſed defectus de pur.ca.acce dens.⁊ ſecundum eum intelligitur regula ꝙ non ipingitur in toto licet in tanto. illegitimi tamen alieno vitio laborant ⁊ ideo digni ſunt venia.C.de na.li.l.legem.

**Ec regula** facit ad qſtioné quã ple ne ſcripſi ſupra eo.li.ð ſé. excom.ſi ſententia in glo.quo caſu.ſ.an interdi cto lato in conſiliarios vel vniuerſitate cótradi centes alijs vel abſcentes ſint interdicti:⁊ ideo illa preter miſſa proſequar queſtioné repreſaliarum diſputataʒ hic per guido.demū mutiñ.⁊ nūc cordieñ.qua querebat ſi bonoñ. ſpoliatus i dioceſi floreñ. qui poſt requiſitioné pluries per cómune bonoñ.ad cóe floreñ.⁊ eius rectores vt iuſticiá de predonibus

predonib⁹ faciāt ciui ſuo ſpoliato qḋ neglexerūt obtinuit a cōi bonoñ. repreſalias ↄ̄ ciues floreñ. ⁊ demū cepit vnum ex illis ciuibus floreñ. a quo exegit eſtimationē integrā ſue prede an ſaltem in foro cōſcientie reſtituere teneatur.

¶ Primo ad negatiuā inducētur quattor copioſe rōnes ſecūdo totidē in ↄ̄riuꝫ. tertio ponit̃ triplex ſolutio. ⁊ qḋ nō teneat̃ ſic oſtendit̃. cōſtat quod pena temporali ⁊ corporali ac etiā ſpirituali p̄ter excōicationē certis caſibus. pnnitur vnus pro alio etiā lege diuina. ſufficiat remittere ad exēpla que habent̃. i. q. iiij. §. itē peccato ⁊. xxiiij. q. iij. §. j. mā vrobi qꝫ no. in ſummis ipſarū queſtionū ⁊ vide quod h̄ in glo. notatur p qḋ videbis ꝙ hec regula pp id non vitiat̃ qꝛ punit̃ aliqñ q alienā culpā facit ꝓpriā. nā quādo ciuitas domin⁹ vel populus negligit de ſubdito iuſticiā facē vt in caſu nr̃o delicto conſentire vi. ij. q. vij. negligere. lxxxvj. di. facientis facit. xlv. di. ſed illud de ſentē. excō. quāte ⁊. eo. ti. dilecti. li. vj. p que iura patet quod etiā nō improbans approbare vr̃ ad idē. ff. furti aduer. nau. l. j. §. vlt. ⁊ de noxa. l. ij. ⁊. iij. ideo canon pmittit bellū ↄ̄ tales moueri quod iſto caſu iuſtū di. xxiij. q. ij. dñs. ⁊ facit quod ibi no. de pileo ↄ̄ nuncios regis anglie cuꝫ iuſticie neceſſitas ad id cōpellat ea. cā. q. j. noli. ⁊ quod in iuſto bello quis acqrit ſuū eſt. xxiij. q. v. dicat. ff. de acq. re. do. l. naturalē in fi. ergo talis reſtituē nō tenet̃. ⁊ de mā vide qḋ plene ſcripſi poſt Inn. ⁊ Hoſti. de reſti. ſpo. oli. i. ſup ver. duxeritis ⁊ maxime poſt p̄ncipiū ver. auctoritate ⁊ in fi. ver. ⁊ ſi nō ſit. ⁊ quod ſcripſi poſt eoſdē de ap. dilect. in glo. no. appellationē ver. hoc aūt dubiū. ⁊ p has remiſſiones plura de queſtiōe decidā. ¶ Secūdo ſic. vt dicit canō quod iure poſſidet̃ nō eſt alienuꝫ illud aūt iure poſſidet̃ qḋ iuſte. xiiij. q. iii. qd dicā ⁊. ẜ. de ver. ſig. ius dictū. iuſte āt poſſidet q auctore p̄tore poſſidet. ff. ḋ acqr. poſ. l. iuſte. talis eſt iſte poſſidens auctoritate cōis boñ. ergo ⁊c̄. xiiij. q. v. dixit. ꝙ aūt cōe boñ. iſto caſu ſit p̄tor ⁊ cōpetens iudex ꝓbat̃. ff. ḋ incē. ru. na. l. ne qd vbi naufragio dānū paſſus inferentē vr̃ poſſeſſionis dominū qua nauis declinauit petit p loci prefectuꝫ ad p̄ſidē mitti p quā legē dixit dy. iuſtificari ſtatuta ⁊ ꝯſuetudines italie q̄lia etiā Guil. dicit ſe feciſſe in patrimonio vide in ſpe. de rapto. poſt p̄n. per que illi de villa vel caſtro tenent̃ emēdare predam factā in ſuo territorio ſic ergo teneat̃ ⁊ ciuitas ad predā factā in ſuo diſtrictu ad idem. C. li. xj. de naufra. per totū. glo. tamē in pre. l. ne qd. ſub dubio forte dicit ignorātem nō teneri qñ extraneus derobauit nō mirū ergo ſi boñ. eſt cōgruus iudex cū ꝓpter negligētiā florentinus mereat̃ iuriſditiōe priuari. ẜ. de offi. ordi. ſignificauit. xj. q. iij. ipſe ligandi. ⁊ auferi dꝫ regnū ⁊ dari genti faciēti iuſticiā. Eccle. x. in p̄n. ⁊ mathe. xxj. in fi. ⁊. xxiij. q. vij. c. ij. item nō mirū ſi negligētia rectoꝝ nocet ciuibus cū etiā negligētia ꝓcuratoris noceat dño. ẜ. e. li. de ele. ſi cōpromiſſarius. ⁊ imputent ſibi q tales elegerūt. ff. de minori. cū mādato. item ꝓpter delictū ſingulariū ciuiuꝫ reliqui ⁊ ciuitas p̄uantur dignitate epiſcopali. xxv. q. ij. ita noſ. ⁊ fortius ꝓpt̃ delictū rectorū. ẜ. eo. li. de elec. vbi piculū. §. ciuitas ⁊ de pe. felicis in fi. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio adducit̃ ꝙ ſentētia lata ↄ̄ ciuitatē vel populū ligat ſingulos ꝓpter iuris ipoſſibilitatē. ẜ. eo. li. de ſen. excō. ſi ſentētia erit ergo idē hic propter ipotentiam facti cū iſta duo equiparent̃. ẜ. de reſcri. ſciſcitatus nec mirū qꝛ ex delicto ſingulariū dicit̃ vniuerſitas delinquere. ſ. cū id agunt maiores vel maior pars vniuerſitatis. ff. ad munici. quod maior. ⁊. ff. eo. ti. aliud. §. refert̃ in autꝫ. vt iud. ſine quoq̄. ſuffrag. §. eos. ⁊ vide qḋ no. de ſimo. dilectus. i. ⁊ cap̄ ⁊ membra eodē iure cēſent̃. xij. di. c. j. j. q. iij. ſi qs epiſcopus. de p̄ſcrip. cū nō liceat ⁊ p̄dicta maxime vera in corpore qḋ hꝫ partes diſtātes de hoc de exceſ. prela. dilecta. ſingularis ergo florentinus detineri potuit ⁊ ad ſatiſfactionē cogi ex culpa regentiū ſicut alias liber inuitus detinet̃ ꝓ debito pecuniario de iureiu. ex reſcripto. xxiij. q. viij. vt pridem. ¶ Quarto inducit̃. ff. de his que in frau. cred. ait p̄tor. §. ſi debitorē vbi ꝓpria auctoritate qs capit debitorē fugienteꝫ ſi iudicis copiā habē nō pōt. fortius ergo per ar. a minori h̄ captio ḋ qua loqtur queſtio fieri potuit de auctoritate iudicis. nō ptimeſcat ergo crimen q ſcit vltionis arbitrium ſibi fuiſſe ꝯceſſuꝫ. C. de metallis deuotū li. xij. vbi no. ⁊ C. de iudi. l. nullus. aliq cāus qbus quis ſibi ius dicit ſꝫ vide. xix. caſus plenius collectos in ſpe. de acto. §. i. de v̄. Item ꝙ vult ex quibus etiā vel quoꝝ aliquibus poſſet materia dilatari. ¶ Item pꝫ a ↄ̄rio predicte. l. nullus. C. de iudi. nam ſi. vbi vigor iudiciarius ⁊ tutela publici iudicij habetur ceſſat vltio ergo vbi predicta nō habētur nō ceſſat vltio cū ceſſante ratiōe vel cauſa ceſſet ꝯſtitutio prohibēs vel pmittēs. xxv. q. ij. §. vlti. xvj. q. j. gnāliter que eſt lex. C. de epiſco. ⁊ cle. de verſ. ſig. abbate in fi. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. j. de his que fiunt a prela. cū ap̃ica. in fi. ¶ In ↄ̄riuꝫ inducit̃ regula peccatū hoc eo. ti. cum ꝯcor. ſuis ⁊ qḋ extortum per repreſalias ſit male ablatū. ꝓbat̃ lege diuina ſ̄m quā etiā fili⁹ nō portabit iniquitatem patris. Ezech. xviij. j. q. iiij. iudei. xxiiij. q. iij. §. i. eſt etiā id cōtra naturalē equitatē ſ̄m quā cū aliena iactura quis locupletari nō dꝫ. hoc eo. ti. locupletari cum cōcor. Item ↄ̄ rationē legis que potius vult nocenteꝫ abſolui q̄ꝫ innocentē damnari. ff. de pen. abſentē. in p̄n. Iteꝫ ꝯtra hanc regulā cū ſuis exemplis. ꝯſtat aūt iſtuꝫ floren. ex facto ꝓprio nō teneri qꝛ nec ſpoliauit nec mādauit nec ſuo nomine factā ſpoliationē ratam habuit. ergo nō tenetur de reſti. ſpo. cū ad ſedē. In denegatōne iuſtitie nō peccauit qa iudex nō erat. ſi fuit de iudices vel ꝯſules eligentibus etiaꝫ nō tenet̃ qꝛ nō videt̃ mandaſſe quod iniuſtitiā faciant. ff. de procu. qui ꝓprio. §. itē ꝯtra. Nec dici pōt ꝙ tacēdo ꝯſenſerit. cū ille florentinus p ſuā ꝯtradictōeꝫ iniuſtitiā remouere nō pōt. ſup quo vide qḋ no. de preſumpti. nōne. ⁊ hoc eo. ti. is q tacet. Et ſi dicatur lꝫ ſinguli non poſſent. vniuerſitas tñ poterat. Reſpōdet̃ ꝙ vniuerſitas que dr̄ in culpa fuiſſe ipſa puniatur. cū ſit obligata ex quaſi maleficio p preallegatū. c. domin⁹. xxiij. q. ij. ſꝫ obligatio vniuerſitatis nō afficit ſingulos qꝛ ſicut debitū vniuerſitati nō ḋbet̃ ſingulis. ita ꝙ dꝫ vniuerſitas nō debent ſinguli. ff. ꝙ cuiuſqꝫ vniuer. l. ſicut. ẜ. eo. li. de ſen. excō. romana in fi. xij. q. ij. q manumittitur. ⁊ facit qḋ not. ea. q. epiſcopus qui mancipiū. ḋ ſimo. dilectus. ⁊ optime facit quod poſt Inno. ſcripſi de ſen. exco. graueꝫ in glo. ciues. Item ꝯſtat ꝙ in his in qbus detrahit̃ iuri ſingulorū reqrit̃ omniū ꝯſenſus iuxta notata de ꝯſtitutio. cū oēs

¶ Secūdo oſtenditur repreſalias eē ↄ̄ oīa iura. Et primo cōtra iura que tuitionē dant peregrinis negociatoribus ⁊ viatorib⁹. xxiiij. q. iij. ſi qs romipetas de treuga ⁊ pace. c. ij. ⁊ dicit lex. quod vti via publica nemo recte ꝓhibetur. C. de ſerui. pegrum. ⁊ vie publice deſeruiūt vſibus priuatoruꝫ. ff. ne qd in lo. pu. l. ij. §. j. facit de his q deie. l. j. §. j. Itē ſunt cōtrarie legi que liberū hominē ꝓhibet ꝓ debito detineri. ẜ. ḋ pigno. c. ij. C. que res pig. ob. poſ. q filios. C. de ac. ⁊ ob. l. obes ⁊ autꝫ. imo. Iteꝫ iuribus que precipiūt iudiciarū ordinē obſeruari. ij. q. j. p totū vt lit. nō ꝯteſta. p totū. C. ḋ ſenten. ⁊ iter. l. prolatū. in autꝫ. de here. ⁊ fal. §. inordinatū. Item cuꝫ ius ꝓhibeat ſequeſtrationē bonoꝝ fieri etiā ↄ̄ verū debitorem. C. de ꝓhibi. ſeque. l. j. multo minus licebit ꝯtra nō ḋbitorē fieri apprehenſionē. Iteꝫ iuri prohibēti quē ligari ſnīa vel licentia nō ſui iudicis. de iudi. at ſi clerici. de ꝯſuetu. ad noſtrā. C. ſi a nō cōpe. iudi. p totū. Item iuri ꝓhibēti rē etiā ſua auctoritate ꝓpria auferri. vel quē ſibi dicē. C. ne quis in ſua cā. l. j. ff. qḋ metus cā extat. C. vñ vi. ſi quis in tantā. nā ⁊ iudex ꝓpriā iniuriā punire nō dꝫ. xxiij. q. iiij. iter querelas ⁊ q. v. de occidēdis multo minus p̄uatus. Et ſi dicat̃ ꝙ iſte ñ fecit auctoritate ꝓpria ſꝫ cōmunis boñ. Reſpondet̃ ꝙ cōmune nō erat iudex ꝯpetens vt dicet̃. j. Itē etiā iperator nō poſſet hoc facē. ꝙ alter alterius debitū ſoluat. C. de preci. i pe. offe. l. quotiens. ⁊. l. nec dānoſa ⁊. l. reſcripta cañ. xxv. q. ij. multo minus poterit hoc iudex inferior. Item vt notatur xxxiij. q. ii. inter h̄. ciuilis lex nō poſſet p ſe ſine pmiſſione canonis dare imunitatē a culpa. tamē dare poſſet imunitatē a pena. multo min⁹ hoc poterit municipalis. pecauit ergo iſte ⁊ ſic in foro ꝯſcientie ad reſtitutionē tenet̃. Tertio eſt ꝯtra ſpoliatū. qꝛ nō fecit quod debuit debebat eni ſpoliantē cōuenire corā iudice florenti. qui ſi neglexiſſet facere iuſticiā

facit litem ſuam.inſti.de obli.que ex quaſi delic.in prin.qua
re iudicem ⁊ vniuerſitatem tunc coram cõpetenti iudice po
terit cõuenire ſ; ꝙ cõmune boñ.nõ ſit tunc cõpetens iudex
p; q꞉ ꝯtra ſpoliãtem nõ q꞉ in cã ſpoliatiõis nõ deuoluit iu
riſditio ꝓpter iudicis negligentiã ad aliũ minorẽ vel parẽ.
niſi vbi ius exp̃mit.de iudi.qualiter.§.e.li.de ſupplẽ.ne.p̃
la.c.j.nõ obſt.de offi.oꝛ.ſignificauit vbi ſpeciale ꝓpter peri
culu; anime. Item ꝯ iudicẽ denegantẽ nõ q꞉ ſpectat ad ei⁹
ſuperiorẽ punire illius negligentiã ⁊ nõ ad pare;.xxiij.q.v.
adminiſtratores ꝺ elect.innotuit. Nõ ob.ff.de incẽ.rui.nau.
l.nequid.q꞉ illud ſpãle vt ibi nõ cõpetens ergo iudex illius
eſſet preſes vel p̃ceps.nec obſtat ſi dicatur florentinos nõ
recognoſcere principẽ nec ei parere.q꞉ ſaltẽ p ipſum milita
ri manu debuit ꝯſequi rẽ ſuã.xj.q.j.petimus vbi de hoc ⁊ ff.
de rei ven.q reſtituere.⁊ ſic d; itelligi.c.dominus.xxiij.q.ij.
⁊ quod iſte ſit verus itellectus colligit̃ ex no.p Inno.⁊ Ho
ſtien.de iureiur.ſicut.i.⁊ deficiẽte principe adiri põt papa ꝺ
fo.compe.lic; ex ſuſcepto.⁊ dioceſanus etiã ex negligentia
ſecularis.eo.ti.ex tenore. Ad premiſſa facit qᷓ no. Hoſtiẽ.
in ſumma de treuga ⁊ pace.§.qd ſit iuſtu; bellũ. ꝯcludit̃ er
go cõmune boñ.nõ habuiſſe iuſtum bellu; quod ad ſpolia
lucrãda o; ex edicto ſup̃ioris geri.xxiij.q.j.quid culpat̃ ibi
legitimo imperio iubẽte ⁊.q.ij.c.j. ¶ Ultimo vi꞉ queſtio ñ
dubia cũ expreſſe ⁊ cũ pene adiectione ꝓhibite ſint rep̃ſalie
a lege in autẽ.vt nõ fi.pig.§.j.coll̃.v.vnde ſumpta eſt auten.
oĩno.C.ne vxoꝛ p ma.⁊.s̃.eo.li.de iniur.⁊ dan.da.c.j. Sol
uendo recitat gui.opi.arch.in pre.decre.i.de iniur.ꝙ pigno
rationes p quas innocens puniat̃ ꝓ nocente dari nõ p̃nt p
.s̃.prime allegata.putat tamẽ ꝙ ꝯtra dominũ ⁊ ciuitatẽ ne
gligentẽ dari poſſunt p̃miſſa monitiõe ⁊ p̃cedente ſentẽtia
iudicis ipſius ſpoliati ſup negligentia ⁊ defectu iudicis ip
ſius ſpoliẽtis vt in.c.itelligit.⁊.c.dñs.⁊ hoc habuit a Gui.
ſpeculatore q ſic notauit in pre.c.de iniur. ſ; ipſe guido non
putat quod iudex ſpoliati pignorationes poſſit ꝯcedere ꝯ
illos qui ſue iuriſditiõis nõ ſunt cũ nõ ſit iudex ipſoꝛu;꞉imo
nec ſpoliatoris nec iudicis negligẽtis vt dixi ſupra parte.ij.
in tertia ratione. ⁊ hoc verũ niſi ſpoliatus nullũ omnino ſu
periorẽ inuenire põt corã quo iudicem ſpoliãtis conueniat
quod raro poterit euenire꞉cũ in tali defectu ſecularis iudi
cis eccleſiaſticus iudex põt adiri vt.s̃. dixi vbi omnino nul
lum inueniret iudicẽ locus ſit opinioni Archi.c.ergo domi
nus.quod dicit gentẽ vel ciuitatẽ plectẽdã intelligatur au
ctoritate ſui iudicis vt intellexit Io.fab.⁊ tũc ſi rebellis fue
rit ſuo iudici bellũ ⁊ repreſalias indicere poterit ꝯtra illos.
ſed alius hoc non poterit niſi in defectu vt.s̃. ⁊ ſic intelligit
no.p Inno.in.c.dilectus de appella. ¶ Eſt ſciendũ ꝙ Ja.
de belui.diſputauit etiã hanc queſtione; quã poſuit in p̃di
auten.vt nõ fi.pig.⁊ tenuit ꝙ vbi ꝓ iuſticia põt ad ſup̃iore;
haberi recurſus nõ eſt locus repreſalijs in auten.vt diffe.iu
di.§.j.⁊.ij.⁊.§.ſi tamẽ cõtingit.⁊ in auten.de queſto.§.ſi ve
ro.alias ꝯcedi poſſunt ⁊ reipublice ꝓpter iniuriam vel iniu
ſticiam ſibi factã.⁊ ꝓpter eandẽ cauſam ⁊ priuate pſone.al
lega.c.dominus.nam ſi vt d̃r licet eo caſu pugnare inſidijs
fortius ergo p viam repreſaliarũ ꝯcedit̃ tamẽ ſolũ ꝯ delin
quentes.ſ.ꝯ magiſtratus officiales ⁊ ꝯſiliarios iuſticia; de
negantes.allegat.s̃.eo.li.de ſenten.excõ.romana in fi.ff.qᷓ
quiuſq; iur.l.j.ff.de dolo.ſed ſi ex dolo.§.j.vbi de hoc. Ite;
cõtra vniuerſitatẽ iuſticiã denegantẽ.ff.qᷓ metus cauſa me
tum.§.aĩaduertendũ.⁊ qᷓ cuiuſq; vniuerſi.§.j.⁊.ff.e.tit.ali
ud.§.refertur. Et ꝯtra dominũ ⁊ eius ſubditos ſibi auxiliũ
p̃bentes ad iniuſticiã.s̃.e.li.de ſen.ex. ſi ſentẽtia.§.j.C.ꝺ he
reti.auten.ſi vero dominus.⁊ ꝯ p̃ncipalẽ debitore; ⁊ eu; q
res detinet.ff.de his que in frau.credi.ait pretoꝛ.§.ſi debito
rem cũ ꝯcoꝛ.⁊ vbi decu.vel coar.cũ.l.j.⁊ de decu.l.genera
liter.li.x.⁊ his caſibus nõ ſolũ in res vt in.§.ſi debitorẽ ſed
⁊ in perſonas ꝯcedi poſſunt cũ iuſticiã denegantes habean
tur ꝓ cõdemnatis quod p; q꞉ põt eis indici bellũ ⁊ ipſorũ
res apprehẽdi.vt predicto.c.dominus ⁊.ff.de rei vend.qui
reſtituere ne vis fiat ei.l.ſi qs miſſus in p̃n.C.de epiſ.⁊ cle.l.
raptores.⁊ cõdemnatus capi ⁊ in carcerẽ detrudi poſſit.C.
qui bo.ce.poſ.l.j.⁊ idẽ in debitore q patrimoniũ diſpergit.
vt creditoꝛ ad ſibi debitũ p̃uenire nõ poſſit.ff. de his que in
fraudẽ cre.l.fi.§.vl.ergo hoc caſu etiã pſone capi poterunt
dixit aute; nullo modo repreſalias poſſe ꝯcedi ꝯ perſonas
ſingulares que nõ delinquerũt cu; ꝓ delicto vniuerſitatis
vel domini nõ teneant̃ ſingulares pſone allegat decr. roma
na ⁊ ibi ſequẽtia que poſt ipſum ſuperius allegaui.⁊ not.p
Inno.de ſen.excõ.grauẽ.de reſti.ſpo.oli; ⁊ de iureiur. ſicut
de fo.compe.poſtulaſti.de appel.dilectis. ¶ Subdit autẽ
ꝙ lic; repreſalie priuate pſone certis caſibus ꝯcedi poſſint
vt eſt dictũ.nõ tamẽ illi ꝯcedendũ eſt.ꝙ pſonas vi detinere
vel in vinculis ponere poſſit.⁊ de rebus ſibi ſatiſfacere. ſed
vt poſſit pſonas ⁊ iudici preſentare.vt in publico carcere cu
ſtodiant̃.⁊ vt ſibi de rebus auctoritate iudicis ſatiſfaciant.
q꞉ nõ eſt ſingulis ꝯcedendũ quod magiſtratib⁹ cõpetit.ff.
eo.ti.nõ eſt ſingulis.⁊ hoc ꝓpter vitãdos tumultus vt ibi ⁊
ne fiant exactõẽs illicite.ff.de offi.preſi.illicitas in p̃n.⁊.§.j.
⁊.§.ne potẽtiores cũ ſequẽtibus.⁊ ne detur occaſio iniuria
rum vñ iura naſcunt̃.s̃.ꝺ accu.qualiter.j.ff.vñ vi.meminerit
⁊ h̃ caſu poſſunt itelligi gl.C.cõmi.vel epi.l.iudex.ff.ꝺ acq.
poſ.iuſte ⁊ facit.l.ob es ⁊ autẽ.immo.C.de acti.⁊ ob.⁊ ipſa
auten.vt non fi.pig.in prin.⁊.§.j.

n **On eſt in mora** .lx.Jo.mo. dicit ponẽdum caſu; p.l.ff.de cõpẽ.cũ alter ⁊.l.ſeq̃n
tem de iudi.nõ vr̃.ff.de re iudi. cõtumacia.
§.vlt.ff.de vſuris cũ quidam.§.ſi pupillo.
¶ Prima glo.dicit vñ ſumpta ⁊ ponit exempla. Secũdo
reddit rationem ⁊ ponderat quod dicit legitima.
¶ In prima glo.ibi nulla ĩtelligitur ſeq̃tur mora vbi nulla
eſt petitio.⁊ ibi nihil intereſt ſeq̃tur ipſo iure qs actionẽ nõ
habeat an p exceptionẽ infirmetur. ¶ In prima glo.ibi nõ
eſt in mora.ita ꝙ ꝓut dicit Dy. ab oĩb⁹ effectibus more q̃s
poſt eũ ſcripſi in regula mora ſup prima gloſ.exemptus erit
⁊ indẽnis.⁊ ibi nãli tantũ vt p nudũ pactũ quod ſm̃ reges
actionẽ vel obligationẽ nõ parit.ff.de pac. iuriſgentium.§.
igit̃.ꝙ verũ regulariter ſ; cãliter fallit vt ibi no. ſ; ſequẽdo
ius ciuile opponit Dy.ad regulam de.l.ſi pacto.C.de pac.
vbi ꝓmiſi penã p ſtipulationẽ ſi non facerẽ qᷓ nudo pacto
ꝓmiſerã.⁊ tamẽ ibi agit̃ ex ſtipulatu nec ꝓcedit mora.t; ip
ſe ꝙ ibi nõ agit̃ ad id qᷓ debet̃ ex pacto nudo.ſ; ad id qᷓ ꝺ
betur ex ſtipulatu.cuius occaſione forte ꝯſequeret̃ qᷓ ꝺbet̃
ex pacto.⁊ eſt ſpãle quod agit̃ ex ſtipulatione penali añ mo
ram ne ꝯct⁹ omnino ſit inutilis fatet̃ ꝙ hoc nõ ꝓcedit de iu
re cañ.de pac.c.j.⁊ in fi. Idẽ Dy.ad hoc.ff.e.l.nihil ⁊.ff.ꝺ ex
cep.l.ij.de replicatione plene ſcripſi.s̃.de excep.a nobis.

b **Ec regula** inducit̃ ad queſtione; fa
cti diſputatã p do.Jo.de
montemur.que talis fuit.impoſita fuit p papa;
kalende Junij decima triẽnalis ſoluẽda p prela
tos ⁊ clericos eccl̃iarũ de ãnuis ipſarũ ꝓuẽtibus de menſe
Martij ſingulis annis ſub certis penis ⁊ datis collectori
bus vt eſt moris ⁊ tũc dñs Jo.preerat eccleſie paduane ⁊ il
li⁹ anni ꝓuẽt⁹ p̃cepit q demũ trãſlatus fuit ad eccleſiã boñ.
kalende Januarij ⁊ do.O.tunc fuit p̃latus eccleſie padua
ne ⁊ vterq; ſuã eccleſiã ſtati; poſſidet. neuter ipſoꝝ de mẽſe
Martij primi ſequẽtis decimã ſoluit.querebat̃ qs ipſoꝛu;
incideret in penã.⁊ qs ex illis ſoluẽ tenebat̃. Pro vtroq; in
ducunt̃ q̃ttuoꝛ rõnes. Tertio ponit̃ quedã opinio ſolutio ⁊
ad ꝯria r̃nſio. Pro vtroq; inducebat̃ hec regula. Primo
ꝙ ipſe dñs.O.ñ fuiſſet moroſus cũ defenſionẽ legitimã ha
beret.ſ.q꞉ illa decima debebat̃ de fructibus ⁊ ſ; q̃titatẽ ip
ſorum in illis ꝑtibus vbi nõ eſt taxatio.ſ; do. Jo. fuit colle
ctoꝛ fructuũ ⁊ ſciebat q̃titatẽ ipſoꝝ. ipẽ igit̃ ſoluẽ debebat
decimã cũ ad illam teneat̃ p̃ceptoꝛ fructuũ. de deci. tua no
bis ⁊.c. a nobis cũ fructus ipſi trãſeant cũ onere ſuo. eo.ti.
paſtoꝛalis ⁊.c.cũ nõ ſit cũ ꝯcoꝛ.⁊ huic ꝯuenit regula hoc.e.
ti.q ſentit. ⁊ lex dicit illũ nõ ferẽdũ q lucru; amplectit̃ ⁊ nõ
vult onus ſubire.C.de cadu.toll̃.l. vna.§. pro ſecundo in fi.
¶ Secũdo

¶ Secūdo ſi pceptio fructuū eſt cā ſolutionis vt ponit thema ⁊ dictū eſt ſupra ceſſante cā ceſſare dꝫ exactio ab ipſo do. M. ⁊ fieri dꝫ ab illo in quo cā pdurat de ap. cū ceſſante cū ꝯcor. ¶ Tertio cū plati eqparenꝭ vſufructuarijs. vt no. §. de pecuꝭ. cleri. c. vl. ⁊ §. eo. li. de offi. or. pñti. vt vſufructuarius teneꝭ ad onera ⁊ tributa. ff. de vſufruc. hactenus ⁊ .l. ſi pendentes. ergo boñ. qui de facto ⁊ de iure vſufructuarius fuit illoꝝ fructuū decimā ſoluat. ¶ Quarto ipſe bon. maiore pte anni poſſedit ⁊ adminiſtrauit eccleſiā paduanā ⁊ ſic toto anno admiſtraſſe vi. §. eo. li. de reſti. ſpon. freqns. ff. de excu. tu. pp litē ar. C. vbi ſena. vel cla. l. ſenatores. ff. ad muni. l. aſſumptio ipe ergo illiꝰ pmi anni ex tribꝰ decimā ſoluat. ¶ Econtra do. Jo. allegat p ſe ꝙ nō fuit moroſus nec tenebaꝭ ad decimā. cū de mēſe Marcij nō eſſet eps paduanus prelatis aūt ipoſita erat ſolutō vt pꝫ in themate do. M. igiꝭ q platus erat ſoluere tenebaꝭ tpe ſuo ſue admiſtratiōis ipe do. Jo. nō ſoluere tenebaꝭ. cū dies ſolutionis nō veniſſꝫ imo petitū fuiſſet plus tpe. ſi dū adminiſtrabat petitū fuiſſet. de pluſ peti. c. vno. ff. de ꝯdi. idebiti. l. in dié. do. M. igiꝭ q fuit ſucceſſor ⁊ hēs illius ꝯueniaꝭ ⁊ ſoluat. de ſolu. c. j. ff. de diuer. ⁊ tempo. pre. l. cū heres ⁊ facit de imu. ec. aduerſus.
¶ Secūdo do. Jo. quo ad paduanā eccleſiā p trāſlatiōeꝫ cenſeꝭ mortuus. v. q. j. §. ecce in qbus debitū. ergo qđ neceſſario p eccleſia eſt ſoluēdū ſoluat ſucceſſor ſicut ſi mortuo ſucceſſiſſet vt in pre. decre. i. ⁊ de ſolu. de ſo. compe. dilecti.
¶ Tertio tales decime reales ſūt nō pſonales. vñ rē ſequūtur ⁊ poſſeſſor ad illas teneꝭ. ff. de public. ⁊ vec. l. iperatores de mu. ⁊ ho. l. vl. ¶ Quarto ꝯſtat ꝙ decima illa nō fuerat impoſita do. Jo. epo paduano ſꝫ dignitati ⁊ eccleſie ſine nominis expſſiōe ⁊ ſic reſpicit ſucceſſorē ō offi. dele. qſi abbas
¶ Solutio vt dicit qbuſdā videbaꝭ ꝙ deberet fieri p rata temporis diuiſio iter eos ar. ō loca. pp ſterilitatē de teſta. relatum. ij. in fi. ff. ſolu. ma. l. de diuiſione ⁊ l. diuortio. §. de decimis. a nobis ⁊ c. tua nobis ⁊ qđ. e. ti. ad aplice ⁊. xvj. q. j. ſi qs laicus bñ facit. §. e. li. de ſepul. cū qs. ij. rñ. ipſe aūt ſoluit ꝙ do. M. epo paduano incūbat ſoluēde decime onus. ⁊ ſic nō ſoluēdo incidit in pceſſus allegat. c. ſi qs iam trāſlatus. xxj. q. ij. ⁊ pre. dec. i. de ſolu. ⁊ de reli. do. ꝯſtitutus rōnē reddit ꝙ debitū eſt reale. dicit aūt ꝙ iura ꝯria loquunꝭ in cēſibus pſonalibus vel in diuerſis poſſeſſoribus q faciūt fructꝰ ſuos epi aūt nō faciūt fructus ſuos q nō ſunt dñi. ſed pcuratores de dona. c. ij. ⁊ vſuarius nō vſufructuarijs ꝯparanꝭ in morte. i. cū dimittūt eccleſias vt no. in pre. decr. pſenti. fateꝭ tamē ꝙ ſi ipſe do. Jo. exportaſſet fructus vꝭ malo mō ꝯſūpſiſſet cōueniri poſſet p ſucceſſorē. decimā aūt nō hꝫ ſoluē p eccleſia paduana. ſatis eni eſt ſibi ꝙ illā hꝫ ſoluē p eccleſia boñ. ¶ Ad ꝯria etiā rñdeꝭ ꝙ pcedūt qſi qs facit fructus ſuos. ⁊ ſuo nomine ex illis teneꝭ ad decimā. ⁊ qſi vnus ſi ſuccedit in locū alterius. nec cenſeꝭ eadē pſona pmus ⁊ ſcđs ſicut eſt videre in marito ⁊ vxore dño ⁊ colono pprietario ⁊ vſufructuario ⁊ pluribus ſocijs qbꝰ caſibus qlibꝫ teneꝭ pro rata vt in iuribus allegatis in principio ſolutionis.

a Non eſt obligatoriū. lviij. bonoſ mores. loqtur ergo regula in pbibitis pp ſui turpitudinē in pbibitꝫ ſuo fauore pſone iuramētū illius cuius fauorem reſpicit facit valere qđ nō valebat ſm dy. vt in autj. ſacramēta. C. ſi aduer. ven. §. e. li. de pac. c. ij. de iureiur. c. ij. cū ꝯcor. ¶ Prima gloſ. dicit vñ ſumpta ⁊ ponit exempla. Secūdo dicit fallere regulā decr. ſi ſuo. Tertio iſtius regule dat ꝯcor. ⁊ aſſignat duplicē rōnē
¶ In prima glo. ibi excepto ſeqtur eo ꝙ celſus putat non valere ſi ꝯuenerit ne dolus pſteꝭ. h eni bone fidei iudicio ꝯriuꝫ eſt ⁊ ita vtimur. ¶ In prima glo. ibi. j. eo. in malis facit etiā. §. eo. li. de elec. vbi piculū. §. q aūt ⁊ c. qꝛ ſepe de re. ec. ñ alie. c. ij. §. ꝯctus. ⁊ ibi nemo pōt vt ibi dixi hoc eſt impoſſibile moris vel iuris ⁊ vt hic dicit Hy. que ꝯ bonos mores ſūt impoſſibilia dicūtur de iure. ff. de ꝯdi. inſti. l. filius ⁊ l. ꝯditiones ⁊ l. quidam ergo ⁊c.

b Ex regula inducebatur ad qſtioneꝫ fratris Uberti quā ſic pponebat abbas cum cōuentu cauſa vitādē murmurationis ⁊ ſcandali fecerūt ſtatutū iuramento firmatū vt ſingulis monachis dareꝭ. x. ānuatim p veſtimentis. Queriꝭ vtrū abbas ppria volūtate poſſit illud tollere ipis monachis pecuniā deuegando. ⁊ qꝛ qđ fuit prima quā diſputauit ſatis fuit in illa plixus ad cuius decurtationē intēdo ⁊ allegando primo p abbate diſcutiēdū dicebat an ſtatutū fuerit licitū. ¶ Et ꝙ ſit illicitū inducebat quattuor. primo ſtatū monachoꝝ. ſo ſubiectionē ipſoꝝ ad abbatem. tertio abbatis officiū. quarto qꝛ ꝯ regulā qđ agit. ſcđo infra patebit in fine ſoluit. ¶ Circa primū ꝯſtat ꝙ ſtatꝰ monachi nō pmittit eū ppriū habere vel aliqđ poſſidere. xij. q. i. nolo ⁊ c. nō dicatis. xviij. q. j. c. j. de ſta. mo. c. ij. ⁊ c. cum ad monaſteriū ergo ſtatutū illicitū quod facit eū pprietariuꝫ nec eni eſt vna via phibitū p aliam ꝯcedēdū vt hoc tit. cum qđ vna. de pcura. tue. Item cū ſpeciale ſit ꝙ monachus pt hēre peculiū p iniuncta ſibi adminiſtratiōe de ſta. mo. c. ij. ⁊ tamē certū eſt. ꝙ ille lꝫ adminiſtrator nō hꝫ illud pprium ēt ſi abbas eſſet vel epiſcopus. liiij. di. abbati. de teſt. c. ij. xviij. q. j. c. vnj. de priui. cū oliꝫ. pp qđ ꝯcludit illi adminiſtratori ꝯcedi detentationē tm̄ ex quo ſeqtur ꝙ nō adminiſtratori etiā detētatio p abbatē ꝯcedi nō pt facit de priui. ſane. ergo nec ſe ad id p ſtatutū obligare fraudādo legē ō h ad p. quāto. ¶ Circa ſm ꝯſtat ꝙ monachi abbati in oibus obedire teneꝭ ō ſta. mo. cū ad monaſteriū. §. abbas. xviij. q. ij. abbates. lviij. di. c. j. ⁊ ij. ⁊ ſicut obedientia in exhibēdo ineſt monacho ſic ⁊ in recipiēdo ineſt abbati. ⁊ huic abbas renūciaꝭ non pōt qꝛ monachū manētem ſuū monachū nō pōt abſoluē ab obedientia ō renūcia. c. pe. ſꝫ iſtud ſtatutū quodāmodo abſoluit ſi ab iuito abbate quē vice dei habēt ſup caput ſuū. §. eo. li. de electi. ſi religioſus. poſſint illa. x. petere ⁊ ipſe teneaꝭ dare ergo illicitū. Item ſi ꝯcediꝭ hoc p veſtibus fieri poſſe. ergo pari ratiōe p victu. vt tantū p pane pro vino ⁊ pro piſcibus. ne dicamus carnibus recipere debeant ⁊ ſic ex vi ſtatuti haberēt pbendas diſtinctas vel ſaltē portiōes priuilegiatas. ꝯ id qđ ſcripſi de preben. dilectus. i. ⁊ cellas priuatas ꝯtra id. xx. q. vlti. monachū. xij. q. j. neceſſaria de ſta. mo. cū ad monaſteriū. ¶ Circa tertium certū eſt ꝙ ad abbatem ptinet tota poteſtas monaſterij. xviij. q. ij. nullā ⁊ dꝫ eſſe diſcretus in regimine. eo. q. ſi qs abbas. ⁊ de oibus diligentē ſolicitudinē genere dꝫ vt pre. c. cū ad monaſterium. ⁊ ſm qualitates pſonarū eis puidere vt ibi ver. qđ ſi qs facit de preben. de multa in fi. ff. de vſufruc. ſꝫ ⁊ ſi qđ. §. j. exemplo apłoꝝ q nō equaliter oibus ſed ſingulis diuidebant. put illis opus erat. actuū. iiij. xij. q. j. dilectiſſimis. ſꝫ ſi pp ſeniū vel aliā cām illa. x. nō ſufficiant. ſequereꝭ ex ſtatuto ꝙ plus dare nō tenereꝭ. ¶ Item ſi ſupabundat ſequereꝭ ꝙ nihilominꝰ illa dare tenereꝭ. hoc ergo eſſet ꝯ abbatis diſtributoris officium ⁊ ſic illicitū cū equale vitiū ſit negare neceſſaria ⁊ dare ſuperflua. xli. di. qſqs de off. cuſto. c. j. ⁊ clemē. ō iurepa. c. j. ergo ſtatutū iniquū qđ aufert abbatis officium in puidendo ⁊ diſtribuēdo ⁊ p cōſequēs nō obligat iuramētū qđ eſt ꝯ ſupius dicta facit de iureiur. ſicut. ij. vbi nō valet ſtatutuꝫ etiā iuratū in pꝫudiciū iuris ſupioris vel ipſius officij. p que patere pōt ꝙ ſtatutū nō hꝫ honeſtatē que ꝯſeruat honoris ſtatū ſed hoc cōfundit facit. xxiij. q. v. ſi apud. nō hꝫ iuſticiā qꝛ diſſoluit obedientiā vt dictū eſt nec hꝫ iuris poſſibilitatē xxij. q. ij. faciat. nec neceſſitatē cū aliter ſm regulā poſſit monachis puideri nō cōuenit nature negocij imo eſt ꝯ illā fac de con. appo. c. ſi. ⁊ c. cū ad monaſteriū in fi. nec eſt p cōi vtilitate. ſꝫ p priuata ſingulariū monachorum. ⁊ ſic in hoc ſtatuto deficiūt oia illa que cōcurrere dñt in. l. ꝯdenda. iiij. di. erit aūt. ad idē. i. di. ꝯſuetudo. vbi di ꝙ lex dꝫ eſſe talis que cōgruat religioni. diſcipline cōueniat. ⁊ ſaluti pficiat. ſed p ſupiora pꝫ ꝯrium in hoc ſtatuto. ergo ſtatutū nō valet. ⁊ iuramētum de ipſo ſeruādo nō obligat. maxime qꝛ non valet iuramentū quod frāgat pfeſſionis fidem de iureiur. ſicut. j.
¶ Quarto cū regula monachorū ſit p ſedem apoſtolicam

approbata ꝛ cõfirmata de reli.do.c.fin.ꝛ ſit lex priuata quo ad eos.ſed de re ex certa ſciētia ↄfirmata p papā vel ipſius priuilegijs non lʒ alicui iudicare vel illa mutare.de ↄfir. vti. vel inuti.c.j.ꝛ.ij.de iudi.cū veniſſent ſupra de ma.ꝛ obe.cuʒ inferioꝛ.ꝛ cle.de elec.ne romani.ſʒ regula dicit viſtimēta nõ pecuniā monachis dari.ergo abbas ꝛ cõuētus ↄtra regulā ſtatuere nõ potuerūt.ↄcludit ergo abbateʒ reuocare poſſe ſtatutū quod ſine ſalutis interitu ſeruari nõ põt. vt pbatuʒ eſt ꝛ ſic iuramentū nõ obligat p hāc regulā ꝛ regulā in malis.eo.ti.cū ↄcoꝛ. ¶ In ↄriū p monachis allegat ſtatutū licitū ex pte cauſe efficiētis.ſcdo materialis.tertio ipulſiue ꝛ finalis.qꝛ de formali nõ dubitat ↄcludēs idē ēt ſi eēt illicitū ¶ De primo abbas ꝛ monachi cū faciant licitū collegium ſtatuta in pprio monaſterio facere pñt facit.i. di. ius ciuile. xj.di.catholica de con.di.iij.c.j.ō cõſti.cū acceſſiſſent ꝛ.c. ex litteris de cle.nõ reſi.cū dilectus ꝛ.c.ad audiētiā ergo eſt licitum ex facientibus. ¶ De ſecūdo pecunia dat p veſtibus ꝛ in eas eſt ↄuertēda cū illis ergo cenſet eodē vt lite pendente eccleſia. xij.q.j.§. de his reb⁹.ā.e.is qꝛ in ius ſʒ monacho dētur veſtitus ꝛ victus qbus dʒ eſſet cõtentus.xij.q.j.clericus q.xvj.q.j.ſi cupis ergo licite recipit qd dat p veſtibus. Inducit ad idē q cleri.vel vo.inſinuāte.ꝛ qd ibi no.ꝛ.xxvij. q.j.ō viduis.j.per que pʒ q monachus in domo quōdā ſua cū oibus bonis quōdā ſuis remanere põt.ꝛ illa adminiſtrare ꝛ in ſuos vſus cõuertere de abbatis licētia fortius ergo abbas cū capl̃o poterit facere monachum adminiſtratoꝛē certe pecunie in certū vſum neceſſariū cõuertēde per argumētuʒ a minoꝛi.de quo de elec.cū in cunctis.ꝛ de toto ad ptem de offi.dele.paſtoꝛalis.nā ꝛ q totā cāʒ nõ delegat certū articulum delegare põt.de ap.cū cām de re iu.cū Bertoldus de offic.delegati ſup qõnum. Ad idē pbat.q monachus de licentia abbatis põt aliqd poſſidere.lʒ nõ vt ppriuʒ facit.xij. q.j.nõ dicatis.ꝛ ibi no.nā tex.ibi dicit.q nil poſſidere pñt ſine abbatis licentia ergo de licentia abbatis pñt de his que ſi.a pla.cum apl̃ica in fi.vnde talibus ſpoliatus reſtitutionē petit.de reſcrip.cuʒ dilecta de accu.olim. Item ↄſtat q pñt hēre peculiū p adminiſtratione ſibi iniuncta.de ſta.mo.c.ij.ſi ergo cuilibet monacho dat adminiſtratio illius ſumme. licite illam tʒ.ergo ſtatutū mā nõ eſt iniqua.nec pp id dī hēre propꝛium cū id in monacho ſit ppriū.qd celat abbati.lʒ hoc nõ eſt tale.ergo ↄcludit vt.ſ. ¶ De tertio.ſ.impulſiua cā vl̃ fi. no.qd in themate dī pp vitādā murmurationē ꝛ ſcādulum hoc ſtatutū:que maxime in religioſis vitāda ſunt.quōs decet eſſe qetos.xvj.q.j.q vere.xviij.q.ij. quaʒ ſit de ſindico.c. vno.valuit ergo ↄſtitutio reſpectu cauſe pdicte.cū p vitando ſcādalo poſſit fieri ꝛ omitti.qd alias nõ liceret ō no. op. nūci.c.ij.foꝛtius ergo pſeruādū eſt iaʒ factū.qꝛ turpius ꝛc. de iureiur.queādmoduʒ.foꝛtiter facit de preben.niſi eſſent. vbi pro bono pacis abſolute dari pmittit monacho annua pecunia.foꝛtius ergo dari põt ad certū vſum neceſſariū.vt i terminis queſtionis ſic ꝛ pp ſcādalū nõ recipit monaſteriū al's recipiēdus de regul.c.fi.bonū ergo fuit ſtatutū murmurationē ꝛ ſcādulū tollens que ſepius in moñ. obueniunt ex veſtiū diſtributiōe.qñqꝫ etiā nõ diſcreta ꝛ que p qete religioſe cõuerſatiōis oꝛdinata ſunt turbari vel violari nõ dñt. xxv.q.ij.cū p.e ꝛ.q.j.que ad ppetuā.cū igit pbatū ſit ex cauſis efficienti mali ꝛ fi.ſtatutū licitū:hñ ſeqtur q cū ſit edictū ab abbate ꝛ ↄuentu p ſolū abbatē non poterit reuocari ſupra.e.ti.ois res cū ↄcoꝛ.coadiuuāt regule.ā.eo. qd ſemel ꝛ. c.mutare.Iteʒ ↄcludit idē p locū a diuiſione.nam aut dicis ſtatutū.licitū aut illicitum. ſi licitū. ſolus abbas nõ reuocat vt pxi.dixi.ſi illicitū ob.ſibi factū ppriū ↄ qd venire nõ põt ō cle.ꝑiu.diuerſis.ꝛ ibi ↄcoꝛ.hinc ē qd iudex q tulit iniquaʒ ſniam illaʒ nõ reuocat.ff.ō re iudi.iudex ꝛ.l.paulus. ſtatutū aūt hʒ vi inie de ſen.ex.a nobis ſi h̃ i ſtatuto nõ iurato foꝛti⁹ in iurato p eū cū poſſit iuramentū ſeruari ſine interitu ſalutis ō iureiur.ſi vō ꝛ.c.cū cõtingat de pac.q̃uis.imo ꝛ ſi dubium eſt an teneat nõ dʒ abbas ↄuenire auctoꝛitate ppria de elec.venerabilē.plus dico q ſi ↄſtaret iuramentū illicitū ex parte recipiētis ex quo nõ eſt illicitū ex parte iurātis ſer

nandū eſt.hoc pʒ in iuramēto de ſoluēdis vſuris de iureiur. debitoꝛes cuʒ ergo iſta datio ſit licita ex parte abbatis. xij. q.j.non dicatis de ſta.mo.c.ij.q põt dare pecuniā monacho ſicut dñs ꝛ pater ſeruo ꝛ filio.ff.de pecul̃. depoſiti in prin.ꝛ §.peculiū.dato q ipſius receptio quo ad monachos eſſʒ illicita pp iuramentū tamē dare tenet.pʒ ergo ↄcluſio huius partis q abbas ſtatutū tollē vel pecuniā denegare nõ põt. ¶ Soluebat q niſi certa cā ſbſit p quā ſtatutū trahat ad noxā abbas ppꝛie tātum volūtate nõ dʒ denegare pecuniā ſed dʒ ſeruare iuramētū cū poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis eterne p.c.debitoꝛes ꝛ.c.ſi vero de iureiur.verūtamē ſi ipſe denegat monachi aduerſus eum ad hoc petitionē vel actionē ñ hēnt imo volūtati ſue obedire tenētur hoc dixit per.c. xxxiij.q.v.māifeſtū.ꝛ ſic loquēdo ſint ſoluta ↄria.ꝛ vide qd dixi de ſta.mo.cum ad monaſterium in fi.glo.dicebat.

n **On eſt ſine** .xix.non ptinet dicit Jo.mo.rōe facti vel modi ad pmū allegat de homici. ptinebatur ad ſm.e.tit.ad audiētiā.ff.ad.l.aqli.ſʒ ꝛ ſi.§. ſi.cū.l.ſe.ſe imiſcet.tractat h̃ Hy. an teneat q impedire potuit iniuriā fieri ꝛ nõ ipediuit ꝛ dicit h̃ planū de iure canonico ſupra.eo.li.de ſen.ex.dilecti.ꝛ facit ad hoc ff.de noxalib⁹.l.ij.in pn.ꝛ.ff.ō re mili.oē delictū.§.q prepoſitum vt dicit ↄrium no.ff.e.ti.l.culpa tamē vt dicit tex.illi⁹. l.facit p a ↄrio item facit ad ſil̃.l.j.§.eodē aūt.p gl. facit eadeʒ lex.l. ſʒ in eo de hoc.ā.de ſen.ex.quante. ¶ Prima gl. dicit vnde ſumpta.ꝛ ponit exempla in prin.ꝛ in fi.ex qbus i fert hunc de caſu teneri in medio obijcit ꝛ ſoluit. ¶ In prima gloſ.ibi culpa eſt.ſeſe imiſcere rei ad ſe nõ ptinenti. ꝛ ibi ſu⁹ intereſt hoīs hoīem beneficio iuuari. ¶ In prima glo. ibi officiū.C.de neg.geſt.officio vbi de h̃ ꝛ.e.ti.l.j.ff.ō ioffi. teſt.l.ij.ꝛ ibi iudice ꝛ aſſeſſoꝛe.ff.qd q̃qꝫ iuris.l.ij. ꝛ ibi. no.

b **Ec regula** facit ad qõeʒ ō clerico q patrocinat i cā ſanguinis coꝛā iudice ſeculari.q ſit irregularis mõ te ſecuta.quā plene ſcripſi poſt Hoſtiē.de poſtulā.c.j. ſup glo. Item facit ad qõeʒ quā diſputaui de teſte q nõ iuratus ſe imiſcuit ferēdo teſtimonio. ꝛ falſuʒ dixit quā ſic ppo nebaʒ. Acquilius vocatus ad teſtimoniū obliuione vl̃ alia de cā nõ iurauit.ꝛ falſuʒ depoſuit.qrit an teneat pena falſi teſtis. ¶ Primo de qualitate pene remittit ad negatiuaʒ allegant.vi.rōnes.ꝛ totideʒ in ↄrium.vltimo ſoluit duos inducens q ſolutioni ↄcoꝛdant ꝛ ↄria ſoluit. ¶ Qualis ergo ſit pena de qua querit videat ſtudioſus.l.di.ſi eps.ij.q. iij.i ſūma.v.q.vlt.pſbyter. ij.iij.q.i.qcūqꝫ.xxij.q.v. ſi qs ↄuict⁹. xxiij.q.v.rex dʒ.xxxiij.q.v.hec imago.de cri.falſ.c.j.ff. ad.l. coꝛ.de fal̃.l.j.§.vlt.de teſti.q falſo.C.eo.l.nullū.C. de epi. ꝛ cle.autē.preſbyteri ꝛ in coꝛpe de ſanctiſ.epiſ.vñ ſūpta eſt.§. reuerendiſſimus coll̃.ix. ¶ Quod nõ teneat ſic pbo.iuramentū eſt de ſubſtātia foꝛmali ipſius teſtimonij vt pʒ.iiij.q. iij.iuriſiurādi.que eſt lex.C.de teſti.ij.q.iiij. nullaʒ ibi prius ad ſacra xpi euāgelia.iij.q.ix. hoꝛtamur ibi:tactꝭ ſa.ſan.euāgelijs preſtito legalter ſacramēto.ā.de teſti.fraternitatis i fi.eo.ti.de teſtibus ꝛ.c.nup.C.de teſti.l.teſtiū ibi hi qui cuʒ ſacramēti religione depoſuerūt ꝛ.l.ſi qñ ibi ſicut eni p toto litis certamie.iureiur.ꝛc.ſed vbi deſinit ſubſtantialis foꝛma deſinit eſſe rei ſiue deficiat qꝛ nunq̃ fuit ſiue qꝛ fuit ꝛ deſijt. primum pʒ.j.q.j.detrahe.ā.de bap.c.pe.de ſpon.tua in fi.de ſum.tri.c.vno in cle.ff.ad.l.fal.ſi is quadringēta.§.quedaʒ. ibi neqꝫ balneū neqꝫ theatꝛ neqꝫ ſtadiū feciſſe itelligit qui nõ dedit ppriā foꝛmā q̃ ex ↄſumatiōe ↄtingit. ¶ Secūdū pʒ.xvj.q.vij.ꝛ hoc diximus de.no.op.nūci.c.ij.ff.de.v.ſign. mulieris.§.j.ꝛ.l.ſe.ad exhibē.iul̃.ſcribit ſi qs hoīem.§.ſed ſi quis de aur.ꝛ ar.le.l.ſeya.dicā ergo cū.l.q deficiēte rei eſſentia vel oꝛigine abſurdū eſt imaginē dereliq̃.C.de lati. liber.tol̃.vna.i.rñ.in fi.cū ergo hic eſſentialis foꝛma deficiat. vt prius dixi.cuius defect⁹ qñqꝫ plus afficit q̃ defect⁹ māe. vt pʒ ex notatis.xij.q.ij. in foꝛma ꝛ.c.ſine exemptione.ā.de conſtitu.

conſtitu.que in eccleſiarũ in glo.fi.dicá nec teſtimoniuȝ.nec
teſtimonij imaginé hec fuiſſe.ꝛ ſicut iurás tantũ de falſo te
neri nó pót ſic nec deponés tm̃ cũ ex iuraméto ꝛ dicto reſul
tet teſtimoniũ ſiꝭe de eo q duxit in ma.c.fi. deficiéte igiꝭ pri
mo béaꝭ ꝑ infecto ꝛ incidaꝭ facit qȯ no.de teſti. cuȝ cám in
fi.vlt.glo. ¶ Secũdo ſic ꝓbo.iura que puniũt falſuȝ teſté
intelliguntꝭ de piuro.Exo.xxiij.in prin.ne iungas manũ tuá
vt ꝑ impio dicas falſuȝ teſtimoniũ.falſuȝ eſt ergo in illo qui
manum libro iunxit vel iurauit ad idé.xxiij.q.v.rex dȝ.xxij.
q.ſiquis cõuictus in fi.ꝫ.de reſti.cũ tu.ꝛ bñ de ꝓcur.in nſa.
ibi iuraméti religione cótempta falſum teſtimoniũ dixerint
ff.ad.l.coꝛ.de fal.qd ſit falſum.vñ ſalomon ꝓuer.vj.ponés
vij.odibilia ponit liguá mendacé ꝛ teſteȝ fallacé vt diuerſa
cui bñ cócoꝛ.de ꝓ̇ſump.lr̃as ſupra de accu.inqſitiõis.§.ij. in
fi.vbi mendax admittiꝭ ad teſtimoniũ qȯ nó ꝓcedit in falſo
teſte etiá emédato de teſti.teſtimoniũ. ꝯſtat auté impoſſibi
le deierare illũ qui nó iurat.xxiij.q.v.ille ꝺ iureiurá.ꝛ ſi chri
ſtus.ſicut moꝛi nó pót qui nó vixit.xxxij.q.ij.qȯ nó.ꝛ de ſiſi
bus ibi vide no. ꝛ ꝺ deſpon.ipu.ad diſſoluédũ de ec.edi.ad
audientiá. iſte igiꝭ cũ nó iurauerit lȝ mẽdax dici poſſet non
tamé falſus teſtis ꝛ ſic cũ de pena tractemus que reſtringé
da eſt.e.ti.in penis cum ꝯcoꝛ.illa pena non tenebitur.
¶ Tertio ſic ꝓbo.eadé res nó pót opari diuerſos effectꝰ.
xij.q.ij.cognouimus de dec.cũ in tua de priuiꝭ.qꝛ circa.ff.de
vſuca.eũ q edes in fi.multominꝰ ergo opabiꝭ ꝯ̃rios. xxiij.q.
vij.qȯ aũt de ap.ſolicitudineȝ in fi.C.de fur.l.j.cũ ꝯcoꝛ. Sȝ
cóſtat ꝙ nó hétur ꝑ teſte quo ad fidé rei geſte ꝑ iura in pñ.
allegata.ergo nec quo ad pená fal.ſiue i ꝯ̃dictoriũ icidamꝰ
vt ſit teſtis ꝛ nó teſtis vꝉ pti teſtis ꝛ ptim nó.ſicut quis ñ pt
eé ſanctus ꝛ peccatoꝛ.j.q.j.ſicut chꝛiſtus.dignus ꝛ indignꝰ
lxxiiij.di.c.ij.legitimus ꝛ illegitimus de clàde. deſpon.c.fi.
vbi no.liber ꝛ ſuus.ff.de libe.cá duobus.ſicut dicit lex ꝙ ri
diculũ eſt eádé feminá vt nuptá ꝛ nó nuptá admitti.ff.ꝺ có
di.ꝛ de.filie. ſi ergo careat nomine teſtis careat ꝛ effectu ꝛ
ſicut circa fidé ſic circa pená.xxv.q.ij.§.fi.de ver.ſig.abbate
in fi.C.ꝺ fer.a nullo. ¶ Quarto ſic iudicis accuſatoꝛis ꝛ te
ſtis actus equantꝭ in iure.ꝓbaꝭ optime.xxiiij.q.j.§.his aucto
ribus de teſti.c.fi.de accuſa.ſup his de hereti. excõicamus.
§.credétes ꝛ probaꝭ bñ.ff.de his q.vt indig.l.poſt legatuȝ
in pñ.ꝛ.§.ſe.vbi q accuſat teſtm̃ ꝺ falo teſtificaꝭ vel iudicat
legatũ ꝑdit.Item in liberto q patronũ ledit accuſatiõe vel
teſtimonio.xij.q.ij.eps q mancipiũ.de ſuis nó oꝛdinandis
de famulis.ff.de bo.li.q cũ maioꝛ.§.j.Sed actus iudicis nó
effectiue ſtatuẽtis ſibi nó obſtat de pe.di.j.hic aũt de ꝟ ſig.
in his ibi cũ effectu.ff.quod qſqȝ iuris.l.j.in fi. qd eni obfu
it ꝛc̃.ff.de iniur.Item apud.§.ſi curauerit cũ ꝯcoꝛ.Item ac
tus accuſatoꝛis de facto tm̃ accuſantis nó afficit quod pȝ in
muliere ꝛ minoꝛe q de facto accuſantes ꝛ ſine abolitõe deſi
ſtentes nó incidunt in turpilꝭ.ff.ad turpillianũ.l.j.§. accuſa
tioné in fi.Iteȝ falſitas partis ponétis vel rñdentis ꝯ̃ria pu
nitur cũ hoc fuerit poſt iuramétũ nó tamé prius de iureiur.
cũ in poſitionibus.li.vj.ad idé.eo.li.de ꝯfeſſis ſi poſt.ſic er
go dicá in teſte vt ſic in ipſo nó puniaꝭ dolus q nó nocuit.ff.
de dolo.l.j.§.idem ponponius ait. ¶ Quinto ſic. aut iſte
accuſaꝭ ab illo ꝯ̃ qué depoſuit ꝛ cuius intereſt aut ab alio. a
primo nó pót qꝛ illius verũ dictũ nó recipet ꝯ̃ ſe ex defectu
iuraméti.ergo nec de falſo hȝ ꝯqueri qꝛ nó dȝ id petere cuiꝰ
ꝯ̃rium nó peteret.ꝫ.de emp.ꝛ ven.c.ij.vbi de hoc in gl. ij.C.
de ſolu.l.pe.de reſcin.ven.ratas.Ité alia róne. qꝛ fuit in cul
pa.ꝙ non fuit curioſus vt ille iuraret ſiue ſit ꝓducens. ſiue
is ꝯtra qué ꝓduciꝭ. q ad id citaꝭ de teſti.c.ij. imputet ergo
ſibi.ij.q.vj.biduũ in fi.ſi ergo repellit illũ cuius intereſt. foꝛ
tius extraneũ cũ ex accuſatoꝛibus pꝛeferendus ſit idoneoꝛ.
ff.de accuſa.ſi plures ꝛ ille magis idoneus cuius plus inter
eſt vt ibi.ff.de collu.dete.l.fi.in fi.ergo iuxta regulá no.ꝫ.de
elec.cũ in cunctis.ſi non ineſt de quo magis vi nec inerit de
quo minus.ꝛ ſi vinco vincenté te ꝛc̃.de quo no.xxiiij.q.j.ro
gamus de ꝯceſſi.preben.auctoꝛitate li.vj.ꝛ.ff.ꝺ diuer.ꝛ tpa.
pre.l.de acceſſionibus. ¶ Sexto adduciꝭ lex ſi qs legatuȝ
iij.rñ.ff.ad.l.coꝛ.de fal. ꝛ ró qꝛ dicimus in nó atrocibus nó
puniri eũ qui nó ꝑfecit lȝ aliud egerit iuxta ea que recitanꝭ.
.C.de epi.ꝛ cle. ſi qs nó dicá.ꝛ dixi in qõe ſup regula in pe
nis.ſed ſepe ꝑ crimine falſi pena pecuniaria debeꝭ etiá ꝓ̇ȝ le
ges.ff.de fal.l.j.in fi.ꝛ no.C.de tranſac.tráſigẽ.cuȝ ergo hec
ex iuraméti defectu nó fuerit verũ vꝉ ꝑfectũ falſuȝ ſȝ abuſiu
um vt no.ſi.ff.de ver.ſig.paulus ꝺ ver.ob. ita ſtipulatus i fi.
ꝯcludiꝭ iſtum nó teneri. ¶ In ꝯ̃rium ꝙ iſte teneaꝭ pena fal
ſi ſic ꝓbo nego iuramétum eſſe de ſubſtantia teſtimonij ſed
inductũ eſt in fauoꝛé ptium cuius iniuriaꝭ teſtis dicédo vel
tacédo.i.q.iij.quiſqs de cri.fal.c.j.C.de fal.l. penult.ꝛ vlti.
hoꝛũ vtrũqȝ pȝ qꝛ iuramentuȝ iſtud ꝑ partes remitti pót. ꝺ
teſti.tuis ꝛ no.ff.de fer.l.j.ꝛ.C. de teſti. iuriſiurádi ſi remitti
pót ergo nó eſt de ſubſtantia ſine qua eſſe nó poſſet cui con
uenit quod ꝺ iuraméto qȯ ꝓ̇ſtat excõicatus cũ abſoluiꝭ no.
de ſen.ex.cũ deſideres in gloſ.fi.cũ eni certis caſibus fiat ab
ſolo ſine illo ergo nó pt dici ꝺ ſubſtátia ſit ergo foꝛma ſȝ nó
ſubſtantialis foꝛma ſine qua deeſſet mã de cele.miſſa.in qua
daȝ poſt pñ.de ſum.tri.c.vni.in cle. ſi ergo duplex eſt foꝛma
depoſitõis ꝛ vtraqȝ ꝑfecta in ſe ſicut duplex eſt foꝛma teſtá
di iure cõi ꝛ militari ꝛ vtraqȝ in ſe ꝑfecta ꝛ ſibi aſſcribens i
teſtó nedũ cõi ſȝ etiá militari teneꝭ de falſo.ff.ad.l.coꝛ.ꝺ fal.
l.j.§.ad teſtá ꝛ.C.de his qui ſibi aſſcribunt.l. pe. ſic dicá de
iſto q imperfecta foꝛma ſingulari depoſuit vt ex quo teſtis i
ter alios apparuit héatur talis.xx.q.j. qué progenitoꝛes.ꝫ.
de regula.vidua.C.de lati.liber.l.vna.§.ſȝ ꝛ qui dñi.ꝛ ſic cũ
vt prius ꝓbaui fauoꝛe partiũ ſit iuramentũ inductũ ꝛ parti
nocuit falſuȝ dicédo hoc qȯ ſit iuratũ non redũdet in partj
leſioné ꝯ̃ regulá qȯ ob grãm.j.eo.cũ ꝯcoꝛ. ꝛ.l.qȯ fauoꝛe.C.
de legi.ſic ergo puniretꝭ q iuraſſet.C.de teſti.nullũ.ff.eo.qui
falſo ſic ꝛ iſte. ¶ Secũdo ꝙ iuramétum nó ſit de ſubſtátia
falſi ſic ꝓbo.lex coꝛ.de falſis induxit pená falſi teſtis vel te
ſtimonij vel accuſatiõis vt pȝ.ff.ad.l.coꝛ.de fal.l.j.in pñci.ꝛ
pluribus legibus ipſius ti.ſȝ nulla lex.ffoꝝ inducit iuramen
tum teſtis ſȝ poſtea inductũ fuit ꝑ.l. Codicis ꝛ Conſtanti
ni.C.ꝺ teſti.iuriſiurandi.ergo fateri oȝ tpe legis coꝛnelie pe
nam falſi teſtis locũ habuiſſe in nó iuráte ex quo ꝯcludiꝭ iu
ramentũ nó eſſe de ſubſtantia falſi teſtimonij.ꝛ eſt huic ſiꝭe
quod hétur de pꝛeſby.nó bap.c.fi.ꝛ qȯ not. de elec.ꝑpetuo
li.eo.glo.fi.nó ob.l.theopópus.ff. de dote pꝛel.qꝛ ibi factũ
narraꝭ.vel exponiꝭ iuratus.i.adiuratus vt ibi no. Item cer
tũ é ꝙ ibi nó loqtur de teſte in iudicio deponéte. Item licȝ
glo.i.l.lutius.ff.de infa.ꝛ in.l.iij.§.ſabino.ff. de teſti. intelli
gat illos teſtes iuratos.tex.tamé id nó expꝛimunt.ꝛ ſi dicas
pꝛimá cópilationé Codicis fuiſſe ante cópilationé ffoꝝ vt
in ꝓe.inſti.in pñ.ꝛ ſecundá poſt ꝛ factá pp legũ deciſiones
ꝛ ſic cócludas.l.C.pꝛeter legũ deciſiones fuiſſe ante cópiꝭ.
ffoꝝ.ꝛ iferas ꝑ id.l.iuriſiurádi que nó fuit de legũ deciſiõi
bus ꝓ̇ceſſiſſe cópiꝭ.ffoꝝ.dato ꝙ fatear ꝙ cópilationé ffoꝝ.
vltimá ꝓ̇ceſſerit nó fateoꝛ ꝙ lex illa.l.ffoꝝ ꝛ.l. coꝛnelia pꝛe
ceſſerit imo ꝓut ex cronicis patere ꝓ̇t cũ illa lex iuriſiurádi
fuerit cóſtantini pꝛimi.neceſſe eſt fateri ꝙ lex coꝛnelia ꝓ̇ceſ
ſerit illá.qȯ ſic oſtédo. ꝯſtat ꝙ leges Codicis oꝛdinate ſũt
ſub titulis collocate ſicut ꝛ decretales.ſ.vt leges diuerſoꝛuȝ
imperatoꝛũ in vno titulo deſcripte ſic oꝛdinate locentꝭ ꝙ ex
ipſarũ oꝛdine pateat oꝛdo auctoꝛũ.C.de nouo.C.compo.in
i.ꝯſtitu.ver.ita tamé ſȝ in ti.de teſti.pꝛima.l.fuit Alex.q ce
pit imperare annis dñi.ccxxiiij.Secunda fuit Valeriani ꝛ
Galieni ipſius filij ꝛ hi regnare ceperunt.cclvj. Tertia fuit
Kar.ꝛ filioꝝ Karini ꝛ Numeriani ꝛ hi regnare ceperunt.
cclxv.Quarta cuȝ tribus ſeqntibus fuerunt Diocletiani ꝛ
Maximiani ꝛ hi regnare ceperũt.cclxxxviij.lex iuriſiurádi
fuit Conſtantini q ſi fuit ꝓ̇mus imperiũ ſuũ inchoauit.ccc.
ix.ſi ſecũdus.ccc.xl.ꝛ de alijs eo amplius. ꝛ vt ꝑficiá leges
illius tituli ex quo ichoaui lex oibus fuit Valétj. Gratiani
ꝛ Valétiniani quoꝝ imperiũ inchoauit in.ccc. lxvij.lex qm̃
liberi ꝛ ſeqns fuerunt Honoꝛij: ꝛ Theodoſij iunioꝛis ꝛ ce
pit ipſoꝛũ impiũ in.ccccj.lex nullũ.fuit zenonis q cepit ipe
rare.cccc.lxxiij.lex ſi qs cũ ſeqntibus fuerũt Iuſtiniani cu
ius imperiũ inchoauit in.cccccxxviij. quod ergo lex coꝛne
lia de falſis preceſſerit.l. iuriſiurandi dupliciter pꝛobatur.

Primo qꝛ oés leges in ti.ad.l.coꝛ.ꝺ fal.i.c.vſqꝫ ad.l.ſi qs decurio que fuit Conſtantini ꝑceſſerũt legé iuriſiurádi qꝺ pꝫ ex ſupradictꝫ. ¶ Secũdo qꝛ ſi dicamus ꝙ Marcus auctoꝛ prime legis.eo.ti.ff.fuerit imperatoꝛ ille cepit iperare i.c.lxij.⁊ ſic vltra.c.⁊.xl.annos ꝑceſſit Conſtantinũ ⁊ eius leges bñ igiᷣ ex his ꝓcedat ſuperioꝛ ꝯcluſio ⁊ hoc noſtri tẽpoꝛis legiſte nó ponderát nec iperatoꝝ noia in modernis codicibus deſcribunᷣ. ¶ Tertio idem ſic ꝓbo. ꝯſtat pena falſi teneri q coꝛrupit teſté.xxij.q.v.ſi qs ſe ⁊.c.ſi qs ꝯuictꝰ facit eo.ti.ad falſarioꝝ ibi q ꝑ ſe vel alios.pꝫ.ff.ad.l.coꝛ.ꝺ fal.l.j.⁊.l.lege coꝛ.§.j.⁊.l.falſi pena. Item ꝯſtat teſté puniri de falſo q falſum teſtamẽtũ ſignauit.eo.ti.l.ij.⁊.l.paulus.§.i.cũ ergo iſti nó iurent ꝯcludiᷣ ꝙ iuramẽtũ nó eſt de ſubſtantia falſi nec mirũ qꝛ mentiendo cómiſit falſuꝫ.eſt eni mẽdatiũ falſa ſignificatio vocis cũ volũtate fallendi.xxij.q.ij.§.ille.ad idem.ea.q.cum humilitatis in fi.⁊.c.omne genus in auté.de inſtru.cau.in ꝓn.colla.vj.⁊ talis prodit veritaté.x.q.iij.nolite.ij.⁊ teſtis diᷣ quis anteꝗ̃ iuret de capel.mo.dilectus.ver.cũqꝫ.cũ ergo nó deſit h̃ nomé falſi teſtis nec falſi teſtimonij nec falſe teſtatióis ergo nec deerit pena ꝺ ꝓmo Prouer.xij.q mẽtiᷣ teſtis eſt fraudulẽtus ⁊.xix.falſus teſtꝭ non erit impunitus. Mathei.xxvj.nouiſſime venerunt duo falſi teſtes ⁊ dixerũt ⁊c̃.ad ideꝫ.xj.q.iij.inter verba ⁊.c.eſtimant in fine.pꝫ idem de ꝟ.ſigni.foꝛus vbi teſtes dicunᷣ q ſuper ſtatu cáe ꝓferunᷣ.de ſecũdo.iiij.q.iij.alia que eſt.l.iij.§.iij.ff.de teſti.ꝫ.de cohabi.cle.tua vnde periuriũ ⁊ falſuꝫ teſtimoniũ ponunᷣ vt diuerſa de temp.oꝛ.c.fi.ꝺ vtroqꝫ ibi ad coꝛ.xv.inuenimur falſi teſtes qm̃ falſuꝫ teſtimoniũ diximus ⁊c̃.⁊ tamẽ apoſtoli nó erát iurati de tertio.xxviij.di.de ſyracuſane ideꝫ pꝫ.l.j.ff.ad.l.coꝛ.de fal.⁊.l.lege coꝛ.§.j.⁊.l.eos in ꝓn.duplicát teſtimonia ⁊ atteſtatóes ac ſi itẽdát falſũ cómitti i teſtimonijs ná iuratoꝝ ⁊ atteſtatóibꝰ iuratoꝝ ꝺ qbꝰ i Rica.ꝫ.de teſti.⁊ atteſta.ſic ergo teſtamẽtũ eſt mẽtis teſtatio.xxiiij.q.ij.ſꝫ aliud iſti.ꝺ teſta.in ꝓn.ff.e.l.j.⁊ nó.ꝫ.ꝺ teſta.c.ij.ſic teſtimoniũ ẽ mentis vel rei note teſtatio quá ſine iuramento ꝑ depoſitióem fieri ꝯſtat ergo ⁊c̃. ¶ Quarto ſic ad eſſe falſi teſtimonij ⁊ eius pená nó reqriᷣ ꝙ illud valeat vel fructũ afferat alias falſuꝫ nó eſſet pꝫ Marci.xiiij.ibi multi falſuꝫ teſtimoniũ dicebát aduerſus eũ ⁊ couenientia teſtimonia nó erant ſicut nec ad eẽ matrimonij carnalis in quo ſufficit ꝯſenſus ⁊ quo ad impedimentum publice honeſtatis de ſpon.c.vni.li.eo.⁊ quo ad pená.xxv.q.ij.c.ij.⁊ in cle.de ſpó.eos qui.ff.de infa.qd ergo.§.cũ aũt ⁊ ad idẽ.C.li.xij.q mi.ñ poſ.eis qbꝰ cũ ꝯcoꝛ.ſic in electóe que licꝫ nó valeat ex vitio materie vel defectu forme tamẽ locus eſt penis decr.cum in cũctis de ele.qꝛ ꝓpter.eo.ti. Item nó valet electio ſepulture ⁊ puniᷣ eligẽs de ſepul.c.j.e.li.nó valet pactũ future ſucceſſionis de ꝯceſ.pꝛe.c.ij.C.de pac.l.fi.tamẽ puniᷣ paciſcẽs.ff.de his qui.vt indi.l.ij.de dona.l.quidá in fi.⁊ hoc cóe in penis ad id.C.de ſepul.vio.l.j. ¶ Quito ſic.aut iſte deliqt nó iurádo aut nó deliqt.ꝓmo caſu ex accumulatóe ꝺlicti ipſius ꝯditó nó dꝫ eẽ melioꝛ ſꝫ deterioꝛ.vj.q.j.imitare ꝺ penis.c.j.ff.ꝺ penis relegati.⁊.l.capitaliũ.§.in exulibus.nec fit qs melioꝛ delinquẽdo.vj.q.j.lege in ꝓn.de pꝛeben.eum q.ꝫ.eo.li.ff.ad.l.falci.l.pꝛecia. Item cómittiᷣ falſitas in expꝛimendo ⁊ ſuppꝛimẽdo.xxij.q.ij.ne qs.xj.q.iij.qſquis de crimine fal.c.j.C.ſi ꝯtra iuſ.l.pꝛeſcriptóe.C.de teſta.iubemus in fi.ſꝫ iſte ſic fecit in duobus delinquẽdo qꝛ ſuppꝛeſſit iuramẽtũ ⁊ falſuꝫ dixit ergo ⁊c̃. Secũdo caſu quádo nó deliquit nó iurando aut hoc fuit qꝛ remiſſum ⁊ tũc eo foꝛtius de falſo puniri debꝫ qꝛ multo maioꝛi pena ſunt digni qbus cũ plurimũ honoꝛis delatũ eſt reperiunᷣ in crimine.C.de epi.⁊ cle.l.ꝑſbyteri cañ.v.q.vlti.pꝛeſbyteri.j.facit ſupꝛa de vita ⁊ hone.cle.vt clericoꝝ in fi.ſi per obliuioné vel dolũ iudicis vel tabellionis ꝑ id ius partis quá doloſe ledere voluit minui nó debꝫ facit de couer.ꝯiu.dudũ ⁊ qꝺ notaᷣ de reſcri.ad audiẽtiam.j.⁊.C.de fideiu.l.fi.in fi.de magiſt.con.l.fi.in fi.ꝺ teſta.l.conſulta in fi.⁊ ſic concludatur oi caſu illum teneri.

¶ Sed induciᷣ.ff.ad.l.coꝛ.de fal.l.ſi qs legatũ.ij.⁊.i.Rñ. Item ꝙ hoc eſt de atrocioꝛibus in qbꝰ ſufficit attemptaſſe vt in.l.ſi quis nó dicá.C.de epi.⁊ cle.⁊ de pe.di.i.cogitatio.

¶ Solutio dico illũ de quo queriᷣ de falſo teneri ꝑ legem diuiná.Dan.xiij.canonicá.ꝫ.de biga.nup.ciuileꝫ dicta.l.ſi quis legatũ.ff.ad.l.coꝛ.de fal. Im pꝛimo pꝫ ꝙ illi duo ſeniores q falſum teſtificati fuerát ſine iuramento ꝯ̃ Suſanná dánati ſunt de falſo ⁊ pena moꝛtis.in decre.nup.pꝫ ꝙ ꝓꝑ intẽtióis affectũ cũ ope ſecuto pena bigamie teneret q tamẽ ꝟe bigamus nó eſt.ergo ſi carens nomine ꝓpꝛio affectũ ⁊ opꝰ patiᷣ pená foꝛtiꝰ iſte q nec nomine caret vt eſt ꝓbatũ tertio articulo. In.l.ſi qs legatũ in ꝓn.diᷣ ꝙ qui ſibi aſſcribit legatum in teſtꝺ lꝫ legatũ ſit inutile puta rei ſacre teneᷣ.l.coꝛ.de fal. Item in eo qui ſibi aſſcribit in teſtꝺ qꝺ nó hꝫ eſſe a pꝛincipio qꝛ falſum vel qꝛ filius ꝑteritus tamẽ hꝫ figurá ⁊ eſt ꝑfectum exterioꝛi ⁊ viſibili foꝛma vt ibi.ij.rñ.ſꝫ vt ibi diciᷣ in.iij.rñ.ſi teſtm̃ nó hꝫ eſſe nec figura vt qꝛ nec ꝑfectuꝫ viſibili vel exterioꝛi foꝛma tũc nó teneaᷣ aſſcribẽs pena falſi ⁊ ꝑ h̃ ſatiſfiat aliqbus ꝯtrarijs ⁊ ſic in hac qóe inducebat hác.l.ꝓfunde ſcientie doctoꝛ Ricardus malũbꝛa.dicebat eni ꝙ ex quo teſtimoniũ hꝫ ſuá figurá qꝛ inter acta ꝺpoſuit ⁊ ꝓut iurati deponunt locus ſit pene.deficiente vero eſſe ⁊ figura vt qꝛ ꝓuatim extra acta tabellio dictũ ſuũ acceperit ceſſꝫ pena Sed querebat an hoc vltimo caſu aliter puniret. Et ſoluebat ꝙ ſi depoſuit in pꝛiuata cedula vt poneret in actis ⁊ ſic factũ eſt puniᷣ nó vt falſus teſtis ſꝫ vt ex genere de falſo.ff.de fal.l.j.§.q in rationibus.ſi vero nó fecit ad id ſed doloſe mendatio voluit aliũ lederᷣ tũc ciuiliter teneᷣ illi de dolo.ff.de fur.falſus.§.ſi qs in ꝑſona.criminaliter teneᷣ ſtelionatus.ff.de crimine ſtelio.l.iij.ibi. Idem ſi qs impoſturá.ſꝫ ſi neminem ledere voluit nullo modo teneᷣ vel puniᷣ.ff.ꝺ dolo.qꝺ venditoꝛ vt ſic ſm̃ leges nó puniaᷣ dolus qui nó nocet.ff.de euic.fundũ cuius.§.fi.de inter.ac.de etate.poſt pꝛincipiũ de tabellione dicebat ꝙ ſi ꝑ negligentiá omiſit remoueri deberet allegat.l.ſi quos.C.de offi.pꝛe.ꝓto.⁊ vide qꝺ no.de offi.archi.ea que ſi per dolũ teneᷣ falſi qꝛ pꝛetermittens ſolẽnia falſi teneᷣ.C.de teſta.iubemus in.fi.⁊ pꝛe.l.j.§.q in rónibus.ff.de falſis ⁊ pena vnius nó liberabit aliũ.ff.ad.l.aquiᷣ. Itẽ mela.§.ſi plures ꝑ ꝓdicta pꝫ ꝙ cũ queſtio loqtur de vocato ad teſtimoniũ qui doloſe falſuꝫ depoſuit ⁊ ſic delictũ habuit ſuũ eſſe ⁊ foꝛma figurá ſpecificam ⁊ ſic ꝯſũmatũ ſm̃ regulas ⁊ diſpóem iuris cóis locutus eſt pene falſi ⁊ hác ꝓtẽ ꝑ pꝛe.dec.⁊ ꝑ.l.tenuit hic in ſua diſputatióe dñs Aluarotꝰ hiſpanus nũc frater minoꝛ. ¶ Ad ꝯ̃ria rñſum eſt qꝛ negaᷣ iuramentũ ſubſtátialis foꝛma vt ꝓbatũ eſt pꝛimo ⁊ ſecũdo argumento ſecũde ꝑtis. ¶ Ad id qꝺ ſcꝺo dicebaᷣ in ꝯ̃riũ pꝛimo de auctoꝛitate. Ego Rñdeo ꝙ nó intendit id ad qꝺ induciᷣ ſꝫ hoc intẽdit qꝺ nó ſit ꝑ fidei dationé iungẽda manus impio vt ad ipſius defenſioné dicaᷣ falſum teſtimoniũ ad idé ꝺ teſti.c.j.⁊.c.itimauit ꝺ teſti.co.ꝑuenit. Ad reliqua dico ꝙ bene eſt differẽtia iter linguá mendacé que nó aſſumit foꝛmá teſtimonij ⁊ teſté fallacé.ſ.q aſſumit foꝛmá teſtis quod pót cũ iuramẽto ⁊ ſine vt ſupꝛa dixi. ¶ Ad tertiũ reſponſuꝫ eſt ꝑ dicta in quarto argumẽto huius ꝑtis. reliq̃ ẽt ſunt ſoluta ꝑ ibi dicta ⁊ ꝑ diſtinctioné foꝛme figurate ⁊ ſpecifice ad non ſpecificam.

## On firmatur

n

On firmatur xviij. non ſubſiſtit contra.ff.de aqua co.⁊ eſti.l.hoc iure.§.ductus aque. Solutio hic ꝯſtabat de initio iure nó ſubſiſtente ibi nó cũ oꝛigo facti memoꝛiá exceſſiſſet Jo.mo. ¶ Prima gloſ.dicit vñ ſumpta ⁊ ponit exempla ⁊ remiſſiones ꝺ initio ſpectando ⁊ ꝙ in annullandis nó loqtur regula. Secũdo allegat in ꝯ̃rium duos canones.v.decre.⁊ duas leges.⁊ dat vná ſolutioné ſpecialé.ſecũdo generaleꝫ.cui ſolutióí opponit de.c.cura ⁊ tripliciter ſoluit. Item opponit de dec.ſecũda de eo q du.⁊ ſoluit ⁊ pꝛincipalé ſolutioneꝫ declarat. ¶ In ꝓxima glo.ibi quod ab initio ſeqtur vitioſum eſt nó pót tractu tempoꝛis conualeſcere.⁊ ibi ſi qs in ſenatoꝛio.ſi ſenatoꝛ q cũ libertina ꝯ̃xit dignitaté amittit incipit matrimoniũ.⁊ ibi ⁊ ſi ꝯ̃ matrimoniũ per admiſtratoꝛẽ inde

inde nõ oriundũ cũ ſubdita ꝯctum incipit valere depoſito officio. ⁊ ibi ſi certis annis ſi nudo pacto cõuentũ ſine ſtipulatione ego certis annis ſolui nõ ſuꝫ pp id in poſterũ obligatus. ⁊ ibi ſi minor. ſi minor. xx. ſeruũ tibi tradidit vt manumitteres. nulla eſt traditio ꝗuis tradiderit manumittẽduꝫ cũ. xx. annos cõpleſſet lex eñi ꝯſilio eius quaſi parũ firmo reſiſtit. ⁊ ibi. l. j. loqtur cũ maior factũ expreſſe ꝯſentit ei ꝙ curator deſtinauerat vel fecerat. vt in. l. ij. ⁊ ibi obſeruare. vid. ſ. e. ratihabitionẽ circa mediũ gl. ¶ In. j. gl. ibi fiat ſu⁹. vl' rei ſacre. lꝫ fiat ꝓphana ⁊ ibi vl' ſane mẽtis. Dy. q multũ inſtat i exẽplis hui⁹ regule dixit idẽ de ſuo ſi poſtea fiat lib. de filiofa. ſi poſtea fiat ſui iuris. ꝺ capto ab hoſtib⁹ ſi poſtea redeat vt oĩa ꝓbaẗ. ff. de teſta. l. ſi fili⁹. ⁊. l. ei⁹ de le. iij. l. j. §. j. Idẽ ſi erat iut. lis pp pſonã hẽdis ſcripti qꝛ ñ erat capax lꝫ poſtea fiat capax. ff. eo. l. pe. Item teſtm̃ ⁊ oĩs volũtas a pñcipio falſa tractu temporis nõ firmaẗ. C. de fal. l. ſicut. Item ſunt exempla de caſib⁹ regule catonianę de qb⁹ vide in gl. ſup Rica ante mediũ ⁊ ibi ſꝫ anullãdũ. ⁊ qcqd dicat h̃ Jo. mo. ſic nõ obſtat qꝺ dr̃ de ſñia p appellationẽ ſuſpenſa que cõualeſcit p negligentiã appellantis. ⁊ ibi ſi qs in ſenatorio dicit Jo. mo. ꝙ ibi vitiũ qualitatis qua ſublata tꝫ qꝺ eſt actum h̃ vitiũ in facto ⁊ ibi ⁊ ſi ꝯ Dy. allegat. C. de ꝯctib⁹ iudi. l. vna vbi donatio in officialẽ inutiliter collata tractu tpis ꝯfirmaẗ. ff. ꝺ le. iij. l. j. §. ſꝫ ſi filius. vbi tractu tpis firmaẗ legatum a pñ. inutile ⁊ de inſtitutiõe ꝓbaẗ idẽ. ff. de here. inſti. q ſoluẽdo. ⁊ de mãumiſſione. ff. de ꝯdi. inſti. mulier. §. j. ⁊ ibi vt p ꝯria ꝓbaẗ vnde dy. diſtinguit aut durat cã impediẽs: aut ceſſauit ⁊ nulla ſupuenit ꝯfirmãs: aut ceſſauit ⁊ ſupuenit cõfirmans. primo ⁊ ſecũdo caſu locũ hꝫ regula: in tertio vero caſu non hoc cadit in idem quod glo. dicit.

b **Ec regula** faẽ ad qõnes duas poſui eo. ti. ratũ. ⁊ fac ꝯ ſolutionem dñi Jo. de monte mur. i. q. tali quã diſputauit archipreſbyter ñ valẽs hẽre copiã epi renũciauit in mortis articulo in manib⁹ pſbyteri recipiẽtis noĩe epi ⁊ ſtatim canonici elegerũt titiũ poſt duos dies mortuo archipreſbytero eps veritate cognita electionẽ ꝯfirmauit q̃rebat an valeret electio ⁊ ꝯfirmatio. ¶ Allegabat ad negatiuaꝫ tria. Secũdo ad affirmatiuã alia tria. Tertio ponitur ipſius ſolutio ⁊ illius reprobatio ⁊ ad ꝯria rñſio. ¶ Ad primum ꝯſtat ꝙ nõ põt qs renunciare eccleſie ſine ſupioris licentia de renũci. admonet. nec valet renũciatio aliter facta. vj. q. iij. deniqꝫ. vij. q. prima ſi q vero. xvij. q. ij. gonſaldus. ex quo ſequiẗ ꝙ nõ vacauit ⁊ ſic nec alter eligi potuit in locuꝫ viuẽtis de con. preben. c. j. ⁊. ij. ex his ꝯcludiẗ ꝙ non valuit electio. vij. q. j. factus eſt ⁊. c. ſe. ⁊ videẗ caſus de renũci. c. ſi. hoc aũt poſito ꝙ nõ valuerit electio ꝯfirmatio etiã acceſſoria ad pñcipale inualidũ nõ valuit vt hoc eo. ti. acceſſorium cũ ꝯcor. allegabat ꝺ fide inſtrumẽtorũ iter dilectos ad fi. C. de legi. nõ dubiũ. ⁊ in hoc vide qꝺ no. de cã poſ. cum ſup in glo. j. ⁊. ſ. eo. li. de elec. quã ſit in fi. vlt. glo. ⁊. c. quorũdam in vlt. gloſ. ⁊ quod ſcripſi in. c. ſi tui in fi. bñ facit. ff. ꝺ vul. ſub. l. pupillari vbi p acceſſoriũ ac̃s validuꝫ nõ ꝯfirmaẗ pñcipale nõ validũ. ¶ Secũdo certũ eſt ꝙ ſñia lata a nõ ſuo iudice vel ꝯfeſſio coram illo facta nõ valet de iudi. at ſi clerici ⁊ ibi cõcordantie. ita igiẗ dicã ꝙ nec valuit illa ꝯceſſio facta p archipreſ. in manibus preſbyteri ad inſtar ꝯfeſſionis. nec ipſi⁹ renũciationis acceptatio ad inſtar ſñie ꝺ ꝯſuetudine ad noſtrã. facit ad pdicta de renũci. qꝺ in dubijs ⁊ clẽ. de pe. multorũ ad fi. vbi etiã pꝫ ꝙ ratihabitio epi nõ ꝯfirmat renũciationẽ q̃ nulla eſt. eſt eñi ſpeciale in papa ꝙ ꝯfirmat qꝺ ẽ nullum. ij. q. j. in primis. iij. q. vi. hoc qppe de accu. ad petitionẽ vbi de hoc no. in glo. ij. ⁊. ix. q. ij. c. j. cui pl'ati inferiores non pticipant p hãc regulã. ¶ Tertio vt hic no. ſpeciale eſt in electione ꝙ a pñcipio nulla cõualeſcit de ele. auditis ⁊ nos de electione tractamus ergo ⁊c̃. Dato ergo ꝙ epus potuiſſet ratificare qꝺ circa renũciationẽ ſuo noĩe factũ erat. ſ. eo. ratũ cũ ꝯcor. illa tamẽ ratificatio pcedere debebat electioneꝫ erat ergo tps electionis in pendenti an p renũciationẽ illa vacatura eſſet eccleſia ⁊ p ꝯñam pendebat electio qꝺ eſſe nõ põt. ſ. eo. li. de elec. c. ij. ¶ In ꝯrium inducebat qꝛ iſte p renũciatiõeꝫ pdidit oẽ ius pl'ature qꝺ habebat in eccleſia vij. q. j. quã piculoſuꝫ de renũci. in pſentia ꝺ preben. dilecto ergo vacauit eccleſia ⁊ canõici potuerũt eligere valet ergo ꝯfirmatio electiõis cũ careret vitio pſone vel forme ⁊ ſic cõfirmari debebat de ele. poſtq̃ declarãdo ſciẽduꝫ ꝙ lꝫ renũciatio facta nõ in manibus ſupioris nõ valeat quo ad ſupioreꝫ q illã reuocare põt ⁊ ſic loqtur. c. admonet de renũci. tꝫ tamẽ quo ad renũciantẽ vt no. eo. ti. qꝺ in dubijs ⁊ vj. q. iij. deniqꝫ facit de ap. cũ appellatiõibus. ſ. eo. li. ¶ Secũdo p hac parte eſt pſumptio. ſ. ꝙ in mortis articulo id fecerit pp ꝯſcientiã remordẽtẽ. q̃re ſine peccato id facẽ potuit ex quo epi copiã hẽre nõ potuit vt ponit thema nec ſaltẽ tũc preſumetur imemor ſue ſalutis. j. q. vij. ſancimus de homici. ſignificaſti. ij. neceſſitas ergo que de ac̃s illicito facit qd licitũ de obſerua. ieiu. c. ij. in fi. eo. ti. qꝺ nõ eſt hoc facit qꝺ licite ſine licẽtia renũciauit cũ hoc nõ faceret ex ꝯtemptu facit qꝺ no. de renũci. niſi. §. pp ꝯſcientiã ⁊ iſte q ſpiritu dei ducebaẗ nõ ſuberat legi. de regula. lꝫ. Itẽ in iſtis letaliter infirmis pſbyter pp abſentiam epi põt qꝺ ad epm ſpectat vt reconciliare ſolẽniter penitẽtẽ. xxvi. q. vi. c. vlt. ergo ⁊ hoc potuit ꝯcurrẽtibus his duobus. ſ. mortis periculo ⁊ abſentia epi.

¶ Tertio p ſñia ⁊ ꝯfirmatiõe epi pſumẽdũ eſt de renũci. i pſentia ꝺ elec. bone. i. ⁊ cũ thema ponat ꝙ epus ex certa ſcientia electionẽ ꝯfirmauit quo caſu ſufficit tacita approbatõ vel patiẽtia vt no. Inno. ⁊ Hoſtien. de renũci. admonet ⁊ ꝺ preben. ꝺ multa. vi ꝙ eius ratihabitio retrotrahaẗ ex q̃ ipſi⁹ noĩe fuit recepta ⁊ tale fuit factũ qꝺ a pñcipio potuit demãdari. ſ. eo. ratũ qs ⁊. c. ratihabitionẽ. ⁊ ſi hoc eſt ꝙ ratihabitio trahaẗ ad ipm actũ renũciationis ⁊ horã eius. ergo repitur ſtatim tũc eccleſie vacaſſe ⁊ ſic ad dignitatẽ vacantẽ fcã fuit electõ: valuit ⁊ p ꝯñs ꝯfirmatio ⁊ ſic rñdeẗ ad pus allegata in ꝯrium. Item nec fuit ex ſui forma electio in pendẽti imo pure ⁊ ſimpliciter fuit facta. fateor tamen ꝙ pendebat ex facto ſupioris approbãtis vel reprobantis ſꝫ hoc approbatur a iure de elec. qꝺ ſicut clarius. ſ. eo. li. eo. ti. q̃ ſit.

¶ Soluẽdo dixit ꝙ renũciatio valuit ⁊ electio ⁊ ꝯfirmatõ p vltima iura nec ob. decr. vltimo de renũci. pñcipaliter pp tria. primũ qꝛ ibi nõ fuit aliqs noĩe ſupioris renũciationem recipiẽs ⁊ admittens ſicut h̃. Secundo qꝛ nõ fuit poſtmodum approbata ſicut iſta. Item ibi nõ imiebat neceſſitas ſꝫ poterat ſupior adiri hic ſecus. Ad alia iura reſpõdet ꝙ loquunẗ in nullis a pñcipio ſꝫ iſta electio a pñcipio p vlt. allegata. ¶ Hec ſolutio nõ placet nec fuit diſputationis tẽpore cui iterfui cõiẗ approbata ⁊ diuerſitates q̃s põit ad dec. vlt. de renũci. vbi eſt caſus parũ valẽt. Prima qꝛ littera nõ dicit. quo noĩe receperint an pape vl' ꝓprio ſꝫ ⁊ ſi recepiſſẽt noĩe ꝓprio ſi factũ in ſe hẽret licitã formaꝫ papa q eſt ſupra legẽ vt dixi i prima pte poterat ratũ hẽre nõ ſuo noĩe geſtũ Secũda diuerſitas nõ valet qꝛ ibi nõ fuit approbata qꝛ nõ erat approbanda. Tertia minus valet quia nulla neceſſitas erat in morituro. j. biduũ ꝙ p renũciationẽ vacaret eccleſia ſtatim vacatura ſꝫ dec. vltima vere erat neceſſitas vt. ſ. eccleſia forte ad multos annos nõ vacatura vacaret p renũciationẽ inſufficiẽtis prelati tũc ad id diſpoſiti forſan cito penitẽtis. eo. ti. c. pe. facit qꝺ dixi de ſpon. tua nos ſup. i. glo. bñ faẽ ad hoc de renũc. c. j. ſ. e. li. Item illa diuerſitas tolliẗ p. c. cõſaldus vbi etiã timore mortis fuit bñficiũ renũciatũ nec valuit renũciatio. dico ergo electionẽ fuiſſe irritã ⁊ p ꝯñs ꝯfirmatiõeꝫ nõ valuiſſe. ⁊ cũ in electionibus expectemus initiũ de elec. auditis ⁊. c. dudũ. i. ⁊. ij. fallit in eis regula ratihabitionem vt ibi no. in illis ergo non põt ratihabitio trahi retro lꝫ poſſit approbare geſta vt ex nũc ſꝫ nõ vt ex tũc vt hic not. ⁊ qꝺ dixi ſpectari initiũ verũ qñ electio ẽ nulla ſecus ſi annullanda vt. eo. ti. qꝺ ſicut vbi de hoc. iſta aũt ẽ nulla qꝛ facta ad eccleſiam nõ vacantẽ ⁊ ſic in locũ viuentis vt prius dixi. nec vr̃ vera glo. in dec. ꝙ in dubijs. cũ ſit apte ꝯ tex. ibi dicẽtem ꝙ nullã obtinet firmitatẽ. ⁊ glo. dicit ꝙ obtinet aliq̃ ꝯ illud vl'e negatiuũ. ⁊ de hoc ibi ſcripſi ſup. i. glo. ſꝫ ⁊ dato ꝙ

illa opinio eſſet vera ſicut ꝯfirmatoris fuit firmare cóiugiuꝫ
ita eius eſt diſſoluere iuxta regulá.eo.tit.oís res ſemp ergo
durat donec ſuperioꝛ renunciationé acceptando diſſoluat.
¶ Ad ſm rñdeo ꝙ ſi ꝯſciétia vrgebat ad id bñ fecit dimit
tendo ꝗtú in ſe erat. ¶ Ad tertiuꝫ ſpále dico illud ꝑꝑ ſa-
lutem aíe quo caſu poſſet ſacerdos etiá id qd ad papá ꝑti-
net de ſepul.c.fin.vel ad eius delegatú de offi.oꝛ.paſtoꝛalis
ad id qd dr̄ ꝑſumi ꝑ ſnia fateoꝛ in dubio ſꝫ hoc factú eſt cer
tum.ad id qd dr̄ de tacita approbatióe fateoꝛ ſꝫ ꝑ hoc non
tollit̄ nullitas electióis.in dec.ꝗꝫ ſit.nó pédet electio ſimpli
citer ⁊ pure facta de religioſo ſꝫ ꝯſenſus electi bñ cóſiſtit in
volútate ſuperioꝛis ſine cuius licentia p̄beri nó pót.eo.ti.
ſi religioſus.in dec.quod ſicut electio eſt pura ⁊ valet tñ có
temptus ſuá iniuriá ꝓſeqndo petere pót caſſari illá qd ali⁹
non poſſet.ꝫ.eo.li.de p̄ben.cum in eccleſijs.

n **On licet** xxxij. Prima glo.dicit vnde ſumpta ⁊ ponit
exempla. Secundo dixit ꝗre ſic formatr̄ re
gula.Tertio ponit quaſdam differentias
¶ In prima gl.ibi nó dꝫ actoꝛi ſeqtur li-
cere qd reo non ꝑmittit̄ ⁊ ibi in ſacris ad-
uerſarij militátiú in ſacris ſcrineis circa ſpoꝛtulas ⁊ exactio
nes litiú eo ꝓuilegio vtútur quo illi.⁊ ibi.l.pe.in capitalib⁹
tres dilationes dant̄ reo ⁊ duo actoꝛi ⁊ ibi habita.que dat
ſcholari electioné magiſtri vel epí loci.⁊ ibi circa ſi dico li-
bertú illuꝫ q eſt in poſſeſſione ingenuitatis héo ꝓbare.ipſe
tamé pót onus ꝓbandi ſuſcipere. ¶ In prima glo.ibi in ſa
cris.Dy.ponit exempla.ſi reus poſt publicationé atteſtati
onum nó ꝓducit teſtes.ité poſt litis ꝯteſtationé nó reuoca
tur ꝓcuratoꝛ ergo nec actoꝛ in autꝫ.de teſti.§.illud coll.vij.
ff.de ꝓcur.poſt lité.⁊ ibi vnú eligendo.vel delegatú impe-
trando recuſat oꝛdinariú tamé ⁊ qñqꝫ reus ípetrat ſupra d
reſcrip.ceterú ⁊ ibi dedi ꝯcoꝛ.in ꝑnci.⁊ nó pót reus: ⁊ ſic eo
caſu fallit regula.ff.eo.oís diffinitio Dyn.⁊ in fi.vñ ſi actoꝛe
nó ꝓbante vult ꝓbare ſe dominú putat Dy.ꝙ audietur.in
tereſt eni ſua qꝛ eo ꝓbato ꝯſeqtur ius agendi q al's béret ſo
lum ius excipiédi.ff.de iureiur.l.ſꝫ ⁊ ſi poſſeſſoꝛi.ſi vterqꝫ.ſ.
actoꝛ ⁊ reus vult ꝓbare ſe dominú primo audit̄ actoꝛ ſcóm
Dy.dedi de hoc remiſſiones ad ſpe.de proba.ex litteris.

b **Ic ex** ſuperioꝛib⁹ patuit qñqꝫ licẽ reo qd
nó lꝫ actoꝛi ꝗre ꝯuenit ſolutio qóis
ſatꝫ vſitate Guil.de petra lata q̄ ſic ꝓponebat̄
accuſatus ꝑ homicidio coꝛá iudice ſeculari alle
gat ſe clericú ad qd ꝓbandú coꝛá eccleſiaſtico iudice ꝓdu-
cit lr̄am papalé qua nominat̄ clericus ⁊ canonicus pariſien
ſis querit̄ an ſufficiat hec ꝓbatio iſto caſu. ¶ Ad ꝑté nega
tiuá inducit.v.róes. Scdo ad affirmatiuá ꝗttuoꝛ ⁊ vná gl.
Tertio ſoluit̄ diſtinguédo.Ultimo ſolutio declarat̄. Et ꝙ
talis littera nó ſufficiat inducebat ꝙ res iter alios acta ⁊c.
ꝫ.de re iudi.c.pe.⁊ ibi ꝯcoꝛ.iſta aút littera ad aliud dirige-
batur foꝛte ad delegationé cáe ſue alteri faciédá vel alteri⁹
fiendá ſibi ſaluo qd in ſolutióe dicá nec ſup clericatu funda
batur ergo nó ꝓbat.facit eo.li.de priuit̄.ſi papa in ꝑn.facit
de ꝑſump.illud. Item nominatio ius nó tribuit vñ lꝫ qs no
minet̄ filius nó ꝑꝑ hoc habet̄ ꝓ filio.de ꝓba.ꝑ tuas vbi de
hoc in.j.gl.⁊ circa noiationé vide qd no.lxxxiij.di.dñs.xj.
q.j.ſacerdotib⁹.xxxij.q.iiij.dicat aliqs ⁊ q ſi.ſint le.ꝑ tuas i
fi.iij.glo.⁊ nó oís vox iudicis hꝫ vi ſnie de ꝑſump.c.afferte
vbi d h̄ in gl.⁊ facit.ij.q.vij.nó oís.vñ beata Maria noia
batur vxoꝛ ⁊ nó erat.xxvij.q.ij.inuenta.Item lꝫ papa igno-
ranter ſalutet excóicarú non ꝑꝑ hoc habet̄ pro abſoluto de
ſen.ex.ſi aliqñ imo nec ſi id ſciéter faciat vt in clé.e.ti.ſi ſum
mus.i.rñ.⁊ multú facit ea.dec.ij.rñ.vbi vi caſus ná nominá
do aliqué in dignitate illú ꝑ hoc nó approbat in illa nec ſi-
bi ius tribuit ꝯſtat aút ꝙ clericatus eſt dignitas.iiij.di.dqꝫ
in ꝑn.⁊.j.q.j.reperiunt̄.Iteꝫ ſi qs noiat̄ foꝛnicatoꝛ vel ebꝛio
ſus nó ꝑ hoc talis ꝯuincit̄.ij.q.j.multi ſic nec ſtatim dicim⁹
accuſatú eſſe reú niſi ꝯuincat̄.xv.q.vlt.c.vl.in fi.nec dém⁹ eé
nimis creduli.lxxxvj.di.ſi qd.xj.q.iij.in cunctis de accu.qli-
ter.ij.qꝛ per ſurreptioné multa ꝓueniunt.iij.q.iij.inducie de
do.⁊ ꝯtu.cú olim.potuiſſet ad húc finé talis littera impetra
ri que de facili héri potuit ⁊ talibus fraudib⁹ ⁊ ꝯ ſurreptio
nes ꝓuidédú eſt de diuoꝛ.quáto in fi.⁊ de elec.cú dilecti.ꝟ.
nos ꝟo.⁊ ió de his inqri iubet̄.xxiiij.di.qñ epus d cle.pegri.
c.j.lxxxviij.di.ꝑ totú.Item vi expreſſuꝫ.xlij.di.qeſcamus
in ꝑn.ibi ſi i clero electú ſe dicat.ſi ſacerdoté ſe noiet ſcruta
re oſtendat ergo lr̄as oꝛdinatióis ſue qs ſecú hére dꝫ.ij.q.j.
legú ⁊ clare pꝫ in extraua.Bonifa.iniuncte.ꝟ.ſilr̄ ⁊.ꝟ.ſe
quétibus.imputet ergo ſibi ſi tales lr̄as nó habuit vel habi
tas nó ſeruauit cú ex culpa ſua ꝓcedat hoc eo.ti.dánú cum
ꝯcoꝛ.Item iſte q de clericatu excipit in hoc fingit̄ actoꝛ.ff.d
ꝓba.l.ij.ſꝫ actoꝛ id qd aſſeuerat clare ꝓbare dꝫ.vj.q.vlt.ac
toꝛ iſte aút nó probat ſe clericú vt excipit ſꝫ ꝓbat ſe nomi-
natum clericú ſuccúbit ergo qꝛ nó ꝓbat ad quod ſe aſtrixit
de ꝓba.lꝫ.nec ꝓbat hoc eſſe ⁊c.de offi.dele.cú ꝯtingat facit
de teſti.cú cáu. ¶ In ꝯ̄rium inducit̄.j.q.vij.ſancimus vbi
dicitur ꝙ nó ꝑſumit̄ qs imemoꝛ ſue ſalutis ⁊ ſic non ꝑſumit̄
mentiri cú qlibꝫ ꝑſumat̄ bonus de ſcru.c.vno d ꝑſump.c.fi.
⁊ ꝑſumit̄ etiá ꝑ litteris apl̄icis.ꝙ careant falſitate cú ꝑ mul
tas manus tráſeant de reſcrip.cú adeo ⁊.c.ad audiétiam.j.
vbi de hoc.xxiij.di.cómunis filius.xxxv.q.ix.apl̄ice cú ergo
credat̄ litteris inferioꝝ.xj.q.iij.cure de ꝓba.poſt ceſſioné d
fide inſtru.cú dilectus de fideiuſ.ꝓuenit.foꝛti⁹ dꝫ credi lr̄is
papalibus ad h̄ de teſti.in noſtra ⁊.c.cú a nobis.lxxxv.di.
illud.habeat ergo pleniſſimá auctoꝛitaté quod ſcientiá pa-
pe ꝑtinet.C.de teſta.l.oium.Item dicebat ꝙ videbat̄ cáus
ꝓ accuſato.xj.q.j.chriſtiani ⁊.c.ſilueſter.ité cú reos ſanguiſ
defendat eccleſia.xxiij.q.v.reos.⁊ valens hominé liberare
a moꝛte ⁊ id nó faciens illú occidat de homic.ſicut dignú.ꝟ.
illi ét.in h̄ ſalté dubio i q̄ via tutioꝛ eligéda é de ſpó.iuuenis
defendédus eſt iſte ⁊ ſibi vita ſeruáda ⁊ ꝑ iure eccleſie ꝑſu
mendú potiſſime qꝛ in talibus qb⁹ alteri nullú vel modicuꝫ
ꝑiudiciú obuenit ſufficiút arguméta de cleri.pere.c.ij.⁊ fac
ſupra de ꝓba.cú cáu ⁊ qd ibi notat̄ in prima glo.⁊.iij.q.vij.
poſtulatus.xxiiij.q.ij.ſane.ij.in.j.glo.nec de modico ꝑiudi
cio eſt curandú de ver.ſi qd ꝑ nouale.Item cú ꝑſumptio q
oꝛitur ex dicto vnius teſtis impediat matrimoniú ꝯ̄hendu
de ſpon.preterea.ij.foꝛtius ꝑſumptio que oꝛit̄ ex tali lr̄a im
pedire dꝫ iuriſditioné iudicis ſecularis facit de cleri.excói.
mi.illud de reſcrip.cú ꝯtingat Inducit̄ etiá glo.pe.in decr.
nónulli de reſcrip.ꝟ.ad hoc dicit. ¶ Ioá.ſoluebat diſtin-
guendo iter agenté ⁊ excipienté inducés ſimile de excep.cú
inter.qꝛ ſi iſte agit vendicádo beneficiú vel aliud qd clerico
ꝯpetit vel petit admitti ad celebrádú populo vel ſimilia ta
lis lr̄a non ſufficiet ꝑ p̄re.c.qeſcamus.xlij.di.ij.q.j.legú ⁊ ꝑ
extraua.iniuncte ſupius allat̄a.xviij.di.ꝑ totú ⁊ de cleri.pe
re.c.j.⁊ ſeq. ¶ Si autem excipit ad defenſioné ſui vt in cáu
iſto vel ſilibus ſufficiat talis lr̄a vel ſilis al's ſuſpitióe carés
ad quod inducit tria preſumptioneꝫ littere autentice.fauo
rem clericalis oꝛdinis.⁊ nullum vel modicum p̄iudicium
alterius.Ad primú repetit quod p̄dixi in p̄nci.ſecunde
partis ſcilicet lr̄as papales per multas manus tranſire ⁊ ió
pro illis p̄ſumi.dicit etiam ꝙ p̄ſumit̄ ꝙ papa ipm exami
nauerit vel examinari fecerit ſibi beneficium cóferendo cuꝫ
alijs hoc fiendum p̄cipiat.xxiiij.di.quando eps de elec.ni
hil eſt.ſi ergo pro inferioꝛibus iudicibus p̄ſumitur d renú
ci.in p̄ſentia.foꝛtius pro papa.xl.di.non nos.hic ſto.⁊ vi-
detur per p̄dicta verba diſputans queſtionem intellexiſſe
ꝙ littera de qua querit fuit collatrix beneficij.⁊ hoc cáu mi
nus dubium ꝗꝫ ſi eſſet alia littera puta delegationis ad euꝫ
vel per eum impetrata. ¶ Ad ſm inducebat ꝙ Pharao
clericos honoꝛabat ⁊ libertate ditauit.xxiij.q.vlti.ꝗuis de
imuni.ec.l.non minus.⁊ Conſtantinus ipſoꝝ accuſationes
recip̄ꝛ recuſauit.xj.q.j.ſacerdotibus.xij.q.j.futurá ⁊ The
odoſius ſtatuit quod hétur.xj.q.j.quicunqꝫ de iudi.nouit.
Item omnes cáe etiaꝫ laicoꝛum olim tractabant̄ in ſynodo
clericoꝛum.xj.q.j.relatum.nimirum ergo ſi facile res ad ſuá
naturá reuertatur qua de cá eccleſiaſticus iudex ſupplet ne
gligentiá ſecularis nó ecóuerſo de iudi.qlit̄ de fo.cópe.lꝫ.
¶ Ad tertiú

¶ Ad tertiũ inducit ꝙ ſufficiũt argumẽta vbi nõ fit ꝑiudicium de cle. pere. c. ij. ꝛ pp hoc ſemiplene diſcutit̃ negociuȝ vt lit. nõ ꝯteſta. qm̃. §. ꝙ ſi ſup. facit de ꝓcur. ex iſinuatione ꝛ. xxv. q. ij. reſcripta. ꝛ facit qδ no. ð dñia teſtis ad iudicẽ. iij. q. v. c. j. ꝛ de offi. dele. iſinuãte in. j. gl. ꝛ pena delicti nõ tollit̃ per id ſed eius ſpẽs ꝛ qδ differt̃ nõ aufert̃. xxxij. q. ij. ancillã ſ. de voto nõ eſt. puto ꝙ ſi Guil̃. tp̃e diſputationis vidiſſet dec. ſi iudex de ſen. ex. li. c. de ipa arguẽdo vel ſoluẽdo mentionẽ feciſſet. cũ aũt p illã vt ibi pȝ poſt pn̄. ſola fama de clericatu faciat fieri remiſſionẽ ſatis videret̃ ꝙ illa lr̃a min᷒ valere debeat q̃ȝ fama in h̃ caſu. Idẽ dico in illo q cõiter hẽbatur pro clerico. ꝛ idẽ in deꝑhẽſo in clericali habitu q ꝑus nõ habebat̃ pro layco vt ibi pȝ qꝛ ꝑdicti ſine tali lr̃a remittunt̃ remanet ergo qδ dubia in vltĩo caſu qñ prius habebat̃ pro layco ꝛ cũ eo caſu teneat̃ facẽ fidẽ de titulo clericali vt dicit ipſa dec. in. §. ſi. nõ videret̃ lr̃a talis ſufficẽ ꝛ h̃ iducit ꝑſumptio iſurgens ex ꝑcedẽti delatiõe habitus laycalis vt ibi q̃ȝ tũcunqȝ ſe defendẽdo lr̃am ꝑducat. Itẽ ꝙ non ſufficiat lr̃a etiã bñficialis q̃ noiatur clericus multũ probat decr. ex litteris de tranſac. nã ſi bñficiales ſunt ſurrepticie eo nõ exñte clerico. ſatis ergo pȝ ꝙ clericatus per talẽ lr̃am nõ ꝓbat̃ cũ poſſit talis lr̃a de facto per nõ clericũ impetrari.

## Non preſtat

n lij. Io mo. allegat ꝓ exẽplis ml̃ta iura. ff. de le. j. l. ſi ſeruus legatus. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. here. ſi qs hẽs ad ver̃. aliqñ. §. ſi. de ꝯdi. ꝛ demõ. h̃ ꝯditio de iure pa. illud. ꝛ. c. ſi. ſ. e. li. de elec. ꝑpetuo. de con. ꝑbẽ. ne captãde ſignat ꝯtrariũ. ff. pro donato. qui pro donato. So. nullitas manumiſſiõis facte ꝑ illũ q vſucapiebat ſeruũ nõ eſt id qδ ꝑſtat impedimentũ vſucapiõis ne currat ſed id facit mẽtio manumittentis ꝑ quã poſſeſſionẽ ꝑdit. Itẽ ꝯtra ſm̃ Dy. ff. de le. j. plane. ꝛ de adi. le. legatũ. §. pr̃. vbi prĩo legatario legatũ non debet̃ qδ aĩo adimẽdi relictũ eſt ſcδo lȝ nõ capaci. ſed illud qꝛ tacita volũtate legatũ adimit̃. ff. de adi. le. l. iij. §. ſi. ꝛ. l. ex ꝑte. illa ergo tacita de q̃ apparet ſortit̃ hũc effectũ ſm̃ Dy. ꝯcor. qδ no. ſ. eo. li. de ꝓcur. ſi duo in glo. ij. ¶ Pria glo. ponit exẽpla. Scδa. v. caſus exceptos ſed qñtũ nõ approbat. Tertio notat in maleficijs regulã nõ loq. ¶ In. j. glo. ibi ſi dari ſtipulet̃ vide de con. ꝑbẽ. cũ noſtris in q̃rta glo. ¶ In prima glo. ibi ſi dari ſtipulet̃. Dy. ponit exemplũ cũ legata ẽ mihi optio ſerui ꝛ ego elegi ſed electio nõ habuit effectũ iterum eligam. ff. de op. le. l. ij. iij. ꝛ. iiij. Itẽ ponit ꝑ. l. qδ pupille. ff. qñ di. le. ce. de ꝯdi. ꝛ demõ. h̃ ꝯditio. vbi ſi legatũ fuit pupille ſi mr̃imoniũ ꝯheret fcã pubes põt ꝯtrahere ꝛ ꝯditioneȝ implere lȝ añ pubertatẽ ꝯtraxiſſet qδ qꝛ nou tenuit impedimẽtum nõ preſtat. ꝛ ibi Gof. q hoc. i. hos quatuor caſus q̃s premiſi. ꝛ ibi in fine. vide quod ibi dixi ꝛ de hoc in pre. decr. cum noſtris de ꝯceſ. ꝑbẽ. in. iiij. glo.

## Ec regula facit ad

b qõnem quã padue diſputaui quã ſic ꝓpoſui eſt mr̃imoniũ ſolutũ pp ꝯſanguinitatẽ vl̃ qꝛ mulier nõ cognita religionẽ ꝓfitet̃ q̃rit̃ an rũpat ſpõſalia ð futuro ꝑus a viro cõtracta. ¶ Et ꝑmo ſol̃one ad vtrũqȝ mẽbrũ ponet̃ gl. Io. Scδo ad vtrũqȝ fient due inductiones affirmatiue qbus in quãtũ ſol̃oni ꝯtradicũt ſingl̃r rñdet̃. Tertio diuiſiȝ ad mẽbra arguit̃ negatiue. ꝛ ꝑmo ad ꝑmũ ꝛ id ꝯcedit̃. ſcδo ad ſecũdũ ꝛ oĩbus q̃ inducunt̃ ſingl̃r rñdet̃. ¶ Soluendo igit̃ dico ꝙ Io. notauit in tertia cõpil̃. ð ſpõ. ſicut ꝙ mr̃imoniũ ſolutũ pp ꝯſanguinitatẽ nõ rũpit ꝑora ſpõſalia ð futuro ad qδ inducit decre. cũ in ap̃lica. e. ti. ſi ṽo ſoluit̃ ꝑ ingreſſũ religionis nihilominus rũpit ꝑora ſpõſalia. ad qδ inducit de cõuer. ꝯiu. qdã. ꝛ qꝛ actio ſemel extincta nõ reuiuiſcit de cõ. di. iiij. q̃ris. hãc gl. Io. Ber. vel eius ꝯtẽporanei. ſ. Vinc. in ſecũdo apparatu. Gof. ꝛ Phy. nõ poſuerunt nec aliq modernioꝛes eã tractauerũt ꝙ ſim memoꝛ ad pñs ad lr̃am tñ illa videri poterit in nouella. ¶ Ordie ṽo turbato ꝑcedit. ſolutio argumenta vt mixti qõnes iſtas tractando fiat ſimul̃ poſitio ꝛ rñſio argumẽtoꝝ q̃ ſol̃oni ꝯtraria viderent̃.

¶ Ad vtrãqȝ ergo qõnem primo arguit̃ affirmatiue. ſ. ꝙ vtroqȝ caſu ſint rupta ſpõſalia ꝛ tal̃r certũ eſt ꝙ inter multos caſus qbus rumpunt̃ ſpõſalia de futuro. iſte eſt potẽtiſſimus caſus. ſ. cũ alter ipſorũ ꝯtrahit ſcδa ſpõſalia de pñti de ſpon. ſic̃. ꝛ. c. ſi inter. j. rñ. de ſpõ. duo. c. j. potẽtiſſimus. iδ dixi qꝛ ſm̃. T. q h̃ no. de ſpon. de illis cũ in alijs caſibus diſſoluant̃ per ſñiam in h̃ cãu ꝛ cũ alter ſpõſoꝝ religionẽ igreditur ſoluunt̃ ipſo iure. ſed certũ eſt ꝙ ſponſalia de preſenti quo ad ṽba accipio te ꝛc. ꝛ quo ad cõſenſum in vtroqȝ cãu interuenerũt ꝛ iteruenire potuerũt ergo dicenda ſũt rupta prioꝛa ſpõſalia. ꝙ ṽba interuenire potuerunt ꝑ ſe pȝ. ꝙ conſenſus interuenire potuerit ſatis pȝ de ſpon. c. vnõ. e. lib. vbi ſpõſalia nulla qꝛ cũ ꝯſanguinea cõtracta ſi tenent ex ꝯſenſu inducũt publicã honeſtatẽ. iſpicimus eni in mr̃imõijs plus animum q̃ȝ iuris effectum de biga. nup. cuȝ ſuis ꝯcoꝛ. multos eni effectus ꝯſeqt̃ mr̃imoniũ lȝ ſit nullũ. inducic eniȝ bigamiam vel penã bigamie vt ibi q̃ȝ ſine mr̃imonio qs nõ ꝑt incurrẽ de biga. qꝛ circa facit ꝓlem legitimã ſeruata forma cõſtitutionis cũ inhibitio de clã. deſpõ. quã ꝓlẽ legitimã ꝓducere nõ poſſet fornicarius coitus. ꝑmũ ꝓbat̃ de clan. deſpon. c. vl. ꝛ q ſi. ſint le. cũ inter. ꝛ. c. ex tenoꝛe. Itẽ iducit publicam honeſtatẽ vt eſt dictũ ꝛ iterdictũ inducit adulteriũ ꝛ adulterij penam. qδ dic vt no. de dona. iter vi. ꝛ vx. c. plerũqȝ. cum ergo multos effectus alios ꝯſequat̃ mr̃imoniuȝ lȝ nullum non mirum ſi conſeq poteſt hunc effectum rumpẽdi ꝑoꝛa ſponſalia de futuro quaſi ſufficiat cõſenſus cum forma verboꝛũ. ꝛ eſt ſil̃e vbi ſufficit aliqd valere ex forma lȝ ex effectu vel ex cã nõ valeat. de elec. ſi poſtq̃ȝ li. eo. ſic̃. ꝛ in denũciatione noui operis dicitur. ff. de no. oper. nunc. l. j. ꝛ eo. ti. c. j. ꝛ. ij. ꝛ in ſen. ex. xj. q. iij. ſñia. ¶ Sed ad iſta inq̃ȝtum quo ad ꝑmũ pũctuȝ ſolutioni contradicunt. Reſpondetur ꝙ ſolutio ſponſalioꝛum de futuro per ſequens matrimoniũ procedit ex vinculo ꝯiugali qδ non iducit ſolus cõſenſus ſed legitimus ꝯſenſus ſed publica honeſtas nõ procedit ex vinculo cõiugali ſed ex ſponſalioꝝ conſenſu qui ſufficit ad illud impedimẽtum inducenduȝ ſicut etiam affinitas ex nõ legitimo coitu ſed fornicario ſurgit ꝛ ſufficit ibi coitus ð eo qui cog. conſang. diſcretionem. ¶ Ad illud quod dr̃ penã bigamie ꝯtrahi ex mr̃imonio qδ nõ tȝ. h̃ ſolum contrahẽtis illegitimũ mr̃imoninm verſat̃ odiũ. vñ fateoꝛ eũ ex fcõ ſuo poſſe penam incurrere ꝓpter affectũ cũ opere ſed nõ ſic ſe põt ab alterius obligatiõe liberare per ꝯtractum per quem alteri nõ ligat̃ ꝑ quẽ ſibi nõ põt ꝑiudicare ſed nõ ſic ſe põt ab alterius obl̃one liberare niſi alteri liget̃. eodem mõ tolli põt ꝙ arguit̃ ex dec. eũ q. de ꝑbẽ. li. eo. vbi ligatus eccleſie parochiali ab illo vinculo ſoluit̃ recipiẽdo etiã iniuſte ſecũdam ꝑochialẽ eccleſiã. illud eni eſt inductũ in odiũ iniuſte recipiẽtꝭ ꝛ nõ in ipſius fauoꝛẽ. vñ nõ poſſet dici ſȝ opi. Io. quã dixi de ꝑbẽ. de multa. ſuper ver. ꝑuatus. ꝛ ipẽ not. vij. q. j. ſi q. ꝛ. xxj. q ij. ſi qs iã trãſlatus ꝙ tũc ſit priuatus q̃ ad ſe nõ quo ad eccleſiã vel ꝑlatũ ſuperioꝛẽ q eũ ẽt inuitũ retinere poſſit in locũ ſuũ. qδ dr̃ de pꝛole. illud in eius fauoꝛem inductum eſt ꝓpter ignoꝛãtias parentũ amboꝛũ vel alteri᷒ ꝙ pȝ qꝛ q̃ȝtũcunqȝ in facie eccleſie ꝯtractũ ſit matrimoniũ ſi ambo parentes ſciuerunt ipedimẽtũ pꝛoles eſt illegitima vt in ꝑcedẽti dec. vlt. de clã. deſpõ. qδ dr̃ in dec. poſtq̃ȝ ð electio. ſpãle eſt in cathedralibus ꝛ regularib᷒ eccleſijs. vt ibi pȝ. al̃s eniȝ nõ ſufficit appellationẽ eſſe iuſtã ex forma ð ap. vt debitus. e. ti. nõ ſolũ li. eo. qδ de denũciatiõe dr̃ ſpãle propter contẽptum ꝑtoꝛis ſicut qδ dicit̃ de ſen. ex. ſpãle ne poteſtas clauium contẽnat̃. ¶ Adhuc ꝓ hac parte ſic arguitur. actus ille q ad aliquid efficiẽdũ requirit̃ ſufficit ꝙ de facto fiat ꝛ ſi de iure nõ teneat hinc eſt ꝙ iſtitutus ſi ſeruũ hẽditariũ manumittat manumittẽ nõ põt niſi adeat adire nõ põt niſi manumittat dic̃ lex ꝙ vt adeat ſufficit ꝙ de fcõ manumittat lȝ mãumiſſio nõ valeat. ff. de cõ. iſti. mulier. §. j. Itẽ ſi qs manumiſſus ſit ſi. x. hẽdi ꝓmittat ſufficit ꝙ ð fcõ ꝓmittat lȝ ꝓmiſſio fcã ab ipõ adhuc ſuo nõ teneat. ff. ð ſta. li. l. pe.

¶ Item manumiſſus teſtō ſi iurat.x.opas filio dare iurā
do libertatē ɔſequit̄ lȝ nō teneat iuramētū.ff.ð ma.te.l.ꝑuū
teſtō.ad idē.ff.de con.ꝛ de.l.meuius. Et teſtm̄ ex quo non
adit̄ hēditas rumpit codicillos qui tñ tenuiſſent ſi teſtm̄ fa
ctū nō fuiſſet.ff.de hēdi.iſti.l.pr̄ filio.ꝛ inſti.qui.mo.te.iñr.
§.poſteriore.p qð ēt notaui de procur.ſi duo li.eo.in glo.ij.
ꝙ dās ꝑm ꝓcur.reuocat pmū etiā ſi eius nō ſuſcipiat māda
tuȝ.ad idē.ff.de iniu.rup.ꝛ ir.teſta.l.iij.§.ſed ſi ſtāte.vbi ꝑȝ
teſtm̄ qð rūpit̄ per poſthumū rūpit primū teſtm̄.ad idē de
prebē.c.pe.li.eo.vbi ſcda gr̄a cū prerogatiua lȝ poſtea reuo
cet̄ rumpit pmā.ad idē.ff.de teſta.mili.l.militis codicill̄.§.
ſi.vbi ſcðm teſtm̄ iure militari factū lȝ nō valeat milite.ſ.de
cedēte poſt annū militie.rūpit tñ pmuȝ qð ipſe fecerat iure
cōi.ad idē de ſepul.c.j.li.eo.vbi electio ſepulture lȝ nō tene
at ipedit aliā ſepulturā eligi ac ſi teneret ad idē.ff.ð adimē.
le.legatū ſub ɔditiōe vbi ſi quis donet vxori qð legauerat ſi
lie intelligit̄ ademiſſe lȝ donatio vxori fcā nō teneat.

¶ Ad hoc rñdet̄ ꝙ in.l.mulier.§.j.in.l.pe.ð ſta.lib.l.ꝑuū
de teſta.ꝛ.l.meuius.ſufficit factū lȝ nō hēat iuris effectū qꝛ
ſatiſfit voluntati teſtantis qui factū inſpexit: ac ſi dixiſſet ſi
ſaltauerit vel lapidē in flumē ꝓiecerit vn̄ ſufficit ibi fcm̄ ſi
ne iuris effectu ad id.ff.de ſta.li.ſtichus ſi.x.pterea facit ibi
qð pōt ꝛ iuxta iuris regulā ad ipoſſibile nō dȝ aſtringi.e.ti.
nemo pōt cū ſuis ɔcoꝛ. ¶ Ad.l.iij.§.ſi.ff.de codicil.cū.vij.
iuribꝰ in ꝑxio allegatis nō expedit rñderi qꝛ faciunt pro ſo
lutione quo ad ſcðm pūctuȝ.ꝓbāt eni illa iura ꝙ ex q̊ teſtm̄
a pncipio tȝ lȝ poſtea rumpat̄ ide ruptū eſt pmū ꝛ id ſit̄e in
ꝓcur.ꝛ gratijs ſic ex quo mrimoniū tenuit lȝ poſtea rūpat̄
ſufficit ad hoc vt rūpat poꝛa ſpōſalia.ad qð facit qð dr̄ actō
nem ſemel extinctā nō reuiuiſcē de ɔſe.diſt.iiij.q̄ris.xxiij.q.
iiij.ſi illic.ff.de ſolu.qui res.§.areā.ff.de ver.ob.iter ſtipulā
tem.§.nā ꝛ cū quis. Ad dec.de ſepul.rñdet̄ illud nō eſſe ex
virtute electōis q̄ nō tȝ ſed in penā eligētis. ¶ Ad.l.lega
tum rñdet̄ ꝙ qꝛ teſtm̄ pendet ex vnius nō ex pluriū volūta
te ſufficit ꝙ appareat ibi teſtatoris legantis mutata volun
tas lȝ volūtas legatarij nō itercedat q̄ nec requirit̄: nō ſic i
caſu nr̄o cū ſpōſalia pēdeāt ex volūtate duoꝝ.facit qð not.
ſ.de ɔſti.c.j.li.eo. ¶ Ad negatiuā vo.ſ.ꝙ i neutro pdicto
rum caſuū rūpant̄ ſpōſalia.arguit̄ pmo quo ad pmū ꝙ ma
trimoniū cōtractū cū ɔſanguinea cū ſit nullū nō hȝ rūpere
ſpōſalia.ad hoc eni vt mrimoniū illa rūpat dȝ eē tale ꝙ te
neat.nō eni pſtat impedimentū qð de iure nō ſortit̄ effectū
vt h̄ cū ſuis ɔcoꝛ.ꝛ q̄ ɔ̄ ius ſiūt dn̄t pro ifectis hēri.e.ti. q̄ ɔ̄
ius.ꝛ.C.de legi.nō dubiū.ſi igit̄ iſtud mrimoniū ɔſanguiee
dȝ hēri pro nō facto ſatis pȝ qð nō rūpit ſpōſalia ad inſtar
eius qð dicimus electionē q̄ nulla eſt alteri electioni nō p
ſtare ipedimētū iuxta ea q̄ plene no.de elect.auditis.

¶ Ad hūc caſuȝ facit.ff.de ɔdi.ꝛ demō.l.h̄ ɔditio.vbi cō
ditiōi nuptiarū di nō puiſſe q nuptias iterdictas ɔ̄xit. ɔdē
natū etiā ſic accipe debemꝰ vt ɔdēnatio teneat.ff.ð re iudi.
l.iiij.§.ɔdēnatū.ꝛ.l.ſi cū nulla.ad idē.ff.de penis.l.rei capi
talis.in ſi.ff.ad tertul̄.l.j.§.ſin.ꝛ tutores teſtō datos accipe
dȝ q iure dati ſūt de teſt.tu.l.iij.ꝛ falſus tutoꝛ nō eſt tutoꝛ ꝛ
falſum teſtm̄ nō eſt teſtm̄.ff.de ver.ſig.paulus. Idē dicā de
mrimonio. Idē q ſatiſdare ꝓmiſit dando eū q non obligat̄
vel exceptiōe vtit̄ ſatiſdare nō dr̄.ff.de fideiuſ.l.iij.ꝛ q̄ p ex
ceptionē pimi pn̄t in cōpenſationē nō veniunt.ff.de cōpen.
quecūqȝ.ꝛ.l.qð in diē.ꝛ veritas reuelata dȝ opiniōi vl̄ ſer
monibꝰ pualē.viij.di.vitate.lxxxj.di.qcunqȝ de re iudi.cum
inter.ex quo ergo appet mrimoniū nō fuiſſe pp ɔſanguini
tatē veritatē opiniōi pferēdo dicemꝰ nō rumpi ſpōſalia ma
xime cū ꝓnūciet̄ mrimoniū nō fuiſſe in autē.de nup.§.ſi vo
ab initio coll̄.iiij.ſpōſalia poꝛa q̄ tenuerūt p mrimoniū qð
nō tenuit ſolui nō debēt ad h̄.ff.de reſcin.vē.ſi id qð in pnc.
.§.j.nā ꝛ ſi ꝓfiteat̄ qs religionē nō approbatam iſta ꝓfeſſio
nō diſſoluit ēt ſequens mrimoniū de voto.c.vno li.eo.ꝛ fa
cit qð ibi notaui de ordinatis ab eo q nō poterat ordinare
ꝛ lex vr̄ dicē ꝙ mrimoniū ɔtū cū ɔſanguinea nō diſſoluit
ſpōſalia pꝰs cū eadē ɔtracta: ergo nec cū altera.ff.de dona.
inter vi.ꝛ vxo.cū h̄ ſtatus.§.pe.quid vltra vr̄ h̄ exp̄ſſum de
ſpon.c.vno li.eo.vbi qui cū ɔſanguinea ɔtraxit ad ɔtrahen
dum cū ſpōſa remanet obligatus.ſeq̄ret̄ eni ex ɔtrario ab
ſurditas magna qꝛ.ſ.ille qui cū muliere ſponſalia ɔtraxiſſet
ſe ipm poſſet ɔtrahēdo cū cōſanguinea liberare ꝛ ɔſeq̄ret̄
pmiū vn̄ pena ſibi deberet̄ de hereti.cū ꝑm li.e.cū ergo foꝛ
tius vinculū h̄ cāu hēat ſoluere ſpōſalia.h̄ vo nullū ſit vin
culū qð pȝ qꝛ pōt illo durāte vl̄ p eccleſiā nō ſoluto cōtra
here cū alia ergo dicā poꝛa ſpōſalia nō eē ſoluta de ſpon.cū
in apl̄ica de eo qui du.c.ij.ꝓbat h̄ lex dicēs ꝙ ſcðȝ teſtm̄ in
quo filius fuit pteritus nō rūpit pmū.ff.de lib.ꝛ poſthu.l.ſi
lius.teſtm̄ vo in quo pteritus ē poſthumus hn̄ rūpit pmuȝ
lȝ poſtea rūpat̄ p poſthumū qꝛ potuit poſthumus nō naſci
ꝛ ſic a pncipio tenuit ꝛ ſic loquit̄ lex ſupius allegata de iniu
ſto rup.l.iij.§.ſed ſi ſtāte.ꝛ ſic lȝ teſtm̄ qð a pncipio tenuit ꝛ
ex q̄ quis potuit hēs eſſe q̄uis poſtea rūpat.illð tñ qð a pn
cipio nō tenuit ꝛ ex q̊ a pncipio nō potuit hēs eē quis nō rū
pit pmū vt in.l.ſi filius qð ſatiſfacit ad vtriuſqȝ mēbri ſolu
tionē.ꝛ bis nō eſt rñdēdū qꝛ ſol̄oni cōcoꝛdāt ad quā ēt fac
de ſpon.veniēs.ij. Quo ad ſcðm ſic arguit̄.mrimoniū ſolu
tū p religionis ꝓfeſſionē añ copulā ex quo nō durauit fingi
tur nō fuiſſe de ver.ſig.nā ꝛ ego cū ſuis cōcoꝛ.ꝛ cū mrimo
niū ſit ſacr̄m ꝛ ꝙ ſacramētaliter hēat deſignare vt di de bi
ga.debitū.mrimoniū vo nō cōſumatū p copulā nō hȝ oēm
huius ſacramēti ſignificationē vt ibi.ꝛ.xxxiiij.diſti.valētio.
ergo nō dicemꝰ p illð diſſolui ſpōſalia.pfici eni ꝛ cōfirmari
vr̄ mrimoniū ex copula de trāſla.c.vlt. ¶ Sȝ ad iſtð rñde
vt ibi no.ꝛ.xj.q.iij.qð pdeceſſoꝛ. ¶ Preterea vt.ſ.dcm̄ ē
cā pp quā mrimoniū poſterius ſoluit poꝛa ſpōſalia eſt foꝛ
tius vinculū qð vinculū nō deeſt in mrimonio nō cōſuma
to al̄s ſeq̄ret̄ ꝙ qui cōtraxit cū vna añ copulā cū alia cōtra
here poſſet qð eſt falſum. Itē ſeq̄ret̄ ꝙ ſpōſa de pn̄ti nō co
gnita cū alio coeūdo non poſſet violare ſacr̄m mrimonij ſi
nōdum eēt.ꝛ hoc eſt falſum.cōmittit eni adulteriuȝ ſicut ꝛ
vxoꝛ vt de eo qui duxit in ma.c.ij.ꝛ vlt.de eo qui cognouit
cōſang.diſcretionē.ij.q.j.ſi peccauerit.lȝ igit̄ iure pmittēte
illud vinculū ſoluat̄ p religiōis igreſſuȝ añ copulā.xxvij.q.
ij.deſpōſatā.ꝛ.c.ſe.ð cōuer.cōiu.verū.ꝛ.c.ex publico.tñ du
rat vinculū ꝑȝ quoſdā. vl̄ verius ſoluit̄ vinculū q̄dā iuriſdi
tione q̄ ꝓfeſſum fingimus mūdo mortuū.xvj.q.j.placuit.ꝛ
facit qð no.de voto.c.vno.li.eo.ſic ergo obl̄o ſpōſalioꝝ ex
tincta p ſeq̄ns mrimoniū nō renaſcet̄ moriēte nālit̄ ſecūda
vxoꝛe.ſic nec ea ꝓfitēte religionem. ¶ Nec obſtat qð dea
obl̄one iterdū reuiuiſcēte de ſen.exc.eos.li.e.ff.quēad.ſer.
amit.ſi locus.ff.de ſerui.vr.pre.ſuitutes.§.ſi ſublatū.C.ð in
offi.te.ſi maritus.C.de pac.debitoꝛi.i dec.eni eos reuiuiſcit
prioꝛ excōica.ſnia nō ex viribꝰ poꝛis obl̄onis vel ſnie ſed ex
viribus ipſius cōſtitutiōis qð ꝓbat lr̄a ibi decernimus non
dixit declaramus vt ibi no.ꝛ eſt illud ſtatutū in odiū contē
nētis ꝛ fauoꝛe clauiū. ¶ Ad.l.ſi locus.ꝛ.§.ſi ſublatū dico
ꝙ nō erat in totū obl̄o extincta ſed pp caſuȝ ipedita.in.l.ſi
maritus ꝓuidet̄ iuſte ignorātie hēdis ꝛ ē ſit̄e ad id qð hēs
de prebē.ſi beneficia lib.eo. ¶ In.l.debitoꝛi reuiuiſcit nō
ex vi poꝛis obligationis ſed ex vi pacti ſubſecuti.vnde ꝛ h̄
poſſet obligatio reuiuiſcere iſto de nouo contrahente ſpon
ſalia cum eadem ad hoc hn̄ faciat.ff.de ſerui.vr.pred.ſi quis
edes.j.rñ.de renuncia.ex tranſmiſſa.de ſimo.ex inſinuatiōe
de reſcrip.quāuis li.eo.nec obſtat qð dicitur obligationem
non extinctam ſuſpenſam ad inſtar eius quod no. Ioan. de
voto ſimplici.ſ.ꝙ talis vouens ſi contrahat mortua vxore
continere debebit hoc no.xxvij.q.j.nuptiarum.ꝛ.q.ij.aga
thoſa.matrimonium eni non diſſoluit votum continentie lȝ
ipſius executionē ſuſpēdat pro pte ſalti reddētis quod pȝ
quia etiā vxoratus quo ad ſui obligationē continentiā vo
uere poſſet ꝛ p illud votū ſine cōiugis piudicio ſe deo obli
gare ſed poſt mrimoniū ſpōſalia cū alia nō poſſet ɔtrahere
cū igit̄ votū fiat obl̄o deo h̄.ſ.p ſpōſalia fit homini. Itē cū
per votum ꝛ matrimoniū ꝑm ea que dixi ſe cōpatiant̄ ad in
uicē mrimoniū cū vna ꝛ ſpōſalia cū alia nō ſe cōpatiant̄ nō
eſt mirū ſi mrimoniū in totū ſoluit ſpōſalia: votū vo ſuſpen
dit: fateoꝛ tñ ꝙ votum ſimpl̄r ꝛ mrimonium ꝛ eius vſus ſe
nō cōpatiunt̄

nõ cõpatiunẽ. ⁊ facit qđ dixi poſt Inno. de ꝯuer. ꝯiu. pl3 ĩ fi. ¶ Licet autem reſponderim ad predictam opinionẽ Jo. proximo inductam non tamen preciſe fateor eam veram qđ tamen hic non tracto. ſed tractaui qui cle. vel vo. rurſus in vlti. glo. Ex predictis allegatis ⁊ contrarijs ſolutis concludo ꝙ in ſoꝛ. ſuperius dictum eſt.

n **Ullus ex** Conſilio. lxij. ¶ Pꝛia glo. dicit vñ ſumpta ponit rõnez regule ⁊ exempla regule ⁊ exceptionis. Secũdo diſtinguit. Tertio oñdit ꝙ differt cõſiliũ a mãdato. ¶ In glo. j. ibi conſilij ſequiẽ nõ fraudulẽti nulla ẽ oblĩo. ceterũ ſi dolus vẽ calliditas itercesſit de dolo actio competit. ⁊ ibi. l. ij. in fi. põit caſum de illo q ꝯſuluit pecuniã potius locãdam in emptionez prediorũ quã fenerãdam vel ecõuerſo ⁊ ibi ꝙ ſi cum ſcires j. ſequiẽ in glo. ⁊ ibi ⁊ eleganẽ in fi. cõſulẽs mutuari debitori non idoneo nõ teneẽ de dolo. ⁊ ibi. l. ij. ꝓſoneta q dolo ⁊ calliditate debitorẽ circũuenit de dolo teneẽ. ⁊ ibi nõ ſolum tenetur iniuriarũ nõ ſolum faciẽs ſed ⁊ is cuius dolo facta ẽ iniuria vel q curauit vt fieret. In pma glo. ibi ⁊ ibi de hoc. ⁊ ff. de ver. ſig. ſepe iu fi. ⁊ inſti. de obli. que ex delicto. §. ope. ⁊ ibi ſubdiſtingue ſm Dy. h ſubdiſtictio locũ h3 in aẽs ꝯctu ro aẽs teneẽ ꝯſulẽs. ff. mã. ſi remunerãdi. §. ſi tibi. ſed. §. loqẽ in mandato nõ in cõſilio ⁊ facit finis glo. ⁊ ibi cõſulens h ẽt diſtinguit Dy. an foret aẽs facturus ⁊ tñ caſu vtroq3 fateẽ eum teneri. diſtinctio iſta ſatis placet quo ad quãtitatẽ pene de homici. ſicut dignũ. ipẽ aũt dicebat ꝙ q conſuluit aẽs facturo aut pbuit cõſilium tñ aut opẽ tñ. aut ꝯſiliũ ⁊ opez. Primo caſu teneẽ qꝛ nõ oꝫ laudãdo malitiã augeri. ff. de ſeruo coꝛ. l. j. §. perſuadere. ⁊ C. de fur. ſi qs ſeruo. ſi opez tñ ſine cõſilio pncipali vẽ ſecũdario nõ teneẽ. ff. de fur. ſi pignore. §. qui ferramẽta ſi ꝯſilium ⁊ opem nõ eſt dubium ꝙ tenetur. ff. de ver. ſig. ſepe. §. ita dubitatũ. ⁊ inſti. de ob. q ex delic. §. opij. ⁊ ibi teneẽ furti. nõ tñ ꝯditiõe furtiua. ff. de ꝯdi. fur. proinde. qđ dic vt ibi nota. in pre. l. ſepe.

b **Ec regula** loqtur de dante ꝯſiliũ. ⁊ glo. in pn. ⁊ fine pro rõne regule ponit ꝙ id cui daẽ nõ teneẽ illđ ſeq. ⁊ circa hoc inſtemus pp iudices eccleſiaſticos ⁊ ſeculares q ad ferẽdas ſnĩas ẽt iterlocutorias recipiũt ꝯſultores iuriſperitos de more italico quoꝝ tñ ꝯſiliũ ſi ꝯ ius eẽt ſeq nõ tenẽtur ẽt ſi de ꝯſenſu partium illos aſſumpſerint l3 h caſu qdam ꝯ. de hoc vide in ſpec. de reqſitiõe cõſilij ver. qđ ſi iudex. ex hoc incidit qđ diſputata Padue p dñ3 Nicholaum de matarellis q querebat ſi iudex aſſumpſit tres ꝯſultores ſup diffinitiua quoꝝ duo ꝯſuluerunt reũ ꝯdẽnãdu3 ⁊ tertius abſoluẽdum ⁊ iudex abſoluit an valeat ſnĩa cũ ſtatutum hẽat nõ valere ſnĩas niſi late ſint cũ ꝯſilio ſapientũ.

¶ Et huic qõni pmittã aliã qõnem dñi mei in legibus dñi Martini qua querebat ſi oꝛdinarius trib⁹ ꝯſultoribus aſſumpſit ita pnũciauit de ꝯſilio talis ꝯdẽno. ⁊ de ꝯſilio taliũ abſoluo ⁊ lapſis. x. diebus actoꝛ petit ſnĩam executiõi mandari an ſit exequẽda. ¶ Breuiſſime ad vtrãq3 partẽ ſunt tres allegatiões ⁊ ſoluit per qtuoꝛ rões. ¶ Dicebat multis videri ꝙ ſic qꝛ cũ dixit ꝯdemno functus fuit officio ſuo s. de offi. deleg. in litteris. ff. de re iudi. iudex. C. de pen. l. penã. nec potuit ſnĩam coꝛrigere. ff. de arbi. l. arbiter. ¶ Idẽ ſtatim fuit ius actori qſitũ qđ ibi nõ potuit auferri. bñ facit s. eo. li. de elec. ab eo. ⁊ cle. eo. ti. ꝯſtõnem. §. pe. in fi. allegabat ipſe. ff. de ſtip. ſer. l. j. §. ſi ſeruus cõis. nec potuit mutare tenoꝛẽ ſnĩe. ff. de re iudi. l. actoꝛum. ¶ Itẽ fuerunt due oꝛationes ⁊ ſic due ſnĩe arg. ff. qñ di. leg. ce. l. ex his. ergo pmiſſis rõnib⁹ valuit pma. ¶ Refert ipẽ ꝙ multis videbaẽ cõtrarium qꝛ iudex ſe coꝛrexiſſe vẽ dicẽdo ſtati poſt abſoluo ff. de ma. te. l. ſtichus. Itẽ cũ de ꝯſilio duoꝝ abſoluerit fuit ſtandum de ꝯſilio maioꝛis partis. ff. de arbi. Itẽ ſi. §. pncipaliter. facit. ff. de re iud. duo ex tribus. facit regula. e. ti. in obſcuris põderando ꝙ abſolutio ſit minimũ ſequendũ in obſcuro. ¶ Soluẽdo ipẽ tenuit ſnĩam ipo iure nullã. qtuoꝛ reſpectibus qꝛ nõ imponit finẽ liti. ff. de re iudi. l. j. ff. de arbi. l. dicẽ. Itẽ qꝛ ſup vno articulo ꝯtinẽ d3 abſolutionẽ tñ vẽ cõdẽnationẽ vt pre. l. j. ¶ Sup hoc tñ vide qđ ſcripſi de re iudi. cũ iter in vlt. glo. Itẽ qꝛ debuit eẽ certa inſti. de act. §. curare. ⁊ qꝛ ꝯtinet ꝯtrietatẽ. ff. eo. ti. vbi repugnantia de teſti. qui falſo. C. de fi. inſtru. ſcripture. s. de fi. inſtru. imputari. ⁊ circa h vide qđ no. xj. q. iij. §. cũ ergo ſubdit. ⁊ dixi de offi. oꝛ. ſi ſacerdos ſup glo. pe. ¶ Nũc ad qõnẽ ꝓpoſitam redeundo ad negatiuã pmo ⁊ ſcđo ad affirmatiuã allegat tria ſubdẽs tertij rõnem. ¶ Tertio ſoluiẽ ⁊ ſolutio declaraẽ. ¶ Quarto de prepoſitionib⁹ cum ⁊ de: plene tractabo. ¶ Ad partez ꝙ ſnĩa non valeat allegaẽ ꝙ maioꝛ p ſapiẽtum repñtat oẽs ff. eo. aliud. §. referẽ ad munici. qđ maioꝛ de vẽtre inſpi. l. j. §. j. qđ ergo ſine ꝯſilio maioꝛis partis ⁊ qđ plus eſt ꝯ ꝯſiliũ factũ eſt nõ valet ex foꝛma ſtatuti ſunt ad h ſiẽia. ff. de acqr. here. ſi quis mihi bõa. §. ſi coꝛã. de admi. tu. l. tiũ in pn. de inſtito. l. ſed ⁊ ſi pupillus. §. cõditio. de exercito. l. j. §. ſi plures. ¶ Scđo ſic cũ ſtatutũ dicat ſnĩam ferẽdam cũ cõſilio itelligẽdũ eſt de ꝯſilio ꝯſonãte ſnĩe vt verba hẽant effectũ ſuũ. ff. qđ qſq3 iur. l. j in fi. ne quis eum qui in ius vo. l. pe. §. docẽ. s. de cle. nõ reſi. relatũ. ſic eni intelligit lex ꝯſiliu3. C. de legi. humanũ de ap. noiationes. C. de lega. l. pe. li. x. ⁊ ar. C. de pdi. curi. l. fi. de ſuſcep. ⁊ archa. l. exactoꝛes. e. li. ſic etiã intelligit lex ꝯſiliũ cũ dicit factũ furtum alterius ꝯſilio. ſ. ꝯſonãte. ff. de ver. ſig. ſepe. inſti. de obli. ex delic. §. ope. ⁊ de fur. l. in furti. §. cõſiliũ. ¶ Tertio qcũq3 lex oꝛdinauit cõſilium haberi illud ſeruari voluit in autẽ. de iudi. §. fi. ⁊ in medio litis. §. j. ibi ſi vo aliqua dubitatõ. C. de ap. l. iubemus ibi. ⁊ tñ diſpõ ⁊c. ad idẽ. s. de of. dele. venerabili vbi ꝯſiliũ poniẽ ꝓ conſenſu de offi. archipſ. c. ij. de iura. calũ. c. j. ver. verũ de immu. ec. aduerſus. ad idẽ de fo. cõpe. c. j. de his q fi. a pla. nouit. ⁊ c. quãto. ⁊ foꝛſan huius rõ eſt ne cõſiliũ ſit eluſoꝛiũ vẽ lex q mãdat illud haberi. C. de boniſq3 li. l. fi. §. vbi. ff. de iudi. ſi ptoꝛ. facit. s. de mſimo. ꝯcto ꝯ interdictu3. c. j. s. e. li. de elec. cõmiſſa. §. poꝛro. In ꝯꝛium ꝙ iudex poſſit minoꝛis ptiſ conſequi cõſiliũ ſi ſibi iuſtus videaẽ ſicut de teſtibus dẽ. s. de teſti. in noſtra. ff. e. ob carmẽ in fi. vñ vna pars põt eẽ maioꝛ rõne numeri alia rõne auctoꝛitatis vt no. in. l. ſi vni. ff. de re iudi. de elec. eccleſia noſtra. ij. ¶ Ad idẽ induciẽ ſecũdo ꝙ iudex videẽ ꝯputãdus in numero ꝯſultoꝝ ſic ⁊ tabellio de numero teſtiu3. C. qui te. fa. poſ. hac ꝯſultiſſima in autj. de fide inſtru. §. op3. ⁊ pncipes iter cõmilitones. ff. de teſta. mili. l. j. ⁊ facit de ver. ſig. familie. ⁊ vide qđ no. de conceſ. pbẽ. poſt electionẽ in. iij. gl. ⁊ ff. qđ cuiuſq3 vniuer. no. l. plane. ⁊ ſic cũ eſſent pares ꝓualet ſnĩa abſolutoꝛia. ff. de re iudi. iter pares. ¶ Tertio ſatiſfacit qꝛ nõ videẽ inde aſtrictus ad cõſilium ſequẽdũ vt in glo. ⁊ ſic poneẽ ꝯſiliu3 pro deliberatione. ff. de exerci. l. j. in pn. ⁊ hãc iterptationẽ ſuadet iuramentũ iudicis in autẽ. iuſiurã. qđ pſta. §. ⁊ equus ero. ibi ſm qđ mihi viſum ⁊c. ⁊ de iudi. circa pn. v. illi aũt. ⁊ ff. de arbi. Itẽ ſi vnus. §. Idẽ põpo. Idẽ cũ voluit aſſeſſoꝛes aſſiſtẽ iudicibus vt per eos q ſunt iuris expliceẽ. C. de aſſeſ. l. j. ff. de of. aſſeſ. cõſiliarijs in autẽ. de iudi. in pn. non tamẽ voluit iudices teneri ad ipoꝝ conſilium ſeruãdũ qđ patet ex foꝛma ſacramẽti predicti. ⁊ alioꝝ etiam ꝯſiliũ requiri vult. C. de ſen. ex peri. re. l. ij. qđ tamẽ eſt neceſſe ſeruari. ſi nõ videẽ ſibi iuſtum fuiſſe. ſimile de reſcripto pncipis in autẽ. de iudi. §. omnes. ⁊ in medio litis. §. ſi vo. ⁊ qđ nõ ſit neceſſe cõſiliũ ſequi videẽ expreſſum. C. de ſen. ⁊ inter. nemo in pn. ibi cõſultationes ⁊c. s. de arbi. cum olim de elec. cum in veteri. ⁊ põt eẽ rõ habendi conſilij que no. in pre. dec. cum olim in glo. ij. ⁊ facit eo. ti. dilecti. ibi conſilio roboꝛatur. na3 qđ a plurib⁹ queriẽ ⁊c. xx. di. de quib⁹. s. de offi. deleg. prudẽtiã. ff. de arbi. l. fi. in tres. ⁊ optie qđ ſcripſi de conſue. ad nr̃am ſup. j. glo.

¶ Soluebat Nicholaus ꝙ ex foꝛma ſtatuti tenebaẽ habẽ cõſiliũ ⁊ ſi nõ hẽret nõ valẽt ſnĩa: ſed ex quo habuit ſatiſfactum ſit ſtatuto: ⁊ ſi fuerit inique pronunciatum locum habeant communia remedia. ſ. appellatio ⁊ ꝙ iudex teneaẽ q fecẽ litẽ ſuã ⁊ ſiẽia alẽat. ff. de iudi. eũ quẽ temẽ. §. i. in autj. de

iudi.§.fina.in medio litis.§.j.ibi ſi vero aliqua dubitatio cū
adiunctione pre.l.nemo.C.de ſenten.ꝛ inter.ꝛ per predic.
decre.cum olim.ꝛ cum in veteri.

¶ Eſt aduertēdum ꝙ qñqꝫ ſtatuta hoc habēt ꝙ iudex te
neatur ſequi in pronunciando conſilium ſapientuꝫ quos aſ
ſumpſit nō de numero ſuſpectorū ꝛ tunc non ꝓcederet ſolu
tio Nicholai.ſed locū haberēt argumēta ṗme partis.

¶ Remanet ergo mō vnū antiquuꝫ dubium an ſit dr̄ia in
hac mā vel ſikr has ꝓpoſitiones cū ꝛ de.ſ.an cū conſilio vel
de cōſilio ſint diuerſa in effectu.exempli grā habeť ṗmū de
elec.ne pro defectu.Scōm de hereti.vt commiſſi.v̄.ꝓuādi.
Uin.dixit in decre.pe.de conſti.ꝛ Compo.ibi recitat eiꝰ di-
ctum.ꝛ Archi.s̄.eo.li.ne ſe.va.c.vni.qō eſt differētia:qꝛ pri
mo caſu ſufficit requirere nec ē neceſſe ſequi.ſuper quo etiā
vide qō no.de elec.ne pro defectu in glo.pe.Scōo v̄o caſu
neceſſe ſit ſequi ad ṗmū de arbi.cum olim.s̄.de regula.lꝫ.ff.
man.idemqꝫ.§.ſi quis ea.vbi ſi mādaui geri negocia mea ꝑ
procuratores cōſilio ſempronij ꝛ ſunt male geſta.ꝛ ipſi te-
nētur ꝛ nō ſempronius qui non fuit adhibitus niſi vt cōſu-
lat ꝛ admoneat vide qō de hac.l.ſtatim ſubdaꝫ ꝛ ſic iudex
aſſeſſoris ꝛ peritorū cōſiliū requirit qō tñ ſequi nō teneť qꝛ
ſuo nō aſſeſſoris periculo iudicat.C.de pena iudi.qui male
iudi.l.ij. ¶ Ad ſecūduꝫ inducit ꝙ plus videť artatus mā-
datarius ꝑ prepoſitionē de q̄ſi conſultoris induſtria ſit ele-
cta.s̄.de offi.dele.c.vlt.qō de tali virtute prepoſitiōis nil ꝓ-
bat dat ſikr ſicut aliud eſt rē eſſe in bonis q̄ꝫ eſſe ex bonis in
ſti.vi bo.rap.§.ſane.facit de pe.di.iiij.ſi ex bono.ſubdebat
ſe putare conſilium ſequēdū cū ꝓponeť negatiua puta hoc
non facias ſine ꝯſilio epi.s̄.de offi.dele.venerabili.ſic etiam
poſſet intelligi.ff.de ſuſpec.tu.impuberis in ṗn.vbi adole-
ſcēti ꝑmittitur durāte cura accuſare curatorem dūmodo ex
cōſilio neceſſarioꝝ id faciat quaſi nō ꝑmittiť niſi illud cōſi
lium accedat.vel illud ex:idē ſonat qō de.bñ facit de elect.
cum in iure ibi: ex ſe vľ alijs de gremio eccleſie.nam ita dice
re poterat de ſe vel alijs ꝛ ſic etiam faciat pro ſcōo dicto vľ
procedit id ex illa dictōe dūmodo cui ꝯcor.s̄.de vſupal.ex
tuarū in fine cū cōcor.quas ibi poſui vt ṗdixi.allegata non
probāt qō dr̄ de ṗpoſitione de.videť tñ ibi ꝓbari de eta.ꝛ
quali.ad aures in fi.vbi ꝯſiliū cū prepoſitione de artat. Sꝫ
dic ꝙ abſqꝫ illis v̄bis ille i edictis erat artatꝰ ita ꝙ illa ver
ba nō artāt ſed artatū declarāt.Eſt ēt ſciēdū ꝙ qdā legi-
ſte qō predixi de ꝓpoſitiōe de.ꝓbāt per pre.l.idemqꝫ.§.ſi
quis ea.vbi tñ neutra prepoſitio poniť nec etiā ibi ponitur
verbum ꝯſilij:ſed dicit tex.ita demū rata haberi mādauit ſi
interuētu ſempronij geſta eſſent per qō vides etiam ꝯditio
naliter verba fuiſſe ꝓlata.idē dico de.l.j.§.ſi plures.ff.de ex
erci.que ēt nō facit qꝛ nec de propoſitionibꝰ illis nec de con
ſilio ibi ſit mentio ſed dicit tex.ꝙ q ſic duos ꝓpoſuit nec alť
ſine altero gereret q cum vno ꝯtraxit ſibi imputauit cui cō-
cor.de teſta.c.ij.in fi.s̄.eo.li.fateor ꝙ in.l.ticium ꝛ meuiū.ff.
de admi.tu.in ṗn.poniť verbū cū ꝯſilio.Item ſiue aliq̄ pre-
poſitione poniť.e.ti.qdā decedēs.§.j.ibi pr̄ tutelā filiorum
conſilio matris gerēdam mādauit nō minus officiū tutorū
integrum erit:dicunt legiſte illud ideo qꝛ mater iure veteri
non erat nec eſſe poterat particeps tutelaris officij.ff.de te-
ſta.tu.iure noſtro. ¶ Satis videť mirandū ꝙ de his pre-
poſitionibus qñ adijciunť ꝯſilio diſputamus ſed nō ſi adij
ciant ꝯſenſui voluntati auctoritati vel alteri actui.nō cura-
mus eni an dicať cū ꝯſenſu vľ de ꝯſenſu ṗmā habes de offi.
cuſto.c.ij.de iudi.cām.de his q̄ fi.a prela.cum apoſtolica.ꝛ
c.ſe.de iurepa.nobis de ec.edi.ad audiētiam.j.cum auctori
tate habes.s̄.eo.li.de iudi.c.fi.ſecundam.ſ.de ꝯſenſu.de ele.
in cauſis.v̄.qꝛ v̄o.ꝛ.c.per inquiſitionem.ꝛ.c.ſacroſancta de
offi.delega.ſuper queſtionum poſt ṗn.de iureiurā.ſicut.iij.
de inſtit.j.cum veniſſent de his que fi.a prela.ea noſciť.alibi
dicitur de voluntate de elec.qō ſicut in fi.ꝛ vide qō ſcripſi ō
preben.pro illorum ſuper verbo magiſtrum.vide etiam cir-
ca hoc qō no.in ſpe.de arbi.§.fi.verſi.ſed qd ſi dicatur.ꝛ qō
ſcripſi de of.delega.ſi pro debilitate in glo.putat Inno.v̄.
redeundo.Item aduertēdum ꝙ papa quandoqꝫ dicit ha-
bita deliberatiōe cū fratribꝰ.s̄.eo.li.de imu.ec.c.j. Sed cū
reqrit fratꝝ ꝯſiliū cōiter dicit de fratrū noſtroꝝ ꝯſilio pꝫ ō
elec.licet de vitāda.ꝛ.c.dudum.ij.ꝛ.c.in geneſi de of.le.lꝫ ō
diľ.expoſuit de fide inſtru.cū Joānes.ꝛ li.eo.de elec.funda
mēta.§.vt ergo.de regľa.nō ſolum de hereti.ſup eo.ꝛ.c.cū
ſꝫ de ſciſma.c.j.ver.videlicet ꝛ ꝓpe finē de ꝓuiť.ne aliqui.
ꝛ.c.vt apoſtolice de penis.c.vlt.in ṗn.ad idē cle.de elec.ne
romana.§.qꝛ ergo de iureiurā.romani.§.qꝛ igiť de re iudic.
paſtoralis in fi.de ſepul.dudum.ver.nos aūt de immu.ec.c.
j.de ſen.ex.c.j.cum ergo in dec.j.de renunci.li.eo.dicit ō fra
trum noſtrorū ꝯſilio ꝛ aſſenſu.ꝛ idem in dec.glorioſus in fi.
de reliqui.ꝛ ve.ſanc.patet ꝙ dictio de conſilio nō denotat
conſenſum aľs illud ſuperflue fuiſſet additū cui bñ concor.
s̄.e.li.de pac.c.vlt.ꝛ de cle.egro.c.vni.§.j.de cēſibus roma-
na.§.qō ſi.eo.li.ad idem pre.dec.vna ne ſe.vac.§.j.vbi dicit
conſilio vel aſſenſu.Itē interdum papa dicit ſolum de con
ſenſu.s̄.de ꝯſue.cum inter.per qō pꝫ iſta diuerſa.C.de codi.
ſi idem de deci.ad audiētiam.ad predicta facit de ſta.mo.c.
ij.in fi.coniuncta dec.ſi religioſus.ij.rñ..s̄.eo.li.de elec.per
que pꝫ ꝙ illud de conſilio poſitum in fine predicte dec.ſecū
de non artabit niſi ad requiſitionē. ¶ Item circa prepoſi
tionem de primo ſciendum ꝙ quandoqꝫ auget.ff.depo.l.j.
in ṗn.Item interdum ponitur pro a.ff.de fur.ſi is qui.ij.in
fi.ibi ſi ſtipulatus de te.i.a te.ꝛ eo.titu.l.fullo.ij.ibi.fulloſi
actione locati de domino liberatus eſt.i.a dño. Quādoqꝫ
ponitur de.i.pro.in autē.col.ix.vt nulli iudicū.§.neceſſariū.
ibi nulla mulier de qualibet includatur de.i.pro.dicūt etiaꝫ
grāmatici ꝙ hec prepoſitio de:ſignat māꝫ vt hec veſtis eſt
de lana linoqꝫ ꝯtexta de elec.cum cām.quandoqꝫ originem
duxit de reſcrip.eam te.ad idem de ſpon.c.j.quādoqꝫ origi
nem ꝓmotionis vnde diaconi de ſe eligunt archidiaconum
xciij.di.legimus.quandoqꝫ locum ſermo Helie ignē de ce-
lo depoſuit de conſe.di.ij.reuera.circa finē.ad idem per to-
tum capľm. ¶ De prepoſitione cum etiam ſciēduꝫ ꝙ quā-
doqꝫ ponitur pro quando quandoqꝫ pro qꝛ vtrunqꝫ pꝫ de
commo.c.vni.ad ṗmū.ff.depoſi.l.publia.in ṗn.ibi cum ve-
nero.ꝛ.C.eo.ſi quis.vbi gl.ad ſm.ff.qui ſatiſda.cog.l.ſi ab
arbitro in ṗn.in ius vo.vt eant.l.pe.quandoqꝫ ſonat iu pro
ff.de dolo rem quādam.quandoqꝫ ponitur pro q̄uis.C.de
epi.ꝛ cle.cum clericus in ṗnc.quandoqꝫ pro in.ff.de condi.
indebi.l.idebiti in fi.ſic poteſt poni.ff.depo.l.j.§.que depo
ſitis.ibi equus cum capiſtro ꝛ de mor.infe.l.negat.ibi cum
grauida.i.in grauida.quandoqꝫ etiam poniť pro ꝛ ſatis di
xi de cele.miſ.cum marthe.ver.alij v̄o.vbi inuenies dictum
Jaco.qui dixit ꝙ prepoſitio cuꝫ ſapit vim copulatiue vt po
natur pro ꝛ quotiēs ponitur inter illas res quarum vna nō
eſt acceſſio alterius vt inſtit.de legatis.§.quis ancillas.aľs
coniungit ſi vna ad alteram accedit vt ibi.ꝛ.ff.de pecu.leg.
in quatuor ṗmis legibus ꝛ poteſt reddi rō quia prepoſitio
cum deſignat veritatem rerum ꝛ coniunctionem perſonaꝝ
ſed copula ꝛ licet copulet oſtendit tamen diuerſitatem per
ſonarum ꝛ rerum ꝛ ſingula vt principalia comprehēdit.ff.
de vſufruc.l.ſi ticio.patent exempla de elect.j.quia diligen-
tia.ꝛ.c.cum in cunctis in ṗncipio.ꝛ poſt ṗnci.ꝛ.§.inferiora.
ꝛ propter talem varietatem habent quandoqꝫ vim diſiun-
cte de hoc de reſcrip.c.ij.

n

## ullus pluribus

xx. ꝯſen ſionibuſ quid de actionibus ꝛ an plures ciuiliter pro
poni poſſunt ꝛ tractatum cumulationis que
tunc eſt quando primo iudicio pendente ea
dem res petitur ex alia cauſa vel petitur alia res ex eadem
cauſa pleniſſime proſequiť hic Dy.ſolas autem regulas ali
quantulum declaratas hic deſcribā ꝛ ad alia remittam cuꝫ
in ṗncipio huius ti.dixi.ad ſcripta Dy.decidēda non intē
dam.dicit autem ꝙ regula cumulationis permittende ſic
tradi debet copulatiue vbi ſunt plures actiones nō contra-
rie ꝛ que electione non tolluntur ꝛ in prima quarum abſo-
lutoria nō parit exceptionē rei iudicate.in ſcōa ibi admittiť
accumulatio

accumulatio cũ vo tractaṫ de accũulatiõe ipediẽda tradiṫ
regula diſiunctiue ⁊ hoc modo vbi plures ſunt ꝯ̃rie actio-
nes vel que electione tolluntur. vel in quarũ p̃ma abſoluto
ria lata parit exceptioné rei iudicate in ſcõa ibi repelliṫ cu
mulatio declarat p̃má p illud gnãle nõ dʒ expectari caſus
cuius nil opatur euẽtus. ff. de fideiuſ. l. pen. ad velľ. l. aliqñ.
Sed certũ eſt ꝙ mutata pſona vel re vľ cã petẽdi abſolutõ
ꝯ̃rie petitiõis nõ parit exceptioné rei iudicate vt no. ſ̃. de ex
cep. c. pe. vbi vide in fi. vlt. gl. ergo ipedi nõ dʒ ſcõa pẽdẽte
ꝯ̃ria. ℭ Scõo ſic exñs i ſpe dubia nõ dʒ eé melioris ꝯditio
nis q̃ȝ is qui é in ſpe certa allegat. ff. de cõpen. l. vlt. de acqui
ren. hẽ. eũ qui duobus de le. iij. l. j. in p̃n. ſed abſolutus in pri
ma eſt in ſpe certa. nõ abſolutus eſt in dubia: ſed ſi dicerem⁹
cõtrariũ p̃me regule quã p̃miſſio. melioris ꝯditiõis eét nõ
abſolutus q̃ȝ abſolutus. qõ eé nõ dʒ vt p̃miſi maxie qꝛ non
ſolet actoꝛ lité ꝯteſtãdo ſuã cõditioné facere deterioré. ff. e.
ti. nõ ſolet quã vide ĩfra ſub hac lr̃a. ⁊ ff. de nouati. l. aliã er
go ⁊c. ℭ Item equipando litis pẽdentiã p̃ncipalis ⁊ cau
ſe appellatiõis facit cle. de teſti. c. teſtibus cũ in cã appella-
tionis interiecte a diffinitiua liceat plures cauſas oſtẽdẽ vľ
cumulare ex quibus probeṫ iuſtitia appellationis. ff. de ap-
pel. ſcio. ⁊ ſatis no. de ap. cũ cãm in vlt. glo. ſic ergo licebat
⁊ in cã p̃ncipali plures cauſas cumulare ex quibus oĩb⁹ vel
ipſarum aliq̃ appeat locũ hr̃e cõdẽnatõeȝ. hoc tñ itelligas
vt diciṫ. ſ̃. eo. li. de re iudi. abbate ſane. adhuc eãdem poſſe
probari p. §. ſi minus iſti. de act. textũ itelligẽdo put iacet ⁊
de do. ex. apud celſum. §. itẽ queriṫ. itẽ per. l. vlt. C. de app. ⁊
per. l. ſi añ. ff. de excep. ⁊ p. l. j. §. qui aũt. ff. quoꝝ leg. ℭ Ad
ſecũdam regulã pbãdam adducit certũ eé ꝙ vbi ſũt actio-
nes ꝯ̃rie põſita vna intelligaṫ altera remota. C. de furt. l. j. ſi
ſeruus exte. l. j. C. de codi. l. fi. itẽ ſi electiõe tolluñṫ vna ele-
cta tolliṫ altera. ſ̃. eo. li. de elec. vt quis duas vbi de h̃ ⁊ õ po
ſtu. c. vni. ℭ Tertio cõſtat ꝙ qñ ſunt due in quaꝝ p̃ma la-
ta ſñia parit exceptioné rei iudicate. in ſcõa repellitur cumu
latio. ff. de excep. l. fundũ. ⁊ l. fundi. ex quib⁹ pʒ p̃dictas du-
as regulas quaꝝ altera permittit cumulationeȝ altera ve-
tat veras eé. ℭ Demũ ſolutis multis ꝯtrarijs materiã ſpe
cialius diſtinguẽdo pſequitur ⁊ hoc omitto. ℭ Pꝛia gl.
dicit dñ ſumpta ⁊ ponit exempla. Scõo exponit regulaȝ ét
de exceptiõib⁹ ꝯtrarijs ⁊. xj. caſus excipit. Tertio interſerit
de electiõibus ⁊ actiõibus ⁊ remittit. Quarto obijcit ad id
qõ dixit de ꝯtrarijs ⁊ ponit q̃tuoꝛ ſonones ⁊ quãlibet impu
gnat. demũ ſoluit diſtinguẽdo ſubdẽs aliã ſolutioné quam
nõ approbat. quinto no. remittit ⁊ cõcoꝛ. allegat. ℭ In pri
ma glo. ibi nemo ex his ſeqtur q negat ſe debẽ phibeṫ alia
defenſione vti niſi lex impediat qõ ⁊c. ⁊ ibi nemo ſeqtur phi
betur plurib⁹ exceptionibus vti quãuis diuerſe ſint ⁊ ibi de
compẽ. l. vlt. negãs debitũ p teſtes ꝯuictus nõ compẽſat. ⁊
ibi. §. ſtudiũ. ponit caſus autꝭ. ꝯtra q propriã. ⁊ ibi. §. illõ ne-
gans ré fuiſſe in bonis debitoꝛis ꝯuictus de mẽdacio poſ-
ſeſſioné perdit nec aľr aliquo ipſius iure vti poterit ⁊ ibi cũ
res. fruſtra donatarius ab herede donatoꝛis rem emit. cum
rei propꝛie emptio nõ ꝯſiſtat. ⁊ ibi. l. j. vide in pre. c. ſi qs du
as in vlti. glo. ⁊ ibi ſed nec ipuberis ſubſtitutus directe filio
impuberi eo moꝛtuo contra matrem impuberis agenteȝ de
inofficioſo dicit illud teſtamẽtum fuiſſe paternum cõtra fra
trem teſtatoꝛis dicit illud fuiſſe filij. ℭ In prima glo. ibi ſe
ſoluiſſe de hoc vide in Spe. de excep. §. viſo. ver ſi. ſed qd ſi
debitoꝛ. ⁊ ibi in ver. ſe. tractaṫ de creditoꝛe q negat ſe nume
raſſe ⁊ pignus recepiſſe cum ab eo pignus repetiṫ. ⁊ ibi. §. il
lud. dicunt communiter doctoꝛes ꝙ in his omnibus eſt rõ
ſpãlitatis vt puniatur mendacium. ſed ẽm id in omnib⁹ ex-
ceptionibus cõtrarijs erit reperiri mendaciuȝ. quare diſtin
guit Dyn. aut exceptiones que videñṫ contrarie pponuñṫ
conditionaľr qõ licet vt. ĩ. in gloſ. aut ſimpľr: ⁊ tunc aut eſt
poſſibile primã aſſertioꝛem rei cõcurrere cum ſecunda. i. qõ
in vtraq; contineṫ ſimul poteſt verum eſſe ⁊ ſimul ⁊ diuer-
ſis tempoꝛibus proponi poſſunt vt hic ⁊ in concoꝛ. aut non
eſt poſſibile p̃mã cõcurrere cũ ſecũda. i. vtrãq; veram eſſe ſi
mul: tunc nõ audieṫ vt in ꝯtrarijs. ⁊ ibi. §. eligere. nec valet

ſi dicas idem debere dici in exceptionibus in q̃bus reus eſt
actoꝛ. ff. de excep. l. j. qõ in actionibus. ⁊ eſt rõ qꝛ rei fauora-
bilioꝛes. ratio rõnis quia in poteſtate actoꝛum eſt agere ſʒ
conueniri nõ eſt in poteſtate reoꝛum. ff. de do. ex. l. pure. §. fi
na. Dy. ⁊ ibi ſic intelligunt decre. vide quod ibi dixi ſuper
fi. antepenulti. glo.

b **Ic foꝛmatur** breuis qõ quaȝ olim diſputaui
de accuſato vel inquiſito de homicidio q ne-
gauit ſe homicidium cõmiſiſſe quo ꝯtra eum
probato dicit ſe id feciſſe ad ſui defenſionem
querebam an debeat audiri. ℭ Ad affirmatiuã. vj. allegan
tur ⁊ diciṫ eſſe caſus. in ꝯtrarium alia. vj. Tertio daṫ ſolutio
diſtinguẽs. ℭ Qõ audiri debeat videtur ex eo ꝙ rei fauo
rabilioꝛes ſunt q̃ȝ actoꝛes ⁊ promptioꝛes eſſe debem⁹ in ab
ſoluendo q̃ȝ in condemnando. ſ̃. de probat. ex litteris. ff. de
actio. ⁊ ob. l. arrianus hoc. e. ti. cum ſunt partiũ. itẽ pene ſũt
molliende potius q̃ȝ laxande eo. ti. in penis. ⁊ ibi cõcoꝛ.
ℭ Scõo qꝛ pbationum facultas nõ eſt anguſtanda de te-
ſti. co. c. fi. ſ̃. eo. li. de hereti. in fidei. ⁊ C. de hereti. l. qñ. qõ h̃
fieret ſi innocentia pbari nõ poſſet ꝯtra illud de ſimo. licȝ. ⁊
c. per tuas. ℭ Tertio videṫ eſſe caſus. ff. de noxa. electio. §.
neq; heredi. vbi diciṫ ꝙ nec heredi nec in heredem danda é
actio. in eo qõ defunctus mentitus eſt vbi etiam diciṫ ꝙ qui
negauit ſeruum in ſua poteſtate eſſe poterit poſtea illud fa
teri ſi lis conteſtata non eſt etiam poſt litem ſi minoꝛ eſſet.
ℭ Quarto cõſtat ꝙ reo reguľr lʒ vti contrarijs vt h̃ in gl.
itẽ reguľr erroneam ꝯfeſſioné reuocare lʒ negocio nondum
finito. ſ̃. de confeſ. c. vlt. C. de iur. ⁊ fac. igno. l. erroꝛ. ſ̃. eo. li.
de reſti. in iteg. c. ij. hic aũt nõ eſt finitũ negociuȝ ergo reuo
care vel contrarium dicere lʒ. ℭ Quinto qui negauit de ſe
vel alijs veritatem coꝛam inq̃ſitoꝛibus hereſis negationem
illã reuocare poteſt. ſ̃. e. li. de hereticis. accuſatus. §. lʒ. Itẽ
accuſatus qui negauit poſtea audiṫ confitendo de eo q co-
gno. con. veniens. ij. ergo ⁊c. ℭ Sexto cum talis propoſi-
tio expreſſe non ſit iure prohibita ergo intelligitur permiſſa
xxviij. q. j. iam nunc poſt p̃n. xxx. q. iij. c. fi. ⁊. q. iiij. c. vlt. C. de
colľ. illam. ⁊ dato ꝙ iſte eſſet periurus nullo tñ iure prohi-
betur ſe defendere immo defendit ét eccleſiam ſuam de ex-
cep. dilecti. ꝑeligẽda eſt etiam hec pars qꝛ humanioꝛ ſalteȝ
vbi nõ eſt ius expreſſum de trãſla. c. fi. facit. C. q bon. ce. poſ.
l. fi. ℭ Ultimo pro hac parte videṫ caſus. ſ̃. de ſolu. c. vl. ff.
de proba. cũ de indebito in p̃n. ℭ In cõtrarium inducebã
tur tũc. x. argumẽta de. x. caſibus quibus etiam reus audiṫ
allegans contrarium quos non proſequoꝛ qꝛ notati ſunt h̃
poſt p̃n. glo. ⁊ ff. eo. nemo ex his. ℭ Secũdo ad hãc partẽ
faciunt oĩa q̃ phibẽt audiri allegãtem ꝯ̃ria de ap. ſollicitu-
dinẽ in fi. vbi videas in vlt. glo. C. de fur. l. j. ff. quando app.
ſit. l. ij. cum ſimilibus. ⁊ qõ quiſq; ſua voce ⁊c. ſ̃. de proba.
per tuas. C. de non nume. pec. l. generaliter. ℭ Tertio pu-
blica vtilitas ſuadet puniri maleficia. ſ̃. de ſentẽ. excommu.
vt fame cum concoꝛ. ibi in quartam glo. ⁊ ſtatim punienda
ſunt cum reis negantibus claruerint. xxiiij. q. iij. ecce. de pe
ni. di. j. adam ergo ⁊c. ℭ Quarto multuȝ facit ad hãc ptẽ
de accu. cum dilecti. vbi pʒ ꝙ excuſationes inquiſiti que cõ
feſſionem eius perimant admitti non debẽt eadẽ rõne non
admittentur excuſationes que perimant negationem qua-
lis eſt iſta de qua queritur. lʒ autẽ arguere de confeſſiõe ad
negationẽ cum quo ad cõteſtationem litis ⁊ ſñiam validan
dam harum ſit idem effectus. de hoc de elec. dudum. verſi.
lʒ de litis conteſta. c. vni. ℭ Quinto reſponſiones iſte que
in delictis excuſandis cõtrarietatẽ inferũt nõ ſolum nõ reci
piuntur ſed etiam illas faciẽtes puniuñṫ de tẽpo. oꝛ. dilect⁹
facit vt ec. bñfi. c. vni. de penis ſuper his. ℭ Sexto contra-
rietas non recipitur in teſte niſi quod dixit per erroꝛẽ in cõ
tinenti coꝛrexit de teſti. co. preterea. ſed iſte in continenti nõ
coꝛrexit: ſed probationeȝ criminis expectauit vt ponitur in
thema in quo nõ modicũ itereſt aduerſarij vľ iudicis inqui
rentis. ſ̃. de dolo finẽ. de pcura. auditis.

¶ Solutio vt tunc dixi inueni doctores varios.i. pro ⁊ cō
tra tenentes ⁊ pro vtriſqꝫ facit eq̄tas. Mibi videt̄ ꝙ ſi ac-
cuſatio vel inq̄ſitio fuit formata de illo ꝙ aggreſſus fuit ti-
cium ⁊ occidit. ⁊ ipſe negauit ꝙ potuit.ix.di.ſi ad ſacras .ff.
de re.du.ſi is qui ducēta.§.vtrum.⁊ no.ē.eo.li.de ꝯfeſſis .c.
ij.in glo.pura.licite poſtea dicere poterit ſe ad ſui defenſio
nem occidiſſe cū ceſſet cōtrarietas.ſꝫ ſibi caueat ꝙ an̄ pu-
blicationem teſtiū hoc ꝓbet ſi intēdit id ꝓbare ꝑ teſtes. ⁊
hoc dico ſi articuli ſibi traditi vl̄ publicati fuerunt de homi
cidio facto per inſultū vel aggreſſurā.nā poſt publicatiōeꝫ
ſuper directe cōtrario q̄le eſt iſtud nō audiret̄ q̄cquid tunc
allegaret.patet hodie in cle.de teſti.c.teſtibus.ſed ſi capitu
la ignoraſſet ſine culpa ſua tunc ſecus vt ſcripſi poſt Inno.
de teſti.ex tenore.vbi v̄o ſimplr̄ negauit homicidiū aut fec̄
hoc litē cōteſtādo vel reſpondēdo accuſatiōi vl̄ inq̄ſitioni
aut id dixit excipiēdo.p̄mo cāu nō vr̄ audiendus poſtea ꝙ
ad ſui defenſionē occiderit ꝑ iura ſcōo allegata ⁊ ꝑ decre.
vlti.ē.eo.li.de iureiurā.nō ob.§.neqꝫ heredi.ſed facit ꝓ q̄
loq̄tur de negāte an̄ litē cōteſta.q euadit penā confitendo
q2 alẛ teneret̄ inſolidū vt eo.ti.l.quotiēs.§.p̄tor.quam alle
gat glo.⁊.l.ſi ſeruus depoſitus in fi.in hoc ergo qđ poſt lit.
cōteſt.nō euadat facit pro. ¶ In dec.is q.⁊ in.l. cū de ide-
bito puniẗ negans ⁊ prouidet̄ actori ex falſa negatione gra
uato.ſꝫ in caſu iſto ſi admittat̄ q negauit nulla ipſius rei pu
nitio ⁊ nulla actoris ꝓuiſio. ¶ Itē ibi ſi negās ſolonē ſibi
factā ſtatim illa ꝓbata cogeret̄ reddē certū eſt ꝙ poſtea de
bitū petē poſſet.expediētius ergo eſt negociū tali cōpēdio
expediri.ē.eo.li.de re iudi.abbate ad fi.in dec.vlt.de ꝯfeſſis
tractat̄ de reuocāda ꝯfeſſione ꝑꝑ ꝓbabilē errorē facti h̄ de
reuocāda negatiōe in q̄ nō cadit error ꝓbabilis de reſcrip.
ab excōicato.ꝙ di q̄nto negantē ꝯfiteri poſſe fateor q2 illō
eſt ꝯtra ſe ⁊ pro aduerſario vl̄ iudice facit de elec.dudū.ij.
ad fi.qđ dr̄ ſexto ꝑiurū ſe defendere poſſe fateor.ſed nō re-
pelliẗ eo capite vl̄ ex crimine:ſed ꝑꝑ ꝯ̄rietatē vt dixi. alioꝝ
cōtrarioꝝ ſolo pꝫ ꝑ allegata ſcōo. ¶ Secūdo v̄o caſu.ſ.cū
id negauit excipiēdo puta q2 forū declinādo negabat ſe in
iudicis territorio occidiſſe qđ fieri pōt ſup quo iudice qđ
ſcripſi poſt Inno.de reſcrip.ſup lr̄as in vlt.glo.verſi.querit
Inno.⁊.ē.eo.li.de fo.cōpe.romana.§.ꝯ̄hentes in glo.ſi er-
go.⁊ de hoc in ſpec.de cōpe.iudi.adi.§.j.ver.ſed pone aliq̄ſ
tunc dico ꝙ lꝫ ad fundandā iuriſditionē ſit ꝓbatū eū occi-
diſſe ibi audiet̄ in p̄ncipali excipiēs ꝙ ad ſui defenſionē id
fecit ꝑ hanc regulā exceptionem.e.ti.⁊ ꝑ vtrobi.ꝙ no.⁊ ſic
concordat ꝙ dicebat̄.iiij.⁊ ſuſtinemus hanc humaniorē viā
vt dicebatur ſexto ſuffragante iure quod permittit excipiē-
tem vti contrarijs.

¶ Regule ffoꝝ huius littere. N.ſunt he.

On vult hēs eē q ad aliū trāſferre voluerit hēditatē.
On videt̄ cepiſſe q exceptiōe remouet̄ a petitione.
On dꝫ cui qđ plus eſt lꝫ qđ minus eſt non licere.
Ec ex p̄torio nec ex ſolēni iure ꝑuatoꝝ ꝯuētiōe q̄cq̄
immutādū eſt q̄uis obl̄onū cauſe pactiōe poſſint mutari ⁊
ipſo iure ⁊ per pacti ꝯuēti exceptionem:q2 actionū modus
vel a lege vl̄ a pretore introductus ꝑuatoꝝ pactiōibus non
infirmat̄ niſi tūc cū inchoaret̄ pactio inter eos conuenit.
Uptias nō ꝯcubitus ſed conſenſus facit.
Ihil tā nāle q̄ eo genere quodqꝫ diſſoluere quo col-
ligatum eſt:ideo verboruꝫ obligatio verbis tolliẗ nudi cō-
ſenſus obligatio ꝯtrario ꝯſenſu diſſoluitur.
Emo qui ꝯdemnare nō pōt abſoluere poteſt.
On dꝫ actor licē qđ reo nō ꝑmittiẗ. ¶ In re obſcu-
ra melius eſt fauere repetitioni q̄ aduēticio lucro.
Emo ex his q negat ſe debē ꝓhibet̄ ēt alia defenſiōe
vti niſi lex impediat. ¶ Quotiēs cōcurrūt plures actiōes
eiuſdē rei nomine vna dꝫ experiri.
Eqꝫ pignus neqꝫ depoſitū neqꝫ p̄cariū neqꝫ emptio
neqꝫ locatio rei ſue conſiſtere poteſt. ¶ Priuatorum con
uentio iuri publico non derogat.

On videt̄ quiſq̄ id capere quod ei neceſſe eſt alteri
reſtituere.
On defendē videtur nō tm̄ qui latitat:ſed ēt is q ne-
gat p̄ns ſe defendere aut nō vult ſuſcipere actiones.
Emo plus iuris ad aliū trāſferre pōt quā ipſe hꝫ.
Ullus videt̄ dolo facē qui ſuo iure vtitur.
Emo pōt gladij poteſtateꝫ ſibi datā vel cuiuſqꝫ alte
rius coertionis ad alium transferre.
On dꝫ alteri per alterū iniqua conditio inferri.
Emo poteſt mutare conſiliuꝫ ſuū in alterius iniuriā.
On videtur rem amittere cuius propria nō fuit.
On ſolet deterior fieri conditio eoꝝ qui litem conte-
ſtati ſunt q̄ ſi non eſſent ſed plerunqꝫ melior.
Emo enī in perſequēdo deteriorē cām:ſed meliorem
facit deniqꝫ poſt litē ꝯteſtatam hēdi quoqꝫ proſpiciẗ ⁊ he
res tenetur ex omnibus cauſis.
Ulla intelligitur mora fieri vbi nulla petitio eſt.
On ſolēt que ſuperabundant vitiare ſcripturas.
Emo dubitat ſoluēdo videri eū qui defenditur.
On pōt videri improbus qui ignorat quantum ſol-
uere debeat.
Emo de domo ſua extrahi debet.
Ullū crimē patiẗ is q nō ꝓhibet cū ꝓhibē nō poſſit.
Ihil intereſt ipſo iure quis actionem non habeat an ꝑ
exceptionem infirmetur.
Ihil ꝯſenſui tā ꝯtrarium eſt q ex bona fide iudicia ſu-
ſtinet q̄uis vis atqꝫ met⁹ q̄ cōprobare ꝯ̄ bonos mores eſt.
On capitur qui ius publicum ſequitur.
On videntur qui errant conſentire.
On vt ex pluribus cauſis deberi nobis idē pōt ita ex
pluribus cauſis idem poſſit eſſe noſtrum.
On videnẗ data que eo tempore quo dantur accipiē-
tis non fiunt. ¶ Qui iuſſu iudicis aliquid facit non videt̄
dolo malo facere q2 parere neceſſe habet.
Emo iōobligat̄ q2 recepturus ē ab alio qđ p̄ſtiterat.
On eſt ſingulis ꝯcedēdū qđ ꝑ magr̄atum publice fie
ri poſſit ne occaſione ſit maioris tumultus faciendi. ¶ In-
finita eſtimatio eſt libertatis ⁊ neceſſitudinis.
Ihil peti poteſt ante id tēpus quo per rerū nām p̄ſol
ui poſſit ⁊ cum ſoluēdi tempus obligationi additur niſi eo
preterito peti non poteſt.
Eratius ꝯſultus an qđ bn̄ficium dare ſe quaſi viuen-
ti ceſar reſcripſerat iam defuncto dediſſe eſtimaret̄. Reſpō
dit nō videri ſibi p̄ncipē qđ ei quē viuere eſtimabat cōceſſiſ
ſet defuncto cōceſſiſſe quē tm̄ modum eſſe bn̄ficij ſui vellet
ipſius eſtimationem eſſe.
Eqꝫ interdicto neqꝫ in ceteris cauſis pupillo nocere
opꝫ.dolum tutoris ſiue ſoluēdo eſt ſiue nō eſt.
On poteſt dolo carere qui imperio magiſtratus non
obtemperat.
On alienat qui dūtaxat omittit petitionem.
Emo plus cōmodi heredi ſuo reliquit q̄ ipſe habuit
Emo alieno nomine lege agere poteſt. ¶ Tempora
lis ꝑmutatio ius prouincie non innouat.
Emo p̄do eſt qui precium numerauit. ¶ Locuple-
tior qui libertum acquiſiuit nō eſt factus. ¶ Cuꝫ de lucro
duorū querit̄ melior eſt cā poſſidentis.
Ihil dolo creditor facit qui ſuum recipit. ¶ Cuꝫ p̄n
cipalis cauſa non conſiſtit nec ea quidem que ſequūtur lo
cum habent.
Unquā actiones preſertim penales de eadem re con
currentes alia aliam conſumit.
On fraudant̄ creditores cum quid nō acquiriẗ a de-
bitore:ſed cum quid de bonis diminuitur.
Emo ex ſuo delicto meliorē ſuā ꝯditionē facē pōt.
On omne qđ lꝫ honeſtū eſt. ¶ In ſtipulationib⁹ id
tēpus ſpectatur quo contrahimus.
Emo videt̄ fraudare eos qui ſciunt ⁊ conſentiūt.
Emo dānū fac̄ niſi qui id fecit qđ facere ius nō hꝫ.
On pōt videri deſijſſe habere qui nunq̄ habuit.

O dia

a **Bia reſtringi** xv. Joá. mo. ponit exem-plum per id quod poſt eum de dictione beneficij dixi. ſ. eo. li. de ſen. exc. ſi ciuitas in ſi. j. rñ. Item per. l. ff. de le. j. q filiab⁹. §. j. Dy. ponit per dec. ſtatutū. ſ. e. li. de elec.

¶ Item pactum liberatorium de non petēdo ipſo iure tol lit nālē. ff. de ſolu. ſtichū. §. naturalis. ſed pactum de petēdo qḋ eſt obligatoriū nō tollit illā ipō iure. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ⁊ hoc inducit rō huius regule. ¶ Pria glo. ponit exempla ⁊ pſequit̄ illa. Scḋo adducit regulam ad ſolonē vnius ꝯrij. Tertio ad qōnem. ¶ In. j. gl. ibi cū gdā. illa forma recipit̄ in iſtituēdo q̄ nō recipit̄ in exhēdā-do vt i fūdo hēs eſto i fūdo exhēs eſto. ⁊ ibi. ⁊ ſi pr̄ in ſi. ibi dr̄ macedonianū ſtatutū i penā creditoꝝ. ¶ In. j. gl. ibi cū gdaꝫ ꝯ. ff. de his q no. infa. l. ij. §. exercitium. vbi odiū āplia tur. Solu. aut ex vtraqꝫ pte fauoris ⁊ odij verſat̄ ius publi cum aut ex vtraqꝫ puatū. aut ex altera publicuꝫ. ex altera p̄ uatū. pmo ⁊ ſcḋo cāu locū hꝫ regula. in tertio pfert̄ ius pu-blicum ſiue verſet̄ ex pte odij ſiue ex pte fauoris vt in ꝯrio. ſed Dy. ſolebat dicere illud ſpāle fauore rei publice ⁊ ne mi lites militiam deſerāt. rō Dy. eſt qꝛ fauoꝛ publicus pfertur vtilitatib⁹ ſinguloꝝ. C. de pmi. l. vtilitas publica. ⁊ in autē. de reſti. ⁊ ea que pa. §. qꝫ ob rem. col. iiij. Sed ad ſolonē op ponit̄. in maleficijs puniēdis vſat̄ fauoꝛ publicus ḋ ſen. ex. vt fame cū ꝯcoꝛ. ⁊ tñ dlictoꝝ pēas hēigne iterptatōe molli mur vt i regula i penis cū ꝯcoꝛ. Rñdet Dy. ꝙ fauoꝛ publi cus vult puniri maleficiū qḋ ꝯſtat eſſe cōmiſſum: ſed in du-bio vel cū incerta eſt criminis qualitas locus eſt regule cō-trarie vt ibi dixi. potius eni clemētie qꝫ ſeueritati iudicātes pronos eē oꝫ. ff. de pe. reſpiciēduꝫ circa pncipiū. id idē. xvj. q. vij. alligant. ⁊ p eūdē modū ſoluit̄ lex hec eni. §. j. ff. de ſu-ſpect. tut. nā lꝫ fauoꝛ publicus ſuadeat remoueri tutores q̄ſi ſuſpecti ſunt eo. ti. l. j. §. ꝯñs. vbi tñ de remotōis nō facte cā dubitamus recipimus minorē ⁊ h̄ non ledit ius publicū.

b **Ec regula facit ad** qōnem quā di-ſputaui ſic ꝓpoſitā. mutinēſis cano. ſcienter eli-git in ſuū epm quēdam mutilatū vl̄ bigamū vl̄ excōicatū. Querit̄ an ex eo penas ꝯcilij lateranī. puatiōis. ſ. ⁊ ſuſpenſiōis incurrat. ¶ Ad affirmatiuā iducā. vij. rōnes ⁊ duas glo. Scḋo in ꝯriū alias. vj. Tertio duo pma mēbra ſoluam dicēs qui ꝯcordant. In tertio diſtinguā ⁊ ꝯrijs rñ-debo. ¶ Prio igit̄ aſſumā affirmatiuā cuius fauorabilioꝛ eſt ꝓbat o de ꝓba. ad nr̄am. ⁊ ꝙ penas incurrat ſic ꝓbo. bi gamus ꝓhibet̄ ab apl̄o. j. ad Timoth. iij. ⁊ ad Tituꝫ. pmo prohibet̄ a cañ. xxvj. di. per totum. de biga. p totuꝫ. ⁊ a lege in autē. de ſanc. epi. in pn. col̄. ix. mutilatus ⁊ corpore vitia-tus ꝓhibent̄. l. veteris teſtamēti. Leuit. xxj. ⁊ canon. lv. diſ. per totū de corpore viti. p totū. ⁊ pre. l. p approbationē ſed illegitimus ⁊ minoꝛ. xxx. ꝓhibētur lege poſitiua tm̄. ſi ergo infringēs legē poſitiuā icurrit illas penas fortius incurrere dꝫ veniens ꝯ legē diuinam ⁊ poſitiuam fac̄ qḋ notaui poſt Hoſti. de ꝯſan. ⁊ affi. ꝙ ſup his. durū eni eſt oēm legē infri-gere. qui ſi. ſint leg. p venerabilē in ſi. Scḋo pena puatiōis debet̄ etiā ex minori delicto vt pꝫ. ſ. eo. li. de elec. c. ij. eo. ti. quiſqs ex negligētia. e. ti. ne pro defectu. ſed in maiorib⁹ de-lictis maiores pene debent̄. xxiiij. q. j. non afferamus de ſta. re. ea que cum ſuis ꝯcordan. Itē fortius puniri dꝫ dolus qꝫ negligētia de elec. nihil. de reſcrip. ſup l̄ris. de cri. fal. ad fal-ſarioꝝ in ſi. arg. aūt a minori in delictis que ad eūdem fineꝫ tendunt videt̄ ꝓbabile ⁊ neceſſarium vt in. l. ſi qs nō dicam canon̄. de pe. di. j. Et ſi fateri noles ꝙ in caſibus qōnis eēt maius delictuꝫ ſaltē fatearis ꝙ eſt equale. ex idētitate ergo rōnis eiuſdē que ſubeſt in caſibus qōnis ſicut in caſibus in concilio expreſſis dices in his idē iuris qḋ in illis maxie cuꝫ ſimul ⁊ ab eodē manauerit ꝓhibitio bigami crimīoſi ⁊ ille gitimi. qḋ ergo de vno dictum eſt ⁊c̄. de ꝯſti. tranſlato. ad h̄ de tranſla. inter. de confir. vti. vl̄ inuti. cū dilecta. ff. ad. l. aq.

illud cum ꝯcoꝛ. ¶ Tertio ꝓbatur etiaꝫ ſic. certū eſt ꝙ iter pretatio pncipis neceſſaria eſt. iterptatio vō magroꝝ ꝓba bilis de hoc ſatis. xj. q. j. §. ex his. de poſtul̄. c. j. C. de legi. l. j. ſed lꝫ ꝯcilium cum in cunctis. certas dignitates expmat iu-ra poſtea gnāliter de omni dignitate loquunt̄ qḋ pꝫ de elec. ſcriptum ad ſi. e. ti. ꝓpetuo. ⁊ c. quāqꝫ. ⁊ c. ſi cōpromiſſarius ſi eo. magr̄alis vō interpretatio pꝫ maxie ex glo. vlti. dec. cu mana de elec. ex no. p Inno. ⁊ Hoſti. de poſtula. gratū. vbi dant regulā ꝙ quotiēs electio eſt nulla ex vitio pſone ſcien ter electe puati ſūt eligētes. ¶ Quarto nō vꝫ qḋ dubia cū etiam patronus ad regimē capelle ꝓhibitū p ſacras regu-las eligēs ſit puatus. fortius ergo canonicus iſte ꝯ ſacras re gulas eligēs epm. pmū ꝓbat̄ in autē. de ſan. epi. §. ſi qs ora torium. de hoc no. de offi. oꝛ. cū vos. ¶ Quinto ſi pene de-bent̄ eligēti idignū. ſ. patiētē defectū ſcie. ergo ⁊ patiētem defectū pſone cū h̄ duo equipent̄ de elec. ſi forte. ⁊ c. ab eo. li. eo. de ver. ſig. ꝯſtōneꝫ. facit ad hoc. lv. di. priſcis. nā ꝯciliū punit eligētē illū q nō eſt vita cōmēdabilis. ſed incōmēda-bilis vita dr̄ bigamus ⁊ mutilatus qḋ ꝓbat ille canon. ergo locus eſt pene. ¶ Sexto facit pro hac pte decr. j. bone. ibi enim ex̄ caſus dec. cū in cūctis vꝫ qs ex delicto puatus pote ſtate eligēdi. multū facit dec. dudū. j. eo. ti. nā certum eſt ꝙ de defectu ordinū nō facit ꝯcilium mentionē ⁊ tñ talem eli gens puatus eſt ptāte eligēdi ⁊ tranſit ad pauciores vt ibi. probat̄ ergo in alijs defectibus nō expſſis maxie cū illud ſit minus ⁊ facilius poſſit tolli de iſti. c. ij. de prebē. ſi pro pau-peribus li. eo. ¶ Septio multū ēt facit dec. ſi poſtqꝫ ḋ elc. §. ſi. li. eo. vbi per modū declarationis dr̄ ꝯſtōnē penalē. ſ. eo. ti. cupiētes locū habere in caſibus in ꝯſtōne non expſſis vbi ſubeſt eadē rō. ¶ Facit ēt qḋ no. de cleri. ex. mi. ſi cele-brat de eo qui ſciēter eligit excōicatū minori. ⁊ qḋ no. Vin. de illo q elegit furioſum de ſpon. dilectus. vt ibi ſcripſi poſt prin. ex qbus ꝯcludit̄ hūc canonicū penas ꝯcilij incurriſſe. ¶ In ꝯtrariū inducit̄ ꝙ cū certi caſus ⁊ certe pſone in cō-cilio expmant̄ q̄tuoꝛ. ſ. pp quas ſcienter electas locus eſt pe nis illis. in alijs caſibus nō expſſis ceſſabunt pene cū nō ex-cedāt caſus expſſos nec in illis que ipō iure infligant̄ ſit ar guēdum ad ſilia de pe. di. j. §. pene. ff. de pe. l. pe. de elec. ſta-tutum. ⁊ de ſen. ex. is qui in eccleſia eo. li. ſunt de hoc regule vtroqꝫ iure tradite eo. ti. in penis. ff. eo. ti. factū cuiqꝫ. §. ſi. h̄ dictū multū corroborat dec. ſi cōpromiſſarius de elec. li. eo. §. reſtringit̄. per quod pꝫ ꝙ nō ſolū in penalibus ſit ſtricta interpretatio vt. ſ. pene locū nō habeāt in caſibus nō expſſis ſed etiā ne tā late ſumant̄ ſicut hr̄e poſſꝫ ſignificatio verbo rum cū eni ꝯciliū dicat delinquētem ſuſpēſuꝫ a bñficijs ſim pliciter. §. ille determinat illō intelligēdū de bñficijs ipſius eccleſie. ¶ Scḋo pro hac parte ſatis faciunt dec. ſup eo. ḋ biga. vbi ordināis bigamū puat̄ p ſniaꝫ decre. tam l̄ris de te ſti. vbi qui elegerat bigamū poſt caſſationē electionis iteꝝ eligūt decre. poſtulaſtis de cle. exc. vbi ꝯferēs bñficium ex-cōicato per ſniam videt̄ puādus poteſtate ꝯferendi.

¶ Tertio multū faciunt iura vetera poſt ꝯcilium edita q̄ tractant de hac pena loquunt̄ ſolum in caſibus in ꝯcilio ex-preſſis. nā. c. cū Vin. ⁊ c. inotuit de illegitimo loquunt̄. c. cō gregato. de illitterato. c. p inqſitionē. de crimīoſo quos ca ſus oēs expmit ꝯcilium. ¶ Quarto iſtud idē ſatis ꝓbant quo ad platos inferiores de elec. cū inter. R. ad ſi. ⁊ qḋ ibi no. ⁊ de ꝯſue. cū dilectus. p que pꝫ ꝙ eligēs ſuſpēſuꝫ nō eſt priuatus ptāte eligendi. ſed iterum eligit ad hoc idem ḋ po ſtula. c. j. in ſi. vbi ſi tollat̄ glo. ⁊ nō inferat̄ vis l̄re pꝫ eligen tes vel poſtulātes illos puādos p ſniam ptāte eligendi.

¶ Quinto bñ facit ad idē de elec. cū inter canonicos vbi eligētes epilēticum ⁊ videt̄ ꝙ ſciēter nō ſunt his penis pu-niti nec pti minori adiudicata fuit ptās eligēdi ea vice.

¶ Sexto fas eſt dicē ꝙ iſto mō poſſet intelligi dec. cū ter-ra de elec. lꝫ alios itellectus ibi ponat glo. vt dicamus ꝙ ſi in pſona fuerit vl̄ electōis mō peccatū vt. ſ. loqt̄ cū fuit pec-catū i pſona electa idigna i dignitate i ꝯcilio nō expſſa ac ſi dicā ꝙ ſi eligit̄ idign⁹ tūc ſint puati eligētes ſi idignitas eſt de expſſis in ꝯcilio. ſi nō ē de expſſis tūc p ſniam priuabunt̄

⁊ eligēt niſi primo priuentur. facit ad idē dec. vlt. de poſtu
la. prout patet ex antiqua vbi illi qui poſtulanduȝ elegerūt
iterum eligunt ex quo caſus non erat de expreſſis in cōcilio
facit ad idem qḋ no. Inno. de ꝯceſ. p̄ben. cū noſtris. in prin.
⁊ decre. venerabilem de elec. vbi ſi eligatur indignus in im
peratorem non tamē deuoluitur ad papam electio lȝ illum
papa non ꝯfirmet. ¶ Septimo fortiter facit pro hac parte
de regula. ꝯſtitutionem li. eo. vbi patet ꝙ conſtitutio de p̄
dicatoribus ⁊ minoribus loquens locū nō habebat in alijs
mendicantibus lȝ ſubeſſet eadeȝ rō: prorogata tamen ē ad
alios propter idemptitatē rōnis ſic ⁊ hic lȝ in alijs indigni
tatibus ſubſit eadem rō. non tamen in illis locum hȝ cōſti
tutio niſi ad illas prorogetur per que concludit̃ hunc cano
nicum non incurriſſe penas. ¶ Solutio per hec vltimo al
legata ⁊ ea que in p̄ncipio huius ſcōe partis allegata ſūt ſu
pra puto ſaluo qḋ infra dicaȝ de excommunicato electo ꝙ
canonicus iſte non incurrit ipſo iure penas ipſas ꝯcilij late
rañ. Et puto ꝙ papa de iure cōſultus ſic declarādo reſpon
deret equum tamen eēt ꝙ illas penas prorogaret ad alias
indignitates etiam ibi non expreſſas propter rōnis idētita
tem. ⁊ ſic ſoluuntur multa ꝯtraria. hanc partem tenet Da
ma. in qōnibus ſuis de elettione in. iiij. q. hoc idē tenet Uin
cen. in dec. bone. i. de elec. reddens ibi rōnem ꝙ quia homi
nes in caſibus ibi expreſſis delinquere conſueuerāt: ideo in
illis caſibus ſtatute fuerunt pene. ⁊ eius glo. videre ibi po
teris ſuper ver. indignos in nouella. in antiqua vero ipſius
dec. bone. erat talis littera ibi poſt litteram reddiderunt ſe
indignos. vnde cū in laterañ. ꝯcilio de his qui quaſdā pſo
nas inhibitas eligunt ſit ſtatutum vt eligēdi tūc ptāte p̄ua
tas ⁊ ab eccleſiaſticis beneficijs triēnio nouerint ſe ſuſpen
ſas illis pro longe maiori delicto ab electiōis poteſtate ca
dētibus ⁊c̄. Dicebat Uincē. r̄ndēdo ꝙ erat partis allega
tio. dicere potes qḋ facit pro inquātum dicit ⁊ quaſdā pſo
nas ⁊c̄. ⁊ hanc mām per ipſos ⁊ Jo. ⁊ Phy. tactam gloſa
tor ⁊ moderniores omittere non debuiſſent. predicta vero
ſint vera in electione mutilati vel bigami. in electione v̄o ex
cōmunicati ſecus ſi eſt excommunicatus a iure vl̃ iuſte ab
homine qꝛ tunc includitur in prohibitione ꝯcilij ſub verbis
vita ⁊ moribus ⁊c. vbi v̄o excommunicatus eſſet ab homi
ne iniuſte forte ne eligeret vt iam factum vidi ex iuribus illi
us excommunicationis non erit locus penis ⁊ ſic poſſūt in
telligi decr. cum dilectus ⁊ cuȝ inter. R. ¶ Ad allegata in
ꝯtrarium r̄ndetur. ad p̄mo dicta reſpondeo ꝙ lȝ ſit eadem
rō non ſequitur ꝙ cadet in penam vbi de pena ipſo iure in
flicta tractatur in qua non arguimus ad ſilia. ⁊ facit quod
dixi hoc ti. in regula in penis. Iteȝ ad allegata ſcōo dico ꝙ
gnālia verba nouorum iurium vel doctorum reſtringenda
ſunt ad caſus ꝯcilij. Ad id quod dicitur de patrono layco
dico ꝙ. §. allegatus non probat id ad quod inducit̃ vt dixi
ſuper decr. cum vos ibi allegata. ſup glo. ij. Ad id quod dr̃
equipari defectum ſcie ⁊ pſone. Reſpondet̃ id verum in ca
ſu expreſſo. Ad capl̃m priſcis dico ꝙ ibi dicit̃ de vita reſpi
cit ſolum qḋ primo ſequit̃ de infecto facinore. Ad dec. bo
ne dico ꝙ ibi nō ē locus pene virtute ꝯcilij laterañ. Ad de
cre. dudum. facilis eſt r̄nſio ſequēti opi. Inno. ⁊ Hoſtien. ⁊
Compo. no. eo. ti. ꝯgregato. ſ. ꝙ ꝯfirmetur electio minoris
partis facta de digno vbi maior pars eodē ꝯtextu eligit in
dignum lȝ ignoranter ſȝ tenēti ꝯ̄rium vt ibi dicē ſoleo. ⁊ i de
cre. qꝛ pp. videt̃ inſolubile niſi dicas ibi quo ad ordines ſu
mi diſiunctiuam pro ꝯiunctiua. ff. de ver. ſi. ſepe. C. e. l. pe. vl̃
pro defectu ordinum ſpālit̃er incurritur pena quia de ordi
nibus ſacris dictum fuerat in p̄n. c. ac ſi ſit mēs ꝯcilij cuȝ in
promouēdo ad ſacros requirant̃ ibi expreſſa fortius in pro
mouēdo ad ep̄atuȝ q oȝ etiam eē in ſacris vel qꝛ extorti ſūt
iſti intellectus pōt dici ꝙ penam incurrit eo caſu non ex vi
ribus ꝯcilij ſed illius ꝯſtitutionis vt h̄ nouum īducat ad ex
cuſationem canonum. lx. di. per totum. vl̃ equius lȝ ambas
penas ꝯcilij p̄uatōis. ſ. ⁊ ſuſpēſionis non incurrat. incurrit
tamē alterā. ſ. p̄uationis. ⁊ ſic poſſent etiaȝ intelligi iura no
ua ad que aliter r̄nſum eſt ſupra. ⁊ glo. etiam modernorum

⁊ ſatȝ hȝ h̄ eqtas vt puniat̃ quo deliqt ⁊ in eo tm̄. Ad dec.
ſi poſtq̄ȝ dico. ꝙ qꝛ pena proprie eſt circa diminutioneȝ pa
trimonij ſicut ⁊ damnum ⁊ cum illa priuet iure ad rem nō in
re non dr̃ p̄p̄e penalis. vl̃ aliter ꝯfirmatio eſt de ꝯſecutiuis
electionē ⁊ p̄uiſio ıcludit electionē. qḋ iuris ergo in electio
ne ⁊ in iſtis vel al̃r. §. ille loquit̃ p̄rogatiue ⁊ non declarati
ue qḋ ſonat verbum ibi ꝯuenit ⁊ facit qḋ dixi in ſi. p̄ꝛie par
tis. Ad glo. dec. ſi clebrat r̄ndetur ꝙ nō probatur nec eſt ve
ra niſi forſan loquat̃ de communiōe que īducit mortale ꝙ
quādo procedat dixi quod metus cā. ſacris. vel loquitur ð
prima pena tm̄ vt predixi. Opi. v̄o Uincē. ſuperius allega
ta facit pro ⁊ contra. Joan. and.

¶ Regule iuris ciuilis ſiue ffor huius lr̃e. O. ſunt he.

Omnia que cuiuſcunq̄ȝ cauſe cognitionem deſignāt
per bellum experiri non poſſunt.

Omnia que iure ꝯtrahunt̃: ꝯtrario iure pereunt.

Omnia fere iura heredis p̄inde habent̃ ac ſi cōtinuo
ſub tp̄e mortis heredis extitiſſent.

Omnis hereditas quāuis poſtea adeatur tamen cum
mortis tempore continuatur nunq̄ȝ ex poſtfacto creſcit pre
teriti delecti eſtimatio.

Omnes actiones que morte aut tp̄e pereūt ſemel iclu
ſe iudicio ſalue permanēt. ¶ Nō videt̃ pfecte cuiuſcunq̄ȝ
id eſſe qḋ ex cā auferri poteſt.

Omnia que ex teſtamēto proficiunt̃ ita ſtatim euētus
capiūt ſi initium ſine vitio ceperint.

Omnis diffinitio in iure ciuili periculoſa ē. paruū eni
eſt vt nō ſubuerti poſſit.

p Oſſeſſor .ij. nō pſcribit. rō ſm̄ Jo.
mo. qꝛ peccat ⁊ ex eo me
retur penā. ergo nō p̄miū de trāſla. c. ij.

¶ Prima glo. ponit exempla. Secūdo di
cit regulam non procedere ſm̄ leges niſi di
cantur correcte. circa qḋ ponit duas opiniones ꝯtrarias ⁊
tertiam que diſtinguit. Tertio ponit aliud diuerſum iter le
ges ⁊ nos. Quarto dat remiſſionē de mala fide que preſcri
ptionē ſeqtur. Quinto ſubdit etiam titulum requiri. Sub
dit ꝯtrarium ⁊ ſoluit. Sexto remittit de pſcriptione vſuca
pione ⁊ interruptione. ¶ Scōa glo. de ſignificationibꝰ rei
remittit. ¶ Tertia pōit duas lecturas. ¶ Ultima ſignat
ꝯtrarium ⁊ dupl̃r ſoluit. Secūdo ſignat aliud in quo remit
tit. Tertio querit ⁊ remittit. ¶ In. j. glo. ibi male fidei. ſeq
tur poſſeſſore alienāte ceſſat lōgi tp̄is pſcriptio ⁊ ibi nō lu
xu. ꝯ nām col̃. vj. ibi in p̄n. dicit Impator ꝙ omne ſibi ſtudi
um eſt vt ſibi a deo crediti bñ viuant. ⁊ ibi. §. ſi v̄o eccleſiaſti
cum. e. col̃. vbi dicit̃ crimen eccleſiaſticum puniri ſm̄ ſacras
⁊ diuinas regulas quas ſequi leges nō dedignantur.
¶ In vltima glo. nemo. ij. ibi punit officiuȝ quod admittit
infidelē aduocationis. Item punitur ibi attēptatio. Itē iu
dex relegat̃ qnquēnio ⁊ punit̃ dimidia parte bonoꝝ.
¶ In. j. glo. ibi. x. vl̃. xx. habita diſtinctione iter p̄ntes ⁊ ab
ſentes ⁊ qui quo ad h̄ dicant̃ p̄ntes ⁊ qd de illo q nullū hȝ
domicilium vl̃ hȝ plura no. C. de preſcrip. lon. tēpo. l. ſi. ⁊ vi
de in Spe. de pſcrip. verb. ⁊ quādo aliquis ⁊ ibi agnouiſſe
ꝙ melius dicaut leges videt̃ cum a p̄ncipio legitime factuȝ
vitiari non debeat per illud ſuperueniēs a quo non poterat
inchoari. j. eo. factum ltime. ff. e. ti. in ābiguis. §. nō eſt nouū.
So. vt dicit h̄ Dy. regule ille loquunt̃ in actibus perfectis
ſecus in inchoatis tm̄ vt h̄ ⁊ p̄bat̃ ſolutio ſm̄ eum. ff. de ver
boꝝ ob. ſi ſub vna. §. j. ⁊. l. pluribus. ⁊ de ſerui. l. pro parte. ⁊
de ſer. ru. pre. l. via. §. qcunq̄ȝ. ⁊ ibi ſed etiam titulus de hoc
⁊ an ſit neceſſe ſaltim allegare titulum ⁊ an in preſcribendo
vſufructum vl̃ libertatē alterius ſeruitutis ſit titulus neceſ
ſarius hic per Dy. ¶ Circa titulum tenet de iure ciuili ne
ceſſario non allegādū per. l. ſi qs diuturno. ff. ſi ſerui. vendi.
Ad. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. reſpondet̃ ꝙ ibi age
bat̃ de pſona aſtringēda vel obligāda ad aliquā pſtatiōeȝ
⁊ p̄pter

⁊ pp id neceſſaria ē allegatio tituli cū ad pſonalē obligatio
nē inducendā ſit neceſſaria cā vā vel preſūpta.ff. de doli ex.
.l.ij.§.circa de probatiōibus cū ō indebito.§.fi.pro rōne ſic
q2 in illis maius piculū vertitur.s.eo.li.de elec.vbi piculum.
¶ Circa pſcriptionē vſufructus dicit de iure ciuili titulū re
quiri ſicut in preſcribēdo dñio cū vſufructus ſit ps dñij .ff.
de vſufru.l.iiij.de iure ca.dicit ſecus p dec.i.de pſcrip.s. eo.
li.cū vſufructus de iure cōi poſſideri poſſit.ff.de acq.poſ.nā
liter ⁊.l.poſſeſſor ⁊ de vi ⁊ vi ar.l.iij.§.viz vi.de preſcriptio
ne vero libertatꝫ tꝫ in illa titulū nō requiri cū nō reqraꝉ i p
ſcribenda ſeruitute p.l.pre.ſi quis diuturno multo minus in
preſcribēda ipſius libertate ⁊ dicit h qſi expſſuꝫ.ff.de ſer.vr.
pre.l.edes in prin.vbi h no.⁊ ibi vſucapio.tꝫ h Hy.ꝙ in re
bus mobilibus eccſarū pcedit vſucapio p.§.p tēporalibus
in autꝫ.de ec.ti.vbi idē tenet accur.⁊ in autꝫ.ō nō alie.§.ſi mi
nus de hoc.xvj.q.iij.§.qs actiones.Gof.tꝫ idē in ſū. de pre
ſcrip.§.itē queritur.Hoſti.idē tenet in ſum.de preſcrip. ſub
Rica.de vſuca.§.qui nō.ver.qdam ēt voluerūt dicere.illud
tñ dcm̄ corrigit dicēs ſibi placere cōtrarium de reſti.in inte.
c.i.vbi ſcripſi ſuper.iiij.glo. ¶ In gl.pe.in fi.idem Hy.
¶ In glo.vltia in fi.⁊ h per Hy.repetētē quo ad h qō ibi
no.tractat ēt de illo q errauit in facto vel in iure vel i vtroqꝫ
an cenſeatur bone fidei de prio tꝫ ꝙ ſic ſi error facti ſit pba
bilis p.l.ff.de vſuc.iuſto errore.§.filius ⁊.l.nō ſolū.§.ꝙ vul
go.⁊ pro empto.l. ꝙ vulgo.de ſecundo dicit ꝙ cenſeꝉ bone
fidei quo ad fructus ne ad ipſorū reſtitutionem teneaꝉ.ff. de
peti.here.ſꝫ ⁊ ſi lege.§.ſcire tamē ad pſcriptionē hr p maleſi
dei poſſeſſore errans in iure facit.s.eo.q ptra ⁊.ff.de vſuca.ſi
fur.§.i.Juris.n.ignorantia in vſucapione nō tolleratur.ff.de
vſuca.l.nunꝗ i pn.⁊ de iur.⁊ fac.igno.l.iuris ignorātia. de
tertio dicit ꝙ pp pbabilē errorē facti admixtū reputeꝉ bo
nefidei ⁊ pſcribere poſſit vt plene no.ff.ō donatꝫ.l.ſi vir vxo
ri ad.l.ff.ex q.cau.in poſ.ea.l.fulcinius.§.qd ergo ſi duas ⁊
.ff.ad ſilř.ſi quis in graui.§.vlti.⁊.l.per poſthumos. reſpon
det ꝙ ibi conſtabat de mala fide que veritas non tollitur p
aliam cām concurrentem que eſt bonefidei.in incertis enim
non in certis locus eſt coniecturis.ff.de verbo.obligatio.cō
tinuus.§.cum ita.

Anc regulam ⁊ duas ſequētes i h ordine alphabe
ti pcepi fauere theologis vt ſicut qōnes aliquas
legiſtarū ſub hoc titulo p canoniſtarū vtilitate ō
ſcribo ſic pp idem certas qōnes vtriqꝫ iuri pgruas p fratrē
Gerardum de ſenis ordinis heremitarū pulchre copioſe ⁊
vtiliter traditas h inſeram lꝫ plixas tñ fortiter decurtatas
cū.n.pplexus eēꝫ an ipas pp laborātis reuerētiā ad lraꝫ de
ſcriberē an vero deciderē preelegi ſcdꝫ.nouit aūt vltra cōeꝫ
deciſionum pfectum voluntas inſiſtendi circa vltimū huius
qōnis articulū.lꝫ tritū pponebat aūt ſic qōnē ex q ſex alias
formabat q huic regule pgruūt.
¶ Utrū ticius pſcribens rē ſēpronij mala fide ſpacio.xxx.
annorū vř.xl.an poſſit dictā rē defendere ſine peccato ꝯ ſem
proniū q eā repetit.Et arguitur ꝙ ſic.q2 pſcriptio ē introdu
cta a iure canonico ⁊ ciuili q nō poſſunt pſtare fauorē alicui
peccato.xxiij.q.iiij.qui peccat in pñ.⁊ pſtat ꝙ ſalti ſm ius ci
uile nō requiriꝉ bōa fides in preſcriptione.xxx.vř.xl. annorū
vt pꝫ.C.de pſcrip.xxx.an.l.omnes ⁊.l.cū notiſſimi. ⁊.xvj. q.
iiij.l.pōt.q propter poterit ticius iure preſcriptionis dictam
rē tenere ⁊ defendere ptra ſemproniū ſine omni peccato.
¶ Ad oppoſitū videꝉ.xiiij.q.vj. ſi res ⁊ habetur in regula
peccatum q ſtati ſeqtur per q pcludiꝉ ꝙ ſi neceſſe eſt reſti
tui nō petenti multominus illam defendere poterit ꝯ repe
tentē.Reſpondet in fine ꝙ illā defendere nō pōt ipſe ticius
ſine peccato ꝯ ſemproniū repetētē.Et ad ꝯrium rñdet verū
eſſe ꝙ id qō fit iure preſcriptionis fit ſine peccato ſi preſcri
ptio nō hꝫ peccatum ānexū nec p h dř ius ciuile fouere pec
catum q2 in quantū pſcriptio reſpicit odium negligētis idu
cta fuit a iure ciuili.ſꝫ inquātū reſpicit pſcribentē fuit pmiſ
ſa non inducta vt diceꝉ infra tertio articulo.premittebat aūt
huic ſolutioni ꝙ in iſta qſtione ſex erāt vidēda. Primo qd
ſit preſcriptio.Secūdo vtrū pſcriptio ſit ꝯ ius cōmune nāe.
Tertio vtrum pſcriptio iuris canōici debuerit eē alia ⁊ diſti
cta a pſcriptione iuris ciuiř.Quarto vtrū in preſcriptone ac
quiraꝉ dominiū.Quinto vtrū preſcribens malafide ſit cen
ſendus cū raptore vel in q alia ſpecie peccati locaꝉ ⁊ vtrū te
neatur ad reſtitutionē ſicut raptor ⁊ p hoc patebit qd ſit di
cendū ad illud qō in iſta rōne pncipaliter eſt queſitū. Sex
to erit videndū vtrū mala fides adueniens pſcriptionē com
pleta obliget ad reſtitutioneꝫ ¶ Eſt ergo pmo videndum
quid ſit pſcriptio.pſcriptio āt vno mō cōſueuit ſic deſcribi.
preſcriptio eſt exceptio ex tēpore ſubſtantiam capiens q qui
dem deſcriptio ponitur p Jo.xvj.q.iij.in ſumma in qua de
ſcriptiōe duo ponūtur ex qbus pſcriptio notificari videtur.
Primū eſt effectus quē preſcriptio efficit.Scōm eſt cā que
pſcriptiōes iducit.effectus quē pſcriptio efficit tangiꝉ cum
pmittiꝉ preſcriptio eſt exceptio cauſalis ⁊ nō eſſentialis.i.
eſt cā exceptiōis queādmodū ſi diceremus fumalis euapo
ratō pomi ē odor nō ꝙ ſit eſſentialiter odor ſꝫ q2 eſt cā odo
ris ⁊ quāuis preſcriptio poſſit habere alium effectū vtpote
acquiſitionem dominij ſm quoſdam.q2 tamen dictus effe
ctus nō ē neceſſario ānexus cum poſſit eē aliqua pſcriptio ſi
ne acquiſitione dñij.ſ.pſcriptio malefidei vt predicto.§.pōr.
ergo talis effectus non debuit poni in ſua deſcriptione.nam
vbi cauſa deſcribitur oꝫ ꝙ defectus q ponitur in eius deſcri
ptione ſit ei ſemper ⁊ neceſſario annexus.Exceptio auteꝫ eſt
talis effectus qui ſemper ⁊ neceſſario annectitur ipſi preſcri
ptioni qō patꝫ per rōnem ⁊ inductionē.per rōnem quiedm.
q2 niſi preſcriptio habere ꝫ dꝫ hneceſſario ānexū iſtū effectū
ſequeretur ꝙ eēt ſine omni effectu.nā vbi tollitur ab eo ex
ceptio tolliꝉ ⁊ dominij acqſitio ⁊ qcūqꝫ alius effectus ac p
conſequens fruſtra fuiſſet inducta quia nullam haberet effi
catiā quod nullus diceret. ¶ Secundo pꝫ hoc idē per idu
ctionem nā ſi inducamus in ſingulis ſpetiebus pſcriptiones
ſemper inueniamus ꝙ ipſe preſcribens habet exeptionem
excludentē acqſitionē que cōtra ſe fieret in re preſcripta.da
bat tria exempla de decēdio per cuius lapſum preſcribitur
ptra nō appellantē.ij.q.vj.biduum.de tpe trimeſtri quo pre
ſcribitur ptra nō eligentē de elec.ne p defectu ⁊ ō caſu dec.
prie de preſcrip.piuncto.c.placuit.ij.xv.q.iij.per que duo ca
pitula pꝫ trāſcurſo ſpacio triū ānorū ⁊ ſex menſiuꝫ qbus pre
ceſſit ammonitio nō hꝫ eps negligēs vlterius actionē ad re
cuperādā plebem q ad ſuā cathedram ptinebat ⁊ ita ſit ve
rum dicere ꝙ ſemp acqritur ipſi pſcribenti exceptio exclu
dēs actionē quapp bene dicebaꝉ ſuperius ꝙ primū qō po
nitur i deſcriptione pſcriptionis eſt effectꝰ queꝫ preſcriptio
efficit: ⁊ ille effectus eſt exceptio excludens actionem vt eſt
oſtenſuum. Secūdo quod ponitur in eius deſcriptione eſt
cauſa que preſcriptionem inducit ⁊ iſta tangitur cum i di
cta deſcriptiōe additur ex tempore ſubſtātiā capiēs.nam ſe
cundū iſtā clauſulā vř ꝙ ipꝫ tps ſit cā iducēs pſcriptioneꝫ.
ꝙ ēt videtur poſſe pbari rōne.illud nāqꝫ qō expectat tēpo
ris determinationeꝫ ⁊ tpis impletionē vř capere ſuā ſbam
ex tpe.preſcriptio ē hmōdi q2 videmus ꝙ preſcriptio nulla
eſſet niſi ſit pria tpis determinatio facta per legem.vlterius
videmus ꝙ preſcriptio nō hꝫ vim niſi ipleto illo tēpore qō
eſt per legē determinatum quapp bene dictū ē ꝙ expectat
tpis determiationē ⁊ temporis impletioneꝫ ⁊ per pſequēs
videtur ꝙ ex tēpore capiat ſuam ſbam ex quibus omnibus
apparet ꝙ diffinitio vel deſcriptio ſupius data de preſcripti
one ſit ſatis rōnabilis tū q2 tāgit effectum quem preſcriptio
efficit tum ēt q2 tangit cām q preſcriptionē inducit. Oppo
niꝉ aūt huic deſcriptioni ꝙ ſit diminuta ⁊ iſufficiēs pp tria.
Primo q2 videꝉ petendere ꝙ tempus ſit cā ex qua preſcri
ptō ſuam efficaciā capit qō poteſt eſſe falſuꝫ.nā cū tempus
ſit quid nāle ſequeretur ꝙ preſcriptio haberet cauſam natu
ralem ac per pñs ipſa ⁊ ſua virtus eſſet quid naturale ⁊ a na
tura qō nullus diceret. ¶ Secundo q2 premittit cauſaꝫ pn
cipalē ex qua preſcriptio ſuā efficatiam capit.ſ. legum aucto
ritate. ¶ Tertio q2 pretermittit cām finalem pp quā fuit i

uenta preſcriptio que tamẽ cã finalis maxime debet accipi in diffinitione vel preſcriptione cuiuſcũq3 rei eo ꝙ per eam maxime h3 quecunq3 res innoteſcẽ ⁊ notificari ⁊ iõ propter iſta videtur danda alia deſcriptio preſcriptionis q̃ talis ſit ꝙ tangat modũ ſm quẽ tempus ad preſcriptionẽ concurrit tangat etiam cãm efficientem q̃ preſcriptiõi efficaciã tribuit tãgat inſuper cãm finalẽ propter quã preſcriptio adinuenta fuerit ad que tria explicãda videtur ꝙ preſcriptio ſic poſſit diffiniri vel deſcribi. ¶ Preſcriptio eſt ius quoddã ex tempore ↄgruẽs legum auctoritate vim capiens negligentibus inferẽs ⁊ finẽ litibus imponẽs. In hac ergo deſcriptione tangũtur illa tria: q̃ ſuperius ſunt prefata. Primo ↄgruum tempus lege limitatũ ſine qua limitatione iexcuſabilis negligẽtia non potuiſſet haberi. ¶ Scdo legũ auctoritas ex tali negligentia preſcriptionẽ inducẽs p q̃nã ſaltem cõtra ſic negligentẽ exceptionẽ parit in eius penã. ꝑmũ ibi ius ex tpe congruẽs nõ.n.tẽpus dat efficatiã vt volebat pria deſcriptõ.ſ3 ↄgruitatẽ.ſcdm ibi legũ auctoritate vi capiens ⁊ h̃ dat efficatiã. ¶ Tertio in eadem deſcriptione tãgit̃ cã finalis propter quã preſcriptio adinuẽta fuit.ſ.vt penã negligentibus inferret ⁊ finem litibus imponeret queadmodũ ⁊ vſucapio vt p3.ff.de vſuca.l.j.dicit̃.n.ibi ꝙ vſucapio eſt introducta ne quarundã rerum dñia diu ⁊ fere ſemper incerta eſſent.ex h̃ aũt ſequitur duplex prefatus finis q2 tã vſucapio q̃ ẽt preſcriptio dominia diſtinguẽdo penã negligẽtibus infligit ⁊ finẽ litibus imponit.iſte vero duplex finis tangitur in tertia ꝑticula prefate deſcriptionis cũ dicitur ꝙ preſcriptio eſt ius penã negligẽtibus inferens ⁊ finẽ litibus imponens. Subdit ꝙ papias ponit tria ſignificata de preſcriptione que predictis bene conueniunt ⁊ correſpondent.ſ.predicere ↄdicẽ ⁊ diffinire. ꝑcedit.n.cũ tẽpus ſtatuit. ↄtradicit repetenti qđ preſcriptũ eſt. diffinit pp id lites. ex q̃bus oĩbus apparet q̃d ſit preſcriptio. apparet ẽt vlterius ꝙ diffinitio vel deſcriptõ ſuperius data de ea ſit bene aſſignata.

¶ Uidendũ ẽ ſcdo vtrũ ꝑſcriptio ſit cõtra ius nature. vbi ſciẽdũ ꝙ iuriſperiti videntur cõmuniter dicere ꝙ ipſa ſit cõtra ius nature q2 ↄ̃ naturalem equitatẽ vt dicunt ⁊ hec opi. manifeſte no. de vſucapione q̃ preſcriptio eſt.ff.de vſuca.l.i. in.i.glo.⁊.xvj.q.iij.quicũq3 etiã in glo.i. fundamẽtũ autem dicte opi.ſumitur ex regula que habetur.ff.de regu. iuris in iure naturali quã.s̃.vide ſub littera pria in ſi. ⁊ hoc eo.ti.locupletari. conſtat autem ꝙ preſcriptiõe ſit preſcribens locupletior cũ alterius detrimento ⁊ iniuria ac per ↄſequẽs videtur ꝙ preſcriptio ſit ↄtra ius nature. ¶ His tamẽ nõ obſtãtibus tenet contrarium ꝑ euidentiali dicens inquirendum quid itelligatur p ius naturale ⁊ q̃d per ius legale.

¶ Sciendum ergo ꝙ omne ius cõſiſtit in rectitudine quadam. nã ideo ius dictũ eſt vt habet̃.i.di.ius generale. iuſtitia autẽ nil eſt aliđ q̃ quedã rectitudo. omne ergo ius ſiue naturale ſiue legale ſit ex quadam rectitudiẽ ↄſiſtit. intelligẽdum tamen ꝙ q̃uis ius naturale ⁊ ius legale ſint diſtincta nõ tñ eorum recritudo eſt diuerſa imo eſt eadem rectitudo aliter ⁊ aliter ſumpta. nã ſi bene ↄſideremus ius legale non addit ſuper ius naturale aliã rectitudinem. ſed ſpecificat illã eadem. ita vt verum ſit dicere ꝙ ius legale eſt quedã ſpecificatio naturalis rectitudĩs expreſſiua habet.n. ius legale ſpecificare ⁊ explicare naturalis iuris rectitudinẽ tripliciter.ſ. quandoq3 determinando eã per ↄgruos modos. q̃nq3 vero eam applicando ad varios actus q̃nq3 eam declarando per omnes iſtos tres modos. Exemplũ de primo ius naturale vult delinquentẽ puniri. ſed modos punitionis non determinat qđ facit ius legale vtendo recritudine iuris nãlis.ſ. ſecũdũ qualitatem delicti. Exemplũ de ſcdo rectitudo iuris naturalis vult nemini ſ̃trahi quod ſuum eſt. ius legale diſtinguit actus ab illa rectitudine deuiãtes.ſ. actus furandi rapiendi fenerandi ⁊ ſimiles. vltra id oſtendit q̃uo vnus illorum actuũ plus deuiat a rectitudine iuris nature ⁊ ſecũdum id maiores ⁊ minores penas ſtatuit ⁊ per metũ penarũ preſeruat hominibus recritudinẽ iuris naturalis ⁊ ſic nõ addit rectitudinẽ. ſed illã ſpecificat. ſic in ſcientijs ſpeculatiuis que veritatẽ confuſam ⁊ indeterminatam in gñalibus ꝑncipijs ſpecificant. in ſpecialibus ↄcluſionibus recte ſic p ius poſitiuum determinat̃ rectitudo iuris naturalis ↄfuſa ⁊ indeterminata. nũc ad ꝓpoſitũ videmus tertio ꝙ ius legale q̃nq3 aſſumit rectitudinem iuris nãlis ⁊ eã ſpecificat declarando p quoſdam euentus. verbi gratia aſſumit iure naturali qđ rectum eſt neminẽ cũ alterius detrimento ⁊ iniuria fieri locupletiorẽ nõ tñ poteſt haberi a dicto iure vtrũ ſit poſſibilis aliquis euentus vel caſus in quo q̃s poſſit locupletari cum alterius detrimento ⁊ ſine eius iniuria ⁊ ideo poſtea ſpecificat ⁊ declarat intellectũ dicte regule in quibuſdam caſibus in q̃bus aliq̃s poteſt locupletari cum alterius detrimento ⁊ ſine eius iniuria ſicut in preſcriptionibus ⁊ vſucapionibus eo ꝙ in eis infertur alicui dãnũ ⁊ tñ nõ irrogatur ei iniuria. nam videmus manifeſte ꝙ ille cõtra quẽ currit preſcriptio q̃uis patiatur dãnum non tamen patit̃ iniuriã q2 ipſe propter ſuam negligentiam meret̃ pati damnũ ⁊ iccirco i tali caſu quãuis videatur recedi ab intellectu quẽ regula pretendit ſecũdum litteram nõ tñ receditur ab intellectu quẽ regula iuris habuit. nam ſi illa omni caſu ad litteram ſeruaretur a duob⁹ alijs que ſunt de iure nature expreſſe recederetur: ⁊ ꝙ ita ſit apparet. non enĩ põt dicta regula in oĩ caſu ad litteram ſeruari niſi preſcriptio ⁊ vſucapio tollantur. ſi aũt preſcriptio ⁊ vſucapio tolluntur peccatũ negligentie quod eſt cõtra bonum publicũ non punit̃ ⁊ per ↄſequẽs receditur ab illa regula iuris nature: que dicit quod rectũ eſt peccatũ puniri ⁊ maxime peccatũ cõtra bonũ publicũ quod dat materiam litiũ ⁊ rixarũ. Alterius etiã ſi preſcriptio ⁊ vſucapio tolluntur receditur ab illa regula iuris nature que dicit ꝙ bonũ publicũ ⁊ commune eſt preferendum cuicũq3 bono ſpeciali ⁊ ꝓprio in remotione aũt preſcriptiõis ⁊ vſucapionis ſit totũ cõtrarium. q2 preeligitur bonũ propriũ illius qui negligit rẽ ſuam ⁊ dat materiam litium ⁊ rixarum ⁊ per cõſequens poſtmittit̃ bonũ commune quod ↄſiſtit i pacifico cõmunitatis cõiunctu. nam data materia litium ⁊ rixarum per remotionem preſcriptionis ⁊ vſucapionis coniunctus cõmunitatis pacificus perturbatur. ⁊ ideo pp oĩa h̃ eſt notabiliter attendendum ꝙ ius naturale habet diuerſas regulas que ita ſũt intelligẽde ꝙ vna alteri nõ contrarietur. ita ẽt ſunt ſeruande ꝙ cum vna ſeruatur cõtra aliam nõ eat̃. ⁊ licet illud ſatis appareat per ea que dicta ſunt tamẽ poſſunt ad hoc alia iduci exempla. videũs enĩ ꝙ de iure rectũ ẽ ꝙ depoſitum reddat̃ vt p3.i.di.ius naturale. ⁊ tamen gladius depoſitus furioſo non redditur. q2 per id vitiarentur regule de nõ occidendo ⁊ de pace inter homines ſeruãda quorũ vtrũq3 ex reſtitutione poſſet violari in ſeipſo vel in alio.xxij.q.ij.ne quis arbitretur. ⁊ ſi propter rectitudinẽ iuris nature recederetur a littera iuris naturalis quã ſequẽdo incideretur in culpã ⁊ h̃ fac cĩcũſtantia eueniens: ex quibus omnibus apparet ꝙ ius legale nõ addit ſupra ius naturale quãdã ſpecialem ⁊ nouam rectitudinẽ ſed ſpecificat ⁊ declarat illam eandẽ per quoſdã caſus in quibus ⁊ ſi non obſeruetur rectitudo iuris naturalis ſm vnam regulam ſeruat̃ tamẽ ſm aliam vt ſupra oſtẽſũ eſt. vel poſſumus dicere ꝙ in talibus caſibus licet non ſeruetur ſenſus quẽ pretendunt ſecũdum litterã ſeruatur tamen quem eadẽ regula intẽdit ſecundũ veram intelligentiam. ꝓpter que omnia videtur bene dictum illud quod ſupra dicebatur. ſcilicet ꝙ rectitudo iuris naturalis ⁊ legalis non eſt alia ⁊ alia. ſ3 eſt vna ⁊ eadem aliter ⁊ alr̃ ſumpta.

¶ Põt autem hoc totum quod dictum eſt cõfirmari per vnam.l.que habet̃.ff.de iuſti.⁊ iure.l.ius ciuile. dicit enim illa lex ꝙ ius ciuile quod nec in totum a iure naturali vel a iure gentium recedit nec per omnia ei ſeruit: itaq3 cum vel addimus vel detrahimus iuri cõmuni ius proprium.i.ciuile efficimus. ¶ Ex verbis autẽ iſtius legis ſtatim apparet ꝙ rectitudo iuris naturalis nõ eſt alia ⁊ alia ſed vna ⁊ eadem aliter ⁊ aliter ſumpta. nam ſi eẽt alia ⁊ alia tunc ius legale eſſet rectum ex ſua ꝓpria rectitudine iuris naturalis ac per cõſequens in totum recederet a iure naturali cuius contrarium dicit lex prefata. qua propter imaginari poteſt ꝙ ideo ius le

gale

gale recedere non dicitur in totum a iure naturali qꝛ ab eo ſumit ſuam rectitudinē. ideo vero dicitur non per omnia ei ſeruire qꝛ illam rectitudinem videtur mutare. quādoqꝫ per additionē. quādoqꝫ per detractionez. ꝑ additionem quidez quādo addit varios actus ad quos habet applicari vel congruos modos per quos determinaẜ. ꝑ detractionē vero qñ aliquo caſu videtur ei ſubtrahere rectitudinem ſecundum vnam regulā. quā tamen ſibi ꝯſeruat ſm aliam. nec per hoc ꝙ diciẜ quod eadem rectitudo vtriuſqꝫ iuris ſequitur quod vtrunqꝫ ius ſit idem. vel ſm quod ius naturale ſit ſui ipſius menſura qꝛ quo ad primū ꝗuis rectitudo ſit eadem. ſunt tamez iura diuerſa propter duas cauſas. ¶ Prima qꝛ illa vnica rectitudo habet duplicem vim dirigēdi in hūanis vna eſt indeterminata ꝗtum ptinet ad ius nāle. alia diſtincta ⁊ determinata quātum pertinet ad ius legale vt. ſ. dixi de puniēdo delinquentez. ⁊ ſic qꝛ aliter ⁊ aliter ſumpta habet aliam vim directiuā ergo creare pōt iura diſtincta qꝛ ius non dicit rectitudinem abſolute. ſed ꝓut habet vim directiuam in hūmāis. Scōa cauſa qꝛ rectitudo iuris naturalis omnibus eſt no. ſed iuris legalis paucis peritis ⁊ ſic reſpectu noticie ſūt vnius rectitudinis iura diſtincta. De ſecūdo etiam diciẜ nō inconueniens ꝙ vnum ⁊ idez diuerſimode ſumptū ſit ſui mēſura nam habens maioꝛem rectitudinē vno modo ꝗ̄ alio eſt ſeipſo notius ⁊ certius ⁊ ſic ſui ipſius eſt menſura. cum ergo vt nunc dixi vno modo ſit notius ꝗ̄ alio. Itē vno modo diſtinctius ꝗ̄ alio nullum incōueniens ꝙ diuerſo reſpectu habeat rationez regule ⁊ menſure. Item regulati ⁊ menſurati. ¶ Declaratꝭ ergo his omnibus ꝙ pꝛeſcriptio cōcoꝛdet iuri nature ꝓbat quattuoꝛ rationibus quarum pꝛima talis eſt illa iura que habēt eādem rectitudinem vnum eoꝝ non pōt alteri contrariari. ſed ius naturale ⁊ ius legale de pꝛeſcriptionibus habent eandē rectitudinē. ergo ⁊c. maioꝛ patet per ſe. minoꝛ apparet ex dictis. ¶ Scōa ratio ad idem poteſt eſſe talis. illud ius quod habet cōgruam ⁊ rationabilē cām cōcoꝛdat iuri naturali ſed ius de pſcriptionibus eſt huiuſmōi ergo ⁊c. maioꝛ videẜ ſatis no. qꝛ quicquid cōgruū eſt ⁊ rationabile ꝯcoꝛdat naturali rationi ⁊ per conſequens naturali iuri. minoꝛē vero pꝛobo ꝑ id quod dicebaẜ ſuperius ĩ pꝛimo articulo vbi oſtendebaẜ ꝙ longitudo determinati tempoꝛis a legibus pꝛebet cōgruā ⁊ rationabilem cauſam pſcribēdi. ¶ Tertia rō ad idem eſt talis. illud ius legale qꝺ punit peccatum negligētie quod ē cōtra bonū publicū cōcoꝛdat iuri naturali. ius de pꝛeſcriptione eſt huiuſmodi ergo ⁊c. maioꝛ no. qꝛ regula iuris nature eſt ꝙ peccans puniatur. ⁊ maxime peccans contra bonū publicum. minoꝛ etiā apparet qꝛ ille ꝗ negligit repetere rem ſuam tā longo tempoꝛe maxime peccat cōtra bonū publicū qꝛ pꝛebet materiam litium ⁊ rixaruz que non poſſunt facile terminari ⁊ per cōſequēs de iure nare equum eſt ꝙ puniatur. ius aūt pꝛeſcriptionis punit ſic negligentes vt patet in deſcriptione ſuperius data ſecūdo.
¶ Quarta rō ad idē eſt talis ꝙ illud ius legale qꝺ impōit finē lititibus que nō videntur poſſibiles terminari maxie cōcoꝛdet iuri naturali. ius legale ꝺ pꝛeſcriptione ē huiuſmōi ergo ⁊c. maioꝛ videtur no. qꝛ bonū publicū maxime impediẜ per lites que nō facile terminanẜ. ⁊ ideo illud ius legale qꝺ imponit finem litibus talibus maxime congruit bono publico ac per ꝯſequens maxime concoꝛdat iuri naturali. minoꝛ etiam apparet tā ex deſcriptione ſuperius data de pꝛeſcrione que dicit ꝙ eſt ius finem litibus imponēs tam ēt ex. l. illa ſuperius allegata. ff. de vſuca. l. i. que dicit ꝙ vſucapio eſt introducta pꝛopter bonum publicū ⁊ pari ratione etiam pſcriptio. ¶ Ex iſtis autem vltimis duabus ratiōibus apparet ꝙ ꝗuis pꝛeſcriptio videatur deuiare a iure nature ſm illā regulam que dicit ꝙ nullus debet locupletari cum alterius detrimento ⁊ iniuria. reuocatur tñ ad ius naturale ſecundum duas alias regulas quarum vna dicit ꝙ qui peccat debet puniri. Alia vͦo dicit ꝙ dꝫ finis litibus imponi. ꝓpter qꝺ etiā patet vlterius quomodo tollitur fundamentum cōtrarie opinionis ꝗ̄ glo. tenet. nam lꝫ ſit equum ſimpliciter neminem ditari cum alterius detrimēto in tali tñ caſu quo currit pꝛeſcriptio nō eſt equū qꝛ iretur cōtra duas alias regulas iuris naturalis. nec valet illꝺ quod inducebatur in cōtrarium de. l. hac lege. C. de pac. conuen. que dicere videtur ꝙ aliud eſt bonum aliud eſt equum. qꝛ nō eſt itētio dicte legis ꝙ aliquid ſit bonū ⁊ non ſit equū. nam quanto aliquid recedit ab equitate tanto etiā recedit a bonitate. quapꝛopter eſt dicta lex intelligenda hoc modo. ſ. qꝛ aliquid ē quod apparet bonū ſm vnā regulam quod tñ non apparet equū ſecundū aliaz. Uel poteſt dici alio modo. ꝙ aliqd eſt ꝙ apparet bonum ſm aliquā regulam iuxta veram intelligentiā quod tñ non apparet equū ſecūdum regulam eandem intellectam apparenẜ ad litteram. Intelligendum eſt tamen ꝙ circa totum qꝺ dictum eſt. ſ. ſic deſtinguere poſſumus ꝙ pꝛeſcriptionem concoꝛdare iuri nature poteſt intelligi dupliciter.
Uno modo ꝙ ita concoꝛdet iuri nature ꝙ ſit directe ab eo exoꝛta ⁊ iſte itellectus eſt falſus qꝛ tūc nulla regula iuris nature ei obuiaret aliquo modo cuius tñ ꝯtrariuz eſt oſtenſuz ſuperius qꝛ obuiat ei illa regula iuris que dicit: iure nature equum eſt neminem cum alterius detrimento ⁊ iniuria fieri locupletioꝛē. Iſta .n. regula obuiat pꝛeſcriptioni ſaltez quātum ad ſenſū que pꝛetendit ſm litterā. ⁊ hoc eſt foꝛte quod mouet iuriſtas ad dicendū ꝙ pꝛeſcriptio ſit cōtra ius naturē ꝙ ſi intelligant eam eē cōtra ius nature qꝛ non directe ē ab eo exoꝛta poteſt tollerari eoꝝ opinio ꝗuis ſimpliciter loquēdo nō ſit bene dictum qꝛ magis eſt verum eā cōcoꝛdare iuri nature ꝗ̄ eā eē contra ius concoꝛdat enim iuri nature ſecundū intellectum qui poneẜ modo. ¶ Dico ergo ꝙ ſecundo mō poteſt itelligi pꝛeſcriptionē ꝯcoꝛdare iuri nature qꝛ licet nō ſit directe ab eo exoꝛta eſt tamē ad ipm indirecte reducta. ⁊ iſte intellectus eſt verus qꝛ oſtēſum eſt. ſ. ꝙ licet pſcriptio videaẜ directe ꝺuiare a iure nature ſm vnā regulā reducitur tñ ad ipſum indirecte per duas alias regulas: imo ꝙ plus eſt iſta reductio pōt fieri ſm vnam ⁊ eandem regulam vt ſuperius eſt oſtenſum ꝓpter ꝗ omnia ſimpliciter debemus dicere ꝙ ipſa non ſit cōtra ius nature imo magis ꝙ concoꝛdet iuri nature: ⁊ ita patet qd ſit dicendū quātum ad ſcōm articulū. ¶ Tertio querebatur vtrum pꝛeſcriptio iuris canonici debuerit eſſe alia ⁊ diſtincta a pꝛeſcriptione iuris ciuilis vbi ſciendum eſt ꝙ in iſto articulo eſt aliquid certum ⁊ aliqd dubium. nam certū eſt ꝙ pꝛeſcriptio ꝗ currit ſecundum ius canonicum qꝛ requirit bonā fidem in pſcribente vt in iſta regula cum ꝯcoꝛ. eſt alia a pꝛeſcriptione ꝗ currit ſecundum ius ciuile que non requirit neceſſario bonam fidē in pꝛeſcribente vt patet. C. de pꝛeſcrip. xxx. an. l. j. ⁊. l. omnes ⁊. l. cū notiſſimi. Aliud autem eſt dubium in iſto articulo. ſ. vtrum iſta diuerſitas pſcriptionis inter dicta iura ſit rationabilis ſiue vtrum fuit rōnabiliter poſita. illꝺ aūt qꝺ facit hͦ aliquā difficultatem eſt ꝙ ſi pſcriptio male fidei concoꝛdat equitati iuris nāe. videtur ꝙ ambo dicta iura debuerit concoꝛdare in eam ſtatuendo. ſi vͦo dicta pſcriptio ſit iniqua ⁊ contra equitatem iuris nāe. videẜ ꝙ nulluz ius legale debuerit eam ſtatuere: ac per conſequēs dicta pſcriptio ſicut non currit ſm iura cañ. ita ēt nō currit ſm ciuilia. nec erit hic aliꝗ diuerſitas inter dicta iura. ¶ Sciēdū ergo ē ꝙ dicta pꝛeſcriptio ꝯſiderata mente iuris ciuilis eā ſtatuentis eſt equa. qꝛ concoꝛdat equitati iuris nāe. ⁊ alio modo ꝯſiderata mente pſcribentis eſt iniqua. qꝛ ab eius eqtate recedit: ⁊ ꝙ ita ſit apparet. intendit enim ius ciuile per pꝛeſcriptionem male fidei duplicem finem. ſ. negligentes punire ⁊ finem litibus imponere: ⁊ vterqꝫ dictoꝝ finium iuri naturali cōcoꝛdat. vt ſuperius fuit viſum. ⁊ ideo ex iſta parte merito eſt dicenda eq̄ ⁊ iuſta talis pſcriptio: ⁊ ipe pꝛeſcribens ꝑ eandez pꝛeſcriptionem intēdit rem alienam vſurpare ꝓpter qꝺ merito ex iſta parte eſt dicenda iniqua ⁊ iniuſta qꝛ diſcoꝛdat ab illa regula iuris nature que dicit qꝺ tibi non vis fieri alteri ne feceris que regula in. l. ⁊ in euangelio continetur vt in pꝛin. decretoꝝ. ⁊ hic apparet que fuit cauſa ꝙ pꝛeſcriptio male fidei ē a iure ciuili inducta. Remanet tñ dubium ꝗre ius canonicū in pꝛedicta pꝛeſcriptione a iure ciuili diſcoꝛdat. Sciendū eſt ergo ꝙ pſcriptio male fidei partiz eſt a iure ciuili iducta ⁊ ꝺ

hoc nunc dictū ē partim pmiſſa.ſ.ↄſiderata iniquitate pſcri
bētis quo reſpectu ē iniuſta vt predixi nec ē ſʒ id a iure ciui
li īducta.ſed ſolū permiſſa qꝛ ius ciuile ⁊ quodlibet aliud
ius.qꝫuis non poſſit aliquid iniquū ⁊ iniuſtum inducere il-
lud tamen quandoqꝫ permittit propter aliquod bonum ⁊
iuſtum qd̄ inde pōt elicere.⁊ ꝙ ad ipſum tale ius magis ſpe
ctat intendere ſicut i propoſito.nam pmittitur ꝙ preſcriptō
iſtius ex mala fide ⁊ iniquitate ꝓcedat vt per eā duplicē pre
fatum finē eliciat.hoc autē ideo facit qꝛ ius ciuile cum intē
dat pro vltimo fine ↄſeruare ciuilem ſocietateʒ cui fini maxi
me deſeruit negligentiū punitio ⁊ litium determinatio iccir
co magis debet intendere ad hoc vt negligentes puniat ⁊ fi
nem litibus imponat quam vt iniquitatem pſcribent] corri-
gat vel remoueat.nam magis ad ipſum ſpectat illius dupli
cis finis equitas ꝓſequēda q̄ ipſius preſcribētis iniquitas
corrigenda ex quibus omnibus apparet immediate quare
in pſcriptione male fidei ius canonicū a iuř ciuili diſcordat.
⁊ aſſignat de hoc quattuor rationes.Prima qꝛ iſta duo iu
ra ſibi mutuo ſubueniunt cū ſint fundata ſuper eodē iure na
turali.nam ſi vnum eorū alteri nō ſubueniret ſequeretur ꝙ
vnū eorum in omnibus ſufficeret ⁊ per ↄſequens alterū ſup
flueret.cōtingit enim ſepe ad vnum ⁊ eundē effectū vnū eo
rum ſine altero non ſufficere.verbi gratia i puniendo clericū
tradendum ad mortem non ſufficit ius ciuile ſine canonico
qꝛ nō pōt ipſum degradare nec etiā ſufficit can. ſine ciuili qꝛ
iudex canonicus non pōt ipſuʒ occidere: quapropter dicta
iura ſibi mutuo ſubueniūt in dicto caſu qꝛ quodlibet eorum
exequitur illud qd̄ ad ipſum ptinet.Ita ergo ſuo mō eſt ima
ginādū in preſcriptione male fidei qꝛ in ea ē aliquid iuſtum
⁊ proſequendum ⁊ aliquid iniuſtum ⁊ prohibendum.que
duo ſatis patent per ſuperiora. hec duo non poſſunt fieri p
idem ius ⁊ ideo oportet ꝙ ſit aliquod ius quod dictam pre
ſcriptionē propter illum duplicem finem inſtituat ⁊ aliud
ius qd̄ eandē preſcriptionem ꝓpter malā fidem preſcriben
tis ꝓhibeat ⁊ iſto mō dicta iura ſibi mutuo ſubuenient nec
erit ↄtradictio inter ea ſicut melius declarauit in queſtione
de vſuris vbi oſtēdit ꝙ vnū ius non poteſt obuiare alteri p
cōtradictionē ſʒ per omiſſionē qꝛ illō qd̄ omittiť ab vno ſepe
aſſumiť ab altero ſicut vtiqꝫ nūc ē in propoſito.nā qd̄ mala
fides pſcribentis debeat preſcriptionē i fringere hoc a iure
ciuili omittiť qꝛ ad ipſuʒ non ſpectat eā propter dictā cauſaʒ
infringere.hoc āt a iure canonico aſſumitur:qꝛ ad ipſum ſpe
ctat eā pp dictā cauſam infringere ⁊ ideo non ē ↄtradictio
cū ius ciuile dicit talem pſcriptionē equā ⁊ iuſtā eſſe ac per
conſequens inſtituendā.Ius vero can.dicit eandē preſcri-
ptionem eſſe iniquā ⁊ iniuſtam ac per cōſequens prohiben-
dam qꝛ in ſic dicendo nō attendit ad eandē cauſam nec ad
eundem finē.vbi āt eſt cōtradictio oportet ꝙ accipiať ſecun
dum idē ⁊ reſpectu eiuſdeʒ.Ex his omnibus poſſumus ad
propoſitū formare vnā rationē taleʒ.Illud qd̄ eſt propohi
bēdū ⁊ a iure ciuili omittiť debet a iure can.aſſumi qꝛ.ſ.oſtē
ſum eſt ꝙ dicta iura ſibi mutuo ſubueniūt.ſed pſcriptio ma
le fidei eſt prohibēda qꝛ iniqua ⁊ iniuſta ex parte pſcribent]
⁊ ſic eius prohibitio dʒ aſſumi a iure can.ac per conſequens
in dicto caſu vnum ius diſcordabit ab altero nec tñ ꝓpter ħ
talis diſcordia erit cōtradictio vt.ſ.oſtenſum eſt. ¶ Secun
da rō ad idē eſt talis.illud qd̄ ſeqtur legē euangelicaʒ debet
diſcordare ab omni eo a quo diſcordat lex euangelica.ſʒ ius
can.ſequitur legē euangelicā ⁊ ei ſubalternatur q̄ lex euāge
lica iuri ciuili diſcordat in rectificando actum interiorē ſicut
patet Math.v.vbi diciť oīs qui viderit mulierē ad cōcu-
piſcendū eā iam mechatus eſt in corde ſuo. Ius āt ciuile ni
titur ſolū ad rectificandū actū exteriorē qui ē ad alterū per
quē poſſit ciuilis ſocietas impediri ergo ⁊ ius can. debet in
hoc diſcordare ſeu potius ſuperabundat a iure ciuili.qꝛ obʒ
niti ad rectificandum etiā actuʒ interiorē p quē poſſit a deo
deuiari ac per cōſequens debet pſcriptionē male fidei peni
tus prohibeť.per quā actus interior obliquatur ex quo etiā
relinqť ꝙ in dicto cāu a iure ciuili diſcordabit. ¶ Tertia ad
idem eſt talis illa iura debent in pſcriptiōe male fidei neceſ-
ſario diſcordare quorū vnum intendit ↄſeruare iuſticiā pro
pter litigia terminare.alterū vero econuerſo intendit termi
nare litigia pp iuſticiā ſeruare.ſed ius ciuile ⁊ canonicū ita
ſe habent: qꝛ ciuile intendit conſeruare iuſticiam propter ter
minare litigia.nā ſuus finis pꝛicipalis eſt ↄſeruare ciuilē ſo-
cietatē que ſeruari non pōt niſi litigia termineť. Ius autē
canonicū ecōuerſo itendit terminare litigia propter conſer
uare iuſticiā qꝛ finis ſuus pncipalis ē ordiare in deū ⁊ i legē
euangelicam.vt homo gloriam aſſequatur.q quidem ordo
in deū non habetur niſi iuſticia ↄſeruetur vt per eā actus in
terior quo ordinatur in deū reguleť.Hinc eſt ꝙ vna regula
iuris can.dicit ꝙ vtilius ſcandalū naſci permittiť q̄ veritas
relinquitur ꝙ dicta duo iura debuerunt in preſcriptione ma
le fidei diſcordare pōderato fine cuiuſqꝫ q pʒ in ſuperiora.
¶ Quarta rō ad idē eſt talis.illa iura que ita ſe habent ꝙ
vnū eorum ita itēdit de foro litigij ꝙ tñ finaliter remittit ad
forū cōſciētie.alterū vero ſiſtit ſolum in foro litigij nō poſ-
ſunt in pſcriptione male fidei cōcordare qꝛ dicta preſcriptio
male fidei ſm forū cōſcientie eſt dānanda ſm vero forū liti-
gij inducenda.ſed ius can.⁊ ciuile ita ſe habent ꝙ ius ciui-
le ſolum ſiſtit in foro litigij qd̄ finaliter remittit ad forū con-
ſcientie vt patet de pe.⁊ re.c.omnis.ergo neceſſario debue-
runt in preſcriptione male fidei diſcordare q̄uis talis di-
ſcordia nō ſit ↄtradictio vt ſuperius oſtenſuʒ eſt qꝛ nō ē re-
ſpectu eiuſdē cāe vel eiuſdē finis.⁊ ſic patet qd ſit dicēdum
quantū ad iſtum articulū qꝛ preſcriptio iuris canonici ē alia
⁊ debuit eſſe alia a pſcriptione iuris ciuilis ⁊ hec ſufficiant
quantum ad ipſum. ¶ Quarto ꝓponebatur vtruʒ i preſcri
ptiōe acquiratur dominiū.ad cuius euidentiā eſt intelligen
dū ꝙ quātū ad preſcriptionē male fidei q̄ currit ſpacio.xxx.
annorum nō videtur eſſe aliqua diſcordia inter doctores iu
ris.nā oēs cōcorditer dicunt ꝙ in ea nō acqritur dominiuʒ.
ſed ſola exceptio qa ſi in ea acqreretur dominiū tūc non ſolū
fuiſſet inducta in odium negligentiū.ſed etiā in fauorem ma
la fide poſſidentium contrarium apparet.xvj.q.iij.§.poteſt.
¶ De preſcriptione bone fidei videntur q̄ plures adinui
cem diſcordare.nā qdam antiq doctores iuris dicūt ꝙ in p-
ſcriptione bone fidei habeat qs dominiū vtile ⁊ nō directū
dominiū.qd̄ probant per illū textū q habeť.C.de preſcrip.
xxx.vel.xl.an.ſi qs emptionis in pnci.iij.rñ.⁊.ff.de iureiur.ſi
duo.§.Julia.ibi enim dř qd̄ pſcribens habet vtilem actionē
in rē ⁊ habet exceptionē cōtra dominū. ſi autē preſcribēs ha
bet exceptionē cōtra dominū ergo dominus cōtra quē fuit
preſcriptū habebat actionē qa exceptio non habet locum ni
ſi vbi eſt poſſibilis actio.Eſt.n.exceptio actionis excluſio vt
pʒ.ff.de excep .l.ij.ſi autē dominus cōtra quē ē preſcriptum
habeat actionem nō pōt habē niſi directam qa actionē vti-
lem habet ipſe preſcribens ratione vtilis dominij ⁊ duo nō
poſſunt eſſe ſimul domini inſoliduʒ vno reſpectu vt pʒ.ff.cō
mo.l.ſi vt certo.§.ſi duobus.ſi ergo actio directa ac per con
ſequens dñiuʒ directum remāſit apud illū cōtra quē eſt pre
ſcriptū relinqtur ꝙ ipſe pſcribens acqſiuerit p preſcriptio-
nē ſolam actionē vtilē ⁊ p cōſequens ſolum dominium vtile
⁊ hanc opinionem ſequnť q̄ plures moderni doctores iu-
ris ⁊ de hoc aliqd no.xvj.q.iij.in fi.ſūme.⁊.c.qcunqꝫ in.i. gl.
⁊.§.poteſt p Hoſti.in ſum.de preſcrip.rerū imo.i vltima co
lū. ¶ Sʒ hec opinio vř dubia ⁊ ñ ratiōabilis propter tria.
¶ Primo qa homo nō ē dominus rerū exteriorū niſi pro
quāto poſſunt venire in ſuū vſum ⁊ vtilitatē hōinis ſecundū
ipſius arbitriū ⁊ voluntatē.⁊ ideo videmus ꝙ ille res q̄ nū
q̄ poſſunt venire in vſum ⁊ vtilitatem hominis ſecūdū ipſi-
us arbitriū ⁊ volūtatē nunq̄ poſſunt cadere ſub eius domi
nio ſicut patet de corporibus celeſtibꝰ.videmus vlterius ꝙ
ſi aliq res apte nate cadere ſub vſu ⁊ vtilitate hōinis ⁊ tamē
cōpertum nō eſt ꝙ venerit in vſuʒ ⁊ vtilitatē alicuius eo ip
ſo ab ipſa lege decernuntur eē nullius ⁊ naturali rōe conce
duntˀ ⁊ ſubijciuntur dominio pmi occupantiſ.vt pʒ.ff.de acq.
re.do.l.i.⁊.l.qd̄ enim nullius. hoc autem iō videť cōtinge-
re.qꝛ dominiū qd̄ habet homo i exterioribus rebus ꝓuenit
ex earū vſu ⁊ vtilitate.cōſtat autē qd̄ ille ↄtra quē ꝓceſſit pre
ſcriptio

ſcriptio bone fidei nullo mō pōt aſſumere rem pſcriptā in ſuū vſum ⁊ vtilitatē. ergo nullo mō eſt dn̄s ac per pſequens nō remāſit apud eū directum dominium vt dicebat prefata opinio. Scd̄o pʒ hoc idem. q2 videmus ꝙ preſcribēs aliquā rem bona fide poteſt trāſferre dominiū directum ipſius ad aliū vt pote ſi vēdat rē illā alicui dn̄o ⁊ poſtea recipiat eā in feudū ab eo dr̄ trāſtuliſſe dictā rē illum dn̄iʒ q̄tū ad directū dn̄iʒ ⁊ eaʒ ſibi reſumpſiſſe quātū ad dominiū vtile. conſtat āt ꝙ vnuſquiſq3 hō tale dominiū de re quacūq3 ad aliuʒ transfert quale apud ſe habet vt pʒ. ff. de acq. re. do. l. traditio. ſi ergo pſcribens tale dominiū transferre potuit vr̄ ꝙ ipſuʒ apud ſe habuerit ac per pſequēs dictum tale dominium per pſcriptionē acqſierit. ¶ Tertio pʒ hoc ideʒ q2 videm9 ꝙ ille q habet ſoluʒ dominiū vtile. nō habet dominiū totale vtile ⁊ ideo ſemper exhibet aliqd domio directo vtpote vel partē vtilitatis vel homagium vel qd tale per qd datur itelligi ꝙ ipſe nō eſt dominus directus. ſʒ ille cui fit iſta exhibitio vel recognitio ac per cōſequēs eo ipſo ꝙ ille q habet ſolum vtile dominiū regnoſcit aliū dominū videt ipſe totale nō habere dominiuʒ. ſi ergo pſcribens bona fide acqſiuiſſet per preſcriptionē ſolū dominiū vtile n̄ haberet totale dominium ſʒ neceſſario recognoſceret aliū dominum. puta illum contra quē preſcripſiſſet quod patet euidenter eſſe falſuʒ. ¶ Ad rationeʒ vero iſtius opinionis poteſt reſponderi ꝙ exceptio ē facti ⁊ ꝙ hoc caſu elidit actionē ⁊ itētionē agēris ⁊ facit qd̄ no. ꝭ. eo. li. de litī ꝓteſta. c. i. in fi. iij. gl. ¶ Et iō eſt alia opinio quorūdā doctorū dicentiū. ꝙ in preſcriptione acquirat nō ſolū dominiū vtile ſʒ directū qd̄ pbāt p textū pluriuʒ legū in quibus habet qd̄ preſcribens bona fide ſpacio. xxx. an. efficit dominus. ſi āt p preſcriptionē acquireret ſolum dominiū vtile nō diceret pſcribens ſimplr̄ effici dominus cū qdā determinatiōe adiūcta ⁊ diminutiōe. ¶ Cōfirmat h̄ idē per tres rōnes pcipue. ¶ Pria eſt q2 fortior eſt poſſeſſio in rebus imobilibus que acquirūtur p preſcriptionē q̄ in rebus mobilibus q̄ acquirūt p vſucapionē. ſʒ p vſucapionē acqrit nō ſolū dominiū vtile. ſʒ ēt directū ergo multo magis dʒ h̄ idem acqri p preſcriptioneʒ. ¶ Scd̄a rō ad ideʒ q2 ſi p pſcriptionē nō acqreret dn̄iū directū iā videtur ꝙ dn̄iū directū eēt ipreſcriptibile ꝙ pʒ eē falſum. nā ⁊ ipſo iure pſonalia de qbus minus vr̄ ſint oſſibus nr̄is infixa preſcribunt ſpacio. xxx. an. vt pʒ. ff. de p ſocio. l. iij. ⁊. ff. de pecul. l. qs ergo ⁊. C. de pſcrip. xxx. vel. xl. an. l. ſicut. ¶ Tertia rō ad ideʒ q2 ille q tacuit tāto tpe preſumit pſentire. ff. de v̄. ſig. l. alienationis v̄bū. pſtat āt ꝙ p cōſenſuʒ trāſfertur vtile dominiū ⁊ directū vt inſti. de reruʒ diui. §. p traditionē ac p cōſequēs vr̄ ꝙ p tps preſcriptionis acqratur vtrūq3 dn̄iū. ſ. tā vtile q̄ directū. Hec āt opi. nō videtur rōbilis propter duo. Primo q2 videtur ponē ꝙ in preſcriptione acquirat neceſſario dn̄iʒ directū quēadmodū in vſucapione cuius ꝯ̄rium euidenter apparet. nā videmus ꝙ poſſet alqis pſcribere ꝯ̄ feudatariuʒ nō preſcribendo ꝯtra dominū feudi in quo caſu acquireretur p preſcriptionē ſolū dn̄iʒ vtile ⁊ nō directū ⁊ econuerſo. ¶ Scd̄o non videt rōnabilis q2 nō cōuenienter diſtinguit inter dn̄iū directū ⁊ vtile. accipit. n. directum ⁊ vtile q̄ſi duo dn̄ia diſtincta cuius oppoſitū ſtati oſ̄detur ⁊ quātū ad iſtā parteʒ pria opinio vr̄ defeciſſe ſicut ⁊ iſta ppter que oīa vr̄ eſſe aliter pcedendū in iſto. ¶ Sciendum ergo ꝙ dn̄iū directū ⁊ dn̄iū vtile q̄nq3 diſtinguūt ſicut duo diuerſa dn̄ia. quādoq3 vero ſicut duo diuerſi mōi habendi idē dominiuʒ. debemus. n. imaginari ꝙ vtile ⁊ directū q̄nq3 capiunt diſtinctioneʒ penes aliuʒ ⁊ aliū modū vtendi q̄nq3 vero penes aliū ⁊ aliū modū habēdi. primū pʒ q2 videmus ꝙ alio mō vtit re feudata feudatarius q colit ⁊ fructū recipit q̄ dn̄s qui recipit ſeruitiuʒ ſine labore ⁊ ita ſuo mō dicendū eſt de ēphiteota ⁊ dn̄o pncipali. ¶ In tali ergo caſu dominiū directuʒ ⁊ vtile diſtinguūt penes aliū ⁊ aliū modū vtendi. quādoq3 vero diſtinguuntur penes alium ⁊ aliū modum acquirendi idē dominiū. debemus nāq3 pſuppone ꝙ acquiſitio dn̄ij ē a iure gētiū vt pʒ. ff. de iuſti. ⁊ iure. l. ex hoc iure. ius autē gentiū ſoli homini cōpetit ⁊ ē quedā rō naturalis q̄ ſic ē homini ppria ꝙ tn̄ oībus hoībus ē collata que quidē rō nālis eſt q̄ſi qdā lex tacita vt pʒ. ff. de bo. dam. l. cū ratio. ē inquā lex tacita q2 in corde hominis diuinitus ⁊ naturaliter ſcripta ⁊ non mandato ipſius pretoris exterius pmulgata. huius ergo legis ⁊ huius iuris naturalis equitati oʒ ꝙ oīs dominij acqſitio inita q̄nq3 directe: q̄nq3 idirecte verbi gratia de vtroq3 ſi enim occupemus aliquā reʒ penit9 derelictaʒ vel que nūquā extitit alicuius acquiſitio dominij in illa re directe cōcordat ⁊ inititur iuri naturali vt pʒ per illā. l. ſuperius allegatā. ff. de acqui. re do. l. qd̄. n. nullius. naʒ dicit in illa. l. ꝙ illa res que nullius ē naturali ratione occupanti conceditur ac per pſequens acqſitio dominij in illa re naturali rōi directe initur q2 nulla eſt regula iuris nālis ſiue rōnis naturalis q̄ acquiſitioni huius dominij valeat obuiare. idē per oīa ſi acquiramus dominiū i aliqua re p liberam traditionē illius cuius eſt illa res ⁊ hoc etiā poteſt haberi. ff. de acqui. re. do. l. qua ratiōe. §. hoc quoq3. vbi dicitur ꝙ ille res q̄ per traditionē noſtre fiūt iure gētiū nobis acquirunt cuius rō redditur in ſequēti. §. vbi dicitur ꝙ nihil eſt tā conueniens nāli equitati q̄ voluntatē dn̄i volentis rē ſuam in aliū trāſferre ratā haberi. pʒ ergo ex iſtis duobus exemplis quomodo acquiſitio dominij i aliqua re q̄nq3 initur equitati iuris nālis directe. reſtat videre de indirecta. ¶ Euenit. n. quādoq3 ꝙ acqramus dominiū in aliqua re per exactionem illius rei a debitore nr̄o nomīe pene. q2 iura ciuilia volunt ꝙ illud qd̄ exigitur a debitore nomine pene lucro dʒ cedere creditoris vt patet. ff. de ſolu. ⁊ libera. l. id qd̄ pene. acqſitio ergo dn̄ij iſto mō initit ⁊ concordat equitati iuris naturalis nō quidē directe quod pʒ ex duobus. Primo. q2 illō cōcordat equitati iuris nālis directe cui nō iuenitur aliqua regula iuris naturalis obuiare. nūc autē huic acquiſitiōi dominij obuiat illa regula iuris que ſupra fuit allegata in ſecūdo articulo ⁊ habet eo. titu. locupletari cū concor. q2 fit cuʒ iactura debitoris ⁊ ſic deuiat ab eqtate iuris naturalis qa dicta regula ei obuiat euidenter. Reuocatur tn̄ ad eiuſdē iuris naturalis equitatē per aliaʒ regulā que dicit ꝙ pro quolibet peccato debet pena exigi vt nullū maiū remaneat impunitum. ex quibus omnibus apparet ꝙ acquiſitio dominij in iſto caſu ꝯcordat equitati iuris nature nō quidē totaliter ac per cōſequens nō directe. ſed indirecte. q2 non concordat directe equitati q̄ſi directe originē ab ea trahendo. immo quaſi idirecte ad eam redeundo. ¶ Secundo patet hoc idē quia acquiſitio illius dominij q̄ totaliter ⁊ directe innititur equitati iuris nature hʒ ſuā efficiam ⁊ vigoreʒ ſine omni fauore iuris legalis vt pʒ in acquiſitione dominij ſumpta prio mō. nā dato ꝙ nullū eēt ius legale adhuc pmus modus acquirendi dominiū hʒ locū. ſecundus v̄o modus acqrēdi dominiū qui imediate eſt dictus nō hʒ efficatiā ⁊ vigorem niſi ſuppoſito fauore iuris legalis. ſʒ p quādam reductionem indirectam quā reductionē facit ius legale q2 ad ipm ſpectat nālis iuris regulas cōcordare vt pōt patere ex his q̄ dicta ſunt in ſecundo articulo ⁊ ideo talis modus acquirēdi dominij locum non haberet ſi ius ciuile n̄ eſſʒ. apparet igitur ex omnibus his ppoſitū. Sciendu3 tamē ē ꝙ lʒ ſint duo modi acquirendi tamē idē eſt dominiū per quēcūq3 iſtorū acquiſitum. eundē eniʒ vſum ⁊ modum vtendi habet vterq3 acquirens. ⁊ ſic pʒ illud qd̄ ſuperius dicebatur. ſ. ꝙ dominium directū ⁊ vtile q̄nq3 diſtinguitur penes aliū ⁊ aliū modū vtendi ⁊ ſic faciunt duo particularia ⁊ diſticta dominia q̄nq3 v̄o penes aliū ⁊ alium modum habendi ⁊ acquirendi ⁊ tunc ſunt vnū dominium ſibi poſſibile acquiri per pfatos duos modos. Sciēdū vlterius ē ꝙ ex proceſſu ſuperius habito poſſumus colligere duplicē rationeʒ q̄re dominium directū dicatur oſſibus noſtris infixum ⁊ a nobis inſeparabile vt habetur. ff. pro ſocio. l. iij. ⁊. ff. de pecul. quis ergo. Una quidem ratio eſt q̄tare dominium directe initit iuri naturalis ſiue rōni naturali vt patet ex dictis. rō auteʒ generalis eſt cordi noſtro infixa ⁊ a nobis iſeperabilis vt ait Auguſtinus .ij. cōfeſ. ſic inuenis. lex iquā ſcripta i cordibus hominū quā nec vlla qdeʒ delet iniquitas. dominium ergo directū dicit

oſſibus īfixum qꝫ īnitur illi iuri quod nobis ē īfixum ⁊ a nobis inſeparabile. Secunda ratio eſt qꝛ ius naturale ē fortius ⁊ efficatius ꝙ̄ ſit ius legale ⁊ naturalis rō fortior ⁊ efficatior quā ſit humana voluntas. oē ergo illō qō ē nobis vnitū naturali iure ⁊ naturali ratione nō pōt a nobis ſeparari iure legali ⁊ humana voluntate. dominiū ergo directū ē nobis vnitum naturali iure ⁊ naturali ratione ergo nō poterit a nobis ſeparari iure legali vel humana voluntate ac per ꝯñs dicetur rōnabiliter oſſibus noſtris īfixū ⁊ a nobis īſeparabile. ¶ His ergo oībus declaratꝫ facile expeditur qō q̄rebatur in hoc articulo vtrū ꝑſcriptione acq̄ratur dominium. dicendum itaqꝫ eſt ꝙ in ea ⁊ per eam vno mō acquiritur dominium vtile ⁊ directum ⁊ alio mō dominiū tm̄ vtile ⁊ non directum. naꝫ ſi accipiamus dñiū vtile ⁊ directū ꝓut diſtinguuntur ex mō vtendi ꝑſcribens rē ſimpliciter hꝫ omnē modū vtendi ergo hꝫ vtrūqꝫ dominiū vtile ⁊ directū alias nō haberet dominium totale ſed ſpeciale ī recipiendo directū quod directe deſcendit a iure naturali tale directum non habetur per ꝑſcriptionem ſicut habet̄ ī re nullius occupata vel a vō domino tradita. illis enim aſſiſtit naturalis equitas ⁊ huic reſiſtit tamē ad illam indirecte reducitur vt eſt dictū. formabat āt ſuper his duas rōnes quarum pria erat per qō habemus totalem vſū ⁊ vtilitatem de re preſcripta. ſed per preſcriptionē id euenit ergo ⁊c. Secunda illud dominium acquiritur indirecte qō ab equitate iuris nature nō directe exoritur tamē ad illā indirecte reducitur. ſed dominium per preſcriptionē acq̄ſitum eſt tale ergo ⁊c. prolixe etiā proſequitur iſtas ꝙ omitto. ¶ Quinto erat vtrum preſcribens mala fide debeat cenſeri cū raptore vel in qua ſpecie peccati ſit locandus. Ad huius ergo q̄ſiti euidentiam eſt prio attendendū. que differentia ſit īter furtum rapinaꝫ ⁊ vſuram. Sciendum igitur ꝙ prefata tria ſe habent ꝑ ordinem quia furtum ſe habet in plus ꝙ̄ rapina ⁊ rapina in plus ꝙ̄ vſura. nam diligēter cōſideranti patebit ꝙ de ratiōe furti ſunt duo ſcilicet ꝙ per ipſum vſurpetur res aliena ⁊ hoc ē primū. ſecundum eſt ꝙ dicta vſurpatio ſit oculta. per p̄mū autē iſtorū duorum ratio furti extenditur ad rapinā. xiiij. q. v. penale. per ſecundū vero diſtinguitur ab ea. facit ſupra de furtis. c. ij. De ratione āt rapine ſunt tria. Primū ē ꝙ per ipſam vſurpetur res aliena ⁊ per hoc collocat̄ ſb̄ furto. Secūdum eſt ꝙ dicta vſurpatio ſit manifeſta. ⁊ per hoc rō rapine diſtinguitur a furto ⁊ extenditur ad vſurā. xiiij. ſi quis vſurā accipit rapinam facit. tertiū eſt ꝙ illa vſurpatio ſit penitus violenta. ⁊ ꝑ hoc diſtinguit̄ ab vſura. De rōe āt vſure ſunt tria: primū eſt. ꝙ per ipſam vſurpet̄ res aliena. ſecundū eſt quod dicta vſurpatio ſit manifeſta. tertium eſt ꝙ illa vſurpatio fiat per conſenſum coactū ⁊ extorſum rōne mutui quo volens timet carere ac per ꝯſequēs nec penitus volūtaria nec penitus violenta. xv. q. i. merito q̄ritur ⁊ per hoc diſtinguit̄ a rapina. ¶ Viſis aūt his poſſumus facilit̄ reſpondere ad illud qō in iſto articulo eſt queſitū. nā cum querit̄ vtrū ꝑſcribens mala fide debeat cenſeri cum fure vel cum raptore vel in qua alia ſpē peccati locandus ſit apparet ꝙ volendo loqui ꝓprie nō pōt cenſeri cum fure nec etiā cū raptore qꝛ peccatum furis vel raptoris ꝯſiſtit prīcipaliter in rei aliene vſurpatione ⁊ non in rei aliene detentiōe. nā dato ꝙ fur vel raptor in ipō actu vſurpationis deprehendantur furis vel raptoris nomine cenſebuntur ⁊ vterqꝫ eorū tanq̄ fur vel raptor a iudice punietur non obſtante ꝙ ī re aliena habuerit ſolum actum indebite vſurpationis ⁊ nullum actum adhuc īdebiti vſus vel detētionis. ipſa vero rei aliene detentio magis concurrit ibi vt circūſtantia aggrauās peccatū ⁊ iō videmus ꝙ quāto maiori tēpore res aliena ab eis detinetur tāto plus a legibus puniuntur quapp̄ apparet īmediate ꝙ preſcribens mala fide nō pōt ꝓprie ⁊ directe cenſeri cum fure vel raptore. qꝛ peccatū ipſius totaliter vel ſaltem principaliter ī rei aliene detētione ꝯſiſtit. nam dato ꝙ a principio poſſeſſionis bonā fidē haberet ſi tñ poſtea añ tp̄s finite preſcriptionis mala fides adueniat poſſeſſor ⁊ ꝑſcriptor male fidei ē cēſendus. nec eius ꝑſcriptio curret ſm̄ iura cañ. licet currat ſecundū iura ciuilia vt patuit in. iij. articulo. illud ergo quod ē ſolū circunſtantia aggrauans peccatū in fure ⁊ raptore. ſ. rei aliene detētio ipſa qdē ē peccatū ꝯſtituens in male fidei poſſeſſore ⁊ ꝑſcriptore ex quo ēt apparet vlterius ꝙ non dꝫ per. l. pena īfligi ꝑſcribentibus mala fide quēadmodū furibus ⁊ raptoribus. nā leges furibus ⁊ latronibus penā infligunt. qꝛ eorū peccatum nō ſolum īficit cōſciētiā: ſꝫ ēt ledit rem publicā ad cuius cōſeruationeꝫ totus conatus. l. inſiſtit ſi. n. fures ⁊ raptores nō punirent̄ ciuilis ſocietas paſſiꝫ totaliter tolleretur qꝛ pauci vel nulli p̄nt reꝫ ſuam pacifice poſſidere. peccatum āt poſſidētiū ⁊ preſcribentiū mala fide quāuis cōſciētiā inficiat rē tñ publicā nō coinq̄nat. qꝛ nullius hoīs pax ex hoc rōnabiliter ꝑturbat̄. nam ēt ille qui pp̄ preſcriptionē rē ſuam ꝑdidit turbari non dꝫ contra illuꝫ q ꝑſcripſit. qꝛ perditio ſue rei magis dꝫ aſcribi ſuo proprio defectui ex eo qō rē ſuam repetere neglexerit ꝙ̄ defectui ⁊ peccato ipſius poſſidentꝫ mala fide. ⁊ icirco ꝓ tali peccato non dꝫ a lege pena infligi. imo debet diuine prouidentie puniendū relinqui qꝛ ⁊ multa ſunt talia peccata q̄ lex humana dimittit ⁊ diuine prouidentie puniēda relīq̄t teſtāte beato Auguſt. in. i. d libero arbitrio vbi ſic ait. lex iſta que regēdis ciuitatibus fertur multa concedit ⁊ impunita relinquit: que per diuinā ꝓuidentiā vindicantur. intelligendū tamē vlterius ꝙ q̄uis mala fide poſſidens vel preſcribens nō poſſit ꝓprie ⁊ directe cenſeri cū fure vel raptore interpretatiue tamē ⁊ directe pōt ⁊ dꝫ cenſeri cum vtroqꝫ. qꝛ ⁊ ſi rē publicaꝫ non ledit ſicut fur vel raptor quātū ad actum exteriorē ſuā tñ cōſcientiā non minus corā deo īficit. nam veraciter eſt fur ⁊ raptor quātū ad interiorem affectum lꝫ nō quantū ad exteriorem actum ⁊ iuxta iſtū ſenſum vr̄ loqui. xiiij. q. v. ſi quid inueniſti ⁊ nō reddidiſti rapuiſti ⁊c. ille. n. q inuenit rē alienā ⁊ eā nō reddidit lꝫ nō ſit raptor directe ⁊ ꝓprie quātū ad actū exteriorē: qꝛ rē alienā nō vr̄ per violentiā vſurpare ē tñ raptor interpretatiue ⁊ indirecte quātū ad actum interiorē q̄ rē alienaꝫ admodū raptoris ſibi appetit vendicare ⁊ ita corā deo ita hꝫ infectaꝫ cōſciētiā ſicut raptor qꝛ de⁹ plus ad affectū reſpicit ꝙ̄ ad actū ⁊ hoc ē qō dr̄ in eodē decreto ibidē q alienū inquit negat ſi poſſet ēt tolleret. deus. n. cor interrogat ⁊ nō manū. ¶ Cōcludo ergo quātū ad illud qō in iſto articulo p̄ncipaliter ē queſitū ꝙ preſcribens mala fide quāuis ꝓprie ⁊ directe nō poſſit locari ī eadē ſpecie peccati cū fure ⁊ raptore interpretatiue tñ ⁊ indirecte eſt ⁊ dꝫ ī eadē ſpē peccati cum eis locari. ex hoc apparet īmediate ꝙ preſcribens mala fide quātū ad peccatū cōſciētie equipollet furi ⁊ raptori ac per ꝯñs īdiget ſuā cōſcientiā rectificare ⁊ purgare quēadmodū fur vel raptor nō poſſunt ſuā cōſciētiā purgare ⁊ rectificare niſi per reſtitutionē qꝛ nō dimitt̄ peccatū ⁊c. ergo eodē mō ꝑſcribens mala fide non poterit ſuā cōſcientiā rectificare ⁊ purgare niſi per reſtitutionē. ⁊ ex hoc apparet īmediate r̄nſio ad qōnē p̄ncipale. nam preſcribens mala fide tenet̄ ad reſtitutionem quēdmodū fur ⁊ raptor vt nunc ē oſtēſum. relinquit̄ neceſſario ꝙ ſicut fur vel raptor nō pōt tenere vel defendē furtū vel rapinā cōtra illū cui furatus ē ſine peccato ⁊ ita ēt nec ipſe preſcribens mala fide pōt tenere vel defendere rē ꝑſcriptā ſine peccato cōtra illū cui⁹ fuit res illa ꝑſcripta. Ad argumētū autē ꝯtrā reſpōdebitur ī fi. ſe. articuli. ¶ Sexto querebat̄ vtrū mala fides adueniens ꝑſcriptionē cōpletā tollat ipam ꝑſcriptionem ⁊ vtrū obliget preſcribentē ad reſtitutionē quēadmodū mala fides preueniens. ¶ Ad hoc āt cōiter r̄ndent iuriſte ꝙ non pp̄ tria. Primo qꝛ ſi cōpleatur ꝑſcriptio bōa fide durāte tutus vr̄ reddi preſcribens nō ſolū ſm̄ ius ciuile. ſed ēt ſꝫ ius can. vt pꝫ extra de preſcri. quarta ⁊. c. ad aures ⁊. xvj. q. iij. c. ij. ⁊. iij. ⁊. c. dilectio. Scdo probatur hoc idē qꝛ ſi compleatur ꝑſcriptio bona fide durante iam factū ē meuꝫ quod erat alienū vtriuſqꝫ iuris auctoritate non obſtante quacūqꝫ mala fide poſtea ſuperueniente h̄ igitur ſuppoſito pꝫ talē ad reſtitutionē non teneri. Tertio ꝓbatur h̄ idem ꝙ nullus tenet̄ reſtituet̄ illud ꝙ poſſidet iuſte ⁊ bene. ſꝫ ipſe ꝑſcribens poſſidet reꝫ preſcriptā iuſte ⁊ bene non obſtante mala

fide

fide ſupueniente ergo eam reſtituere non tenetur. maior eſt
euidens: minor probat̃ q̃ illud qḋ habetur de iure poſſidet̃
iuſte ⁊ bene ac per ꝯñs non ē alienū vt patet. xiiij. q. iiij. gd
dicā. ipſe āt preſcribens hʒ ⁊ poſſidet rem ꝑſcriptā de iur̃ er
go iuſte ⁊ bñ ⁊ ita nō videt̃ rē poſſidere alienā. ſed ſuā ac p
ꝯñs non teneri ad reſtitutionē. ¶ Iſtis tñ nō obſtantibus
ſm fratrem Gerardum eſt ꝙ tenet̃ qui ſic ꝑſcripſit in foro
cōſcientie reſtituere rē preſcriptā. ⁊ ad ſuperiores rōnes re-
ſpondet ꝙ ⁊ ſi cōcludāt in foro ꝯtentioſo non tñ cōcludūt
in foro ꝯſcientie de quo nunc agit̃. nec ob. qḋ dictū fuit. i. iij.
articulo in fi. ꝙ ius cañ. intendit ad vtrūqʒ forūʒ litigij. ſ. ⁊
conſcientie ⁊ ſic in vtroqʒ pōt facere quē tutū q̃ illud verū
ſm euʒ in his que ad vtrūqʒ forū reduci pñt. ſed in illis que
non poſſunt reduci ad forū litigij vt in caſu noſtro relinquit
eos deo ſententiādos in foro cōſcientie. poterat exēplū pōe
re de occultis. xxxij. di. erubeſcēt. ꝓbat āt ſolutionē ſuā trib⁹
rōnibus quarū mētē ſolā aſſumā. fundat̃ autē prima ſuper
hoc ꝙ cōtra itētioneʒ iuris dantis efficaciā preſcriptioni bo
ne fidei eēt ſi ſupueniens mala fides nō noceret ꝑſcribēti. q̃
ſm id mala fides eēt fauorata aꝑcedenti ꝑſcriptione cuius
cōtrariū ſtatuens itendebat. ſ. ꝙ eius curſus nullū fauorem
ꝑberet male fidei. ergo nec tūc nec poſt fauere poterit. iduce
re poterat. i. q. i. eos in fi. ⁊. q. iij. ſi quis obiecerit ⁊. c. fin.
¶ Secūda ratio in hoc cōſiſtit bona fides eſt fundamētū
preſcriptionis ⁊ illi dat efficiaʒ ceſſante aūt fūdamēto etiam
poſt ꝑſcriptionē ꝯpletā ceſſat ꝑſcriptio ⁊ ipſius effectus in
ducere poterat ſic eē i domo māli nā ꝯpleta. dicit āt ꝙ licet
preſcriptio cōpleuerit curſuʒ tñ quo ad dñiū acquiſitū eget
illo fundamēto ꝓ toto tpe durationis vt ſic acq̇ſitō ſic ⁊ du
ratio ꝯueniat iuri nāli. ⁊ rōni. Tertia rō vult ꝙ cū ſemp ve-
ritas ſit erroris correctiua correcta fide erronea p ſuperueni-
enteʒ fidem verā oē ſecutū ex illa erronea eſt ēt corrigendū
⁊ ſic preſcriptū mutabit̃ in non ꝑſcriptū per qḋ reſtituere cō
pelletur ſm fratrē Gerar. Pōderatis q̃ infra dicā perpen
des ꝙ nimis ꝑtinax fuit i hac opi. tñ ad hāc ꝑtē ad tres ſu
as rōnes adduntur potiſſime tres tex. ſ. c. ſi virgo. xxxiiij. q.
ij. c. vigilanti de preſcrip. ⁊ regula peccatū que ſequit̃. ¶ Il
la q̃ allegātur ad cōtrariū vide no. in pre. c. vigilanti vbi etiā
no. tres opi. quaꝝ pria dicit̃ theologorū ꝙ teneatur. ſecūda
iuriſtarū ꝙ non tenetur. tertia aliaʒ diſtinguentis cām lucra
tiuā a nō lucratiua quā diſtinctioneʒ dicit hoſti. tolli p dec.
apoſtolice de don. ver. vñ cū graue ⁊. C. de preſcri. lon. tem.
l. pe. vt dixi in ꝓn. qōnis. articulus iſte ſatis ē tritus. Io. no.
xiiij. q. vj. ſi res ⁊ in ꝑ. c. vigilanti ⁊ eo. ti. c. fi. in prin. vl. glo.
oēs ſummiſte Ray. ſ. in ſum. de ꝑſcrip. ver. Itē pone ꝙ eſt
completa. gof. eo. ti. i fi. hoſti. ibi plene ſub Rica de preſcri.
rerū immo. §. que exigātur ſb. §. veruʒ q̃cquid. ver. ſʒ gd iam
cōpleta. Ray. āt ſic dicebat ſi habet ꝑſcribens cōſcientiā re
mordenteʒ ſatiſfaciat cōſcientie ſi dicit ſe de pitorum ꝯſilio
conſcientiā nō habere vel ſi quā habuit poſt preſcriptioneʒ
cōpletam dicit ſe illaʒ ad predictorū cōſilium dpoſuiſſe cō-
ſuluit adhuc eligendā tutiorē viā. ſ. vt reſtituat pp duplici-
tatis ābiguū ⁊ maxime q̃ nō facile oīa que debent in preſcri
ptione ꝯcurrunt. ſi nō acq̇eſcit nō audet illū ponere inter ſal
uādos p ſuperiores rōnes: nec inter dānatos per iura cōtra
ria maxie q̃ per vniuerſum quo ſe extēdit ꝑtās eccleſie. ſic
ſeruari vr̃. Gof. aūt vbi ſupra dicit opi. theologorū eē cōſi-
lium ⁊ neceſſario non ſequendū. xiiij. q. i. qḋ ꝑcipitur hoſti.
vbi ſupra deridet opi. cōtractaʒ. tenet tñ ꝙ ſi conſcientia re
mordet nec iformat̃ ad dictum peritorū ſequēda eſt lʒ erro
nea de ſen. ex. iquiſitioni de ſymo. p tuas. ij. dicit tñ illuʒ non
theologū ſʒ ſcrupuloſum timentē qḋ timēdum nō eſt de ſy-
mo. ⁊ ſi qōnes cū cōcor. dicit aūt ſe de illis non eē pōdera-
to ꝙ preſcribēs iuris auctoritate dominiū nō acquiſiuit. In
ducit etiaʒ leui. xxv. circa mediū vbi preſcribitur vēdenti do
miniū intra vrbē quā redimē poterat infra annū quo elapſo
non poterit etiam in anno iubilei quo regulariter venditio
reuertebatur ad priſtinū dominū. ⁊ vt dicit falſum ē ꝙ poſt
preſcriptioneʒ cōpletā habeat preſcribens cōſcientiam rei
aliene cum illa ſit ſua. ⁊ ſic ſoluunt̃ cōtraria. Inducit etiā ꝙ

propter neceſſitatem famis rē alienam occupare lʒ. ſ. de fur.
ſi quis p neceſſitatē. ⁊ equū poſſum in alieno pabulo reficere
per qōneʒ Fred. de pace tuenda. §. vlt. ⁊ rē alienam per do-
nationē pricipis licite tenere. ff. ad. l. ro. de iac. depreccatio. ⁊
de enic. l. lutius. Itē ſcias ꝙ hanc opi. iuriſtarū tenuit etiam
Thomas in ſuo. xiij. quolibet articulo. vj. vbi cū tractaret
ꝓncipalem qōnē huius thematis de preſcribente cū mala fi
de dixit vt. ſ. eum ad reſtitutionē teneri ſubdens ſic ſed qui
bona fide preſcripſit ad reſtitutionē nō tenetur lʒ ſciat poſt
preſcriptionem illud fuiſſe alienum hoc ponit ⁊ nil plus.
Damaſus in. q. ij. de ꝑſcriptione nil eligit ſʒ dixit theologos
dicere ꝙ tenet̃. iuriſtas tenere contrariū. Concludo ergo ꝙ
opi. ꝙ reſtituere ñ tenet̃: tenēt Io. ⁊ Ber. vbi. ſ. Tā. ⁊ Ui.
in dec. vigilanti. Inno. in dec. vlt. de ꝑſcrip. Gof. ⁊ Thomas
vbi. ſ. ⁊ hos ſequor ſaluo qḋ poſt Ray. ⁊ Hoſti. dixi de cō-
ſciētia remordēte. vltra ſuperiora adduco ꝯſenſuʒ ſaltē fictū
illius cōtra quē preſcribat per legem alienationis verbū. ff.
de ver. ſig. ⁊ vide qḋ dixi. ſ. eo. articulo ver. tertia rō ad ideʒ
eſt. facit regula q tacet eo. ti. cū cōcor. ſicut aſſentit ſnīe q in-
fra limitatum tēpus negligit appellare de re iud. ꝙ ad con
ſultationeʒ ⁊ certe fortiter facit hec rō ſalteʒ qñ domino rei
ſciente res ipſa preſcribit̃. Secundo induco de preſcrip. de
quarta. ⁊. c. ad aures ⁊. c. auditis ⁊ aperti⁹ dec. primā eo. ti.
li. vj. per q̃ iura ꝓbatur rem q̃ de iure cōi ſpectat ad eum cō
tra queʒ preſcribit̃ ꝑſcribi ſpatio. xl. an. cum aliquali titulo
vel ſine titulo per tempus cuius nō eſt memoria per qḋ con
cludo aut opi. contrariā aut hec iura fore delēda. certiſſimū
eſt. n. ꝙ eo caſu cōpleta preſcriptione conſtat preſcribenti
ad aliū pertinuiſſe rē quā preſcripſit ⁊ tñ textus approbat ſi
bi illius iuris vel rei dominium competere per qḋ pʒ illḋ di-
ctum doctorum eſſe textus diffinitioneʒ nō ſimpliciter opi.
nec opponas titulum ibi requiri q̃ cōſtat per illū non cōpe-
tiuiſſe dominiū. nec dicas ſpāle in tempore cuius de contra-
rio nō ē mēoria q̃ cōtrarie opi. rō locum hʒ poſt omne tp̄s
quātūcunqʒ longiſſimū. Tertio fortiter facit regula factum
legitime cū concor. p quas dilatari poſſet mā. ¶ Ad iura
cōtraria reſpondetur qḋ. c. ſi v̇go loquitur de illo. qui ſcit ſe
alienum poſſidere ⁊ ſic nil ad ꝓpoſitū. Idem dico de dec. vi
gilanti. q̃ dicit ꝙ non iuuat poſſeſſorem alieni predij aliqua
antiqua poſſeſſio cum mala fide. h autē queritur de poſſeſſo
re predij proprij. regula peccatum preſupponit peccatuʒ cū
de eius dimiſſione loquatur. dimitti aūt nō poſſet quod non
fuit de deſpō. impu. ad diſſoluenduʒ cum cōcor. q̄re pʒ ꝙ ad
preſcriptionem inchoatam ⁊ perfectam cum bona fide non
facit regula cū ibi nulluʒ peccatū. concedo autem regulā fa
cere vbi cū peccato inchoaſſet vel ꝓceſſiſſet preſcriptio.
¶ Ad rōnes fratris Gera. rñdetur primo ad primā ꝙ cuʒ
finis ſit terminus extremus eorum q̃ geruntur ius dans effi-
catiā preſcriptioni bone fidei. ⁊ intentionem ſuaʒ nō porre-
xit vltra eius fines vel terminū extremū: nec etiam ē verū ꝙ
ſcientia ſuperueniens ꝙ res fuerit aliena dicatur ꝓprie ma
le fidei ſicut in ēptore donatorio ⁊ ſſibus eſt videre. Secun
da ipſius rō impugnatur ex dictꝭ per eū ſuper articulo ꝑmo
vbi in deſcriptione preſcriptionis de bona fide nil dixit. ſed
efficaciam eius conſtare dixit in legū auctoritate. fundamen
tuʒ āt huius auctoritatis iterponende motiuum dixit negli
gentiam nō potentis tempore limitato vt ibi: illo ergo fini-
to hec duo nō pñt plus eſſe ergo nec preſcriptio deficere. ꝑ-
teritum enim nequit non fuiſſe. ff. de capti. ⁊ poſtli. re. l. i bel
lo. §. facti. ⁊ ſi velis me fateri bonam fidē fuiſſe partem fun-
damēti dico vt. ſ. ꝙ illa que fuit nō q̃ deſinet fuiſſe ⁊ ſic nū-
q̃ preſcriptio illo fundamento carebit. in rebus corporali-
bus non ſic quia facile dſtruuntur de tranſla. c. ij. i pricipio.
Eodem modo reſpondetur ad tertiam rationeʒ. quia nūq̃
veritas ſuperueniens poteſt operari quin preſcriptio habu-
erit ſua comitantia ſibi neceſſaria que nunq̃ quo ad vires ꝑ
ſcriptiōis corrigi poſſunt. alias eque diceres ꝙ qui neglexit
poſſet purgare negligentiam poſt preſcriptionem comple-
tā quod patet eē falſuʒ. ¶ Ad fortificationem etiam predi
ctorum ē ſciendum ꝙ etiā hi qui fateri nolunt ꝙ priceps rē

vnius poſſit alteri concedere ⁊ ſic nec eius lex ſm eos illi tñ fatentur ꝙ modi acquirendi ⁊ diſtrahēdi dominia ſunt de iure poſitiuo ⁊ ſi dominia ſint de iure naturali vel genitū.cū ergo iſte ſint vnus modus transferendi p pſcriptionem ⁊ licitus ex quo eſt cum bona fide q̄re non erit qui preſcripſit tutus ſicut qui emit ⁊ maxime deuoluta in fiſcum.ſi enim p ius poſitiuū ille tutus eſt quare nō iſte precipue cum negligentia aliquid nāle ideſt cōſenſum includit vt.ſ̄.dixi.Jo.an.

Eccatum iiij.dicit Jo.mo.ꝙ equitas huius regule ꝓbatur p doctrinā q̄ datur de reſolutiōe cōtractus.C.q̄ñ ab ēp.re.l.i.⁊.ij.niſi ō hac dictiōe.dic̄ h dy.ꝙ poſt negatiuam ponit.poſt affirmatiuam puat de h p arch.ſ̄.eo.li.de conſti.c.i.plenius per Cy.C.de tranſac.l.iiij.ad primū ꝙ poſt negatiuā ponat alle.Dy.h.c.⁊ ſequens.ff.de ventre in poſ.mit.l.extraneo.ff.de fer.l.ſi feriatis ō cuſto.⁊ exhi.re.l.ij.§.vl.⁊ de au.⁊ ar.le.l.ticia.ad ſcdm inducit.ff.eo.ti.quo tutela in prin.de diuer.⁊ tē.pre.l.acceſſio.§.vl.ad tur.l.i.§.pe.de iure fiſ.l.i.§.multorum ⁊.§.vl.alle.contra hoc.ff.eo.l.nemo ex his in pn̄.vbi priuat ⁊ non ponit ⁊ tamē negatia p̄cedit.Rn̄det ꝙ illa negatiua eqpollet affirmatiue.⁊ iō dictio niſi puat ſicut ſi affirmatiua precederet vide textum illū ſub littera.N.Jtē cōtra.ff.de ma.te.ticia.§.vl.vbi precedere videt negatiua ⁊ tñ dictio niſi nō ponit.Rn̄det ꝙ ibi non preceſſit negatiua.ſed ſecuta fuit ⁊ iō nō videtur habuiſſe animū concedendi libertatem:ſed potius impediendi ⁊ propter preſumptionē animi ipedientis ipeditur datio libertatis ar.ff.de adi.le.l legata inutiliter ⁊ de cō.⁊ de. cum tale.§.vl.Archi.in pre.decre.concordat diſtinctioni predicte.dicit autem ꝙ quādoq̄ tenetur improprie allegat.ij.q.j.notum.vii.q.iij.artaldus.de accu.⁊ quādoq̄ ponitur pro ſed.xxxviij.di.ſedulo de pe.di.i.ſicut primi vbi no.ad idem de pe.di.vj.c.i.q̄ſiq̄ niſi facit adiectionem.ff.de le.iij.fideicōmiſſa.§.ſic fidei.⁊ facit queſtionē de illo qui promiſit nō vēdere alij domū niſi mihi ō qua: ſi qs cau.ſi eū in fi.⁊ vide qō no.in ſpe.de ſpon.in pn̄.⁊ ibi dicaq̄ reſtituatur lz requiratur reſtitutio tñ nec illa ſola ſine prima ſufficit vt.j.proxima regula.licet Dy.hic notat cōtrarium per cōtrarium huius littere ſuper quo vide qō no.in cle.de vſuris ex grandi in glo. ante pe. ¶ Prima gl.ponit exempla ſcdo diſtiguit tria nomina.tertio tractat quid ſi reſtitui non poſſit.Fa glo. primo ponit caſum exceptū.ſcdo dicit cui ſit fienda reſtitutio. tertio querit remittit ⁊ ſoluit.vl.gl.querit ⁊ ſoluit. ¶ Jn pria glo.ibi ꝙ autem res furtiua non vſucapitur niſi i poteſtatē domini reuertatur ⁊ ibi ſubtracto periculo raptoris ⁊ furis res perit ēt naturaliter. ¶ Jn gl.ij.ibi cū pretor ſequitur dicat vt opus factum reſtituat ⁊ dānū datum actum conſequi hz.nam reſtitutionis verbo vtilitas actoris cōtinetur.⁊ ibi plus eſt ſequitur in reſtitutione q̄z in exhibitione ⁊ ibi reſtituere intelligitur reſtituere qui ponit actorem in priſtinam cām.⁊ ibi inuito ſi inuito vel ignorante creditore alteri ſoluo non liberor ſecus ſi ipſo mādante vel ratum habēte ⁊ ibi ſi vero ſi conſtituiſti te ſoluturū mihi ⁊ ticio ⁊ poſtea hoc cōſtituiſti mihi ſoli ſi poſtea ſoluis ticio nihilominus mihi teneris.⁊ ibi.l.ij.emphiteota q domino ſuſcipere nolente conſignat ⁊ deponit non timet deiectionis periculum. ¶ Jn gl. vl.ibi.l.vl.vide in decre.prima proximo allega.in.i.glo.

¶ Jn prima glo.ibi ſi peccatum ⁊ diſt.iij.ille rex ad fi.⁊ de hoc.C.ſi aduerſus delictum ſuper Rica aſs.l.i.⁊ ibi dimittitur peccatum in tantum ꝙ etiā de iure ciuili abſolueretur ſecūdum dy.nō obſtāte ꝙ perſone difficultas non excuſat debitorem.ff.de.ver.ob.cōtinuus.§.illud.⁊ no.ō iureiu. breui. in.i.glo vbi videas.nā illud verum vbi datio eſt in obligatione ſed vbi eſt in obligatiōe contractus vel iudicij factū pſone caſus contingens in perſona debitorem excuſat.de contractu pz.ff.ad.l.ro.de iac.l.vl.§.pe.de iud.ff.ſi quis cau.l.ij.aſs ſi is.§.ſi quis.cum ergo rem reſtituere ſit factum ſicut rē tradere.ff.de ver.ob.vbi autem non apparet.§.q id ⁊.l.ſtipulationes.§.idem puto.impedimētum ergo ſupeueniēs in perſonam debitoris quod reſtitutionem impoſſibilē facit debitorē excuſat niſi culpa precederet caſū.ff.ſo.ma.ēt.§.licet vel niſi delinqueret ſub ſpe venie.ff.cōmo.i rebus.§.ꝙ aūt ⁊ facit de cle.ex.illud.ver.illud autem in glo.ij.⁊ ibi liberaliter remitteret hoc intelligit Dy.cum res eſt reſtōni parata quaſi tē fingatur reſtituta ⁊ poſtea reſtituenti donata ar.ff.de dona.inter vi.⁊ vx.l.iij.in fi.de iu.do.l.vir ab eo ſi cer.pe.ſingularia circa fi.⁊ de ſo.l.procul ⁊.ff.de rei ven.hoc ſi res.alias non remittitur peccatum ei qui reſtituere pt propter rationem que ſequitur in glo. ¶ Multum puto in his animū ponderandum nec tutum puto illum qui gerit in mente nō reſtituere miſſione non facta.

Hic regule ⁊ ſequenti coaptabitur alia qō ipſius fris Gerardi q̄ q̄rebat an cōtractus vſurarius ſit permiſſibilis aliq̄ iure ⁊ ꝙ ſit qz vnuſquiſq̄ licite pt accipere quod ſibi voluntarie eſt donatū.ſed illud qō recipit fenerator per contractū vſurariū eſt ſibi voluntarie donatū ergo poteſt ipſum licite recipere ⁊ per conſequens contractus vſurarius erit licitus ⁊ ō iure permiſſibilis.maior patet mior probatur qz datio vſurarum eſt per voluntarium pactum. ¶ Ad oppoſitū eſt qz rapina nullo modo eſt pmiſſibilis ſed vſura ē rapina ergo ⁊c̄.maior pz.minor probatur. xiiij.q.iiij.ſi quis vſurā accipit rapinam facit ⁊c. Preſciendum eſt ꝙ huius queſtionis dubitatio quattuor vijs poteſt oriri. Prima cum quedam ſunt peccata qz prohibita ⁊ quedam prohibita quia peccata cuius ſimile de ſymonia no.de offi.delega.ex parte.i.cum ſuis remiſſionibus. De primis exemplum ō peccato primorū parentum circa eſum ligni vetiti quod non fuit peccatū qz ex ſui natura haberet malitiā conuolutam ſed ſolum qz prohibitum ⁊ de hoc.xj.q.iij.quid ergo. De ſecundis exemplum de preceptis decalogi. Exo. xx.que tranſgredi prohibitum eſt qz peccatum:⁊ ideo peccatum qz ex ſui natura vitioſum ⁊ habet malitiam conuolutam.contrariatur enim virtuti ⁊ ex ſui natura a deo diuertit ⁊ agentem deordinat. Dubitari autem poſſet an iter prima an inter ſecunda computetur peccatum vſure.nā ſi inter prima ſcilicet peccata quia prohibita minus videtur inconueniens vſuram aliquo caſu perermiſſibilem q̄z ſi prohibitū eſſet quia vitioſū ⁊ malitia cōuolutum. Secunda via quia videmus aliqua mala permitti.⁊ tollerari propter aliquod bonū quod ide ſequitur vel propter maius malū vitādū.de primo exemplum de tollerantia iudeorum ⁊ ſuorum rituum .xlv.di.qui ſincera.quod licet in eis ſit mortale tollerat eccleſia propter bonum quod inde oritur qz noſtre fidei veritas in libris ipſorū velata ⁊ in ritibus figurata noſtris oculis lucide demonſtratur ⁊ ſic fidei noſtre teſtimonium roboratur vt dicit aug.xiij.de ciuitate dei.c.xlv. De ſecūdo habetur exemplum.iiij.di.deniq̄.cum ergo contractus vſurari᷒ quandoq̄ poſſit vtilis eſſe rei publice ⁊ partibus gratus ⁊ vtilis.Jtem per ipſum quandoq̄ vitari poſſet magnum malum vel periculum ergo videtur i illis terminis permiſſibil̄. Tertia via eſt qz vtrūq̄ ius canonicum ⁊ ciuile certis caſibus permittunt aliquid recipi vltra ſortem vt in fructibus rei pignorate genero pro dote.ff.de do.exce.l.pr̄.ſ̄.de vſur. ſalubrit̄ facit ad idem eodem titu.c.i.⁊.ij.⁊.c.cōqueſtus. Quarta via ſurgit ex dubio an ius ciuile obuiare poſſit iuri canonico de quo.x.di.c.i.quia ſi poſſet diceretur vſurarius contractus de iure ciuili permiſſibilis. Ad veritatem ergo queſtionis ⁊ ſolutionis habendam primo declarabitur qd ſit vſura ⁊ in quibus rebus committi valeat. Secundo inquiretur vtrum contractus vſurarius ſit ex natura rei vitioſus ⁊ malitia conuolutus vt per hoc tollatur illa via que ingerebat dubium primo loco. Tertio inquiretur vtrum iura debeant cōcedere contractum vſurarium propter aliquod bonum qō inde oriatur vel ꝑpter maius malū qō ide vitet̄ vt pp hoc tollat̄ illa via igerebat dubiū ſcdo loco. Quarto ingret̄ vtrū iura ꝯcedāt vl̄ ꝯcedere valeāt vſurā i aliquo caſu vt

ſu vt

ſu vt per hoc tollatur via illa que ingerebat dubiũ tertio loco. Quinto inquireť vtruꝫ ius ciuile poſſit iuri canonico obuiare vel vtrum dicta iura habeát ad inuicẽ tantá ꝯcordantiam ꝙ quicq̄d ſit contra vnum neceſſario ſit cõtra alteruꝫ ac ꝑ conſequẽs vtrum ꝯctus vſurarius eo ipſo ꝙ ꝓhibitus eſt in iure canonico neceſſario ſit prohibitus in iure ciuili. Sexto ſolueť argumenta ⁊ dubia que fuerũt inducta ad queſtionẽ dũ diſputabať. Eſt ergo p̃mo videndũ quid ſit vſura ⁊ in q̄bus rebus cõmitti valeat. vbi ſciẽdũ ꝙ due deſcriptiones inueniũtur de vſura que videnť ſatis rõnabiles q꞉ ex natura rei ſunt ſumpte quaꝝ vna talis ẽ. Uſura eſt lucrum ex mutuo pacto debitũ vel exactuꝫ in qua deſcriptõe duo tanguť que videť de rõne vſure eſſe. ſ. vnuꝫ mãle ⁊ alterũ formale. mãle quidẽ in vſura eſt ipſuꝫ mutuũ q꞉ vſura nõ gignitur mãliter niſi ẽ mutuo. rõ aũt huius aſſignabitur in ſequẽti articulo. Formale võ in vſura eſt ipſa exactio lucri ex pacto ſiue obligatio in pactũ deducta q꞉ vbi nullum eſt pactum ⁊ nulla obligatio ibi mutuans non põt aliquid vltra ſortẽ petere. ⁊ ideo ſi vltra ſortem aliquid offerať ſibi põt illud recipere tanq̃ gratis oblatũ q꞉ illa oblatio vľ donatio p̃ſumitur eſſe gratuita ⁊ libera quá nõ p̃uenit petitio vel obligans pactio ⁊ per ꝯñs illi⁹ oblati licita eſt receptio nam poſſum⁹ licite recipe que tñ ꝓhibemur petere ſicut pꝫ j. q. ij. ſicut epiſcopũ. vbi diciť ꝙ ꝓ ingreſſu eccleſie nõ licet pecuniá exigere ſed ſponte oblatá lꝫ recipe cuius ratio redditur ibidẽ auctoritate gregorij dicẽtis ⁊ oblatio nullá culpe maculá ingerit que nõ ex ambiẽtis petitiõe ꝓceſſit ꝙ de hoc pꝫ ſimile arg. ibidẽ in. c. quam pio. ⁊. xviij. diſ. de eulogiis. xiij. q. ij. queſta eſt. ex quib⁹ oĩbus colligiť ꝙ formale ipſi⁹ vſure ſit ipſa petitio vel exactio rei obligate. ¶ Ex quo etiá vlteri⁹ apparet ꝙ deſcriptio p̃habita de vſura ſit bona q꞉ cõprehẽdit totũ qḋ ẽ de rõne vſure mãle ⁊ formale. Datur inſup alia deſcriptio de vſura que talis eſt vſura eſt quicq̄d ſorti accedit ⁊ poniť. xiiij. q. iij. pleriqꝫ. iſta tamen deſcriptio nõ videť completa niſi aliq̄d aliud addatur. ⁊ iõ Gof. dicit ꝙ debet ibi addi ex pacto vel ex intẽtione p̃cedẽte q꞉ ſola intẽtione ⁊ ſpe lucri videť cõmitti crimen vſure ſcḋꝫ ꝙ ipſe dicit ⁊ habeť extra de vſur ꝯſuluit. Hec át deſcriptio ſi cõpleať hoc mõ incidit in idem cũ p̃ma q꞉ comp̃hendit illḋ qḋ eſt mãle ſcilꝫ lucruꝫ accidẽs ſorti. i. mutuo. ⁊ per ħ qḋ ibi addiť ex pacto vel ex intẽtione comp̃hendiť illud quod eſt formale in vſura. nam dicebať ſuperi⁹ ꝙ formale in ea ẽ ipſa exactio lucri ex pacto obligante ⁊ hoc reſpectu dictum eſt ꝙ vſura eſt legalis latro p̃dicens quod intendit.

¶ Occurrit tamen dubium de eo qḋ dictum eſt ſtatim ſcꝫ vtrum ſola intentio ſiue ſpes lucri cõſtituat hominẽ vſurarium non interueniente ibi aliquo pacto obligante. Ad hoc aũt videnť cõiter reſpondere omnes iuriſperiti q꞉ vbi ſola intentio ⁊ ſola ſpes lucri eſt p̃ncipalis cauſa mutui ibi ex ſola intentione ⁊ ſpe lucri conſtituiť homo vſurarius ⁊ teneť ad reſtitutionem in foro pecunie coram deo ⁊ confirmať ꝑ illam decr. ſuperius allegatá de vſuris conſuluit vbi ſcr ipſi ⁊ ſuper illud ibi inductum Luce. vj. mutuum date nihil indeſperantes ⁊ ſuper auctoritatibus ſanctorum Auguſtini Ambroſ. ⁊ Hieronymi que ponũtur. xiiij. queſtione. iij. ⁊ videntur omnes in hoc concordare ꝙ vbi mutuans expectat aliquid vltra illud quod dedit vſuram committit ⁊ per cõſequens ad reſtituendum tenetur. Sed diſputanti hec opinio non videtur rationabilis ꝓpter tria que tamen nõ vrgent vt infra dicam in ſingulis. primo q꞉ ſicut patuit ſuperius formale in vſura eſt exactio ex pacto obligãte vel aliq̄d equipolens ⁊ ideo vbi nõ eſt exactio lucri ex pacto obligãte vel aliquid ei equipolens ibi nõ poteſt eſſe vſura ad reſtitutionem obligans q̃uis poſſit ibi eſſe vſura vitians. illi ergo qui tenent iſtam opinio. nullo modo poſſunt ſaluare illam primá deſcriptionẽ vſure que dicebat ꝙ vſura eſt lucrũ ex mutuo pacto debitum vel exactum.

¶ Sed ad hoc reſpondeo ꝙ nec ipſe diſputans illam ſaluat dicendo infra de intentione nota debitori. Item nec ſaluat auctoritatem euangelicam ſupra poſitam ad cuius rigorem temperandum ſit illa diſtinctio. Scḋo apparet ideꝫ per ſimile quod videmus de furto. nam ſi aliquis gratis ⁊ liberaliter in domo recipiat quod furari intendebat ⁊ affectabat q̃uis ſit fur mẽte non tñ in opere ita ꝙ teneatur ad reſtituenduꝫ. ergo a ſimili ſi quis lucrari intendit ex mutuo quod concedit ⁊ tamen a ſuo debitore nihil exigit nec ipm per aliquod pactum cõpellit ſed gratis ⁊ liberaliter ab eo aliquid recipit q̃uis ſit vſurarius mente non tamen eſt cenſendis vſurarius in opere ita ꝙ teneatur ad reſtitutionem. Reſpondeo caſum valde difficilem quia licet donatari⁹ habuit intentionẽ corruptá ad furandum donatio tamen non cauſatur ab eius facto nec eſt annexa illi intentiõi corrupte cuius contrariũ in mutuo ꝙ cũ ex charitatis bono deberet fieri gratis fiebat p̃ncipaliter ob ſpem lucri. ⁊ hoc etiá ipſe diſputans conceſſit eſſe vitioſum cuius ſpei vitioſe ſequitur effectus conſequendo lucrum.

¶ Tertio ſcḋm eum patet hoc ideꝫ quia ratio tota per me negať. ꝙ vſurarius tenetur ad reſtitutionem eſt q꞉ illud qḋ recipit vltra ſortem nõ fuit ei gratis ⁊ liberaliter donatum ſed cum quadam exactione ⁊ pacto indebite vſurpatum. ſꝫ vbi ẽ ſola ſpes lucri ⁊ ĩtentio corrupta ex parte recipientis dũmodo illa non ſit nota debitori ibi quicquid debitor donat gratis ⁊ libere donat ⁊ per conſequens nihil eſt indebite vſurpatum. ⁊ ideo ipſe recipiens q̃uis fuerit in intentiõe deprauatus nõ tamen videtur teneri ad reſtitutionem. Reſpondeo ꝙ ſpes creditoris ꝓhibita eſt ⁊ hoc de ſignificatione vt ibi nõ requirit alterius noticiam. ex quo igitur cõtra bonum charitatis alias mutuaturus nõ fuiſſet ꝙ per debitorem alias nõ donaturuꝫ donari videtur accedit huic ſpei vitioſe ergo aſtrictum vitio ⁊ reſtitutioni. per quod patet nõ valere reſponſionem quá diſputans dabat ad decr. conſuluit ſcilicet ꝙ illa intelligebať cum corrupta intẽtio creditoris innotuit debitori quaſi tunc videatur quoddá pactuꝫ implicitum quod habet vim expliciti ſcḋm eum quod indeliciat nõ apparet. ⁊ textus ibi dicit omni conuẽtiõe ceſſante illud omni videtur excludere etiam implicitá. dicebat át ipſe ꝙ duplex eſt vſura quarum vna ſimpliciter eſt mentaľ ⁊ ſolum vitians ſed nõ obligans ad reſtituendũ ex eo ꝙ ſit ſine omni exactione ⁊ pacto explicito vel implicito. Alia vero eſt vitians ⁊ obligans ad reſtituendũ ex eo ꝙ ſit exactione ⁊ pacto explicito vel implicite ĩtellecto ꝓpter quod ſubdiuiditur q꞉ ſi fiat cum exactione ⁊ pacto ĩplicito ſic eſt vſura mentis. ſi vero fiat cuꝫ ex actione ⁊ pacto explicito ſic eſt vſura vocalis. ¶ Apparet vlterius ex dictis ꝙ duo ſunt ẽ ratione vſure qualitercũqꝫ accipiatur quoruꝫ vnum eſt materiale ſcilicet lucrum ꝓueniens ⁊ genitum materialiter ex mutuo. alterum vero formale vtputa quod gignitur ex mutuo tali modo vel per ſolam prauam intentionẽ vel per pactum ⁊ exactionem. Sed ſi querať vlterius in quib⁹ rebus vſura cõmittitur quod etiam ad iſtum articulũ pertinere videtur. Dicendum eſt ꝙ cõmittitur in his rebus circa quas conſiſtit mutuum vt cõcorditer omnes domini. res autem circa quas conſiſtit mutuuꝫ ſunt triplicis generis. quia quedaꝫ ſunt res que mutuanť ſub certo numero ſicut pecunia. quedam vero mutuanť ſub certo pondere ſicut aurum ⁊ argentuꝫ. quedam vero ſub certa menſura ſicut granum ⁊ vinum ⁊ huiuſmodi ⁊ ideo ſolum in his tribus generibus rerum vſura cõmittitur tamen Gofr. obijciens contra Ray. in ſũma de vſuris verſic. dicitur aũt. dicit ꝙ vſura poteſt cõmitti etiam in alijs rebus. nam ſi pro pecunia mutuata capiam equum prediuꝫ veſtem vel aliquid tale vltra ſortem vſura eſt ſicut patet. xiiij. q. iiij. pleriqꝫ. ſed diſtingue inter vſuram que ab vſurario exigitur ⁊ rem illam in qua vſura committitur. nam iſta que ab vſurario exigitur ꝓprie loquẽdo eſt illud lucrum quod exigitur vltra ſortem ſiue mutuũ. res vero illa in qua dicta vſura cõmittiť eſt ipſum mutuum de quo dictum lucrum gignitur. quãuis ergo quelibet res poſſit accidere feneratori tanq̃ lucrum vſurarium dictum tamen lucrum gignitur niſi de ſolis illis tribus in quibus committitur.

¶ Occurrunt tamen circa ꝑdicta duo dubia. Primū eſt
quare mutuū conſiſtit ſolū circa tria dicta genera rerū. Se
cundū eſt quare vſura cōmittatur ſolum in rebus illis circa
quas ꝯſiſtit mutuū. ¶ Ad primū dico ꝙ in mutuo nō tene
tur debitoꝛ reſtituere rē mutuatā ſub idētitate ſubſtātie qꝛ
hoc ſepius eſt ipoſſibile nec ad illū finem recipit̄ vnde dicit
lex mutuū dici qꝛ de meo tuuꝫ.ff.ſi cer.pe.l.mutuū.§.appel
lata ſed tenet̄ eā reſtituere ſub certitudine eiuſdē valoꝛis ſi
ue equalis valoꝛis ſi debeat ſaluari vera iuſticia iter mutuā
tem ⁊ illuꝫ cui ſit mutuū.certitudo autē equalis valoꝛis nō
inuenit̄ ex natura rei niſi in illis rebus quaꝝ valoꝛ penſat̄ ex
numero pondere vel menſura quapꝛopter certitudineꝫ rei
ſui valoꝛis numerari ponderari vel menſurari poſſunt ⁊ ſic
pꝫ quid dicendū ſit ad primū dubiū.qd vͦo dicenduꝫ ſit ad
ſcōm patebit in ſequēti articulo. ¶ Scōo querebat̄ vtruꝫ
ꝯctus vſurariꝰ ſit ex nā rei vitioſus ⁊ malicia ꝯuolutꝰ.Con
cluſio q̄ꝫtum ad iſtum articulū nō vr̄ mihi dubia qui credo
ſcōm veritatē ⁊ ſm intētioneꝫ oium qui de iſta mā aliquid
ſentiunt foꝛe dicendū ꝙ ꝯctus vſurarius ex nā rei ſit vitio
ſus ⁊ malitia cōuolutus qͦ pꝫ ex tribus qꝛ videmus ꝙ ipſe
Ariſtotiles nulla lege ſcripta artatus vel edoctus ſed ſola
naturali rōne ductus lucrū vſurarū eſt deteſtatꝰ vt pꝫ ṗmo
Poli.qͦ nō feciſſet niſi ꝯctus vſurariꝰ fuiſſet ex nā rei viti
oſus ⁊ malitia ꝯuolutus.Scōo pꝫ hoc idē qꝛ certum eſt ꝙ
in rapina eſt actus ex nā rei vitioſus ⁊ malicia cōuolutus q
aūt accipit vſurā facit rapinaꝫ.xiiij.q.iiij.ſi quis ergo. vt.ŝ.
Tertio pꝫ hoc idem qꝛ illud qͦ eſt ꝓhibitū nō ſolū in lege
moſayca ſed etiam in lege euangelica ex nā rei vr̄ eſſe vitio
ſum ⁊ malitia cōuolutū.ſed ꝯctus vſurarius eſt hmōi ergo
⁊c̄.maioꝛ pꝫ qꝛ videmus ꝙ illa que in lege moſayca fuerūt
ꝓhibita ⁊ tñ ex natura rei nō erant vitioſa poſtea in.l.euan
gelica ſunt ꝯceſſa.minoꝛ etiā pꝫ per tex.vtriuſqꝫ legis ſciꝫ
moſayce ⁊ euangelice ⁊ habet̄ extra de vſuris ſup eo.vbi pa
pa Alex.dicit ꝙ cum vſurarū crimen vtriuſqꝫ teſtamēti pa
gina deteſtet̄ ſup hoc diſpenſationē aliquā poſſe fieri nō vi
demus. ¶ Dico ergo ꝙ concluſio iſtius articuli nō videt̄
mihi dubia qꝛ oīno videt̄ eſſe dicendū ꝙ ꝯctus vſurariꝰ eſt
ex natura rei vitioſus ⁊ malitia cōuolutus.aſſignare de hoc
cām per quā euidenter demōſtratur qͦ dictus ꝯctus hꝫ ex
natura rei vitioſitatē ⁊ malitiā conuolutā nō puto oīno fa
cile eo ꝙ rōnes alioꝝ que ſup hoc ponunt̄ vident̄ mihi pe
nitus dubie qͦ pꝫ ſi per eas diſcurramꝰ.vna enī rō quam te
nent cōiter iuriſte ⁊ ponit̄ in glo.xiiij.q.iij.c.j.eſt ꝙ in con
tractu vſurario recipit creditoꝛ lucrū de eo ꝙ nō eſt ſuū exi
git enī lucrum de mutuo qͦ non eſt ſuum imo tranſit in do
miniū ipſius debitoꝛis qꝛ mutuum eſt qͦ de meo ſit tuuꝫ.ff.
de re.cre.⁊ ſi cer.pet.l.mutuū.§.appellata eſt.ſed hec ratio
videt̄ ſibi oīno falſa.cum enī dicit̄ ꝙ feneratoꝛ exigit lucrū
de re nō ſua pōt dici ꝙ falſum eſt imediate qꝛ pecunia quā
mutuat quis tranſeat in dn̄ium debitoꝛis quo ad idētitatē
ſubſtantie.qꝛ debitoꝛ nō tenet̄ reſtituere eandē pecuniā ſm
ſubſtātiā remanet tñ dicta pecunia in dn̄io feneratoꝛis quo
ad idētitatē ⁊ equalitatē valoꝛis ⁊ hoc videt̄ ſufficē qꝛ ip
ſe feneratoꝛ nō exigit lucrū de pecunia quaꝫ mutuat inq̄ꝫtū
talis ſubſtantia eſt ſcōm quē modū ad eum nō pertinet nec
poteſt illā repetere ſed exigit lucrū de ipſa inq̄ꝫtuꝫ tanti va
loꝛis eſt ſcōm quē modū ad eū ꝑtinet qꝛ ſic remanet in ſuo
dn̄io. ¶ Tu dic ꝙ hic non bn̄ aduertit diſputans qꝛ ſi de
bitoꝛ haberet vnum ſcrineū nūmoꝝ nō eſt dare ꝙ creditoꝛ
vnius ex illis ſit dn̄s hꝫ aūt ꝑſonalē actioneꝫ ꝯ debitorem.
Confirmat̄ etiaꝫ ſupꝛadicta rō qꝛ pecunia mutuata tranſit
in debitorē cum ſuo ꝑiculo ⁊ ideo iniuſtū videt̄ ꝙ de ea am
plius grauet̄ vltra ſoꝛtē ſed nec iſta cōfirmatio placet diſpu
tanti ꝓpter duo.ṗmo qꝛ videmꝰ ſepe ꝙ nō ſolū res mutua
ta ſed cōmodata remanet apud illū cui cōmodat̄ in ſuo pe
riculo ſicut pꝫ in equo cōmodato ad oſtentationē qui etiaꝫ
manet in periculo ipſiꝰ cui cōmodat̄ ⁊ tñ hoc non obſtante
conceditur ꝙ licite exigit̄ lucrum de rebus cōmodatis.
¶ Hoc etiā nō bn̄ aduertit diſputans qꝛ ꝓ cōmodato qͦ
de ſui nā opoꝛtet eſſe gratuitū nō recipit̄ merces:tunc enim
eſſet locatio vt no.de vſur.conqueſtus in gl.ij.vltra mediū
Scōm quod eum mouet eſt qꝛ non eſt abſurdum ex duabꝰ
cauſis grauare debitoꝛem ad duo ad periculū ꝓpter ꝯſum
ptionem peccunie ad ſuum ꝓfectū ⁊ ad lucrum dandū pꝛo
pter ſeruitiū ſibi impenſuꝫ meo videre iſeperabilia ſeparat
⁊ facit qͦ ſequitur.Subdit ipſe rationē theologoꝝ aliam.
dicūt enim ꝙ in dicto contractu venditur vſus rei cuiꝰ vſus
eſt ipſa cōſumptio ex hoc ſic arguitur cuiꝰ vſus eſt ipſa con
ſumptio ibi poteſt res ſeoꝛſum cōputari vel ſepari a ſuo vſu
⁊ econuerſo ⁊ ideo eadem conceſſiōe qua concedit̄ res con
ceditur etiaꝫ vſus rei ⁊ ecōuerſo qui ergo ſepatim vellet vē
dere vſum rei ſine re tali cuius eſt cōſumptio ageret vitioſe
⁊ contra naturā rei facit extrauag.Jo.ad conditoꝛē vbi ſa
tis de hoc.ſed feneratoꝛ vendit ſup.i.vendere vult ſepatim
vſum rei quem mutuat ab ipſa re quā poſtmodū repetit cu
ius vſus eſt eius ꝯſumptio ergo agit vitioſe ⁊ cōtra naturā
maioꝛ patet minoꝛ ꝓbatur qꝛ exigit lucrum de vſu pecunie
quam mutuat nō obſtante ꝙ eam ſemp ſaluā eadem in q̄ꝫ
titate requirit.iſta rō etiam videt̄ ſibi dubia.poſſet enim ali
quis dicere ꝙ feneratoꝛ vendit vtrūqꝫ qꝛ alienat a ſe nō ſo
lum vſuꝫ rei ſed etiā ipſaꝫ rem q̄ꝫtum ad ſubſtantiā ⁊ idē iu
dicium videtur de vtroqꝫ qꝛ eodē modo quo tranſfert rem
⁊ vſum rei ⁊ econuerſo quapꝛopter nō ſepat vnum ab alte
ro ſicut ſupponit dicta ratio videt̄ ergo ꝙ ꝑfata ratio non
valeat vel ꝙ eam coꝛrigere opoꝛteat vt dicam ſcōm eum in
fra verſi.iij.dicebat̄.Tho.tamen ſcōa ſcōe.q.lxxviij.articu
lo.l.hanc tenet dicens ꝙ in rebus quaꝝ vſus eſt ipſaꝝ reꝝ
ꝯſumptio volens ſeoꝛſuꝫ vendēre puta vinū ⁊ ſeoꝛſuꝫ vſuꝫ
vini vendēt illā bis:vr̄ vēdēt id qͦ nō eſt vnde ꝑ iniuſticiaꝫ
manifeſte peccaret.ſimili modo cōmittit iniuſtitiā qui mu
tuat vel triticum petens ſibi duas recōpenſiones vnam re
ſtitutionē equalis rei aliam preciuꝫ vſus ꝙ vſura dicit̄. Re
ſpondeo ad verba diſputātis qui dicit ꝙ ꝯſueuit iduci alia
rō ad ꝓpoſitū que videt̄ trahi a philoſopho ṗmo politico
rum cuius rōnis fundamentū ſtat in hoc.ſ.ꝙ cōtra nām vi
detur eſſe ꝙ artificialia habeāt partū ⁊ generationē ꝑ quā
ſe multiplicēt.In contrariū aūt vſurario denariꝰ qui eſt qd
artificiale parit aliū denarium ⁊ ſeipſuꝫ multiplicat iſto mo
do ergo ex natura rei talis contractus videt̄ cōtra naturā ⁊
ꝑ ꝯn̄s vitioſus.ſed nec iſta ratio vr̄ valere ꝑꝑ duo.Primo
qꝛ vſura cōmittit̄ nō ſolū in artificialibꝰ.ſed etiā in natura
libus vtputa in vino ⁊ oleo ⁊ ſimilibꝰ ⁊ per cōſequēs dicta
ratio nō poteſt applicari tm̄ ad illa. Scōo qꝛ videmus qͦ
domus eſt quid artificiale ⁊ tñ vſqꝫ ad certuꝫ tēpus poſſet
quis per vnam domū lucrari aliam equiualentē ⁊ ſic domꝰ
pareret domū.Conſueuerūt etiam induci alie due rationes
ad ꝓpoſitum que vident̄ omnino friuole quarū ṗma eſt qꝛ
dicunt quidam ꝙ ideo licet accipere penſionē ⁊ fructuꝫ de
vſu alicuius rei qꝛ res illa deterioꝛat̄ per vſum ſuū.ſed pecu
nia nō deterioꝛat̄ per vſum ſuū ergo nō licet de eiꝰ vſu acci
pere aliquam penſionē vel fructuꝫ. iſta tamen ratio ſi quis
conſideret eſt digna deriſione.qꝛ videmꝰ ꝙ res ille de qua
rum vſu accipimus penſionē ⁊ fructū ſepe melioꝛant̄ per in
habitationē.Alia ratio quare contractus vſurariꝰ eſt vitio
ſus qꝛ in eo vendit̄ tempus quod eſt oibus cōmune.ſed nec
iſta ratio poteſt ſtare.imo videtur oino friuola qꝛ multi ſūt
contractus liciti in quibꝰ interponit̄ tempis dilatio nec ta
men ꝓpter hoc dicit̄ ꝙ in eis vendatur tempus ergo a ſimi
li nec in iſto contractu ꝓpter que oia videtur ſibi aliter pꝛo
banda dicta concluſio.dicit ergo ꝙ contractꝰ vſurarius ex
natura rei eſt vitioſus ⁊ malitia conuolutꝰ ꝓpter quatuoꝛ.
Primo quia facit rem naturaleꝫ ſuperualere ſue nature ⁊
rem artificialem ſue arti ⁊ maxime contra naturam. Secun
do qꝛ facit ꝙ res que nō parit fructū generat lucrum ꝙ eſt
contra naturam vt infra patebit.Tertio qꝛ facit ꝙ illa que
habent omnino eundem valoꝛē vnum eoꝝ excreſcat in va
loꝛe per alteruꝫ quod eſt contra naturam. Quarto qꝛ facit
ꝙ res mutata per abuſum trahatur ad aliquid ad qͦ non
eſt oꝛdinata ꝑncipaliter nec conſequenter quod eſt etiā cō
tra naturam.iſta vero quatuoꝛ valde ꝓlixe ꝓſequitur.
¶ Circa

¶ Circa pͥmū intēdit ꝙ valoꝛē artificialiū vel nālium q̄
mutuanꝰ ſub numero pondere vel mēſura ꝯ̄ctus vſurariꝰ fa
cit ſupualē ſue nāe vel arti ꝓ eo ꝙ cū deus dederit nām nu
merabilē ponderabilē vel menſurabilē ⁊ ſic dedit ex predi
ctis ipſaꝝ valoꝛē nāliter eſtimabilē qꝺ rebꝰ alijs nō conceſ
ſit qꝛ illaꝝ eſtimatio nō ꝓcedit ab aliquo itrinſeco neceſſa
rio ſed ſm diuerſas circūſtantias extrinſecas ⁊ ꝯtingentes
ex loco tp̄e ꝯditiōibus pſonaꝝ ⁊ ſilibus ⁊ creſcūt ⁊ decre
ſcunt. ſed pōderabiles ⁊ menſurabiles ⁊ nūerabiles quam
diu pſiſtunt in ſuo nūero pōdere vel mēſura nō augenꝰ vel
minuūtur in valoꝛe ⁊ ſi videanꝰ minui vꝰ augeri nō ē pp mi
nutionē vel augmentū ipſaꝝ ſed illaꝝ rerū in q̄s ꝯmutanꝰ.
Cōcludit ergo ꝙ vſurariꝰ cū exigat vltra valoꝛē a nā p̄dictꝭ
rebꝰ taxatū certū ⁊ determinatū rē vitioſaꝫ facit ⁊ ꝯ̄ rei nāꝫ
Ego de plano ꝯcederē ꝙ facilioꝛ eſt haꝝ eſtimatio ⁊ maxi
me tp̄e quo ꝯ̄hiꝰ reſtringēdo ad illud ſꝫ ꝙ a nā habeāt cer
tum ⁊ determinatū valoꝛē durante pōdere nūero vel men
ſura nō alternandū in plus vel minꝰ nō capio. ¶ Scꝺo di
cebaꝰ ꝙ vſura faciebat ꝯ̄ nām germinare rē nāliter nō ger
minās nulla eni res generat lucrū niſi inq̄ꝫtuꝫ fructꝰ diceretꝰ
lucrū. ꝯſtat aūt ꝙ res fructū generās creſcit in valoꝛe cum
fructu. ſꝫ hec excreſcētia eſſe nō pōt in rebꝰ nālibus q̄ certū
⁊ determinatū habent valoꝛē vt eſt dictū quas nō frutificā
tes vſura facit lucrificātes. vn̄ dicit can̄. ꝙ vſure arte neq̄ſſi
ma ex auro aurū naſciꝰ. xlvij. di. ſicut hi. ergo ſicut agens fa
cit ꝯ̄ rei nāꝫ ꝙ ē vitioſū ⁊ malicia ꝯuolutū. ¶ Tertio dice
baꝰ ꝙ vſura faciebat ꝙ duoꝝ. i. rei ⁊ vſus eiꝰ q̄ habent dio
eundē valoꝛē vnū excreſcat in valoꝛe ꝑ alterū pꝫ aūt diſcur
rendo ꝑ ſingulas res mutabiles ꝙ ipſe ⁊ ipſaꝝ vſus vna cō
ſumptiōe ꝯſumunꝰ nec vnū ſine altero ꝯſumi pōt qꝺ in alijſ
rebus mutabilibꝰ dici nō pōt in q̄bus rei vſus hꝫ diſtinctuꝫ
valoꝛē a re ⁊ pōt alienari ſolus vſus vt in domo vel equo ⁊
ſola ꝓprietas retēto ad tp̄us vſu cū ergo ꝯ̄ctus vſurariꝰ fa
cit rē mutuatā excreſcere in valoꝛe ꝑ ſuū vſum cū ipſoꝛū cō
iunctoꝛū idē ſit valoꝛ: pꝫ id fieri ꝯ̄ rei nām ⁊ ſic vitioſuꝫ ⁊ in
hoc differt hoc dictū ab eo quod dixi. ſ. v̄ſic. ſubdit. qꝛ non
dicit hic ꝙ vendat vſum ſeparatū a re ſed quod vſurarius
facit vſum addere ad valoꝛem rei mutuate cum tamen non
habeat valoꝛem diſtinctum.
¶ Quarto dicebaꝰ ꝙ vſurariꝰ abutiꝰ re mutuata nō vten
do illa ſuo vſu p̄ncipali vel ſcꝺario ad qꝺ ſit deſtinata decla
raꝰ hoc ſic. oīs res poſſeſſa hꝫ duplicē vſuꝫ p̄ncipalē ⁊ ſcꝺa
riuꝫ vt zona hꝫ p̄ncipalē vſum cingēdi. ſcꝺariuꝫ vendēdi vꝰ
cōmutandi: qꝛ ſic expedit poſſidēti. ſi aūt ipſe vtereꝰ ad al
terius leſionē. tūc abutiꝰ ſic ⁊ ī mutabilibꝰ. pone in vino p̄n
cipalis eiꝰ vſus dn̄i eſt ad potū ſecūdariꝰ ad mutanduꝫ in
pecuniā vel aliud qꝺ expedit dn̄o. Si aūt ꝓpter cupidita
tem trahiꝰ ad aliū vſum vt facit vſurarius recipiendo aliq̄d
vltra ſoꝛtē abutiꝰ. ⁊ ſic vitioſe agit. In pecunia idē cuiꝰ p̄n
cipalis vſus eſt in emptionē rei expediētis. ſecūdariꝰ in cō
mutationē pecunie que magiſ expedit. ſed vbi ꝑ cupiditatē
vſurarius illā dat vt plus recipiat abutiꝰ cū nec a nā nec ab
arte cōpetat denario talis vſus vel talis partꝰ vt dicit Ari
ſto. p̄mo politicoꝝ. ¶ Tertio querebaꝰ vtrū iura debeant
concedere ꝯ̄ctum vſurariū ꝓpter aliqꝺ bonū qꝺ inde oꝛiaꝰ
vel ꝓpter aliqꝺ malū qꝺ inde viteꝰ vt ꝑ hoc tollaꝰ illa via q̄
ſcꝺo ingerebat dubitationē in iſta q̄ōne. ¶ Ad iſtius ergo
articuli euidentiā ſciendū ē ꝙ cōceſſio pōt accipi tribꝰ mo
dis. Uno mō ꝓut eſt ſimplex ꝑmiſſio dimittēs vel idulgēs
penā ſm quē modū ꝓcedit canon. vt dictū fuit. ſ. iiij. di. de
niq̄ꝫ talis aūt ꝑmiſſio fuit ſimplex qꝛ ꝑ ſolā indulgentiā pe
ne. vnde qꝺ ibi diciꝰ cū venia dicit gl. intelligendū eſt de ve
nia pene nō culpe. Scꝺo mō pōt accipi cōceſſio ꝓut eſt idē
qꝺ ꝑmiſſio tollens ipedimentū ſcꝺm quē modū iudei inter
nos habitantes ꝑmittunꝰ ab eccl̄ia in obſeruantiā ſui ritus
vt ēt dictū fuit. ſ. ꝑ canonē. xlv. di. qui ſincera hec aūt ꝑmiſ
ſio q̄uis glo. dicat ꝙ ſit ſilis p̄me tn̄ diſſimilis eſt. ibi eni ſo
la remiſſio pene. ſed iſta ſecūda ꝑmiſſio plus facit qꝛ nō ſo
luꝫ ꝑmittit dictū malū ſcꝫ obſeruantiā ritus iudeoꝝ ſubtra
hendo cōminationē vel inflictionē pene ſicut p̄ma. ſed etiā
remouendo ipedimenta chꝛiſtianoꝝ qui vellent ipedire ob
ſeruantiā dicti ritus ⁊ q̄ꝫtum ad hoc ſe hꝫ ꝑ additionē ad il
lam. ¶ Tertio mō pōt accipi conceſſio ꝓut idē eſt qꝺ per
miſſio p̄ſtans iuuamentū ſcꝺm queꝫ modū eccleſia ꝑmittit
q̄n̄q̄ꝫ clericū occidi a ꝑtāte ſeculari ⁊ hec ꝑmiſſio ſe hꝫ ad ſe
cundā ſicut ſcꝺa ad primā. nam in iſta ꝑmiſſione nō ſolū ſub
trahitur cōminatio pene que poſſet ꝑ occiſionē clerici infli
gi ſicut fiebat in p̄ma ꝑmiſſione. ſed ēt tolliꝰ illud ipedimē
tum ꝑ qꝺ poſſet occiſio clerici ipediri quēadmoduꝫ fiebat
in ſcꝺa ꝑmiſſione. ⁊ vltra hec duo p̄ſtatur iuuamentum iſta
tertia permiſſiōe que nō fiebat in aliqua illaꝝ. p̄ſtat enim ec
cleſia iuuamentū in occiſiōe clerici qui dignus eſt moꝛte qꝛ
ipſuꝫ degradat ⁊ ponit eum in manibꝰ poteſtatis ſecularis
vt cruciēꝰ ⁊ occidaꝰ iuxta illud. i. ad coꝛinth. v. tradens hu
iuſmōi hoīem ſathane in interitū carnis vt ſp̄us eius ſaluus
ſit in die dn̄i ieſu chꝛiſti. p̄dicta patent de verb. ſig. nouimꝰ ⁊
de penis. c. ij. lib. vj. pꝫ ergo ꝙ tribus modis accipi pōt con
ceſſio vel ꝑmiſſio. ¶ Ulterius ad maioꝛē euidentiā iſtiꝰ ar
ticuli eſt ſciendū ꝙ ſicut tactū fuit ſupiꝰ circa p̄ncipiū q̄ōis
malū pōt ꝑmitti duobus de cauſis ſcꝫ vel ꝓpter bonuꝫ qꝺ
inde oꝛitur vel ꝓpter maius malū qꝺ inde vitaꝰ. Maiꝰ aūt
malū vitaꝰ ⁊ ꝑmittiꝰ tribus modis. Pꝛimo q̄n̄ vitaꝰ malū
ſpirituale in anima qꝺ eſt maius ꝓpter malū coꝛpale in coꝛ
poꝛe qꝺ eſt minꝰ. Scꝺo q̄n̄ vitatur vnū malū ſpirituale qꝺ
eſt maius ꝓpter minꝰ malū ſp̄uale ſicut ſepe ꝑmittiꝰ minus
pctm̄ vt videꝰ maius. Tertio q̄n̄ vitatur vnū maluꝫ coꝛpa
le maius ꝓpter aliud coꝛpale qꝺ eſt minus ⁊ de his nō. ne
cle. vel mo. c. iij. in. j. gloſ. ¶ Ad ꝓpoſitum ergo deſcendo
cum queriꝰ vtrum debeant concedere contractū vſurariuꝫ
pꝛopter aliquod bonuꝫ qꝺ inde oꝛiatur vel ꝓpter aliqꝺ ma
ius malum quod inde vitetur. Dicenduꝫ eſt ſtatim ꝙ ſi iſta
queſtio ſit per ius naturale nō debet eſſe dubium ꝙ dictum
ius nullo modo debet vel poteſt concedere contractū vſu
rarium qꝛ illud qꝺ ſimpliciter eſt contra aliquod ius nullo
modo poteſt concedi ab eodem iure alioquin ſimilis eſſet
contra ipſuꝫ ⁊ nō contra ipſum inq̄ꝫtum ab ipſo conceſſum
contractꝰ aūt vſurarius eſt ſimpliciter contra ius naturale
cum ſit vitioſus ex natura rei vt patuit in p̄cedenti articulo
ergo ⁊c̄. ſi ergo ſimpliciter eſt contra iuſ naturale relinquiꝰ
vlterius ꝙ ſimpliciter ſit contra ius diuinum qꝛ ius natura
le eſt a iure diuino deriuatū ergo quicq̄d eſt contra ius na
turale neceſſario eſt cōtra ius diuinū. Si aūt fiat dicta que
ſtio per ius ciuile. Dicendū eſt ꝙ dc̄m ius pōt ꝯcedē ⁊ ꝯce
dit prefatū contractū conceſſiōe accepta pꝛimo modo ꝓut
eſt idem qꝺ ſimplex ꝑmiſſio per indulgentiaꝫ pene: ⁊ ꝙ ita
ſit ꝓbo tali rōne. Illud ius qꝺ nō cōminatur nec infligit ali
quā penā pp ꝯ̄ctū vſurariū videꝰ ipſum cōcedere ⁊ ꝑmitte
re cōceſſiōe accepta iſto mō que eſt ſimplex ꝑmiſſio per in
dulgentiā pene. ſed ius ciuile nullā penaꝫ cōminatur vel in
fligit ꝓpter dictum contractū ergo ⁊c̄. Subdit aūt quod
ſcꝺo vꝰ tertio genere ꝑmiſſionis ius ciuile nō permittit vſu
ras. qꝛ nō ꝓhibet ipedimenta fieri volētibus fenerari nec fe
nerantibus dat aliqua iuuamenta. Hoc dictum non video
poſſe defendi niſi dicatur leges veteres per autē. eſſe coꝛre
ctas. vt dicetur in quinto articulo. nam certum eſt leges ſta
tuere modum vſurariū. vt. C. de vſur. l. eos permittunt illas
peti in iudicio permittūt ꝓ illis non ſtipulatis pignoꝛa reti
neri quod plus eſt ſtatuunt certis caſibus illas ex moꝛa de
beri ⁊ his ſimilia. ¶ Sed ſi fiat vlterius queſtio de iure ca
nonico. vtrum ſcilicet debeat concedere vel permittere con
tractum vſurarium pꝛopter aliquod bonum quod inde vi
deatur oꝛiri vel pꝛopter aliquod maluꝫ ꝙ inde videatur vi
tari. Dicendum eſt ſimpliciter quod non. quia videmus de
facto ꝙ nullo pꝛedictoꝛum modoꝛum ipſoꝛuꝫ concedit vel
permittit. quia penaꝫ cōminatur vel infligit vſurarijs faciē
tibus dictum contractū vt patet extra de vſur. c. quia in om
nibus eo. ti. q̄ꝫq̄ꝫ lib. vj. nec mirum ſi non permittit quia nec
permittere poſſet contra vetus ⁊ nouum teſtamentuꝫ eod.
ti. ſup eo. nā vt ibi dꝛ ſacra ſcriptura ꝓhibuit ꝓ alteriꝰ vita
mentiri vt habeꝰ. xxij. q. ij. ne quis ergo multomagis ſicut

concluditur ibidem ꝓhibendus eſt quilibet ne ꝓ redimen
da vita captiui vſuraꝝ crimini inuoluat̃ cum tamen illud vi
deatur potiſſimũ bonum qd̓ poſſit de vſuris ꝓuenire. vlteri
us nõ poteſt dici ꝙ in dicto ꝯ̄ctu cadat diſpenſatio vt vitet̃
ꝑ ipſum maius malũ ſpũale ꝗ̃ ſit illud maluꝫ qd̓ incurrit in
dicto cõtractu. videt̃ eni illud malũ quod incurrit vſurariꝰ
per dictũ contractũ ꝗ̃tum ad aliquid maximũ peccatũ ꝓ
pter quatuoꝛ. p̃mo qꝛ contẽnit deum audaciꝰ. ſcd̓o qꝛ ꝯten
nit naturã expꝛeſſius. tertio qꝛ contẽnit ſcripturã deterius.
quarto qꝛ contẽnit iura diutiꝰ. Contẽnit namqꝫ ipſe vſura
rius deũ audatius: qꝛ cũ in oĩbus peccatis que ſunt expꝛeſ
ſe contra diuina mandata homo verecundet̃ ⁊ erubeſcat in
iſto tñ peccato ꝗ̃tumcũqꝫ ſit expͥſſe ꝯ̄ diuinũ mandatuꝫ nõ
videt̃ verecũdari: ſed potiꝰ gloꝛiari. ſ. de vſur. qꝛ in oĩbus.
Alterius contẽnit nãm expꝛeſſius: qꝛ nõ ſolũ contẽnit eam
in vno genere rerũ. ſed etiã in pluribꝰ ſcꝫ in tribus vult eni
ꝯ̄ naturã qd̓ numerabilia ſicut denarij ſupualeãt ſuo nume
ro. ⁊ ponderabilia ſicut aurũ ſupualeãt ſuo ponderi. ⁊ mẽ
ſurabilia ſicut eſt vinum ſupualeant ſue menſure quapꝛopt̃
bene dictũ eſt ꝙ contẽnit naturã expꝛeſſius. Alteriꝰ contẽ
nit ſcripturã deterius qꝛ vr̃ eam contẽnere ꝑ infidelitatẽ q̃
eſt oppoſita fidei quã in baptiſmo ꝓfeſſus eſt. naꝫ ſi pfecte
crederet ĩpoſſibile eſſet ꝙ cõtra deũ ⁊ eius ſcripturã ſic ap
te ⁊ inuerecũde ꝓcederet. Item contra vtriuſqꝫ teſtamenti
ſcripturas ſolẽt tales ꝑtinaciter aſſerẽ ꝙ vſura nõ ſit pctm̃
ꝯ̄ quos emanauit clementia de vſur. ex grandi. Alteriꝰ con
tẽnit iura diutius qꝛ nõ obſtante ꝓhibitione cuiuſcũqꝫ ius
in dicto peccato adhuc cõtinue pſeuerat in ſtatuꝫ ꝙ ad ipꝫ
relinquẽduꝫ vſqꝫ ad moꝛtẽ ſepius ſe retardat ꝓpter qd̓ cõ
ueniẽter ſibi accidit ſepe qd̓ dicit Auguſtinꝰ in ſermone de
inocẽtibꝰ. ꝑcuritur hac animaduerſiõe peccatoꝛ vt moꝛiẽs
obliuiſcat̃ ſui qui dũ viueret oblitus eſt dei. nã ſepius vide
mus ꝙ vſurarij decedũt ſine reſtitutiõe ſine ſacramentis ⁊
ſine aliqua bona ſpe vite eterne ⁊ cõtra eos manauit ꝓpter
hoc decr. ꝗ̃ꝗ̃ de vſuris li. vj. ⁊ facit palea eijciens. lxxxviij.
diſ. ꝓpter que omnia cõcludo ꝙ ius canonicũ nullo modo
dꝫ concedere vel ꝑmittere ꝯ̄ctuꝫ vſurariũ ꝓpter maius ma
lum vitandũ qꝛ regulariter loquẽdo nõ appet aliqd̓ maius
in ipſo ꝓpter ꝙ ipſuꝫ valeat euitari pꝫ ergo quid dicenduꝫ
ſit ꝗ̃tum ad iſtũ articulũ qꝛ dicendũ eſt ꝙ ꝯ̄ctus vſurarius
nullo mõ poteſt ꝑmitti. Una tñ dubitatio hic occurrit que
tangetur ⁊ ſoluet̃ in quinto articulo. ꝑ ea vͦ que dicta ſunt
ſublata eſt via que ĩgerebat dubiũ ſcd̓o loco qꝛ nõ eſt ſimi
le qd̓ ibi inducebat̃ ꝓ ſimili. nam ⁊ ſi ibi ꝑmittit̃ obſeruãtia
ritus iudeoꝝ hoc eſt ꝓpter magnũ bonũ ſpũale qd̓ ide no
ſcitur ꝓuenire. ſ. atteſtatio fidei noſtre veritatis. vlteriꝰ ⁊ ſi
ꝑmiſit Grego. imoderatũ eſum carniũ hoc eſt ꝓpter maiꝰ
malũ vitandũ ⁊ ideo dicebat ꝙ relinquẽdi erant ſuo arbi
trio ne deterioꝛes fierent. nihil aũt talium apparet in cõtra
ctu vſurario ꝓpter qd̓ videatur debere cõmitti ergo ⁊c̃.
¶ Quarto querebat̃ vtrũ in aliquo caſu de facto ꝯtractꝰ
vſurarius ſit cõceſſus vel ꝑmiſſus a iure vt ꝑ hoc tollat̃ ter
tia via que ingerebat dubitationẽ tertio loco. Ad hoc autẽ
dicẽdũ eſt ſimpliciter ꝙ nõ niſi foꝛte loquamur de ꝑmiſſio
ne p̃mo modo dicta que eſt ſcd̓ꝫ ius ciuile ſm̃ quẽ modũ in
oĩ caſu permittit̃ vſura a iure ciuili qꝛ nullus eſt cãus in quo
ius ciuile ſe intromittat cõminãdo vel infligendo penã pꝛo
vſura ⁊ ſicut ius ciuile ſe hꝫ vniformiter ad oẽs caſus affir
matiue ita ius diuinũ ⁊ canonicũ ſe hꝫ ad oẽs caſus negati
ue qꝛ nullo mõ eã ꝑmittunt aliquo mõ ꝑmiſſionis. naꝫ pari
rõne qua ꝓhibent eã in vno caſu debent eã ꝓhibere in quo
libet. qꝛ in oĩ caſu hꝫ maliciã cõuolutã. ⁊ ꝑ conſequẽs pari
rõne qua eã concederẽt in vno caſu poſſent eã ꝯcedere vel
ꝑmittere in quolibet qd̓ pꝫ eſſe falſũ ex his que dcã ſunt. ſ.
¶ Sciendũ tñ ꝙ illud qd̓ facit dubiũ in iſto articulo ẽ il
le ſpãlis caſus qui fuit tactus circa p̃n. queſtionis de gene
ro q lucrat̃ fructus pignoris ſibi dati ꝓ dote lꝫ ibi nũc ꝓpꝛie
vſura eſſet ſi fructꝰ illius poſſeſſiõis ꝑciperent̃ a genero in
tuitu pecunie detente a ſocero. ſed hoc ẽ falſũ qꝛ nõ intuitu
pecunie dotalis quã ſocer detinet. ſed onerũ mr̃imonij ĩtui
tu que gener ſuſtinet vt pꝫ de vſuris ſalubꝛiter. vel põt dici
ꝙ dicti fructꝰ ꝑcipiunt̃ a genero in recõpenſatiõe dãni qd̓
inde ſequit̃ ꝓpter pecuniã dotalẽ que ſibi ſoluenda differt̃
incaute dictũ eſt hoc. ex qͥbus verbis ſtatim appet ꝙ valde
ĩpꝛopꝛie dictũ eſt qñ dicit̃ ꝙ vſura ꝑmittit̃ in iſto caſu vel ĩ
illo qꝛ bꝛeuiter in nullo caſu eſt ꝑmiſſa. ⁊ ideo qñ aliqui ca
ſus a iuriſtis excipiunt̃ nõ eſt ĩtellgiendũ ꝙ in dictis caſibꝰ
vſura ꝑmittat̃ ſed qꝛ in eis p̃ma facie eſt aliqd ſit̃e vſure vſu
ra vr̃. Sic ergo pꝫ qualiter eſt ſublata via q̃ ĩgerebat dubi
um in iſta q̃one tertio loco. ¶ Quinto q̃rebat̃ vtrũ ius ci
uile poſſit iuri canonico obuiare vel vtrũ dicta iura habeãt
ad ſe ĩuicẽ tantã cõcoꝛdiã ꝙ quicqd eſt ꝯ̄ vnũ neceſſario ſit
ꝯ̄ alterum ac per ꝯ̄ñs vtrũ ꝯ̄ctus vſurarius eo ipſo ꝙ ꝓhi
bitus eſt in iure canonico ſit neceſſario ꝓhibitꝰ in iure ciuili
vt ꝑ hoc tollat̃ illa via q̃ ingerebat dubiũ q̄nto loco. ⁊ ad
litteram deinceps ꝓſequat̃ dubitanteꝫ qui dicit ꝙ tria ſunt
q̃ faciunt dubitationẽ in iſto articulo. ¶ Primũ eſt qꝛ ius
ciuile ⁊ canonicũ pꝛeſupponũt ius nãle tanꝗ̃ fundamentũ
a quo ſumũt oꝛiginẽ quapꝛopter qcqd eſt ꝯ̄ ius nãle. videt̃
neceſſario eſſe cõtra ius canonicom ⁊ ciuile. ſed contractus
vſurariꝰ eſt contra ius nãle nec aliquo mõ eſt ꝑmiſſibilis in
dicto iure vt patuit. ſ. ergo nec ꝑmiſſibilis aliquo mõ in iu
re ciuili cuiꝰ contrariũ ſepius dictũ eſt. ¶ Scd̓m qd̓ hic fa
cit dubiũ eſt qꝛ ius ciuile ⁊ canonicũ ſubalternant̃ iuri diui
no ⁊ per ꝯ̄ñs nõ poſſunt ei in aliquo obuiare. ſed ſi ꝯtractꝰ
vſurariꝰ eſſet ꝑmiſſibilis aliquo modo in iure ciuili cũ nul
lo modo ſit permiſſibilis in iure diuino ſequeret̃ ꝙ ius ciui
le opponeret ſe iuri diuino qd̓ eſſet abſurdũ qꝛ ĩperatoꝛ nõ
põt tollere legem dei. arg. ad hoc. ff. de ar. l. nã ⁊ magiſtratꝰ
¶ Tertiũ qd̓ facit hic dubiũ eſt qꝛ ĩperatoꝛ mandauit ſer
uari ea q̃ ſtatuta ſunt in ꝯcil̃. niceñ. no. ſed nice. ꝯcil̃. ꝓhibet
vſuras vt. xlvij. di. qñ ergo. ⁊ ius ciuile dꝫ eas ꝓhibere ac ꝑ
ꝯ̄ñs contractus vſurariꝰ non erit permiſſibilis in iure ciuili
aliquo modo cuius cõtrariũ ſuperiꝰ eſt oſtenſuꝫ. ꝓpter iſta
ergo ⁊ illa que dicta fuerũt in quarto articulo ꝯſurgit dubi
tatio nũc in iſto articulo vtruꝫ ius ciuile poſſit in aliquo ob
uiare iuri canonico vel vtrũ habeant ad inuicẽ tantã cõcoꝛ
diam ꝙ qcqd eſt cõtra vnum neceſſario ſit cõtra reliquum.
¶ Ad euidentiã ergo iſtius q̃ſiti intelligendũ eſt ꝙ lꝫ ius
poſitiuũ ſit fundatũ ſuper ius nãle. tamen alia eſt ꝓhibitio
iuris naturalis ⁊ alia iuris poſitiui nam pꝛohibitio iuris na
turalis ſit per ſolã vitij cognitionẽ ⁊ eiuſdẽ deteſtationem
qꝛ docet vbi ſit vitiũ cognoſcendũ ⁊ inclinat ad ipſuꝫ dete
ſtandum. pꝛohibitio vͦ iuris poſitiui ſit per pene cõminati
onem. nam ſicut pꝛefatũ ius poſitiuũ ſe hꝫ per additionem
ad ius naturale ita opoꝛtet ꝙ pꝛohibitio ipſius ſe habeat ꝑ
additionẽ ad pꝛohibitionẽ illius. ¶ Alterius eſt ſciendũꝫ
ꝙ iſta duo iura poſitiua. ſ. ciuile ⁊ canonicuꝫ lꝫ conueniant
quia fundãtur ſuper ius naturale ⁊ ab ipſo etiam ſumũt oꝛi
ginem ꝗ̃uis etiam conueniãt quia intendunt homines ĩdu
cere ad bonum cõmune differunt tamen in modo inducen
di. nam ius ciuile intendit dirigere in bonum cõmune ſcd̓m
quod congruit humane ſocietati ciuiliter viuenti ſcd̓m quẽ
modum bonum cõmune habet nutriri conſeruari ⁊ pꝛomo
ueri per legalem iuſticiã ⁊ per ciuilem amicitiam. Ius vero
canonicum intendit dirigere in bonuꝫ cõmune ſm̃ ꝙ ꝯgru
it humane ſocietati que nõ ſolum viuit ciuiliter ſed etiam re
gulariter ſcd̓m fidem in deum tẽdendo ⁊ vitam aliam expe
ctando. nam cum ius canonicũ ſit quedam explicatio iuris
diuini opoꝛtet ꝙ idem finis intendat̃ ab vtroqꝫ. bonũ autẽ
cõmune iſto modo acceptum ſcilꝫ ſcd̓m ꝙ congruit huma
ne ſocietati non ſolum viuenti ciuiliter. ſed etiam regulari
ter ſcd̓m fidem in deum tendendo non poteſt nutriri conſer
uari vel pꝛomoueri per ſolam legalem iuſticiam vel ciuileꝫ
amicitiam ſed vltra hoc requiritur quedam celeſtis amici
tia ſine qua eſt impoſſibile aliquem hoiem in deum tendere
quapꝛopter ſicut potiſſima virtus ad quam conatur indu
cere ius ciuile eſt ipa legalis iuſticia ſiue ciuilis amicitia: ita
potiſſima virtus ad quam conatur ius canonicuꝫ eſt illa ce
leſtis amicitia quam charitatem vocamus.

¶ Ad

¶ Ad ꝓpoſitū igitur applicādo primū dictū.ſ. de ꝓhibi
tione iuris nālis ⁊ poſitiui dico ꝙ nō eſt incōueniēs ꝙ ali
qd ſit ꝓhibitū in iure nāli qḋ nō eſt ꝓhibitū in iure ciuili: qꝛ
ꝓhibitio iuris ciuilis ſe hꝫ ꝑ additionem ad ꝓhibitionē iu
ris nālis nō tñ ꝑ hoc dꝫ cenſeri īter p̄dicta iura ꝯ̄rietas ſꝫ al
terius modi ꝓhibēdi diuerſitas. ¶ Alteriꝰ poſſumꝰ colli
gē ex ſcd̄o dcō ꝙ nō eſt incōueniēs ꝙ aliqḋ pctm̄ ſit ꝓhibi
tū in iure canōico qḋ tñ nō ē ꝓhibitū in iure ciuili ꝓhibitōe
que fit ꝑ cōminationē pene q̄uis nullū ſit peccatū ꝓhibitū
in iure ciuili qḋ nō ſit etiā ꝓhibitū in iure canonico. Ratio
aūt huiꝰ diuerſitatis pōt accipi ex dictis.nā qꝛ ius ciuile in
tēdit cōſeruare bonū cōe multitudinis ꝓpter iuſticiā lega
lē quā tñ eſt ipoſſibile attingi a tota multitudie vel ēt a ma
iori pte icirco ſufficit dicto iuri ꝙ poſſit ꝑmouere ⁊ conſer
uare bonū cōe ꝑ viā ciuilis amicitie.nā ſm̄ Ari.in.viij. ethi
coꝝ amicitia videt̄ ciuitates continere imo ſm̄ ꝙ ipſe dicit
ibidē legis poſitores magis circa ipſaꝫ ſtudent q̄ꝫ circa iu
ſticiā ꝙ pōt cōtingere duplici de cā. Una eſt qꝛ faciliꝰ ho
mines ducunt̄ ad amicitiā q̄ꝫ ad legalē iuſticiā. Scd̄a eſt qꝛ
habētes legalē iuſticiā indigēt amicitia eo ꝙ in vita ciuili
⁊ domeſtica maxime ſit neceſſaria quapropter vr̄ ꝙ a iure
ciuili maxime ſit inuēta ⁊ ideo vr̄ ꝙ ius ciuile p̄mo ⁊ ꝑ ſe d
beat ꝓhibere ꝑ cōminationē pene illa vitia que poſſunt di
ctam amicitiā ipedire.ſcd̄ario tñ ⁊ ex ꝯſequēti pōt ꝓhibere
quecūqꝫ alia vitia altero duoꝝ modoꝝ.ſ.vel qꝛ ꝑ ꝓhibitio
nē iuri diuino ⁊ canonico obſequit̄ vel qꝛ ꝑ illoꝝ ꝓhibitio
nē amicitia nō ledit̄ ⁊ bono iuſticie ⁊ v̄tutis fauorat̄.vbi āt
ꝑ ꝓhibitionē aliquoꝝ vitioꝝ ciuilis ſocietas ⁊ amicitia le
deret̄ a tali ꝓhibitiōe ſe ꝯ̄ſeruat ⁊ ea relinqt diuino iudicio
puniēda teſtante beato Auguſtino p̄mo de libero arbitrio
vbi ait.lex inqt iſta que regēdis ciuitatibꝰ fert̄ multa conce
dit ac ipunita relinqt que ꝑ diuinā ꝓuidentiā vindicantur.
Applicando ergo hoc ad ꝓpoſitū apperet ſtatim ꝙ ꝯ̄ctꝰ
vſurariꝰ nō ē neceſſario ꝓhibitꝰ a iure ciuili: qꝛ nō hꝫ ciuilē
ſocietatē ⁊ amicitiā ipedire ⁊ tñ eſt neceſſario ꝓhibitꝰ in iu
re canonico qꝛ ius canonicū ex fine quē itēdit hꝫ neceſſario
oīa vitia ꝓhibere.intēdit eni dirigere multitudinē fidelium
ī deū ꝙ nō pōt fieri niſi ꝑ charitatē.⁊ qꝛ oīa peccata morta
lia ſunt oppoſita charitati ⁊ habēt eā tollere iō ius canoni
cū dꝫ oīa talia merito ꝓhibere.quapropt̄ ſi ꝯtingeret ꝙ iuſ
ciuile in aliquo caſu vel ꝑ aliqḋ tp̄us de futuro ꝯ̄ctuꝫ vſura
riuꝫ ꝓhiberet ꝑ cōminationē pene hoc faceret in obſeqū iu
ris.cañ.ſ. vr̄ qꝛ pena cōminata ꝑ ius canonicū nō ſufficēt vr̄
qꝛ nō poſſꝫ ꝑ iudicē eccl̄iaſticū ſufficiēter executōi mādari
¶ Ex qbus oībus apparet ꝙ ꝯtrouerſia que eſt īter iuri
ſtas de ꝑmiſſiōe ꝯ̄ctus vſurarij nō vr̄ eſſe rōnabilis qꝛ vtra
qꝫ pars pōt dicere verū.nā illi qui dicūt ꝙ talis ꝯ̄ctus ſit ꝑ
miſſus ⁊ debeat ꝑmitti in iure ciuili ſi intelligāt de ꝑmiſſiōe
nō cōminante vel infligēte penā veꝝ dicunt.ſi aūt itelligāt
de ꝑmiſſiōe tollente ipedimentū a faciētibꝰ vſuras vel ꝯ̄ſtā
te eis iuramentū falſuꝫ dicūt. ⁊ eodē modo dicendū eſt de
alijs ex alia pte.nam ſi dicit glo. ⁊ illi q eā ſequunt̄ ꝙ ꝯ̄ctus
vſurariꝰ nō eſt ꝑmiſſus in iure ciuili.⁊ intelligunt de ſcd̄o vr̄
tertio mō ꝑmiſſiōis veꝝ dicūt ſi v̄o intelligāt de p̄mo falſū
dicūt. ¶ Alteriꝰ etiā ꝑ h̄ appet qd ſit dicendū ad illa du
bia ſupius itroducta. Ad p̄mū nanqꝫ dicendū eſt ꝙ nō ob
ſtante ꝙ ius ciuile ſit fundatū ſuꝑ iuſ nāle pōt tñ aliqd eſſe
ꝓhibitū in iure nāli qḋ nō eſt ꝓhibitū in iure ciuili qꝛ ꝓhi
bitio iuris ciuilis addit ſupra ꝓhibitiōe iuris nālis vt ſupꝛꝰ
patuit. ¶ Ad ſcd̄m dicendū ꝙ nō ſequit̄ ꝑꝑ hoc ꝙ ius ci
uile ſe opponat iuri diuino qꝛ talis ꝑmiſſio nō eſt ꝑ oppoſi
tū ſed ꝑ omiſſionē quaſi negatiue nō cōminādo penā eo ꝙ
omittit ⁊ relinqt talē ꝯ̄ctum ꝓhibendū ⁊ puniendū iuri ca
nonico ⁊ diuino qbus magis vr̄ ꝯgruere. ¶ Ad tertiū di
cendū ꝙ iperator mandat ſeruari ea q̄ ſtatuta ſunt in cōcil.
niceñ.qꝛ nō vult ꝙ ea q̄ ſunt in dicto ꝯcil. ꝓhibita ſint a iu
re ciuili ꝑmiſſa ꝑ amotionē alicuꝰ ipedimenti vel ꝑ ꝯceſſio
nē alicuꝰ auxilij.nō tñ ꝑꝑ hoc intēdit ꝙ quecūqꝫ ibi ꝓhibi
ta ſunt ſint ꝓhibita a iure ciuili ꝑ pene cōminationē.vel pōt
dici ꝙ iperator mandauit ſeruari ꝑ approbationē qꝛ ea ap
probauit tanq̄ꝫ rite facta nō aūt mandauit ſeruari quecūqꝫ
ibi ſtatuta ſunt ꝑ pene cōminationē. ¶ Appet inſuꝑ ex oi
bus iſtis quid dicendū ſit q̄ꝫtum ad iſtū articulū.nā cū que
ritur vtrū ius ciuile valeat iuri canonico obuiare vel vtrum
habeāt adinuicē tantā cōcordiā ꝙ quicqd eſt ꝯ̄ vnū neceſ
ſario ſit ꝯ̄ alterum. Dicendū eſt ſtatim ꝙ duobꝰ modis pōt
itelligi iſta obuiatio.vno mō ꝑ ꝯ̄dictionē. ⁊ tūc dico ꝙ nō
qꝛ vbi lex ciuilis ꝯ̄dicit iuri canonico nulliꝰ eſt momenti. vt
pꝫ in decretis.x.di. ꝯſtōnes. alio ꝑ omiſſionē ſiue derelictō
nē vt ita dicā.qꝛ certe omittit ꝓhibere aliqd cuiꝰ ꝓhibitio
nē ⁊ punitionē relinqt iuri canonico ⁊ diuino qbus magis
hoc cōgruit.⁊ iſto mō vr̄ dicendū ꝙ ſic.⁊ ita pꝫ quid ſit di
cendū q̄ꝫtum ad totā qōneꝫ qꝛ oſtenſuꝫ eſt quō ꝯ̄ctus vſu
rarius ſit aliquo mō ꝑmiſſibilis in iure ciuili.ſ. ꝑmiſſione in
dulgente penā.nō aūt ꝑmiſſione tollente ipedimentū vr̄ ꝯ̄
ſtante iuramentū. ¶ Reſtat ergo nunc vltimo ſoluere rō
nes que in actu diſputationis allegate vident̄ eſſe ad oppo
ſitum. ¶ Ad p̄mū ergo p̄ncipale dico ꝙ vbi aliqd donat̄
vno ꝑuio pacto vitioſo ⁊ malicia conuoluto illud vtiqꝫ pōt
licite recipi. ⁊ ſic maior eſt vera ſub iſto itellectu. ſed minor
erat falſa.qꝛ in ꝯ̄ctu vſurario lucrū donat̄ ꝑuio pacto expli
cito vel ſalteꝫ iplicito vt pōt patere ex eis q̄ dicta fuerūt in
p̄mo articulo qñ queſitū fuit qd eſſet vſura ⁊ in qbus rebꝰ
cōmitteret̄. ¶ Ad ſcd̄m cū dicebat̄ ꝙ ꝯ̄ctus vſurariꝰ non
erat ꝯ̄ charitatē qꝛ vergebat in vtilitatē vtriuſqꝫ ptis dicen
dū ꝙ lꝫ qñqꝫ nō ſit ꝯ̄ caritatē tanq̄ꝫ aliquid inutile eſt tñ ꝯ̄
eam tanq̄ꝫ aliqd inhoneſtū ⁊ vitioſuꝫ.nā oñſum fuit.ſ. in ſe
cundo articulo ꝙ ꝯ̄ctus vſurarius eſt ex nā rei.vi. ⁊ mali.cō
uo. ⁊ hoc ipſo neceſſario cōtra charitatē. ¶ Ad tertiuꝫ v̄o
cū dicebat̄ ꝙ licebat accipere lucrū de re ſua.res aūt mutu
ata eſt ipſiꝰ mutuātis.nā q̄uis transferat eā q̄ꝫtuꝫ ad ſubſtā
tiam retinet tñ ſibi ptātem q̄ꝫtum ad valorē.dicendū eſt ad
illud qḋ vnuſquiſqꝫ licite pōt recipe lucrū de re ſua dūmō
res illa ſit apta nata lucrificare.ſed res mutuata nō eſt talis
imo qḋ lucrificet eſt oīo cōtra nām vt patuit in ſcd̄o articl̄o
¶ Ad quartū v̄o cū dicebat̄ ꝙ domꝰ eſt qd artificiale nec
eſt apta nata parere domū ⁊ tamen videmꝰ ꝙ per licitum
ꝯ̄ctuꝫ vna domus poſſet parere plures alias.nam poſſꝫ ali
quis ꝑ penſionē domus vſqꝫ ad certū tp̄s recipere aliā do
muꝫ ⁊ iterū vſqꝫ ad quoddā tp̄s aliā ⁊ ſic deiceps ⁊ per cō
ſequēs iſto mō vna domus peret multas.ergo eodē modo
nō dicebat̄ q̄ꝫrumcūqꝫ pecunia ſit artificiale qd pōt parere
pecuniā ꝑ licitum ꝯ̄ctum ⁊ ſic ꝯ̄ctus vſurariꝰ nō videbatur
illicitꝰ. Dicendū ad iſtā rōnem ꝙ cā quare pecunia nō pa
riat pecuniā nō eſt qꝛ ſit artificiale.ſed qꝛ hꝫ ſibi ꝓ̄ſtitū de
terminatū valorē ab ipſa arte cude vt patuit.ſ.in.ij. articl̄o
⁊ ideo nō poteſt excreſcere in ſuo valore ita ꝙ recipiat̄ ꝑ ea
vltra ſortē niſi ꝑ cupiditatē ⁊ malitiā ipſiꝰ mutuātis.hoc āt
dici nō poteſt de domo qꝛ q̄uis ſit qd artificiale nō tñ hꝫ ſi
bi ꝓ̄ſtitum determinatū valorē ab arte ⁊ ideo pōt excreſce
re illi in ſuo valore ita ꝙ recipiat ꝑ ea aliqd lucrū ſine oī vi
tio. Ad.v. v̄o cuꝫ dicebat̄ ꝙ ꝯ̄ctus vſurariꝰ deberet ꝑmitti
qꝛ ꝑ ipm̄ vitant̄ multa mala vtpote dānū in rebꝰ periculū in
perſonis. Item qꝛ per ipm̄ ſequebant̄ bona.ſ. pauperuꝫ ſu
ſtentatio ⁊ mercantiaꝝ ſaluatio. Dicendū ad iſtā rōneꝫ ꝙ
iſta mala que poſſunt vitari per contractū vſurariū vt plu
rimū ſunt corporalia.ſed malū ſp̄ūale nunq̄ꝫ dꝫ permitti ꝓ
pter aliquod malū corpale vitādū nec etiā ꝓpter quodcū
qꝫ bonum corporale ꝯſequēdū vt patuit.ſ.in.iij.articulo. ⁊
dato etiā ꝙ per ꝯ̄ctum vſurariū aliquod male ſp̄ūale vita
retur aliquo caſu illud tamen regulariter loquendo nō vi
detur poſſe eſſe maius q̄ꝫ iſtud peccatum quod in dicto cō
tractu cōmittitur vt patuit.ſ.in eod.arg. maius autē malū
nunq̄ꝫ debet permitti propter minus vitandum.

¶ Ad.vj.vero cum dicebatur ꝙ iuriſte excipiūt aliquos
caſus in qbus vſura permittit̄.ergo videt̄ permiſſibilis. Di
cendum ꝙ cum iuriſte hoc dicunt talis modus dicendi nul
lo modo eſt verus vel omnino improprius.nam dicti caſus
non excipiunt̄ quaſi in eis ſit vſura.ſed quia videtur in eis
aliquid ſimile vſure vt patuit.ſ.in quarto articulo.

¶ Ad.vij.ṽo cum dicebat̃ ꝙ ſi vſura non eſſet pmiſſibilis ſaltē in iure ciuili nō videret̃ ius ciuile in aliquo obuiare iuri can̄. cuius ꝯ̄rium videt̃ haberi in decretis.x.di.lege imperatoꝝ.ad iſtam rōnē pꝫ ſolutio p qḋ dictū eſt imediate in iſto articulo qꝛ verū eſt ꝙ p ius ciuile nō obuiat̃ iuri cano. vł diuino per ꝯ̄dictionē qꝛ tunc nulli⁹ eſſet momēti vt.ſ̄.dicebatur pōt tn̄ ei obuiare p ſimplicē permiſſionē indulgentē penam vt.ſ̄.eſt oñſuꝫ.nā talis obuiatio nō eſt ꝯ̄rietas vel ꝯ̄dictio.ſꝫ ſolū quedā omiſſio ſi eni obuiaret ei per ꝯ̄dictioneꝫ ſequeret̃ ꝙ ius ciuile eſſet cōtra deum. ¶ Ad.viij.cū arguebatur p illud qḋ habet̃ in autē.de ec.ti.§.j.col.ix.ibi imperator mandat ſeruari quatuor ꝯcil̃.ꝛ tn̄ cōſtat ꝙ in niceñ. ꝯcil̃.vſure ꝓhibite fuerūt.ꝛ ita videt̃ pſumi ꝙ in iure ciuili debeant eſſe ꝓhibite. Dicēdū ſic dicebat̃.ſ̄. ꝙ impator mādat ſeruari ea que ſtatuta ſunt in dictis cōcil̃.p approbationem nō ꝯ̄dicendo.ſ.nō p ꝓhibitionē q̄ꝛūcūqꝫ maloꝝ penā cōminādo. ¶ Ad.ix.qn̄ arguebat̃ ꝙ duob⁹ malis cōcurrētib⁹ ſp min⁹ ē eligendū qḋ ꝓbat̃ p ius diuinū ꝛ ciuile p ius diuinuꝫ ꝓ qꝛ inuenim⁹ in lege moſayca.ſ.Gen̄.xviij.ꝙ loth tradidit filias ſuas fornicatiōi vt vitaret̃ maius malū.ſ.ſodomiticū. Jtē videmus de iure ciuili ꝙ minor reſtituitur ex cōtractu regꝛ̃ quē ipſe facit ꝛ tn̄ ius ciuile vult ꝙ nō ex oī ꝯ̄ctu qꝛ tunc nullus ſecū cōtraheret ꝛ ſic minus malū eligit̃ ff.de mino.l.ꝛ ſi ſine.§.j.ergo eodē modo vſurā fieri cuꝫ ſit minus malū q̄̄ ipſaꝫ nō fieri videt̃ ꝙ de iure ſit eligendū ꝛ pmittendū ipſaꝫ fieri. qḋ aūt ipſaꝫ fieri ſit minus malum q̄̄ ipſam ñ fieri ꝓbat̃.qꝛ ſi nullus pſtaret ad vſuras paupes ſepe morerent̃ fame. Dicendū ergo ad hoc qḋ vbi duo mala cōcurrerūt ſemp min⁹ eſt eligendū ab illo q neceſſe hꝫ incidere in alterū de duobus.ꝛ iō pauper poti⁹ dꝫ eligere recipere mutuū ad vſurā q̄̄ mori fame.ipſe aūt vſurarius nō incidit neceſſario in alterū illoꝝ duoꝝ maloꝝ qꝛ pōt mutuare ſine vſura.ꝛ iſto modo vitabit famē ꝛ mortē paupis. ꝛ p ꝯ̄ſequens non incidit in aliqḋ illoꝝ maloꝝ.ꝛ ex hoc apparet imediate ꝙ vnus ꝛ idē actus pōt eſſe vitioſus reſpectu vni⁹ qui tn̄ nō eſt vitioſus reſpectu alteri⁹. ꝯ̄ctus ergo vſurarius q̄uis ſit vitioſus reſpectu eius qui mutuū preſtat tn̄ nō reſpectu eius qui recipit.ſicut ꝛ pōt poni exemplū in paſſione chriſti q fuit vitioſa reſpectu iudeoꝝ qui eā intulerūt nō aūt ex pte chriſti qui eā recipit imo valde virtuoſa. Uel poſſum⁹ nos de iſto argumēto breuiter expedire dicēdo ꝙ de duob⁹ malis ſemp minus malū eſt eligendū illi qui eſſet cā vtriuſqꝫ mali qḋ nō pōt dici in ꝓpoſito. nā dato ꝙ paup moriat̃ fame ex eo ꝙ nō inueniat pecuniā ad vſurā.ille tn̄ q potuit eā preſtare nō fuit cā ſue mortis.fuiſſet tn̄ cā illi⁹ peccati qḋ cōmittit̃ in vſura ſi ſuā pecuniā ad vſuram pſtaret.ꝛ iō potius debuit velle vitare illud peccatū cui⁹ cā ipſe fuiſſet q̄̄ aliud in quo nullā culpā habuiſſet ꝛ de hoc.xiij.di.in ſumma.ꝛ.ix.di.c.j. ¶ Ad.x.cuꝫ dicebat̃ ꝙ ea q parificātur in effectu debēt parificari in iuris diſpōne.ff.de verb.oblig. l.a titio ꝛ.ff.ad.l.aqui.l.illud.ſed pecunia ꝛ opa parificant̃ ff.p ſocio.l.ſocietates.§.j.ergo idem ius ſtatuendū in vtroqꝫ qꝛ de ſiſibus ad ſimilia ꝓcedūt.ſicut ergo in caſu vbi ex opa mea pcipieres tm̄ de lucro q̄tum tu pecuniā ponis ſic ꝛ vbi pecuniā meā dabo etiā ſine opa tua potero de ea licite lucrū recipere. Ad hoc dicendū ꝙ nō eſt ſimile.qꝛ opera ſine pecunia pōt fructificare nec hꝫ determiatū valorē a natura vel ab arte.ꝛ ideo de ipſa poſſum⁹ licite lucrū recipere pecuniam aūt ſine opa nō eſt apta nata ad fructificandū. ꝛ habet̃ determinatū valoreꝫ ab arte quapropter nullus pōt de ea ſola licite exigere lucrū. ¶ Ad.xj.ṽo cum dicebat̃ ꝙ illud qḋ eſt licitū in vno caſu plurimū ſemp licitū.vſura autē videt̃ licita in quodā caſu.vt verbi grā.ego qui habeo molendinū do pecuniā titio.vt magis veniat ad molendinum meū q̄̄ vicinoꝝ ꝛ tn̄ ſi alibi iuiſſet tm̄ de labore habuiſſet ꝛ tm̄ de penſione ſoluiſſet nec obſtante hoc tenet̃ cōiter ꝙ receptio talis pecunie ſit licita cū tn̄ videatur vſuraria qꝛ recipitur vltra ſortē ꝛ laborē. Dicendū ad hoc ꝙ ſicut patuit. ſ̄.in quarto articulo vſura in nullo caſu pmiſſibilis eſt niſi eo modo quo declaratum fuit.ſ̄.in.iij.articulo.in caſu ergo nunc habito ſi eſſet vſura nullo mō eſſꝫ licita receptio dicte pecunie: quapropter dicendū ꝙ nulla eſt ibi vſura. nā cum vſura generet̃ materialiter de ipſo mutuo vt patuit.ſ̄. in primo articulo ꝛ in dicto caſu nullū ſit mutuū relinquit̃ ſimpl̃r ꝙ in eo nulla ſit vſura. ¶ Ad.xij.ṽo cum dicebat̃ ꝙ ſi homo pecuniā nō permutaret eſſet deperdita ꝛ nō multiplicaretur nec ex eo cōis vtilitas reſultaret ꝛ p ꝯ̄ſequēs videbat̃ ꝙ vſura eſſet licita ꝛ pmiſſibilis qꝛ illud ex quo aliqḋ bonū vtile multiplicat̃ videtur licitū ꝛ pmiſſibile. ad hoc ergo dicendū ꝙ illud ex quo bonū vtile multiplicat̃ ſaluato bono honeſto licitum eſt ꝛ permiſſibile.ſed in ꝓpoſito non eſt ita nam q̄uis per ꝯ̄ctum vſurariū multiplicaret ſepi⁹ bonū vtile nō tamen ſaluat̃ ibi bonum honeſtū ꝛ virtuoſuꝫ cum habeat malitiā conuolutaꝫ vt patuit.ſ̄.in ſcḋo articulo.

¶ Ad.xiij.ṽo cum dicebat̃ ꝙ vſure eſſent pmiſſibiles omni iure qꝛ ſancte vt probat̃ per hoc qꝛ illius nature eſt cauſatum cuius eſt cauſans ſed vſure ſunt permiſſe a legib⁹ ciuilibus que ſunt ſancte ergo ꝛc̃. Dicendū ꝙ ſi leges ciuiles ꝑmitterent vſuras ꝙ eſſent cauſa earū tunc argumentū ꝯcluderet nunc aūt ita permittūt ꝙ nō ſunt eaꝝ cauſa qꝛ nō permittunt eas tanq̄̄ eas fieri pcipientes vel eis auxiliū preſtātes.ſed ſolū tanq̄̄ penā nō infligentes vt ſepius dictum eſt ¶ Ad.xiiij.cum dicebat̃ ꝙ vſura eſt cā mutui qḋ eſt bonū ergo ꝛ ipſa bona ꝛ licita. Dicendū eſt ad iſtā rōnem ꝙ vbi vſura eſt finis mutui ibi tale mutuū nō eſt bonū ꝛ iō melius eſt a tali mutuo pſeruare. ¶ Ad.xv.cū dicebat̃ ꝙ ſi vſura nō eſt licita tūc alienatio rei acquiſite p vſurā nō eſſet licita qḋ videt̃ eſſe falſum. Dicendū ꝙ alienatio talis rei iō eſt licita qꝛ ſi aliqḋ licitū ex ea orit̃ illud nō puenit ex ſola pecunia vſuraria.ſed ex opa illius alienātis ſimul cum pecunia. ¶ Ad.xvj.cum dicebat̃ de illo q habuit molendinū ꝙ pōt pſtare pecuniā titio vt magis vadat ad molendinū ſuū q̄̄ aliorum ꝛ tamen dicit̃ ꝙ in dicto caſu nō ſit vſura lꝫ ꝓpter dictū mutuū recipiat lucrū qḋ tn̄ ñ recepiſſet ſi mutuū non pſtaſſet.ꝛ ita vł̃ ſcḋm iuſta iura ꝙ iſte caſus nō ſit oīno alius ab illo qui fuit poſit⁹ in.xj.articulo. Ad hoc ergo dicenduꝫ ꝙ habens molendinū ſi preſtat pecuniā titio cū iſta intentione ꝙ ipſe magis vadat ad molendinū ſuū q̄̄ vicinoꝝ ex hoc ipſe debet iudicari vſurari⁹ in mēte qꝛ vbicūqꝫ aliquis intuitu mutui intēdit recipere aliqḋ cōmodū vltra ſortē qḋ quidē cōmodum pōt per pecuniā emi tantū valet ac ſi reciperet pecuniā vltra ſortē.ꝛ p cōſequens eodē modo eſt cēſendus vſurari⁹. Si tn̄ querat̃ vlterius vtrū teneat̃ ad reſtitutionē. Dico ꝙ ſi ſua intentio ſit nota titio eunti ad molēdinum tenet̃ ad reſtitutionē ꝓpter cauſaꝫ ſuperi⁹ aſſignatā in pmo articulo qn̄ arguebat de vſura mentali. Si aūt quereretur vlterius vtrum teneat̃ reſtituere totuꝫ qḋ a titio recepit ꝓ penſione ſui molendini. Dico ꝙ nō:ſed tenetur reſtituere tantū q̄tū reputat ſibi valuiſſe illud cōmodū qḋ recipit ꝓpter hoc ꝙ titius iuit ad molendinuꝫ ſuum ad qḋ non iuiſſet ſi pecuniam nō pſtitiſſet.intelligo per illud cōmodū concurſum gentiū vel noticiā quā conſequit̃ ſuum molēdinum ex hoc ꝙ titius iuit ad ipſum ꝛ ideo tantū debet reſtituere q̄tum reputat ſibi valere illud tale cōmodum qḋ conſecutus eſt per tituꝫ dato ꝙ deberet ipſuꝫ emere. Si tamē querat̃ vlteri⁹ cui debeat fieri illa reſtitutio. Dico ꝙ nō dꝫ fieri titio qꝛ ad iſtud lucrū qḋ ꝯtulit illi cui⁹ eſt molendinū obligat̃ ex ſolo ſuitio qḋ habuit de molēdino circūſcripto oī ſeruitio mutui ꝛ iſta duo bn̄ ſtāt ſil̃.ſ.ꝙ ille cui⁹ eſt molēdinuꝫ teneat̃ reſtituere.ꝛ tn̄ ille q iuit ad molēdinū nō dēat recipe qꝛ ille cuius eſt molendinū recipit aliqḋ bñficiū vel lucrū intuitu mutui qḋ añ nō recepiſſet.ille ṽo q iuit ad molendinū nō ꝯtulit aliqḋ lucrū intuitu mutui: qḋ antea nō cōtuliſſet ſed ſolū cui nō contuliſſet ꝛ ideo in nullo pōt ſe putare grauatū ergo nulla dꝫ ſibi fieri reſtitutō. ex q̄bus oīb⁹ pōt rationabiliter ꝯcludi ꝙ reſtitutio prefata fieri dꝫ eodē modo quo fit reſtitutio que eſt de vſura incerta. Sciendꝫ ꝙ ſi ille qui iuit ad molendinū fuiſſꝫ ex hoc ꝯſecutus aliqḋ dānum qḋ fuiſſet ꝯſecutus eundo ad molendinū alteri⁹ dꝫ ei dicta reſtitutio fieri ad q̄titatem illius damni.

Peccati

p

**Eccati venia.** v.dicit Jo.mo. ꝙ venia qñqꝫ ſumitur ꝓ lnia Eccle.xxvj.non des mulieri neqꝫ veniā ꝓdeundi ideſt licentiā vel libertatē ⁊ fa.C.de in ius vo.l.venia. qñqꝫ ſumit ꝓ indulgentia vel remiſſiōe vt hic ⁊ in.l.manicheos quā al leg.glo.⁊ dr̄ a veniēdo qꝛ venit a licentiante vel indulgēte.

¶ Glo.pma facit.iiij.exēplificat regulā.ſcd̄o declarat illā diſtinguēdo duplicē offenſaꝫ.tertio ſucceſſiue ſignat ⁊ ſoluit duo ꝯria.quarto exemplificat contrariū regule.

¶ In glo.j.ibi manicheos.ibi dicit peccati veniā penitētibus indulgem⁹.⁊ ibi quid ſit fugitiuus. Fugitiuus eſt q ea mēte diſcedit ne ad dn̄m redeat etiā ſi mutato ꝯſilio ad euꝫ reuertat.nemo eni tali pctō penitētia ſua nocens eſſe deſijt

¶ In glo.j.ibi in deū dicit Joā.mo.oē peccatū cōmittit in deum vt in pſal.tibi ſoli peccaui.ꝓpter qd̄ pmo neceſſaria ē ipſius remiſſio.ē etiā neceſſaria peccātis diſpoſitio. cū act⁹ actiuoꝝ ſcd̄m philoſophū ſit in patiente ⁊ diſpoſito.de⁹ ergo in venia peccati pncipalr̄ eſt agens inſtrumētale in hoc hō penitens qꝛ gratia diuina ꝓueniente fit adiutoꝛ dei ſcd̄ꝫ apl̄m.i.ad Coꝛin.iij.inducit illud auguſtini.q fecit te ſine te nō ſaluabit te ſine te.⁊ ſic ſoli contrito dat venia. ⁊ ibi quid ſit fugitiuus.⁊ ſic ſoluit ꝯrium qd̄ ſignat ad ꝯriuꝫ huius regule ⁊ regule.ſ.proxime.de.l.iſta.⁊ de.l.qui ea mente.ff.de fur.⁊ de.l.penul.ff.de bo.rap.per q̄ ꝓbat ꝙ coꝛrectio vel ei quirē reſtituit nō remittit pcti venia.aliō eni eſt remittere culpā q̄ꝫ penā vt ſequit.tn̄ Hy.ſ.c.primo dixit illud de iure ciuili hoc de benignitate cano.hic vō dicit ꝙ qꝛ facili⁹ ligat de iure diuino.ſ.p cogitationē cū firmo ꝓpoſito quā de iure ciuili vbi requirit actus ita facilius ſoluit. ¶ Queſtio hui⁹ regule poſita eſt ſup regula ꝓxima.

p

**Luralis.** xl.duoꝝ ꝯ ꝙ ſit contenta vno.ff.de codi.⁊ de.falſa. §.fi.vbi ſi lego ſtichū ⁊ pamphilū ſi mei erūt cum moꝛiar vn⁹ tantū qui me⁹ erat tpe moꝛtis cedit legato. Dicit Hy.ꝙ ibi nō dicit ꝙ pluralis locutio ſit vno contēta ſed ꝙ nō geminat ſignificationē ſingularis opando.ſ.ꝙ due ſinglares facerēt ad idē ff.de lega.iij.q ꝯcubinā.§.ſtichus.C.de impu.⁊ al.ſubſti.l. q̄uis. ¶ Prima glo.ponit exēpla ſcd̄o obijcit de vna.l.⁊ dupliciter ſoluit.tertio dicit in teſtib⁹ regulā ꝓcedere vbi numerus non adijcit ponēs.xvj.caſus.vbi plures q̄ꝫ duo requirunt.quarto dicit in ꝓnoibus regulam nō loqui. ¶ In glo.pma ibi pncipalr̄ vide in pre.decr.j.⁊ in.j.glo. ⁊ ibi vnicuiqꝫ.li.xij.recepti vltra numerū militantiū in ſacris ſcrineis p oꝛdinē quē ſoꝛtiti ſunt ponunt in locis deficientiū niſi poſterioꝛ p.xv.teſtes pmatū ſcrineo dignioꝛ foꝛte ꝓbetur.

¶ In pma glo.ibi ſi cer.pe.l.vlti.hec lex.C.reqrit tres teſtes.ſed autē.ſed nouo.ibi poſita reqrit.v.⁊ dicit quinqꝫ in l.pe.dic vt ibi no.⁊ ibi pſul.⁊.c.ſe.vide pleni⁹ de his in ſpe. de teſti.§.reſtat de numero.

b

**Ec regula** facit ꝓ opi.Inno. quā ſequoꝛ vt plene ſcripſi ō inſtru.cū Jo.in glo.magna ⁊ ſup gl.⁊ ita.ſ.ꝙ per duos teſtes repꝛobet iſtr̄m cū eni.l.optimā in fi.C.de ꝯhē. ⁊ cō.ſtipu.dicat p teſtes repꝛobari itelligā ō duob⁹. dec.ēt ſ.de ꝓba.dicit p fr̄es domus repꝛobatū intelligā de duob⁹ ⁊ qꝛ vbi.ſ.plene ſcripſi hic non inſto. Sciendū aūt ꝙ ſicut pluralis locutō eſt ꝯtēta duob⁹ ſic ⁊ ſingularis ꝯtēta ē vno ⁊ duos abhoꝛret maxime in mā̄ reſtringibili.huic ꝯuenit q̄ſtio.xliiij. Gof.que talis fuit.aliqs ab eodē ⁊ coꝛā eodē iudice conuenit diuerſis tn̄ libellis ⁊ ſup diuerſis reb⁹ iudex in actiōe ꝯdēnat ⁊ demū eodē ꝯtextu ꝯdēnat in altera ꝯdēnatus appellat ⁊ ipetrat ſup appellatiōe reſcriptū hui⁹ foꝛme.ꝯqueſtus eſt talis ꝙ talis iudex iniquā tulit diffinitiuaꝫ ſniam ꝯ ipſuꝫ a cui⁹ oia ad ſedē apoſtolicā appellauit.⁊ ſequit gn̄alis ꝯcluſio petit ipetrans p hoc reſcriptū vtranqꝫ ſniaꝫ reuocari. Ex aduerſo excipit ꝙ nō fuit appellatū ab vtraqꝫ.ſed ab vltima tm̄ q̄rebat an ſic excipi poſſit ꝙ poſſit allegat.v.⁊ quatuoꝛ in ꝯrium.tertio ſol.⁊ ꝯrijs rn̄debo.

¶ Quod ſic excipi poſſit ꝓbat p.l. cū in vna.ff.de ap. vbi dr̄ ꝙ ſi duplex ſnia fert in cā vna ſoꝛtis ⁊ alia vſuraꝝ duplex appellatio neceſſaria ē ne alterā agnouiſſe ⁊ ex altera ꝓuocaſſe videat. ¶ Scd̄o qui nō appellat ſnie ꝯ ipm̄ late acqeuiſſe vr̄.ij.q.vj. biduū circa fi.ff.qn̄ appellādū ſit.l.j.cū igit a pma ſnia nō appellauerit. nō eſt illi⁹ executio differenda ij.q.vj.ſi quis ex plurib⁹.cū ergo diuerſis libellis ſup diuerſis reb⁹ ageret tot ſunt ſnie quot ſunt res lꝫ vno verboꝝ cōtextu oēs ſnie ꝓferant ſicut ⁊ in ſtipulatiōib⁹ dr̄.ff.de verb. obli.qd̄ dr̄ ⁊.l.ſcire ⁊.l.plurib⁹.⁊ vide qōnē in tertio mēbꝛo ſup regula delictū.plures ergo appellatōes ſunt neceſſarie ſicut ⁊ plures denūciationes vbi plura ſunt opa.ff.de no.ope.nūc.de pupillo.§.ſi in plurib⁹ ſicut de appellatione dr̄.ij.q.iij §.notandū.vſic.ſi plura.ſic ⁊ excōicatus ꝓ pluribus cauſis oēs dꝫ expmere in abſolutiōe.ſ.de ſent. ex.cū ꝓ cā.⁊.c.officij.de offi.oꝛ.ex pte. ¶ Tertio facit ad qōneꝫ de ap.ſup eo.j.vbi per appellationē ſup exceptōe nō dr̄ appellatū in pncipali.qd̄ ſine illa termiari pōt. hec aūt ſunt talia cuꝫ vnū cū altero nil hēat cōe ergo ⁊c. ¶ Quarto bn̄ facit de pbē.is cui.j.rn̄.in fi.ſ.eo.li.vbi pꝫ ꝙ ſingulare nomē bn̄ficij vnū ſolū cōpꝛehēdit ⁊ nō duo facit etiā.ſ.eo.li.de re iudi.c.pe.j.rn̄.vbi ſi ponat ſingulare vbi reqrit plurale vitiat qd̄ agit. ¶ Quinto etiā ꝯſtat ꝙ ſi duo diuerſi iudices illas ꝯdēnatiōes feciſſent nō ſatis fuiſſet ab vna appellare ergo nec quādo per vnū.ff.ſi cer.pe.l.ſingularia.facit.viij.q.j.in ſcripturis de pe.diſ.iij.adhuc inſtant. ¶ In ꝯrium appellatio reſpicit omnia preterita de appel.ſcd̄o requiris.⁊.c.inqſitiōi.⁊ vna petitio multas actōes includit.C.de ān̄a.excep. ſi ex multis vna appellatio plures releuat.ij.q.vj. vſi. qñqꝫ ⁊.C.ſi vnus ex plurib⁹.l.ij.⁊.iij. ¶ Scd̄o cū nō ſeparatim facte ſunt condēnationes ergo ſufficit vna ſnia ⁊ ſic vna appellatio.ff.de appel.ſi qui ſeperati.j.rn̄.nam cū arbiter ꝓnūciat ſimul de plurib⁹ ꝯtrouerſijs ſe nō ꝯtingētib⁹ dicit vna ſnia.ff.de arbi.quid tamen.§.fa.de capel.mo.dilectus de pſcrip.auditis.⁊.c.veniens. ¶ Tertio vna verboꝝ ꝯceptio facit vnam ſtipulationem ſuper annuis preſtationibus.ff.ō dona.cauſa moꝛtis.l.ſenatus cenſuit.§.vltimo.

¶ Itē pl̄iuꝫ rerū donatio vna itelligit ⁊ ſi excedat coadunatio oium ſūmaꝫ qngentoꝝ aureoꝝ vna fit inſinuatio.C.ō do.ſancimus in fi.lꝫ ſit arg.ꝯ.ff.de iuriſdi.om.iu.ſi idē.j.rn̄.

¶ Quarto plures ſūme coadunate vnū conſtiuūt creditorem.ff.de pact.l.maioꝛē ⁊.l.ſi plures ⁊.C.qui bo.ceſ.poſ.l. vlti.⁊ ſic p oia hec ꝓbat ꝙ ex quo vno verboꝝ ꝯtextu vtraqꝫ ſnia eſt ꝓlata ſufficit vnica appellatio. ¶ Soluit ꝙ ex quo in reſcripto dr̄ de ſnia in ſingulari cum negari nō poſſꝫ plures fuiſſe ſnias q̄uis vno verboꝝ ꝯtextu ꝓlatas nō audiet niſi ꝯ vnā.ſ.cōtra vltimā vel ꝯ duriorē.facit.ff.de ſolu. in pmis.v.leges.nec ēt ante reſcriptum dicet ab vtraqꝫ ſnia appellatū p pre.l.cū in vna. Ad ꝯria nō rn̄det. tu dicas ꝙ due decretales pus allegate nō loquunt de appellatōe iterpoſita ſed de clauſula que illā remouet circa quā ponderat intētio ſcribētis. Itē ibi de vnico reſcripto cui⁹ ꝯriuꝫ eſſꝫ in duob⁹. h aūt de duob⁹ libellis duab⁹ inſtātijs ⁊ duab⁹ ſententijs. ¶ Ad ſcd̄ꝫ fateoꝛ ꝙ plures actōes vno libello potuiſſent itētari ſed ex quo ꝯrium eſt factū duplex dicit inſtātia.

¶ Ad tertiū fateoꝛ ꝙ appellatō vni⁹ ex ꝯdēnatꝭ ſocios releuat in caſu illoꝝ iuriū cū diſtinctiōe decre.pe.ſ.de ap. ſed hoc nō ꝯtingit caſuꝫ nr̄m. ¶ Lex ſi q ſepati. facit ꝓ cū hic fuerit ſepatim diffinitū ⁊ ſic ſit rn̄ſum ad reliqua. Dicemus ergo ꝙ lꝫ ſup oibus vna lis ⁊ inſtātia fieri potuiſſet ſic vna ſnia diffiniri de pꝛiuil.cū olim.ij.ex quo tn̄ fuerūt due in facto ⁊ due ſnie ab vtraqꝫ fuit appellandū ſicut ⁊ diuiſio pietatꝭ facit duo cimiteria q̄ poterant eſſe vnū.ſ.eo.li.de cōſe.ecc. vel alta.c.vno.⁊ duas domos ⁊ aliq̄lis diuiſio fundos vt pꝫ ff.cōia pdi.ſi qs duas.§.j.de leg.j.l.plane in fi. ⁊ de vna prebenda duas de pben.tue.vbi de h ⁊.c.vacāte.⁊ de vna ꝓuicia duas.ff.de offic.aſſeſ.ſi eadē.ſic ⁊ in ꝓpoſito diuiſio p libellos ⁊ inſtantias facit duas cauſas vel lites.

p **Jus ſemper.** xxxv. dy. ponit exēplū p legē qui quartā.ff.de leg.j.vbi ſi teſtōr itendēs legare quartā legauit dimidiū debet quarta q̄ ineſt.ꝛ ſi intendēs legare quinquagita legat centū idē. Item p.l.de verb.obl.l.j.§.ſi ſtipulanti. vbi ſi ſtipulanti qui iterrogat de.xx.rn̄det de.x.tȝ ſtipulatio de.x.ſȝ ꝯ eod.ti.iter ſtipulantē.j.rn̄.vbi ſi dicat ꝓmittis ſtichū aut pamphilū ꝛ de pāphilo rn̄det ſtipulatio eſt iutilis q̄ſi iterrogatō nō ꝯceſſerit.ergo min⁹ nō ꝯtinet in pl̄i. dicit Dy.ꝙ nō eſt illa rō ꝙ nō ꝯtineat ſed querēdo de duob⁹ ſtipulari vult vtrūqȝ ſub conditiōe ſi alterū nō det.rn̄ſio de altero ē pura ꝛ ſic eſt diuerſitas in qualitate q̄ ſtipulationē reddit inutilē.ff.de v̄b.obli.l.j.§.ſi qs ſimpl̄r ꝛ de hoc in fi.gl.ꝛ dicebat Jo.mo.idē in caſu ꝯuerſo ſi ſtipulanti de ſticho rn̄detur de ſticho aut pāphilo de fideiuſ.grece.§.ſi qs ſtichum. ¶ Si quis vō ſtipularet ſtichū ꝛ pāphilū ꝛ rn̄deret ď ſticho tm̄ bn̄ valet in ſticho.nam vt dicit oīs copulatiua ē plures.ff.de v̄b.obli.q̄ð dī valet ergo in ſpē vel ſūma.q̄ cum ſtipulatione ꝯcurrit.ff.de v̄b.obli.l.j.§.ſȝ ſi mihi ꝛ.l.iter ſtipulantē.§.diuerſa. ¶ Prima gl.dicit vn̄ ſumpta ꝛ ponit exēpla ꝛ ꝯiungit alias duas regulas.ſcðo ſignat ſucceſſiue duo ꝯria ꝛ ſoluit.tertio ponit caſuȝ exceptum ꝛ exponit de quo pl̄i loquat regula. ¶ In.j.glo.ibi in eo q̄ð plus loquit cuȝ ſemp ineſt min⁹ ꝛ ibi.§.ſi plures.caſuȝ habes in.c.ꝓxio all'. ¶ In.j.glo.ibi min⁹ qualitate ꝛ ſic ſoluit ꝯrium de.l.ſolemnus.ff.de iudi.§.latrūculatoꝛ vbi cōcedit merū iperiū ꝛ denegat cognitio ciuiliū.nā ille ſunt ſpēs diſtincte vt no.ff.de iuriſdi.om.iud.l.imperiū.ꝛ ſic vna cōceſſa noiatim denegata ſit altera.arg.C.de ꝓcur.maritus Dy.

b **Hic regule** coaptat q̄ſtio dn̄icalis xxiij.qua q̄rit ſi eccl'ia dȝ alteri eccl'ie annua.xx.ꝛ p.xl.annos ſoluit ſola.x.an poſtea petere poſſit eccleſia integra.xx. allegat tria ꝙ poſſit.ſcðo q̄tuoꝛ ꝙ nō poſſit.tertio dat ſolutio Bar.diſtinguēs ſubdit dcm̄ Accur.ꝛ remiſſio Guil.ꝛ Dy. diſtinctio in fi.ſup duob⁹ dubijs fit remiſſio. ¶ Quod petē poſſit allegat.ff.de ſerui.ru.pre.vna eſt via ꝛ de ſerui. vt pomuȝ §.j.ꝛ queād.ſerui.amit. ſtillicidij in fi. q̄d dicāt iſte tres leges vide in ſuffra.de pſcri.auditis ſup gl.pe.ꝛ illis ꝯcoꝛ.ff. ſi ſerui.ven.ſi eo loco.§.fi.ſi ergo p partes retinet ſeruit⁹ vt ibi ita ꝛ hic p partē debiti ſolutā ius in toto retineo. ꝛ facit ff.de fur.vulgaris cañ.de.pe.di.j. ¶ Scðo publice factiones vel ciuiles cañ.pſcribi nō poſſunt.xvj.q.iij.in.l.iubem⁹ .C.de pſcri.xxx.vel.xl.an.l.cōpetit.circa fi.ergo nec iſta pēſio cū eccl'ia eq̄paret reipublice.xvj.q.iij.§. pōt.xxiij.q.iiij. quid ergo. ¶ Tertio eccl'ia nō ſoluēdo totū ꝛ ſoluēdo ꝑtem habuit malā fidē.ꝛ ſic pſcribere nō potuit de pſcript. q̄ñ oē.S.eod.poſſeſſoꝛe. In ꝯrium ius epale ꝓ pte pſcribit de pſcrip.auditis.ꝛ.c.cū olim ſic ergo ꝛ pēſio iſta ꝓ pte pſcribi potuit p eccleſiā ſoluentē. Scðo ꝓ hac pte facit.ff.q. mo.vſufruc.amit.l.placet vel certe ptis vel ꝓ indiuiſo vſu fru.nō vtendo amitti.ꝛ.l.is q vſufr.hȝ. q̄d dicat videbis in ſolutione facit ēt.ff.de vſu.qui ſemiſſes.§.aduerſus.ff.de aq̄ co.ꝛ eſti.l.j.§.trebati⁹.ꝛ q̄ð de ſepabilib⁹ dicam.j. eo. vtile. ¶ Tertio videt eccl'ia ſuo iuri renūciaſſe tanto tpe medietatē recipiēdo de ꝓuile.ſi de terra. Item ſi totū pſcribi pōt ergo ꝛ pars de offic.dele.paſtoꝛalis.§.j.de donat.iter vir.ꝛ vxo.nup.ff.de rei ven.que de tota. ¶ Quarto ſi ſpāle eſt in tributis ꝙ ſoluēs min⁹ q̄ȝ debeat nō pſcribit.C.de pſcript. xxx.an.l.cōpetit ergo in alijs ſecus ꝛ vr̄ expl̄ſſuȝ de cēſi.oli. Soluit Bar.ꝙ ſi.x.que ſoluebant ex vna cā debebant ꝛ illa que nō ſoluebant debebant ex alia in illis.x.vr̄ pſcriptuȝ ſed ſi ex eadē cā debebant vr̄ eccl'ia ſoluēs partē agnoſcere totū debitū.C.de pſcrip.xxx.vel.xl.an.cū notiſſimi.§.penul. Accur.ibi in fi.j.gloſ.ſimpl̄r tenuit nō pſcribi allegat.C.de nō nu.pe.l.cū fidem vbi ſoluēs partē debiti vel vſurarū amplius nō opponit pecuniā nō numeratā. Ad idē induci pōt q̄ð dicit lex de pꝛe q ſoluit partē debiti a filio ꝯcti qꝛ ceſſat macedonianū.ff.ad mace. Itē ſi fili⁹ al's ſed iulianus.§.fina. ¶ Ad glo.ꝓdictā remittit Guil.in ſpe.de pſcrip. v̄ſic. q̄d ſi cuȝ deberē ſed alibi.ſ.de locato.§.nūc aliqua. v̄ſi.xliij.ad l'ram ponit ꝓdictā ſolutionē Bar. ¶ Sed Dy.cui⁹ dictū ponit Cy.in ꝓdicta.l.diſtinguit aut eſt vna ꝓſtatio aut ſūt plures ꝓmo caſu aut ego q recipiebā.x.tm̄ ſciebā eū teneri ad.xx.ꝛ tunc retineo ius in alijs.x.ꝛ eo caſu accedat hec regula qꝛ cum min⁹ ꝯtineat in plurali recipiendo ſciēter pteȝ retineo poſſeſſionē toti⁹ per ꝓus allegata.ſi aūt credebam eū teneri ad.x.tm̄ tūc mihi ꝓiudicat.ſic diſtinguit lex in vſu fructuario qui tm̄ vtit ꝛ nō fruit.ff.qui.mo.vſufr. amit.l.is qui vſufructū ꝛ rō ſcðm eū qꝛ nō videoꝛ habuiſſe animū mihi obligandi vel retinēdi ſeruitutē quā ignoꝛo.ff.queādmodū ſerui.amit.ſi cōem.ꝛ.l.vna eſt via. Scðo caſu q̄ñ erant plures ꝓſtationes tūc p vnā ꝓſtationē alias nō retineo ſed eas perdo.ff.de aqua plu.l.ſi ꝓus in ꝓn.vbi dī ꝙ ſi mihi habenti ſeruitutē aque nocturne ducende poſt eā cedit duct⁹ diurne.ꝛ ego per cōſtitutū tps vtoꝛ tm̄ nocturna perdo ſeruitutē diurne cuȝ plures ſunt ſeruitutes ꝛ diuerſaꝝ cauſaꝝ. ꝛ vide q̄ð dixi in ꝓdicta dec.auditis de pſcript.ſup glo.pe. ¶ Ex ꝓdictis autē incidunt duo dubia an ſi eccl'ia illa.xx. ſoluebat ꝓ emphiteoſi ſoluēdo partē tm̄ poſt tpus iuris ꝑdat reȝ totā vel partē vel nihil de quo vide in ſpec. de loca. .§.nūc aliqua v̄ſic.xxix.ſaluo ſemp q̄ð dixi de reli.do. conſtitutus ſup glo.hoc iō ſcðm an.debēs annua.xx.ꝓmo anno q̄ ceſſauit incipiebat pſcribere ꝓ annis ſequentib⁹. an quolibet anno inchoetur illius anni preſcriptio de quo ſatis.C.ď preſcript.xxx.cum notiſſimi.§.fina.ꝛ in ſpecu.de locato. pre alleg.§.v̄ſic.xij.ꝛ vide quod dixi poſt Gof.de pſcrip.auditis ſuper v̄ſic.ſolutionem.

p **Poteſt quis.** lxviij.dicit Dy.regulā reſtringendaȝ ad ea que poſſunt per alios explicari alle. q̄ð no.ff.de vi ꝛ vi ar.l.j.§.quotiēs. Jo.mo. dicebat hic tenendū caſuȝ p.l.j.de ꝓcura.quā alleg.glo.tamen ſcðm diſtinctionē legis ꝓme.ff. an per alium ap.cau.exer.poſ.que diſtinguit inter pecuniariā etiam ex q̄ irroget ignominia ꝛ capitalē vl' ex qua pena debet vſqȝ ad relegationē.ꝓma per ꝓcuratoꝛē debet tractari.ſcða nō. de hoc vide q̄ð ſcripſi de accuſ.veniens ſuper ꝓma glo. ¶ Prima glo.ponit exempla.ꝛ.xvj.caſus exceptos. ſcðo ponit.v.caſus exceptos a regula conuerſa ꝛ rōnem ipſoꝝ reddens adiungit duo ſimilia ꝛ dicit regulā qui facit nō eē ſupfluā in fine arguit ꝛ remittit. ¶ In ꝓma glo.ibi.l.j.§.ij. vſus ꝓcuratoꝝ per qua neceſſari⁹ eſt vt qui rebus ſuis ſupeſſe poſſunt vel nolūt per alios id poſſunt.ꝛ ibi arethuſa. ſi mulier cui libertas relicta ē ſi.x.titio dederit in momēto q̄ parit illa det titio per aliū ꝓles eſt libera.ꝛ ibi.§.ne autem. vide de offic.deleg.c.vlti.in.iij.glo.ꝛ ibi inter artifices vide de preſcrip.cum dilecta in glo.iij.ꝛ ibi in fi.in caſu ſcȝ nō neceſſario habet abeſſe vult.l.j.ꝛ ibi imperatoꝛ ꝓpter partuȝ differt matris dānate ſuppliciuȝ. ꝛ ibi Ariſto.per pꝛimum creditoꝛē hȝ poſterioꝛ ius diſtrahendi q̄ð ex ſui perſona nō haberet.ꝛ ibi.§.ſi tutoꝛ qui legatū pupillo per ipſi⁹ tutoꝛis patrē accepit vt tutoꝛ nihilomin⁹ agit de inoffi. ꝛ ibi queſitū vide eo.ti.ꝙ alicui ſuo in gl. ¶ In.j.glo.ibi.l.j.§.ij.ꝛ ibi de hoc ꝛ.ff.de admi.re.ad ci.perti.l.ij.in.j.glo.ꝛ ibi.l.vlt.§. pe. Item violentū ſtati pōt de poſſeſſiōe expellere per ſe tm̄ nō per ꝓcuratoꝛē.ff.de vi ꝛ vi ar.l.cū fundū Dy.ꝛ ibi nō ꝓme vt dixi de ſen.ex.ſacro.ſup fi.v.glo.vbi etiā allegat.ff.de neg.geſt.at.qui natura.§.cū me ꝛ ibi.q.iij.c.vlt.ꝛ idem in illuſtri.C.de ꝓcur.l.pe. Dy.ꝛ ibi q̄ſitū.multa exēpla q̄bus lȝ alieno noīe q̄ð nō lȝ ꝓꝓrio vide.j.eo.quod alicui ſuo in ſcða parte q̄ōnis ꝛ ibi de effectu iam facti idem ibi Dy.

b **Hec regula** facit ad queſtionē quam diſputaui poſt dominum meū do. Marſi.quam ſic ꝓponebam queritur an compaternitas contrahat per ꝓcuratoꝛem. ¶ Et ꝓmo pro affirmatiua

ꝓ affirmatiua allegat quinq; coniuncti ⁊ tria diuiſim. ſe
cundo ꝓ negatiua ecōuerſo tria ꝯiūctim ⁊ .v. diuiſim.tertio
ponet ſolo. Itē ꝯria opi. ⁊ eius approbatio alterius qōnis
ſolo ⁊ ꝯriorū rñſio. ¶ Videt ꝙ ſic ꝙ edictū de ꝓcuratore
ꝯſtituēdo ꝓhibitoriū eſt.ſ.eo.li.de ꝓc.c.j.in ꝑn.ff. de ꝓcur.
mutus.§.j. ⁊ ꝓcurator ad oia negocia ꝯſtitui pōt.ff.de pro
cu.l.j.ergo ad ꝯpinitatē ꝙ dicens oia nil excludit.xix.di.c.
i. ⁊ hoc iuris bñficiū de ptāte ꝯſtituēdi nulli dȝ auferri.e. ti.
indultū. ⁊ ibi ꝯcor. Item pōt qs p aliuȝ qḋ p ſe.vt hic ⁊.c. q
p aliū. ſicut qs p aliū poſſidet ⁊ iueſtit de preſcrip. ſi dilige
ti de preben.accedens ⁊ ſpūale ⁊ carnale matrimoniū p pro
curatorē ꝯbit de primo de elec. ꝙ pp ſcriptum. ⁊.c.ꝯgrega
to de ſecūdo.ſ.eo.li.de ꝓcur.c.fi.ſm Marſi. ¶ Fortificat
hoc vltimū ꝙ carnale matrimoniū eſt vnū ex ſeptē ſacramē
tis:ſi igit ſacramenta p ꝓcuratorē ꝯtrahunt fortius ſacra
mentalia qualis eſt hec cognatio. ¶ Ad premiſſa addunt
tria. Primū ꝙ lȝ cōpr̄nitas reqrat actuȝ ⁊ vbū vt.j.ꝓbat
h̄ nō ipedit dari p ꝓcuratorē.nā ⁊ iuramētū reqrit actū cor
poralis tacture ⁊ verbū ⁊ tamē p ꝓcuratorē pſtatur.primū
pȝ.j.q.vij.quotiēs.j.de cōſe.di.ij.ego de iureiur . ego eniȝ ⁊
de elec.vt circa.li.vj. Item pȝ ex priuilegio epoꝝ q certis ca
ſibus nō tangūt,xj.q.j.non flagitet de iura. calū.c.fin.C.de
epi. ⁊ cle.autē.ſȝ iudex.ſm ꝓbat.lxiij.di.tibi dño.c.di. opta
tum.xvij.q.iiij.metuētes.ſ.eo.lib.de elec.ꝓcurator de iura.
calū.c.fi.de iureiur.c.fi.de ſta.re.c.vno.§.verū. ¶ Secūdo
pȝ idem in ꝯſecratōe epoꝝ ⁊ ordinatōe clericoꝝ in qbus lȝ
reqrat verbū ⁊ actus tamē demandat. primū pȝ.lxxv.di.or
dinatōes ⁊.c.qḋ die de ſacra vnc.c.vno ⁊ ti.ſe.c.j. ⁊ vl.ſcōm
probat.lxiiij.di.c.iij.lxxj.di. p totū de offi.or. ꝙ ſedē ḋ elec.
ſuffraganeis de cōſe.ec.vel alta.aqua. ¶ Tertō ꝯſtat ꝙ ex
facto viri acqrit vxori cōpaternitas ignorāti imo etiā ꝯdi
centi vt vi.xxx.q.iiij.ſi qs vnus.eo.ti.martinus ⁊.c.j.ſ.eo.li.
fortius ergo p ꝓcuratorē acqri dȝ dño volēti ⁊ mandāti ad
hoc de ſpon.ſicut tuis de bapti.maiores de homi . petrus ⁊
qḋ no.ſ.e.is q tacet. ¶ In ꝯriū pñtia ⁊ tactꝰ reqrit vt ꝓba
tū ē ⁊ leuatio.xxx.q.iiij.c.vl. Itē pariſicant carnalis gnātio
⁊ ſpūalis de bap.debitū.ſȝ in carnali reqrit actꝰ pris.ergo i
ſpūali actꝰ pr̄ini. Itē in crialibꝰ ⁊ arduis nō dat ꝓcurator ḋ
ꝓcu.tue.de accu.veniēs de elec.cupiētes.ergo nec hic cum
circa maiora cautius ſit agendū pp maius piculum de elec.
vbi periculū in ꝑn.cū ꝯcor.ſȝ Marſiliū. ꝓbat hoc fortius
ex deſcriptōe cognatōis que dr̄ ſm oēs attinētia ꝓueniens
ex ſacramēti datōe vel ad id detentōe ⁊ no. de cogna. ſpūa.
ſ.eo.li.c.j.ergo q non detinet vel leuat nō pōt eſſe cōpr̄.vñ
canones antiq de h̄ vtunt his vbis.ſuſcipit accipit:tȝ leuat.
xxx.q.j.in primis.v.capitulis ⁊.c.oēs ⁊.q.iij.c.j.ij. ⁊. iij. ⁊.c.
poſt ſuſceptū ⁊.q.iiij.ſi qs vnus.hiſdē verbis vtunt dec.eo.
ti.c.ij. ⁊.c.martinus ⁊.c.ꝯcto.c.cōueniens.eo.ti.c.j. ⁊ vl.lib.
e.interdū gemināt ſic accedit ⁊ ſuſcipit vt pdi.c.vl. ⁊ de cō.
di.iiij.nō plures. Itē canones ātiq dicūt ꝙ pr̄inus offert rñ
det geſtat profitet.de cōſe.di.iiij.illud ⁊.c.ſe. ⁊.c.hi q ⁊.c.q
ris vltra mediū ⁊.c.mater eccleſia.p que ꝓbat coniuncta ꝙ
ꝓpria pſona maius oblatio ⁊ rñſio reqrunt ergo ꝓcurator
non dat vel p aliū nō expedit ad hoc de ap.cū parati de he
reti.c.ij.j.rñ.li.eo.de elec.cupiētes.e.li.C.de teſta. hac ꝯſul
tiſſima ⁊.l.cum antiqtas.C. de iure deli.ſancimus.§.finaūt.
¶ Secūdo ꝯſtat ꝙ in baptiſmo reqrat perſonalis imerſio
batiȝandi hic eſt ꝙ adultus nō poſſet p ꝓcuratorē recipere
baptiſmū.eque ergo requirit pſonalis detentio patrini. pri
mū ꝓbat ex forma baptiſmi.de bap.c.j.ibi ego te batiȝo ⁊c̄.
te quaſi nō aliū in pſona tui bene facit ꝙ adultus q bapti
ȝatur p ſe reſpondet nō p aliū. ſic ergo patrinus puuli p ſe
teneat ⁊ rñdeat primū pȝ de cōſe.di.iiij.cū puulis ad idē.ff.
de admi.tu.l.j.poſt pncipiuȝ. ¶ Tertio ꝓbat ſic:cognatio
nis tres ſunt ſpēs carnalis legalis ⁊ ſpūalis prima diuidi
tur in ꝯſanguitatē ⁊ affinitatē.ſecūda in adoptioneȝ ⁊ arro
gationē.tertia in pinitatē ⁊ ꝯpinitatē ⁊ affinitatē vt ſcripſi
ſup Rica.e.tit.ſȝ prima quo ad neutrā ſui ſpēm ꝯbi pōt per
ꝓcuratorē quod pȝ p ſe ⁊ ex deſcriptiōibus cōſanguinitatȝ
⁊ affinitatis quas dedi ſup arbore. Iteȝ nec ſecūda quo ad

aliquā ſui ſpēm.ff.de adop.l.neq; ⁊.l.poſt mortē.§.neq; er
go nec hec tertia al's turpis eſſet hec pars vniuerſo cogna
tioni non congruens.viij.dif. que ꝯ de ſpon.dudum.c.fi.
¶ Quarto certū eſt ꝙ cognatō ſpūalis hȝ inducere ipedi
mentū matrimoniū dirimēs lȝ ex ꝯſtōne eccl'ie . nec ob.xxx.
q.j.nō oȝ vt ibi no.ſed hec ipedimēta vltra caſus expreſſos
a iure nō ſunt inducēda pp indiſſolubilitatē matrimonij de
qua de voto.c.vno.li.eo.ad hoc de teſti.lȝ ex quadam.
¶ Quinto ad hec inducūtur illa ſpālia notata hic in gloſ.
non cōfiteor ſacerdoti p aliū de pe.di.j.quē penitet nō adit
hereditas p ꝓcuratorē.ff.de acq.here.ſi pupillus.§.paulus
rñ. nec p aliū petit maſculus veniā etatis.C. de his q ve.e.l.
ij.nec ſubſtituit datus ad certū miſteriū vt matrimoniū ꝯhē
dum pmū de offi.dele.c.fi.C.de cadu.tol.l.vna.§. ne aūt. ſȝ
de ꝓcu.c.fi.li.eo.ex qbus ſic ꝯcludit ad caſuȝ noſtrum facit
ad idem.C.de vin.libe.l.iij.ff.de admi.tu. obligari.§.fi.
¶ Puto ꝯpinitatē per ꝓcuratoreȝ ꝯhi poſſe p pma iura.
¶ Arch.no.ꝯrium.eo.tit.c.j.li.eo.p iura que vtunt verbo
ſuſceptōis ⁊ p.c.oēs.xxx.q.j.ibi nobis ſuſcipiētibus vel im
mergētibus ⁊ p.l.ḋ ado.ſ.allegatā. Ego approbata ſolōe
dñi mei hāc ſcōam approbo p.c.de his .xxx.q.j. ibi exponit
tex.qd ſit tenere puerū in ſacro dicens ꝙ tenere eſt ſupra ſe
ſubſtinere ad idē.c.ad limina.qḋ ibi ſeqtur dū dicit ꝓprijs
manibꝰ retinēdū ſuſcepit. ſȝ ꝙ ibi vr̄ factū narrare meliꝰ pri
mū cap'm. Idem dico p ea que.ſ.dixi de cognatōe cū eni le
galis ideo nō fiat p aliū ꝙ nāȝ imitat eadē rōne nec ſpūalis
p que dico ꝓcuratorē ipm ⁊ nō ꝯſtituētē ꝯpatrē eſſe nō ob
ſtāte ꝙ forſan hoc nō itēdebat qḋ tollit p.c.xxx.q.j.c.j. ⁊ p
dec.ij.eo.ti.ex qbus pȝ ꝙ ſi intēdēs fieri cōpater meus cre
dens filiū meū leuare leuat filiū tuū nō meus ſȝ tuus ꝯpater
eſt.ſepe eni ex id qḋ agit ⁊c̄.ff.cōmo.ſi is q ad fi. de deſpon.
impu.c.vno li.eo. ⁊ ſic ſoluta ſit qḋ ſm aliuȝ intellectū eiꝰ q
eſt an procurator leuans nomine alieno ſit compater.
¶ Ad ꝯria rñdet ⁊ dici poſſet ad primū ꝙ lȝ ꝓhibitorium
ſit edictū quo ad pſonas.ſ.ꝯſtituentes ⁊ cōſtituēdas.nō tñ
quo ad caſus qḋ ꝓbant iura alle.vel al'r ad id ⁊ ad q̄tuor q
ſequunt ⁊ ad id qḋ dictū eſt de iuramēto dic ꝙ illa regula
ria fallūt in hoc caſu pp imitatiōeȝ quā hȝ ſpūalis cognatio
ad carnalē vt dictū ē. ¶ Ad id qḋ de mr̄imonio dr̄ rñdet
ꝙ lȝ ſit ſacramentū tamē eſt ꝯctꝰ q conſenſu pficit qua rōne
p ꝓcuratorē ꝯtrahit. Item magis eſt in eo oportunū ꝓcura
toris officiū ꝙȝ hic. poſui exemplū de rege frācie q nup p ꝓ
curatorē ꝯxit cū dña clemētia pone in ſtudēte q vult in pti
bus ꝯhere.nec vult ſtudiū exire ⁊ in ſiſibus. ſȝ hoc nō eſt ne
ceſſariū ꝓcuratoris offm̄ ꝙ alius eſſe poterit patrinus.nec
etiā eſt de ſb̄a ſacramēti aliquē eſſe patruū in leuādo. Item
nego pfectionē ſacramti matrimonialis fieri p aliuȝ ꝙ nō ē
pfectū ſacramētū vel ipſius ſignificatū ante cōſumationeȝ
vt ſatis pȝ.ſ.de biga.debitū que cōſumatio p ꝓcuratorē nō
fieret ꝙ non cōmiſcerent corpora coniugū qḋ reqrit vt pȝ.
ad id qḋ di de cōſecratōe epoꝝ ⁊ ordinatōe clericoꝝ dic ꝙ
eps ꝯſecrans vel ordināſ non recipit horū ptātē a mandā
te ꝙ illā prius habebat ex ordine qḋ dic vt in pre.dec. qḋ ſe
dem ⁊.c.aqua ⁊ de trāſa.c.j. ¶ Ad id qḋ dr̄ cōpaternitatē
acqri ꝯiugi ignorāti. Rñdet ꝙ p id iducit ipoſſibilitas pp
carnis vnionē ſicut eni illa cognatio nō ꝯſiſtit in ſola manu
q tetigit vel leuauit ſic nec in ſolo corpe viri q ꝯiugi eſt vna
caro de ꝯuer.ꝯiu.ad apoſtolicaȝ.Seqtur.c. preſumitur ⁊c̄.

## Reſumitur.

xlvij.vt dic Hy.ad ignorātiā fci reſtri
p gitur hec rl'a. ⁊ ſm eū pōt poni exemplū ḋ tu
tore qui pſumit ignoraſſe ſe tutorē datū.ff.de
admi.tu.hoc aūt.ſignat ꝯrium ꝙ non pſuma
tur ignorātia facti ꝙ ſi defunctus ſciebat reȝ
alienā heres pſumit ſcire.ff.de diuer. ⁊ tem.pſcri.l.cū heres
de publ.ſi ego.§.partus. dicūt quidā ꝙ ꝙ heres repñtat p
ſonā defuncti ſcia illius cōtinuat pſona heredis. Hy . dicit
ꝙ ſi heres p ignorantiā quā alleg. contendit lucrū captare
preſumit ſcia ꝯtinuata vt in ꝯrijs. ſi tractat de dāno vitādo

ſecus.eo.ti.cũ qs.ff.e.q in alteri⁹ ⁊ pp hoc remittit ad diſtin
ctionez quã poſuit.ſ.eo.ignorantia. ¶ Prima glo. ponit
exempla.ſecũdo ꝯria ⁊ ſoluit remittẽdo. tertio dicit regulã
ceſſare i his que qs ſcire vel indagare tenet̃ ⁊ in his que ſũt
iuris nãlis intermittens:de virtute huius ꝑſumptionis ⁊ de
triplici mõ ꝓbandi ignorãtiã. ¶ In.j.glo. ibi verius preſu
mitur teſtator ignoraſſe rẽ alienã ⁊ iõ legatarius ꝓbat illuz
ſciuiſſe.⁊ ibi in.l.ij.nãli rõne patronus ipſorũ parẽtibus ⁊ li
beris debet̃ reuerẽtia.⁊ iõ ruſticitati vocãtis i ius non ꝑcit̃
¶ In glo.j.l. verius qd dicat.ſ.dixi. ſic ⁊ dñs ꝑſumit̃ igno
raſſe cũ ſeruus ſuſcipit militiã.C.qui mi.nõ poſ.ſuper ſeruis
Dy.⁊ ibi ꝑ totũ ad idem.ſ.de cri.fal.ad falſarioꝝ in ꝑnc.⁊
ibi neceſſario ad hoc exemplum ⁊ ſequens facit.ff. de his q
ſui vel alie. iur.ſunt.l.filium.

b **Ec regula** facit ad qõnem quã diſpu
taui poſt Ja.can.boñ.quẽ
nõ vidi quã ſic ꝓponebã. iudex recepit teſtes ꝯ
abſentẽ ad domũ citatũ ſz non inuẽtũ querit̃ an
receptio valeat ad affirmatiuã allegant̃ tria.quoꝝ vltimum
adiuuabo ꝑ iura gloſas opiniones ⁊ euitationẽ abſurdita
tis.ſecũdo in ꝯrium allegant̃ tria iura ꝯiunctim que iuribus
gloſis ⁊ opinionibus fortifico.tertio ponit̃ obſcura ſo. Jo.
quã determinãdo mãm ꝓſequor diſtinguẽdo opponendo
⁊ rñdẽdo qõnẽ ſoluã diſtinguẽdo. ¶ Quod valeat ꝓbat̃
ꝑ auctoritatez iudicis q illos admiſit.ff.de mino. ait ꝑtor.§.
qd tamẽ.C.q admit.ad bo.poſ.l.bonoꝝ qbus iungas decr.
cũ iter in fi.de re iudi.⁊ eo.ti.ſicut.Secũdo qꝛ ꝑ aduerſariũ
factũ vr̃ quo minus eo ꝑñte.C.de iudi.ꝓperandũ.§.cũ aũt i
autẽ.vt oẽs obe.iu.§.ſi qd col.v. videt̃ eni poſt litem motaz
abſentia malicioſa de offi.dele.cõſultationibus. ¶ Tertio
qꝛ ꝓbant multa iura ꝙ ſufficiat citatio ad domũ de cle.non
reſi.ex tue.de do.⁊ ꝯtu.cãz cũ olim ⁊.c.fi.de eo q mit. in poſ.
c.fi.ff.de dam.infec.l.iiij.§.ꝑtor.⁊.§.totiẽs.ff.de li. agno.l.j.
in ꝑnc.ſm Ja.ad idẽ.ff.qđ vi aut clã.l. aut q aliter.§.j.C.de
an.ex.vt ꝑfectius.C. de iudi. ꝓperãdũ.§.ſinaũt ex geſtis.ff.
de no.op.nũ.de pupil.§.nũciationẽ facit qđ no.ff.qñ ap.ſit.
l.j.in fi.ff.que ſen.ſi ap.nõ reſci.l.j.§. Itez cũ ex edcõ de reſ.i
inte.l.fi.in fi.mage glo.de iu.⁊ poſt edictũ in fi. ma. gl.iij.q.
ix.caueãt de exceſ.prela.ex lr̃is in glo.no.qđ apte facit.ff.de
exc.tu.ſcire.§.j.ibi vel in faciẽ vel ad domũ ꝑ qđ etiã fertur
Dy.hoc tenuiſſe ꝙ ex vi illius alternatiue ſufficiat alteruz qđ
cunqz ſit ex illis hoc eo.ti.in alternatiuis cũ ꝯcor. Ad idez
qđ no.Guil.in ſpe.de ap.§.ſeqtur ver.cautus etiã ſic ⁊ de ci
ta.§.ſeqtur v̇.ſz nũquid ſufficit aĺs ſequeret̃ ꝙ latitãs in do
mo nõ poſſz citari cũ nõ poſſit citãs domũ ingredi.ff.ď i ius
vo.pleriqz ⁊.l.ſe.nec inuituz de domo extrahẽ.de re. iur. ne
mo de domo.facit etiã ad hanc ꝑtẽ vt lit.nõ ꝯte. qñ in ꝑn.
ibi ſi nõ ſit abſens abſqz malitia ⁊c̃. per que ꝯcludit̃ ꝙ vale
at receptio.Quod non valeat ꝓbat̃ de teſti.c.ij.cũ ſit facta
ꝯtra ſolitũ ordinẽ iudiciorum.C.de ſen.⁊ iter.l. ꝓlatuz nec
auctoritas iudicis excuſat in illicitis.C.de ap. qñ. ⁊ qa nec
videt̃ cõtumax qui vocẽ ꝑconis nõ audit.ff.que ſen.ſine ap.
reſcin.l.j.§.item cũ ſm Jac. ¶ Adde.⁊.ff.de in integ.reſti.
l.pe.C.qñ ⁊ quãdo iu.autẽ.qui ſemel.primũ fortificat lex i
cor.autẽ.de teſti.col.vij.§.pe.vbi notat lex volũtatẽ ꝑ trinaz
recuſationẽ ⁊ audaciã citati nõ veniẽtis que oia nõ vidẽtur
cõgruere citationi facte ad domũ ſz ꝑſonali. ignorãs eni nõ
poſſet dici nolens ꝓteruus recuſans vel audax ad hoc.ff.de
re.iur.non põt videri improbus q ignorat ad idem eo.tit.q
in ius.§.j.ad idẽ inducit̃ de fo.cõpe. romena.§. cõtrahẽtes
ibi ꝯtẽnat.⁊ ibi quo minus ꝑueniat ad eoſdẽ ſatis etiã facit
vt lit.nõ ꝯte.qñ.§.ſi aũt.vbi etiã in cã matrimoniali nõ ꝓce
ditur ꝯ abſentẽ q cõtumax nõ eſt ⁊ quẽ non apprehendit ci
tatio ad idem inducit̃ glo.ꝑalle.§.pe.in cor.que incipit.i. di
cere que videt̃ velle ꝙ receptõi facte ꝯtra vocatũ q nõ erat
in ciuitate opponit̃ abſentia.plus vr̃ velle glo.ante pe.ꝑ ďc.
ſecũde de teſti.ꝙ dato ꝙ fuerit vocatus ſi iuſte impedit̃ nõ
valeat receptio.Quid plura decretales ⁊ q̃ttuor leges pri
me.ſ.in ꝯrium alle.in.ver.iij.faciũt pro hac ꝑte ⁊ plane pro
bant citationẽ ad domũ fieri in defectũ qđ etiã tz Hoſtien.
in pre.dec.cãm quoꝝ iuriũ tex.cauſa breuitatis hic nõ inſe
ro ſed videat ſtudioſus ex quibus ꝯcluditur hic ꝯrium.
¶ Dic ꝙ ex quo fuit legitime requiſit⁹ valet receptio ꝑ iu
ra prius alle.ſm Ja.neſcio qd intendat Ja.an ꝙ ꝑcedente
legitima requiſitõe valeat citatio ad domũ qđ de plano cõ
cedo an ꝙ ipſa citatio ad domũ ſit legitima reqſitio ⁊ ſuffi
ciat ⁊ hoc eſt quod querimus.Et ſciendũ ꝙ Inno.ſatis tñ
cõfuſe tractauit de citatõe ad domũ de eo q mit. in poſ.c.fi.
ex cui⁹ verbis colligit̃ ꝙ citatio ad domũ ſufficit quo ad miſ
ſionem tedialẽ.Item ꝙ poſt lit.ꝯte.ſufficit talis citatio etiã
quo ad diffinitiuã ferendã ⁊ idem quãdo malicioſa eſt ab
ſentia vt poſt ſatiſdationẽ iudicio ſiſti vel poſt cõparitionẽ
vel citationẽ vel ante citationẽ tamẽ doloſe vel eſt talis qui
dz adeſſe vt clericus in eccleſia: ꝯiunx ꝯiugi:qbus caſib⁹ va
lebit citatio ad domũ tamẽ ſolũ ad illuz finẽ ad quẽ valeret
ꝑſonalis.ille ergo ꝓceſſus q fieri non poſſet ꝓpter cõtuma
ciam ꝑſonaliter inuenti etiã fieri non poterit ꝓpter cõtuma
ciam ad domũ citati alias non ſufficiat ſm eũ citatio ad do
mũ.Item in dec.ad petitionẽ de accu.no. ꝙ ꝯtra ficte vr̃ in
terpretatiue cõtumaciã poteſt fieri teſtiũ ꝓductio.ſz in dec.
de teſti.ſignificauit.ipſe not. ꝙ ſi is ꝯ quẽ fit ibi ꝓductio te
ſtiuz abſens eſt ſi fieri poteſt ſine ꝑiculo expectabit̃ donec ꝑ
ſonaliter citet̃ alle.pre.§.Itez cũ ex edicto. dicẽs ibi ꝙ iura
que dicũt ſufficere citatiõez ad domũ ponũt caſus ſpãles.ſz
hoc vlimũ dcm̃ Inn.itelligo in cãu ipſius dec.ſ.in ꝓductõe
teſtiũ que fit ante lit.ꝯteſt.in caſu publicationis quo caſu re
quireret̃ vera ꝯtumacia ⁊ ſic loquat̃.§.pe.in autẽ. de teſti. ⁊
autẽ.ſz ⁊ ſi quis.C.eo.ti.niſi imineret ꝑiculũ puta mortis te
ſtiũ ⁊ ſic loqtur dec.qñ frequẽter poſt ꝑnc.aĺ.in cãu qõnis
⁊ ſimilibus vbi poſt litẽ motã ſit ꝓductio ſufficit etiã ficta ⁊
ſit patẽs diuerſitatis rõ qꝛ fortius preſumi põt cõtumacia li
te cepta q̃z non cepta vt ibi in autẽ.ď exhi.reis.§. ſi vero qui
dam iurẽt.⁊ ſic intelligat̃.§.ſinaũt ex geſtis ⁊.l.ꝓperãdũ ⁊
hanc diſtinctionẽ tz Dy.in.l.iiij.§. totiens.ff.de dam. infec.
tamen in ꝑte maie vr̃ vt.j.dicaz.⁊ Cy.in pre. auten.ſz ⁊ ſi qs.
¶ Sed põt hec diſtinctio ſic infringi. certũ eſt ꝙ ꝯ Ste
phanũ epz de quo loqt̃ dec.ij.de teſti.nõ recipiebant̃ teſtes
in caſu publicationis.ſz ſup accuſatione probanda vt pz ex
cano.cuius ꝑs eſt pre.dec.ij.q.j.in primis.ver. qꝛ igit̃ ⁊ cir
ca fi.⁊ tamẽ ex alia autẽ.papa diffinit cãm Stephani ibi ec
ce admonẽdus ⁊c̃.⁊ ſic aut dicet̃ legem autẽ.non loq in cãu
publicationis qđ etiã qdam tenent exponentes ibi verbum
publicabunt̃ vt no.ſ.de teſti.ſignificauit.aut dices ď vtroqz
quo ad reqſitionẽ abſentis cũ ex non facta reqſitiõe quã iu
bet auc̃.fieri papa vitiet ibi ꝓductiõez. ¶ Sed rñderi põt
ꝙ lex illa dicit duo.ſ.aduerſariũ citandũ ⁊ ſub certa forma.
facit de teſti.ſpo.c.fi.papa vero ifert ex primo tñ qđ pz ibi
in.v̇.ecce.vbi facit generalẽ ꝯcluſionẽ ď aduerſario citãdo
ex qua gnãli poſtea infert ad cãm. ¶ Sz ad ꝑdictoꝝ ďcla
rationẽ ſciendũ eſt de ꝯtumacia ꝙ cõmuniter diuidit̃ in du
as ſpẽs in verã ⁊ fictã de quo ſatis Guil.in Specu.de cõtu
macia.§.j.aliq in tres in veriſſimã verã ⁊ fictã dicẽtes veraz
in ꝑſonaĺr inuẽto q nõ venit. veriſſimã in illo q ſe nõ ventu
rum rñdit.vel poſſet diſtingui iter verã manifeſtã ⁊ veram
nõ manifeſtã ꝑ decre.venerabilẽ de ſen.ex.li.eo.⁊ de his ꝑn
cipaĺr querit̃ vt ſciat̃ quo caſu poſſit cõtumax appellare de q̃
plene vide no. in cle.de do.⁊ ꝯtu.ſi ante in vlt. glo. fictã aũt
dicimus factã ad domũ habitationis que nec ꝑuenit in noti
ciã citati qđ verũ itelligo in his caſibus in qbus in ꝑncipio
determinatõis dixi citationẽ ad domũ ſufficere.vnde nõ fa
teor ꝙ glo.in prima ꝑte allegate inuant ſufficere citatiõem
ad domũ ſz inuũt eo caſu quo ſufficit eam ꝯſtituere fictũ cõ
tumacẽ etiã ſi nõ ꝑueniat i citati noticiã nec valet opi.Dy.
alle.in fine prime ꝑtis que fundat̃ ſup alternatiua qꝛ lz regu
lariter alternatiue ſint preſtatõis dicã illã eſſe ordinis ſicut
⁊ illã.ſ.e.li.de preben.mandato.ff.de le.ij.cũ pater.§.penul.
vt ſic illa terminet̃ ꝑ alia iura prealle.vt dixi in fi.ſecũde ꝑtẽ.
In ſolõne igit̃ qõnis propoſite de ſic ſparſis ꝯcludẽdo ali
quid certũ dico ꝙ teſtiũ receptio ſit qñqz ante lit. conteſta.

quãdoq; poſt primo caſu ſiue fiat in caſu publicationis ſiue
de teſtibus ꝑituris dixit Dy. in pre. §. totiens reqri verã cõ-
tumaciã. hoc fateor in primo caſu. ſ. publicatiõis ꝑ pre. aut. ſ.
que ꝓductio regulariter fit ex pte rei ꝯtra quẽ agi poſſet im
poſterũ lʒ etiã interdũ fiat ex pte actoris vt ſat. ſcripſi vt lit.
nõ ꝯteſta. qm̃. ſʒ ſecũdo caſu quo timet̃ ꝑemptio teſtiũ mor
te receſſu vel aliter quo caſu ꝓducit etiã actor nego reqri ve
ram ꝯtumaciã qḋ eſt expreſſuʒ in p̃dicta dec. qm̃ poſt p̃n. ⁊
ꝙ ius ſcriptuʒ nõ eſſet rõ nãlis ſatis oñdit̃ ꝙ male ꝓuidere
tur periculo ſi in receptiõe taliũ neceſſaria eſſet vera ꝯtuma
cia facit. v. di. baptizari nec in hoc aliqd deperit aduerſario
cũ iſti de ſua nã ꝯſignent̃ ⁊ ſit ſibi ſalua exceptio i ꝑſonas te
ſtium ⁊ dicta vt ibi ſeqtur ſʒ ſit etiã ꝓductio teſtiũ añ lit. ꝯt.
ꝯ actorẽ q actionẽ mouerat qñ ſup p̃ncipali qñq; ſup dila
toria quã reus ꝓpoſuit ⁊ his caſibus ꝑ litẽ inchoatã puto
ſufficere fictã ꝯtumaciã ꝑ citationẽ ad domũ vt in dec. cã de
do. ⁊ ꝯtu. ⁊ in. l. ꝓperandũ. §. ſin aũt ex geſtis ⁊. C. qũo ⁊ qñ
iudex. l. cõſentaneũ ⁊ autẽ. q ſemel. ⁊ eadẽ rõe idẽ puto de
teſtibus quos ꝓduceret actor ꝯtra reũ ſup replicatõe quaʒ
proponit ꝯtra ipſius dilatoriã. Si vero ꝓducit actor lit. nõ
cõte. teſtes ſup principali dico illã cõtumaciã verã reqri in
productõe que reqrit̃ in tali ꝓceſſu. ſ. ꝑ citatiõeʒ ꝑſonalẽ vł
occultatiõeʒ vł ĩpedimẽtũ doloſũ ꝑſoalr̃ citet̃ vt p̃. dec. qm̃
§. porro. h̃ circa p̃mũ caſuʒ cũ ꝓducunt̃ añ lit. ꝯte. ſcḋo cãu.
ſ. cũ ꝓducunt̃ poſt lit. ꝯte. rõne ſepius dicta ſiue ꝓducat ac-
tor ſup p̃ncipali ſiue reus ſup exceptõe. dico ſufficere fictam
cõtumaciã. ⁊ ita ſeruat̃. ⁊ ſic tʒ Pileus. q. lxx. dico tñ ꝙ ſic
fictus ꝯtumax ſm̃ verã opiniõnẽ audit̃ appellans. C. qũo ⁊
qñ iudex. l. ab eo. ita ⁊ h̃ audiret̃ ad id ad qḋ ꝓductõis tpe
fuiſſet auditus. ſ. ꝯtra ꝑſonas teſtiũ in q̃ etiã audiret̃ is q ꝑ-
ſonaliter citatus venire nõ potuit ⁊ ſic intellecta ſit v̇a p̃di-
cta glo. dec. ij. de teſti. ſ. ꝙ receptio nõ ſit nulla ſʒ qḋ ꝯ illã re
ſtituit̃ ad id ad qḋ a p̃ncipio fuiſſet admiſſus etiã p̃ter cãus
dec. p̃ñtiũ eo. ti. p̃dicta regulariter vera nõ ꝯtingũt illã for-
mã citandi de qua loqtur extrauagans Bonifa. rem nõ no
uam ⁊ cle. dudum bonifa. de iudi.

p **Riuilegium** . vij. ſequit̃ bñ fac
. ſ. e. li. de ꝑuil. c. j.
. §. vl. ibi vbicũq; illi fuerint vt ibi ſcripſi. exti
guit̃ an reſuſcitatus illa ꝑuilegia recupet vid
qḋ ſcripſi. ſ. de frigi. fraternitatis ſup v̇. mira
culum. vbi inuenies q̃õnem dominicalem Bar. brixi.
¶ Prima glo. dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exempla. ſecũdo
dicit regulã nõ ꝓcedere in iure cõi ſʒ bñ cõuenit ℞ptũ pa-
ctum ⁊ ꝯpromiſſuʒ ꝑſonale. tertio diſtinguit duplex ꝑſona
le ꝑuilegiũ dicẽs ꝙ eſt de reali. q̃rto dicit ẽt extigui qñq; ⁊
remittit. q̃nto ſucceſſiue ſignat duo ꝯria ⁊ vtrũq; dupłr ſol
uit. ¶ In. j. gloſ. ibi ꝑuilegia quedã. vide. j. ſub hac lr̃a ⁊ ibi
in oibus cauſis. ij. vid. ſ. ſub lr̃a. l. ⁊ ibi leges in fi. ꝯceſſa ſpã
liter ꝓuincijs ciuitatibus vel corporibꝰ nõ ſunt gnãlia ⁊ ibi
l. j. in fi. ꝙ princeps ob meritũ indulſit ꝑſonã non egredit̃ ⁊
ibi etatẽ in fi. imũitas data ꝑſonis cuʒ ꝑſonis extiguit̃ data
v̇o rebꝰ nõ. ⁊ ibi regła. §. vl. ſʒ facta ſit mẽtio ḋ mũicipibꝰ in
q̃libʒ ꝑſona id locũ hʒ. ⁊ ibi ſi vſufructus. ſi ciuitas ḋſtructa
eſt aratro. perit eiꝰ vſufructus. ⁊ ibi. ede. ſeqtur ſacra terre
motu diruta locus edificij nõ eſt ꝓphanus. ⁊ ideo venire nõ
põt ⁊ ibi. l. vl. procõſul portã rome ingreſſus deponit impe
rium. ⁊ ibi. l. penul. ſi furioſus hʒ dilucida ĩterualla curator
eius hʒ nomẽ tm̃ qñ eſt ſane mentis. ¶ In. j. glo. ibi ne ege
at de hoc. ſ. ḋ dona. inter vi. ⁊ vxo. c. j. ⁊ ibi ꝑſone ꝯceſſo. ita
ꝙ ꝑſona ſit ꝓxima cã ꝑuilegij. vt in dict. exemplis. ⁊ ſic ſol.
quod op. de reſti. in inte. minoris que trãſit ad heredes. ff. ḋ
in inte. reſti. l. nõ ſolũ. ff. de mino. l. iterdũ. ⁊ de velleiano qḋ
etiã trãſit ad heredes. C. de vell. heredes in his eñi ꝑſona ñ
eſt ꝓxima ⁊ imediata cã ꝑuilegij ſʒ leſio qḋ pʒ. ⁊ nõ ſufficit
ꝓbare etatẽ ſine leſione nõ eſt ergo mirũ ſi ceſſat vbi ꝑſona
eſt cã finalis vbi nõ eſt finalis nõ ceſſat. demũ dicit Dy. aut
ꝑuilegiũ ꝯcedit̃ ꝑſone vel rebus: aut generi ꝑſonarũ aut ci
uitati aut loco aut cãe. in primo caſu ſubdiſtinguit vt p̃di

xi ſecũdo caſu trãſit ad ſucceſſorẽ rei etiã ſingularẽ. ff. de aq
quoti. ⁊ eſt. l. j. §. ꝑmittit̃ de cẽſi. etatẽ. §. rebus. tertõ cãu qñ
ꝯcedit̃ generi ꝑſonarũ hoc expreſſo vł ĩtellecto ꝙ ad poſte
ros tranſeat ad deſcẽdentes ꝑ lineã maſculinã tm̃ ꝑtinet. ff.
de iu. imu. l. j. in fi. ⁊. l. imunitatis ⁊ de mu. ⁊ ho. l. vacatio. in
q̃rto caſu cũ ſucceſſiue ſp ſit idẽ ꝑpł's. ff. de iu. ꝓponebat̃ ha
bitatores ciuitat. vel loci ꝑpetuo reſpiciet. ff. ḋ cẽſi. forma. §.
q̃q̃. in quinto caſu ꝯceſſuʒ cãe puta depoſiti vł his ſił'ia ad
ſucceſſores tranſit vt in regul. alle. in prin. glo.

b **Hic regule** bñ adaptaret̃ qḋ de qua
dixi in tex. Item ⁊ qḋ q̃ q̃
rit̃ an ꝑuilegiũ vel gr̃a nõ ſcripta in ſolita littera-
rum forma vel ſcripta ſʒ nõ bullata expiret morte
pape ſʒ q2 de hoc ſatis ſcripſi. ſ. eo. li. ſup proemio. §. vlt. ſup
ver. trãſmittimus hãc omitto. Sed quero qḋ plus adaptat̃
regule an ꝑuilegiũ papale exprimens p̃lati nomẽ cũ tamen
tenor reſpiciat eccleſiã vel ecõtra nõ exprimens nomẽ p̃lati
ſʒ dignitatẽ tantũ cũ tamẽ tenor reſpiciat ꝑſonã ĩtelligat̃ ꝑ
ſonale vel reale. ¶ Premittã quatuor in quoꝝ tertio ꝓſe-
quar q̃õnem venerialeʒ breuiter allegans pro ⁊ ꝯtra: ponã
duas ſolõnes ꝯrias q̃ꝝ ſcḋam approbabo ⁊ ꝯrijs r̃ñdebo.
In principali q̃õne ꝓ realitate allegabo. v. in ꝯrium tria ſol
uã ĩducẽdo multa iura ⁊ ſpecifice apiẽdo ſolutiõis v̇itatẽ.
¶ Dubiũ iſtarũ q̃õnũ fundat̃ ſup dec. qm̃ abbas de offi. ḋ
le. que diſtinguit an lr̃a exprimat ꝓpriũ nomẽ p̃lati an exp̃
mat ſolum nomẽ dignitatis. ¶ Secũdo ſciẽdũ ꝙ gloſella
quã poſui. ſ. de vſupał. ex tuarũ ĩ fi. qua tracto an cõpoſtel.
archieps habeat illius dec. priuilegiũ ſatis ſufficere videtur
ad hanc q̃õnẽ quã tamẽ. j. ꝓſequar. ¶ Tertio ſcienduʒ ꝙ
Bar. in veñ. q. xxij. ⁊ Damaſus ḋ offi. vica. q. j. querebãt an
ꝑ hec verba reſcripti apoſtolici vices noſtras tibi in tali ꝓ-
uincia duximus cõmittendas. fiat cõmiſſo realis vel ꝑſona-
lis ꝙ ſit ꝑſonalis allegat Dama. ꝙ ſcribendo epõ expreſſo
noie epi ⁊ cõmittẽdo illi vices ſuas iniũgit ei neceſſitatẽ iu
dicãdi. neceſſitas iudicãdi eſt munus ꝑſonale. ff. ḋ mu. ⁊ ho.
l. munerũ. §. iudicãdi ergo legatio erit ꝑſonalis ex quo in ꝯ
rium papa nõ expreſſit. Item ſi debitori meo cõceſſi vendet̃
pignus ⁊ ḋbitor poſſeſſionẽ pignoris ꝑdat ⁊ alius eã adep
tus rẽ vendat durabit ius pignoris q2 cõceſſio illa debitori
facta intelligit̃ ꝑſonalis. ff. qbꝰ mo. pig. vel ipo. ſol. l. ſicut re
corporali. §. ſi debitor. ¶ In ꝯrium adducit̃ de ꝑſump. mã
data ibi eñi papa ꝓteſtat̃ ꝙ nõ loco ſʒ ꝑſone legationẽ cõ-
mittit. proteſtatõ autẽ illa neceſſaria nõ fuiſſet niſi cõmiſſio
facta ſimpłr ĩtelligeret̃ realis. ⁊ notandũ ꝙ ibi erat nomen
ꝓpriũ expreſſuʒ. Item vɜ expreſſuʒ de inſti. cuʒ veniſſent ꝙ
ꝯceſſio realis ĩtelligit̃ niſi probet̃ fuiſſe ꝑſonalis. Iteʒ dicit
lex ꝙ ꝯceſſio facta ꝑ creditorẽ debitori de vendẽdo pigno
re in tm̃ realis eſt ꝙ trãſit ad heredẽ vt pre. l. ſicut re. §. ſi de
bitori. ſ. dixi de extraneo. ¶ Soluit Dama. ꝑ dec. pre. cum
veniſſent cõceſſionẽ realẽ ⁊ Tan. ⁊ Bar. ꝯtra ⁊ hoc ſeqtur
Guil. in ſpe. ḋ inſtr. edi. §. nũc aũt. ver. qd ſi papa. ⁊ hoc plʒ
vbi ex verbis ℞pti aliud nõ ſumat̃ vt in ꝓxima. q. in decre.
mandata ſit iuris declaratio, ⁊ ad cautelã decr. cũ veniſſent
ponit verbũ donatõis ⁊ ꝯſenſũ capituli ꝑ que duo no. reali
tas. ad qḋ etiã ſatis facit qḋ ibi ſcripſi ſup v̇. donauit. aliud
ꝯrium eſt ſolutũ. ¶ Quarto ſciendũ ꝙ Hoſti. in ſum. de ꝑ
uit̃. §. quot ſunt ſpẽs. diſtiguit ꝙ ꝑuilegioꝝ gnãliũ ⁊ ſpãliũ
aliud ſingulariter ꝑſonale aliud cõiter ꝑſonale. aliud ſingu
lariter ⁊ cõiter corporale. aliud tm̃ cõiter corporale. ⁊ ne de
penultimo ⁊ vltimo dubitet̃ vocat cõiter ⁊ ſingulariter cor
porale cõceſſũ corpori cui ſinguli ꝑticipant vt de ſen. ex. cõ-
tingit de fo. cõpe. ſi diligenti tm̃. ergo cõiter corporale quo
ſolũ corpus nõ ſinguli de corpore adiuuant̃. xij. q. ij. q manu
mittit̃. ꝓſecutionẽ horũ ibi videas vide etiã qḋ dixi in regu
la in iudicijs in fi. q̃õnis. ¶ Ad q̃õnem breuiter veniẽdo ꝙ
expreſſio noĩs non faciat ꝑuilegiũ ꝑſonale adducit̃. ff. de an
nu. le. l. ãnua. §. j. vbi legatũ factũ ſacerdoti templi etiã exp̃ſ
ſo ipſius noie debet̃ ſucceſſori. ¶ Secũdo cũ ḋ priuilegio
tractemus qḋ eſt lex ꝑuata. ⁊ dʒ aliqd cõferre vltra ius cõe
⁊ large interpretari. iij. di. priuilegia de v̇. ſig. abbate. v̇. hoc

auté.c.ti.olim.ſ.de puil.in his iterpretabit ergo large. vt ſit
reale ⁊ ppetuũ ne ſit ſtricta iterptatio ⁊ amara dicẽ ꝙ tpa-
le ſit pſonale.⁊ maxime procedit hec argumentatio qñ pri-
uilegiũ eſt de mã fauorabili.e.ti.odia cũ ↄcor. ¶ Tertio vi
demus in pactis ꝙ expreſſio nois vel pſone nõ facit pactuȝ
pſonale lȝ oñdat cũ qua pſona factũ fuit.ff. de pac. iuriſgen
tiũ.§.pactoꝝ ⁊.l.tale pactũ. ¶ Quarto expreſſio nominis
ↄcedentis ſemp ponit in puilegijs nec p id dr puilegium p
ſonale ex pte cõcedẽtj.niſi aliud exprimat in illo equa rõne
dicemus ꝙ expſſione pſone illi⁹ cui ↄcedit nõ ſit pſonale ex
pte ipſi⁹.vbi aliud nõ exprimit vt ſic de his ↄceſſis ſit idẽ iu
diciũ de ↄſti.traſlato.ꝺ accu.ad petitionẽ ⁊ ibi ↄcor.i gl.pe.
¶ Quinto hanc ptẽ coadiuuat iura que volũt puilegia eẽ
ppetua.xxv.q.ij.c.j.⁊.ij.quaſi p totũ. ¶ In ↄriuȝ pre.dec.
qñ de offi.dele.ſecũdo ſi ↄcedẽs voluiſſet puilegiũ eſſe rea
le ſuppreſſiſſet nomẽ ppriũ qꝺ expreſſit.facit de deci.ad au-
dientiã.vbi vide ↄcor.in vl.glo.ↄſtat etiã ꝙ verba in puile-
gijs dñt aliqd opari de priui.ſi papa.li.eo.ſȝ aſſerẽtes puile
giuȝ eſſe reale dicunt ↄrium.ſ. expreſſionẽ nois nihil opari.
¶ Tertio nõ loqmur ſimplr de bñficio pncipis in quo lar
giſſima ſit iterpretatio.de dona.cũ dilecti.in fi.⁊.C.ꝺ bo.va.
l.ij.li.x.ſȝ loqmur de puilegio quod pprie dat ↄtra ius cõe
⁊ hoc inq̃tum reſpicit alioꝝ piudiciuȝ reſpicit ſtrictã inter
pretationẽ dũmodo aliqd cõferat de priuit.paſtoral.⁊.c.in
his.ff.de legi.quod vo.⁊ de hoc ſatis ſcripſi de v.ſig. oli ſup
vlt.glo.ſȝ hic iterpretãdo puilegiuȝ eſſe nõ reale ſȝ pſonale
minus ledit ⁊ aliqd ↄfert ergo hoc puilegiũ ⁊ hoc argumẽ
tuȝ idẽ ↄcludit qñ nomẽ non eſt expreſſuȝ.ſoluẽdo dico nõ
ſemp curandũ de noie an ſit expreſſuȝ vel non ſȝ tota virtus
cõſiſtat in tenore ⁊ verbis puilegij ſatis pbat de priui.por-
ro.⁊.c.recepimus.e.ti.cũ olim.j.⁊.ij.⁊.c.ex ore.eo.ti. cum ⁊
plantare in fi.⁊.c.dilecti de fide inſtru.accepimus ⁊.c. cõtin
git ⁊.c.quod ſup his de preſcrip.veniens de cõfir.vti. vel iu
ri.cũ dilecte.de ver.ſig.abbate.ad idẽ.ſ.eo.li.de puile.abba
tes.⁊.c.vt apoſtolice.in fi.⁊.c.cũ perſone.⁊.c. ſi papa.eo.li.
de offi.or.c.iij.j.rñ.⁊.§.ij.⁊.§.in ↄferẽdis. bñ ergo dicit.l.ꝙ
de his cõtrouerſijs q̃ ex teſtõ pficiſcũtur neq; tranſigi neq;
exquiri veritas aliter põt q̃ȝ inſpectis cognitiſq; verbis te-
ſtamenti.ff.de traſac.de his facit.C.eo.ti.vt reſponſuȝ. ⁊ do
cet experiẽtia ꝙ oĩa quaſi antiqua puilegia papalia ⁊ ipe-
rialia exprimebãt nomẽ plati tũc regentis eccleſiam cui da
batur puilegiũ.verũ eſt ꝙ papalia ſi dabant loco religioſo
ſubdebant eiuſq; fratribus regularẽ vitã ⁊c̃.ſi erãt eccleſie
ſeculares nõ ponebat ibi regularẽ ⁊c̃.⁊ vbi hodie dicit ſalu
tem ⁊ apoſtolicã benedictionẽ tũc dicebat in ppetuũ.qs er
go dubitat expreſſionẽ nominis nõ impedire realitatẽ ⁊ per
petuitatẽ talis puilegij. Idem ſi exprimat in puilegio ꝺ ſuc
ceſſoribus ſicut vt lite pen.c.j. ¶ Item qd ſi priuilegiũ dãs
exemptões dicat prelato nominato te ⁊ eccleſiam eximim⁹
qs dubitat ſucceſſorẽ exemptũ de pui.per exemptõeȝ volue
caſum qd ſi nõ exprimat nomẽ pprium nec aliud ſingularit
habens vim pprij nois tamẽ exprimit gratiã quã facit eſſe
pſonalẽ vt in.d.dec.mãdata de pſump.facit de ↄceſ.prebẽ.
ↄſtitutus.vel apparet ꝙ ppter labores quos p romana ec-
cl̃ia ſuſtinuit vel ppter eminentẽ ipſi⁹ ſciam vel ſanguis no
bilitatem aliqꝺ puilegiũ concedit.vel alias gratia eſt talis
in ſe q̃ pſonam reſpicit puta quod poſſit abeſſe ab eccl̃ia pp
aerẽ ſibi non cõgruũ vel capitales inimicitias ⁊ ſup hoc vid
quod dixi.eo.ti. is qui in ius in qõne in ea parte qua tracto
qñ reſcriptũ non reſpicit ſucceſſorẽ his ⁊ ſiſibus dici nõ pt
quod ſuppreſſio pprij nois faciat puilegiũ reale.vbi tamen
ex tenore puilegij nõ põt colligi intentio ↄcedẽtis circa rea
litatẽ ⁊ pſonalitatẽ ⁊ cõuenire põt ſucceſſori.ſatis dico ſtan
dum dec.qñ abbas de offi.dele.hoc ſaluo ꝙ ſi ex aliqbus ꝺ
bis puilegij dubitaret an cõcedẽns illud voluerit eſſe pſo-
nale vel reale ad cõcedendũ recurrat vt ꝺclaret quẽ modũ
ſui beneficij eſſe velit de offi.or.c.iij.§. ſi vero.ſ.eo.li. ⁊.ff.de
reg.iur.neratius.Guil.tamẽ in Spec.de inſtru.edi.§. nunc
aũt.ver. Item qꝺ fuit cõceſſuȝ.dicit ꝙ ſi ſuperior haberi nõ
poteſt intelligeẽ realit niſi ↄtra probetur p iura que dicunt

beneficia large ſumẽda per hec ſic ꝺclarata puto ceſſare cõ
traria.p reſponſione tamẽ ad.l.annua.§.j.⁊ ceteras leges ſi
miles inq̃tũ ſolutõi cõtradicere viderent vide qꝺ ſcripſi in
decr.qñ abbas ſuper.iij.glo.

p

**Ro poſſeſſore** xxvj. habet q̃ ad ſuuȝ dã
nuȝ nõ quo ad cõmodũ vnde poſſeſſori caue
tur nõ ei q dolo deſijt.ff.de rei vendi.l. hoc ſi
res ⁊.l.is q dolo.hic aũt plene tractat Dyn.
an ei q dolo deſijt poſſidere ⁊ cõuentus extimationẽ ſoluit
debeat de euictõe caueri. Iteȝ in eo caſu quo non cauet poſ
ſit re euicta agi ↄtra actorẽ cui ſoluta eſt extimatio. Iteȝ an
p actorẽ debeat cedi actio ei q dolo deſijt poſſidere. Itẽ an
taliter eſtimationẽ ſoluens habeat actionẽ in reȝ ſaltẽ vtile
ſine ceſſione. Item an talis qui eſtimationẽ ſoluit repetens
rem reuerſaȝ ad actorẽ repellatur actore pato eſtimationeȝ
illam reſtituere. Item an ille cui cedit vel vendit actio in rẽ
habeat dominiũ vtile. ¶ Prima glo.dicit vnde ſumpta ⁊
ponit exempla.ſecũdo dicit regulã itelligi nõ taliter ſȝ in tã
tum.tertio dat ſimile ſubdens de fictione.quarto notat tria
primo hoc caſu qñq; in litẽ iurari ſecũdo regulã etiã in pla
ro locuȝ habere.tamẽ quo ad ppria tñ.tertio notat ↄrium
regule ⁊ de pbatione remittens.dicit illud verũ in illo q pn
cipio ſine dolo poſſidet. ¶ In.j.glo.ibi q dolo deſierit. ſeq
tur poſſidere p poſſidẽte dãnat q̃r in poſſeſſione dolus eſt.
¶ In.j.glo. ibi electio.§.j.⁊ q̃r iſte nõ differunt in ſubſtan-
tia.ff.de nego.ge.actio.ideo effectualiter habet p poſſeſſo
re.Dy.⁊ vide qꝺ no.in Specu.de interro.§.ij.v.qd ergo ſi
egi.⁊ ibi aduerſario.ibi dicit Ber.ꝙ ſi poſſidebat tpe litis
cõteſt.preſumit dolo deſijſſe niſi ↄrium pbet.Dy. plus dic
hic.ſ.idem ſi poſt libellũ receptũ vel ſi denũciauerat ſibi ac
tor ſe daturũ libelluȝ alleg.ff.ex q.cau.in poſ.ea.l.ij. ⁊ quod
no.eo.ti.fulcinius.§.qd ſit latitare alleg.etiam.l. funduȝ.ff.
de rei vendi.⁊ de eden.l.quedam.§.nihil.an ille qui vendi-
dit poſt denunciationẽ ſibi factã ne venderet per hoc intel
ligatur dolo deſijſſe poſſidere ⁊ quale ſit eius ↄſiliũ vt ven
dere poſſit vide in ſpec.de emp.⁊ ven.§.nũc dicẽdũ.ij.ver.ſȝ
nunquid idem ⁊ ver.ſequenti.

b

**Oc certum** quod aũt p interpreta
tõeȝ aut p extenſioneȝ
eſt ꝙ nõ poſſidens habeat p poſſeſſore vidi du
bitari an ſtatutũ loquẽs de poſſeſſore itelligat
de illo q deſijt dolo poſſidere ⁊ ppter hoc tractemus qõnẽ
que trita eſt an ſtatuta ſinodalia vel municipalia recipiãt in
terpretationẽ vel extenſionem. ¶ Ex premiſſis duobus eui
dentialibus ad negatiuã allegãtur quatuor ⁊ totidẽ ad af-
firmatiuã tertio recitãtur ſolones diuerſe ⁊ vltima plenior.
¶ Et ante oĩa qd ſit extẽſio pȝ.ſȝ vt alſ dixi in pn.cle. ſup
pri.glo.i.interpretatio quedã cõſiſtit in varietate linguarũ
vt theos grece latine deus de vtero grece latine ſȝ nomina
grece latine lex.ſ.qui fi.ſint legi.per venerabilem.verſ. ſane
⁊ de hac.ff.de ver.ob.l.j.in fi. ⁊ de hac Hiero.in plogo pen
tateuchi dicit ꝙ in hac eruditio ⁊ verboꝛuȝ copia tranſfert
que intelligit.⁊ de hac non dubitat qn bene competat etiaȝ
circa ſtatuta ẽ ⁊ alia que ↄſiſtit.in obſcuritate littere vl ſen-
ſus de qua dꝛ interpretationẽ eſſe condentis de ſen.ex. cum
inter cũ ↄcor.p quod videt ſolũ cõdẽteȝ interpretari poſſe
vt ſic ſe habeat lex ſpũalis ad ſuũ cõditoreȝ ſicut gnãlis ad
ſuũ.C.de legi.l.j.⁊ vlt.cũ tñ lex dicat ꝙ etiã magiſtri debẽt
eſſe ſubtiles in interpretãdo.C.de pfeſ.q in vr.l.vna lib.xij.
de tali iterpretatione querimus ⁊ de ea no.ff.de ori.iu.l.j. in
princ.⁊.ff.de iur.⁊ fac.igno.l.ij.vt enim dicit lex cum in ver-
bis nulla eſt ambiguitas nõ dȝ admitti qꝺ voluntatis.ff. de
le.iij.ille aut ille.§.j. ¶ Secũdo ſciendũ ꝙ dicitur cõdito
rem ſtatuti habere illud declarare vel interpretari nõ itelli-
git de officialibus aſſumptis ad illa cõdenda poſt depoſitũ
officium ſed de illis quorũ auctoritate ſunt condita vt ſcrip
ſi de ver.ſigni.ex parte.j. in vltima glo.

¶ In qõne

¶ In qõne ad negatiuaʒ inducit᷑ qꝛ in his que ſtricti iuris
ſunt quod non eſt expꝛeſſuʒ habet᷑ ꝓ omiſſo.ff.de.ver.ob.qc
quid aſtringende.j.rñ.⁊.l.ſi ita ſtipulatus.§. griſogonus ꝺ
ꝯdi.ob tur.cau.l.vlt.ad fi.ff.de iniur. Item apud.§.ait ꝑtoꝛ.
facit.ff.e.li.expꝛeſſa.ꝙ aũt ſunt ſtircti iuris ꝓbant legiſte qꝛ
ex eis datur códitio ex.l.ff.de ꝯdi.ex le.l.vna cũ aũt talis có
ditio nó ſit numerata iter actiones bone fidei.inſti. de ac.§.
actionũ ⁊ no.ẽ.de excep.cũ venerabilis in.iij.gl.reſtat ꝙ eſt
ſtricti iuris ⁊ ſic ſterilis vt pꝛedixi. eſt aũt ꝯtra nãm ꝙ ſteri
lis non pꝑeat.ff.de ac.emp.ſi ſterilis in ꝑnci.de edil᷑.quare.§.
mulieré.recipientur ergo iuxta rudé ⁊ grãmaticalé ꝓpꝛiá ⁊
abſolutá verboꝝ ſignificationé.lʒ ergo ſit durũ ſeruet᷑ vt eſt
ſcriptũ.xix.di.in memoꝛiá.vj.q.iij.ſcriptũ.ff.qui ⁊ a q.l. pro-
ſpexit que qd dicat vide.ẽ.de fer.c.ij.ſup.j.glo.ff. de exerci.
l.j.§.ſi is.ff.de manumiſ.te.ꝙ ꝯſtitutio. ¶ Secũdo legit᷑ ꝙ
verbis edicti ſtandũ eſt.ff.de le.iij.nó aliter que debét aliqd
oꝑari.ẽ.eo.li.de ꝑuil᷑.ſi papa facit.ff.ad exhibendũ.l.pe. de
ver.ob.ſi qs arbitratu de inſti. ſʒ ⁊ ſi pupillus.§. ꝓſcribere.
deficiétib[9] ergo verbis nec eqtas nec més ſeruáda eſt.ff. ſo.
ma.ſi vero.§.pe.ff.man.ſi ꝓ te. ¶ Tertio ꝯſtat ꝙ in oi am-
biguitate oꝛatióis ꝓferéti ⁊ nó alteri dat᷑ declaratio ⁊ inter
pꝛetatio.ff.eo.ti.in ambiguis. ¶ Quarto hec maxime ꝓce
dant qñ ꝑ ſtatuentes oꝛdinatũ eſt ipa ſtatuta nó licere iter
pꝛetari.ſʒ itelligi debere ruditer ⁊ ſm litteralé itellectuʒ. vt
cóiter habét ſtatuta cóitatũ italie.ſʒ conſtat ꝙ iterpꝛetatio
eſt cũ a verbis recedit᷑.ẽ.de ver.ſign.in his ergo fieri nó pót
⁊ ſi fiat nó valet.C.ꝺ legi.nó dubiũ.verba etiá ſimpl͛r ⁊ gnã
liter ꝓlata ad certá ſpém artare nó lʒ.ẽ.de.ver.ſig. cũ in pri
bus de deci.ad audientiá.ff.de of.pꝛeſ.l.iij.ff.de pub.l. de ꝑ
cio. Item ſi pꝛoroget᷑ coꝛrigat᷑ vel artet᷑ ſtatutũ cũ illud ſit
emédare fieri nó pót niſi ꝑ eũ q ſtatuere pót. ar.ff. de vec.l.
vectigalia in ꝑn.⁊ de ſponſa.ſi puelle. ¶ In ꝯriũ inducit᷑
patens abſurditas pone ſtatutũ dicit ꝙ faciés homicidiuʒ
decapitet᷑ vl᷑ nó trahens ad igné códénet᷑ in.x. pꝛimũ ſi ſine
iterpꝛetatóe ſeruet᷑ ad litterá infans furioſus vel ſe defendé
do occidés decapitabit᷑.qȯ eſt ꝯtra iura vt in cle.de homi.ſi
furioſus.ff.de iniur.l.illud cañ.xv.q.j.ff.ad.l.coꝛ.de ſic.l.qȯ
infans de iuſti.⁊ iur.l.vt vi.C.vñ vi.l.j.ff.de offi. ꝑſ.l. diuus.
¶ Ex ſecũdo etiá códénaret᷑ infirmus infans ⁊ his ſil͛es.ꝑ
mũ ergo ſtatutũ iterpꝛetabit᷑ in eo q dolo occidit. ⁊ ſm i eo
q dolo ꝑtermiſit.ꝯſtat eni ꝙ volũtas ⁊ ꝓpoſitũ diſtinguũt
maleficia.ẽ.de ſen.ex. cũ voluntate in ꝑn.ff.de fur.q iniurie.
¶ Secũdo ꝙ ſtatuta eccleſiarũ ⁊ cóitatũ iterpꝛetationeʒ
recipiant pʒ.ẽ.de cle.nó reſi.cũ dilectus.de of.oꝛ.ꝑñti.ẽ.eo.
li.§.poꝛro.ẽ.de iniur.⁊ dam.da.in noſtra.ẽ.de.ver.ſig.ex ꝑ-
te.iij.ff.de mu.⁊ ho.vt gradatim.§.ſʒ ⁊ ſi lege vbi ſtatutum
quod ꝑfert in honoꝛe certe códitióis hoies iterpꝛetamur ſi
ſint idóei ad idem.ff.ad.l.aq.ita vulneratus.§.vlt. qd dicat
vide.ẽ.ne clerici vel monachi.c.j.ſup.j.gloſ.ad idem.ff.ꝺ le.
iij.ſeruius ⁊.l.ſeruos auten.⁊.l.fideicómiſſa.§.hec verba.
¶ Tertio ꝯſtat ꝙ ꝯctum mutui q eſt ſtricti iuris iterpꝛeta
ri lʒ vt pʒ.ff.ad mace.l.ſʒ iulianus.§.mutui.qué vide de ꝑui.
q̃to in glo.vl.ad idem.ff.de v̇.ob.ſtipulatio.§. ſtipulatóib[9]
⁊.l.qcqd.ij.rñ. Item cũ leges ꝑncipum ⁊ ipoꝝ beneficia re
cipiant iterpꝛetationé.ff.de iurepa.l.adigere.§.q̃uis ꝺ pac.
l.quod dictũ ⁊.ff.de peti.here. Item veniũt.§. aptanda.ff.ꝺ
legi.l.benignius.⁊ de conſti.ꝑn.l.vlt.ẽ.de ꝑuil.in his. de.v̇.
ſig.olim multo foꝛtius ⁊ ſtatuta. In his ergo mens ⁊ rõ pꝛe
ponéda eſt ſicut in illis.⁊ hoc fit ꝑ iterpꝛetationé pʒ ꝑmuʒ.
ẽ.de pꝛeben.c.fi.de ver.ſigni.itelligentia.ff.de iuriſ.om. iu.ſi
qs id de in ius vo.l.q̃uis.l.ꝺ ri.nup.l.pe.§.j.C.de fur. ſi qs
ſeruo. Idem dico de cá de accu.cũ dilecti.alias niſi fieret in-
terpꝛetatio ſepe incideret turpis itellectus facit.ẽ.eo.li. de
iureiur.c.j.⁊ pꝛe.decr.§.poꝛro de of.oꝛ.⁊ in pꝛe.§.ſʒ ⁊ ſi lege
in.l.vt gradatim.C.de ꝯdi.inſer.l.ij.⁊.ff.de con. inſti.l.códi
tiones ⁊.l.filius.facit ergo tacitus itellectus per iterpꝛeta-
tionem qȯ faceret expꝛeſſus.ff.de legi.de qbus ad idem.ff.ſi
cer.pe.l.cũ qd.ff.ꝺ v̇.ob.l.triticũ ⁊ ꝓcedat ét ſi ſit extéſio tñ
iuſta.ff.ꝺ ꝯſti.ꝑn.l.ſi duo.§.fi.cũ legib[9] ſe.⁊ de v̇.ſig.l. iuſta.
¶ Quarto cum nó ſolũ i ꝯſtitutióibus ꝑncipuʒ ⁊ ipoꝝ bñ
ficijs ⁊ mutuo vt ꝓbatũ eſt.ẽ. ſʒ etiá in ſtipulationibus pꝛe
toꝛiis fiat iterpꝛetatio.ff.de pꝛeto.ſtip.l.in ꝑtoꝛijs.⁊ in alijs.
ff.ſo.ma.l.caius ⁊ in reſcriptis de reſcrip.cám de poſtu.pꝛe.
c.j.⁊ in ſententijs ⁊ laudis de ver.ſig.in his de arbi.cũ olim
.ff.ꝺ ap.ab executoꝛe.§.j.⁊ in ambiguis intentionibus ⁊ oꝛa
tionibus.ff.de iudi.ſi qs intentióe ⁊ in ꝯtractibus ⁊ vltimis
volũtatibus.ẽ.de don.cũ dilecti.in fi.ff.de pac.veteribus.C.
de inoffi.te.l.iij.⁊ faciát no.in regula ꝯtra cũ hoc eo.ti. qua
re ergo non admittetur in ſtatutis videret᷑ abſurdum.
¶ So.fert᷑ odof.dixiſſe ſup.l.vt gradatim.al᷑s ſup.l. ꝑce.
ff.de mu.⁊ ho.ſtatutũ poſſe ꝑ iudicem iterpꝛetari per leges
quas allegaui.ẽ.parte.ij.v̇.ij.in fi. Ja. de are.dixit ꝙ cóis ⁊
vera doctoꝝ opi.habuit ſtatuta iterpꝛetari poſſe ſʒ ius cóe
.ff.de ven.inſpi.l.j.§.q̃uis ⁊ in pꝛe.§.ſʒ ⁊ ſi lege. ⁊ Ricard[9]
malum.ꝓbabat hoc ꝑ.l.ſecundaʒ.C.de noxa.ac. attenta.ij.
lectura quá ibi ponit glo.vt ibi etiá dicit Cy. dy.ſup.l.j.ff.ꝺ
ver.ſig.dum tractaret an in ſtatutis femininũ compꝛehédit᷑
ſub maſculino.dicebat ꝙ eſt quedam iterpꝛetatio que ſumi
tur ꝓ apta expoſitione.C.de legi.l.fi.ff.de re.iu.paulus.⁊ de
li.⁊ poſth.l.gallus.§. nunc de lege.⁊ hác hñ recipit ſtatutũ
per pꝛe.l.vt gradatim.§.j. ſumit᷑ etiam iterpꝛetatio ꝓ exten
ſione vel pꝛoꝛogatione.ff.de oꝛi.iur.l.ij.⁊ no.ff.ad tertul.l.j.
§.q operas.⁊ qd dicat vide de offi.dele.ſup qónum ſup.iij.
gl.⁊ hác nó recipit ſtatutũ iduxit róné quá dixi i pꝛin.j. ꝑtꝭ
Guido de ſuza.in ſuis qónibus ſtatutoꝝ expꝛeſſe nó eligit.
videt᷑ tamé ad hoc accedere qȯ ꝓximo dixi. Ja.de bel.in.v.
ſua qóne que loqtur de percutiéte hoieʒ manu cũ enſe inſe-
ruit hunc articuluʒ.ſʒ in ſolutóe non ſic expꝛeſſe ꝓſeqtur de
ſtatuto ſicut ꝓpoſuerat.loq̇tur eni ſoluédo de.l.ſʒ itelligat᷑
de municipali.dicens ꝙ ſi lex ꝓhibet expꝛeſſe iterpꝛetatóeʒ
aut eſt ambiguitas in.l.ꝑꝑ multiplicé ſenſũ verboꝝ aut ꝑꝑ
legis menté. pꝛimo caſu lʒ doctoꝛi iterpꝛetari ꝑ.l.vni.C. de
ꝓfeſ. li.xij.⁊.ff.ſi cer.pe.l.i.diſtinguit tamé aut oés itellect[9]
ſunt honeſti aut inhoneſti aut qdam honeſti alij inhoneſti.
pꝛimo caſu oés ſunt ſequédi ſiue genus ſiue ſpés compꝛehé
dant dummodo abſq; vitio verbis ⁊ voluntati cónueniant.
ff.de le.ſcire ⁊.l.benignius niſi conſuetudine aliud ſit ſerua
tum.e.ti.l.minime ⁊.l.ſi de iterpꝛetione.ẽ.de conſue. cuʒ di
lectus.ſed ſi abſq; vitio ſenſus omnes ꝯuenire non poſſunt
accipietur magis pꝛopꝛius verbis ⁊ voluntati legis ⁊ beni-
gnioꝛ per pꝛedicta iura.ff.eo.ſemper in dubijs ⁊ de ſta.lib.l.
labeo. Secũdo caſu videretur nullum itellectum ſequendũ
iiij.di.erit.ff.de iuſti.⁊ iur.l.j.circa pꝛin.⁊.C.de ve.iur. enu.l.
j.§.j.putat tamé ſequendum minus inhoneſtum qui magis
congruit.ff.eo.quotiens nihil cuʒ ꝯcoꝛ. In tertio caſu idem
vt recipiatur honeſtus ⁊ benignus per.e.l.⁊ per leges al᷑.
ẽ.ver.iij.ver.alias niſi ⁊.C.de epi.⁊ cle.conuenticulam ⁊ de
iuriſ.om.iu.l.nemo.⁊.ff.de.ver.ob.l.ſi ſeruus.§.ſequitur.
¶ Quando autem eſt ambiguitas pꝛopter legis mentem
dicit a verbis nó recedendum mente ſeruauta non coꝛrigen
do artando nec extendendo per legem pꝛoſpexit in pꝛinc.al
legatam cum ꝯcoꝛ.ſi tamen penitus eſſent obſcura. recurra
tur ad condentem vt in pꝛinc.huius queſtionis.vbi vero lex
iterpꝛetationem expꝛeſſe non pꝛohibet aut queritur de iter
pꝛetatione que coꝛrigat pꝛoꝛoget vel artet aut que verbi ſi-
gnificatum tradat. Pꝛimo caſu coꝛrectionem facere nó po
teſt niſi legiſlatoꝛ. pꝛoꝛogare vero vel extédere poteſt do-
ctoꝛ vbi eſt eadem ratio ⁊ omnimoda ſimilitudo ſi tamé co
aptatur id verbis ⁊ menti.ff.ad mace.filium.⁊ de.ver.ſigni.
l.iuſta interpꝛetatione.alias ſecus.ff.ſolu.matrimo.l.ſi vero
.§.penultimo.⁊.d.l.pꝛoſpexit.artari etiam poteſt ad vitan
dum pꝛauum intellectum qui alias inſurgeret ex verbis vt
pꝛeal.l.vt gradatim in.§.j.de ri.nup.l. pe.§.j.⁊ de verboꝛuʒ
ob.ſi ſeruum.l.ſequitur ⁊.C. de teſta.cum antiquas: alias ſe
cus cum artatio tunc eſſet legis coꝛrectio. Secundo caſu ſi
v̇ba ſunt ambigua pꝛopter diuerſos intellectus dicũt.ẽ.ſi ꝓ
pter mentem non licet interpꝛetari coꝛrigendo pꝛoꝛogan-
do vel artando niſi vt ſuperius dictum eſt vel niſi mens le-
gis eſſet ſcripta vt not.C.de legi. non dubium. ſi autem oio
ſint obſcura ⁊ incerta recurritur ad eius latoꝛem vt.ẽ.dictũ

eſt ⁊ no.ff.de legi. non poſſunt.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere. P.ſunt he.

Ius cautionis in rem eſt q̄z in perſonam.

Pupillu3 qui proximus pubertati ſit capacem eē ⁊ furandi ⁊ iniurie faciende. ¶ In heredes nō ſolent actiones tranſire que penales ſunt ex maleficio veluti furti damni iniurie vi bonorum rap. ⁊ iniuriarum.

Pretor bonoru3 poſſeſſorem heredis loco in omni cā habet.

Penalia iudicia ſemel accepta i heredes trāſmitti pñt.

Pupillis nec velle nec nolle i ea etate niſi appoſita tutoris auctoritate credit̄. nam quod animi iudicio fit in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.

Priuilegia quedam cāe ſunt quedam pſone. ⁊ ideo quedam ad heredem tranſmittunt̄ que cāe ſunt. que pſone ſunt ad heredem non tranſeunt.

Parem eſſe conditionem oportet eius qcqd poſſideat vel habeat atq3 eius cuius dolo malo factum ſit quo minus poſſideret vel haberet.

Pleruncq3 vt etiā ea que a nobis abire poſſunt pinde i eo ſtatu ſint atq3 ſi nō eſſent eiꝰ cōditionis vt abire poſſint. ⁊ ideo qd̄ fiſco obligamus ⁊ vendicare iterdum ⁊ alienare ⁊ ſeruitutem predio imponere poſſumus.

q **Que a iure** xxviij. exorbitāt q̄ſi deuiant vel diſcordant. ⁊ idē verbū in dec.j.de fi.preſby.ſ̄.e.li.quā alle.gl. trahenda ⁊ in hoc differūt qua iuri cōi cōueniunt ex qbꝰ iudicamus circa ſiſ̄ia.ff.de legi.ñ poſſunt.ō reſcri.iter ceteras Jo.mo. ¶ Gl.j.dicit vñ ſumpta ⁊ ponit exempla.ſcd̄o dicit idē i ampliādo. tertio ſoluit qōnē. ¶ In.j.glo.ibi qd̄ ꝯ rōnē ſeqtur iuris receptū eſt nō pducendū ad cōſequētiā ⁊ ibi.l.j.in fi.ſi pnceps ob meritū indulſit puilegiū vel remiſit penā.vel minorē irrogauit hec pſonā non egrediunt̄. ¶ In.j.glo.ibi ad ꝯſequētiā.ſ. ad viros in qbꝰ eſſet eadem facilitas que in mulieribus. ⁊ ibi is q in fi.p quā ponebat hic Hy. exemplu3 ſ3 improprie vt p3 ex gloſ. ⁊ ſic etiā parū pprie pſeqtur hec q̄ſi late vel ſtricte interpretādū ſit pncipis beneficiū dicēs q aut ꝯcedit̄ ꝯ iuris cōmunis pmiſſionē aut ſm illā. primo caſu ſi ꝯcedunt̄ capaci de iure cōi videtur ad ius cōe aliqd ſupaddi.ff.de bo.lib. l.etiā.§.j.⁊ ad munici.l.j.in fi. ſi nō capaci reducunt̄ ad ius cōe.C.de inoffi.te.ſi q̄ñ.⁊ ſi verba ſunt ambigua reſtringunt̄ vt hic ⁊ in.c.j.de fi.preſby.iterſerit tamē q puilegia diſpēſationem cōtinētia ꝯcedi vident̄ ſ3 cōditionē illius pſone cui cōcedunt̄ militi.ſ.vt militi clerico vt clerico laico vt laico.ff. de iniuſ.rup.⁊ ir.te.ſi qs exheredato.§. ſed ⁊ ſi qs ⁊ ō teſta. mili.l.ex militari.q̄ñ vero cōceduntur ſm iuris pmiſſionem latiſſime fit iterpretatio.ff.de ꝯſti.pn.l.vl.de ſen.paſ.l.j.⁊ de bo.va.l.ſi q̄ñ.tamē ſine alterius iniuria niſi ꝯtrium exprimat̄ .ff.ne qd in lo.pu.l.ij.§.ſi qs a pncipe.⁊ vide qd̄ dixi de ver. ſig.olim ſup vl.glo.⁊ ibi ꝯſtitutionē.vbi de hoc.i.iiij.glo. ⁊ in pre.cle.dudum.§.huiuſmodi in glo.vt p3.

b **Ec regula** fac̄ ad qōnē quā diſputaui q ſacer ordo nō dirimat ſponſalia de p̄nti l3 id faciat pfeſſio q2 hoc exorbitat a iure.de hoc no.ſ̄.eo.li.de voto.c.vno.ſed q2 ſic eſt terminatum p extra. Jo.antiq cōcertatōi iō illa dimiſſa pſequar aliā qōnē hic diſputatam p fratrē Ja.an poſſit eps diſpenſare cū monacho trāſlato ad eccl̄iam pochialem q hr̄e poſſit cū illa beneficiū nō curatū. ipam aūt mēte ſeruata verbis omiſſis multū decurtabo ⁊ ornabo. ¶ Allegabūtur.vj.ad affirmatiuā.v.ad negatiuā.tertio dabit̄ ſolo ⁊ ꝯtrarijs rñdebitur. ¶ Et primo ſic allegabat̄ diſpēſationē fieri poſſe.ꝯſtat q per diſpenſatōe3 epi vnus preeſſe pōt diuerſis eccleſijs.lxx.di.ſanctoꝝ nec diſtinguit̄ ibi inter ſecularem ⁊ religioſu3 ergo nec nos diſtinguamus.ij.q.v. cōſuluiſti.xxxj.q.j.q ſi dormierit.xvj.q.j.ſunt nōnulli.cu3 igit̄ eccleſie oēs ſint in diſpenſatiōe epi.x.q.j. regenda .xvj.q. vij. oēs ergo diſpenſationē talē facere poterit. ¶ Secūdo pbatur idem p dec.cū ſingula.de preben.ſ̄.eo.li.in pn.nā cu3 ibi phibeat̄ epo diſpenſatio cū religioſo in pluribus curatis dat̄ intelligi q in curato ⁊ ſimplici hoc poterit.xxv.di. q̄lis. ⁊ de pſump.nōne.de his que fi.a pla.cū apoſtolica i fi.alias papa hoc expreſſiſſet de deci.ad audientiā.cū ergo nō ſit phibitum hoc epo ⁊ ipē ſit preordinator in cunctis.xxv.di. p lectis. ⁊ diſpenſet in nō phibitis de prebē.graue.de ſen.ex. nup. de h̄ ō iudi. at ſi clerici.cū ꝯcor.ergo ⁊c̄. ¶ Tertio ad idem inducit̄ q monacho trāſlato ad eccleſiam parochialē epo cēſet̄ abbas.xvj.q.j.ſic viue cū capl̄is ſe.⁊ a prioris abbatis eſt obedientia abſolutus.xxj.q.ij.ſi qs ia3 in.vj.q.j.ne p cuiuſlibet.xviij.q.j.c.vnico.ſ̄.de pui.cū oli3.ij. ſ3 prior abbas poterat illi cōmittere adminiſtrationē eccleſie nō curate.de vtriuſq3 enim intelligit̄ de ſta.mo.cū ad monaſteriu3. ver. tales facit cle.eo.ti.ne in agro.§.ceterū.⁊ qd̄ no.xvj.q. j.de monachis.⁊ p Hoſti.in dec.q dei timore. facit etia3 p dec.cū ſingula.ergo ⁊ eps hoc poterit. ¶ Quarto ſic pbatur etiā circa monachum ꝯcedunt̄ epo que maiora vident̄ ⁊ monacho magis phibita.fortius ergo licebit talis diſpēſatio velut minor vt pbat̄.eo.tit.cui l3 cū ꝯcor.exemplificat̄ primū q2 monachus qeti ⁊ cōtemplatiōi deditus eſt nec d3 ſeculares actiōes recipe.xvj.q.j. de p̄ntiū de poſtulando ex parte.⁊ tamē ex diſpenſatiōe epi hoc pōt.ea.q. q vere. ⁊ tñ illud fortius videt̄ ꝯ pfeſſionē monaſticham q̄z habere bñficium non curatū. ergo ⁊ hoc poterit.xvj.q.j.monachi.

¶ Quinto dato q ꝯcedat̄ epm diſpēſare nō poſſe cū clauſtrali vt inſtituat̄ in ſcl̄ari bñficio nō curato: ne pp tale bñficium frangat̄ ſtabilitas clauſtri ⁊ religionis ſilentiū ex quo tamē tranſlatus eſt ad curatū in hoc puilegiatū de ſta. mo. q dei nihil h3 cū moñ.cōe.xvj.q.j.ne pro cuiuſlibet.⁊ ceſſat rō ſilentij ⁊ clauſtri de qua ſupra. ceſſet ergo ⁊ phibitio de renū.poſt traſlationē cū ꝯcor.vt ſic pſone ſtatu mutato ceſſet phibitio.liiij.di.fraternitatē ⁊.c. qcunq3 de ſer.nō ordi. c.j.facit.ſ̄.eo.li.de iurepa.c.vno.⁊ de imu.ec.c.j.⁊ ſic cōueniant argumenta de tanq̄z.iij.q.vij.ſi ꝯtra patrē.ſ̄.de elec.cu3 iter vniuerſas in fi.⁊.c.cū inter cañ.circa mediū cū ꝯcor. diſpenſat ergo tanq̄z cū ſeculari clerico cuius iure cēſet̄. xvj.q. i.ſic viue:⁊.c.alia eſt cā.facit.xij.di.illa de ſta.mo.recolētes quod ergo de ſecularibus clericis ei ꝯcedit̄ iuxta no.ō elec. dudū.ij.de pben.de multa.xxj.q.j.in ſūma ꝯcedat̄ etiā in tali mōacho q iure clerici cēſet̄ ex idētitate rōis.ō ꝯſti. trāſla.

¶ Sexto fortificat̄ hoc p eqparationē monachi ad ſuu3. liiij.di.multos.qui nec pōt habere ppriū ſicut nec ſuꝰ ō ſtatu mo.c.ij.⁊ .c.cū ad mōaſteriū.xij.q.j.nō dicatis l3 ꝯſtat q ſeruus manumiſſus p adeptionē pōt hr̄e ppriū:ſicut ⁊ clericus p diſpenſationē eccleſie parochialis bñficiū non curatū hēre poterit qd̄ prius nō poterat. Vel ſi dicat̄ iſta eſt ſuitus debita clauſtro q monachus bñficiū non curatū hic nō poſſit ex quo tamē curā adeptus eſt ab hac ſeruitute liberū iſtud ad inſtar pdij liberi intermedij impediet illam ſeruitutē.ff.de ſer.ru.pre.q ſella.§.in ruſticis ſic ⁊ media pſona tollit impedimentū de elect.c.pe.de fi.preſby.ex trāſmiſſa ⁊ ſic nō curatū ꝯſeq poterit vt p illud mediū cōſequat̄ qd̄ p ſe ñ poſſet facit.ſ̄.e.li.de ꝯceſ.preben.auctoritate .ſicut q̄ñq3 accidit p adiunctū de ſepul. ſacris de iurepa.ex lr̄is. ¶ In ꝯtrium adducit̄ hec regula multipliciter. ⁊ primo ſic q monachus inſtituat̄ in eccl̄ia ſeculari hoc phibent iura q2 ꝯtriū eſt officio monachali alle.xvj.q.j.monachꝰ ⁊.c.ſi cupis ⁊.c.placuit.miror q non allegauit diſputās.c.ſup eo. ō regula. vbi eſt expreſſu3. ſ3 ab h̄ iure exorbitat ius qd̄ ex cā ꝯcedit eum prefici eccl̄ie ſeculari pochiali.lv.di. priſcis. xvj.q.j. ſic viue cū capl̄is ſe.illud ergo nō habilitabit̄ nec ad ꝯñā3 vel caſu3 aliū protrahet̄ vt hic ⁊ in ꝯcor.q eni eligit vitā cōtemplatiuam pp officiū pdicandi ⁊ curā aiarū trāſire pmittit̄ ad actiuam que dr̄ magis fructifera de renū.niſi ad fi. ⁊ pp maiorem vtilitatē facilius qd ꝯcedit̄ de trāſac.c.ſi.facit ō poſtu. prela.bone.j.que rō ceſſat in beneficio nō curato: fortius āt

pcedant

pꝛocedunt pꝛedicta ſi teneaᷓ opi. ꝙ etiá ad pochialem non
ꝓmoueᷓ monachus niſi ex diſpenſatóe hominis de quo ſatꝫ
no. xvj. q. j. in ſum. de ſta. mo. c. ij. ⁊ c. ꝙ dei. ¶ Secúdo in-
ducitur ꝙ diſpenſatio pluralitatis circa beneficia eſt odio-
ſa cū ipa pluralitas ſup cupiditate ⁊ ambitióe fundeᷓ ó cle.
non reſi. qꝛ nónulli de pꝛeben. qꝛ intantū. ē. e. li. de reſcrip. c.
fi. ⁊ hec in monachis ṗcipue repꝛobaᷓ de pꝛeben. auaritie in
deciſa. ſic etiá diſſolutio ⁊ vagatio que ex pluralitate pꝛoce
dunt. ē. eo. li. de pꝛeben. cū ſingula. in pꝛinc. ceſſet ergo talis
diſpenſatio cū oia ṗdicta teneaᷓ epẽ a monachis extirpare
⁊ puniri dꝫ nó faciens. xxvij. q. j. ſi hó. ⁊ c. ſi cuſtos. nec facē
dꝫ id a quo dꝫ alios ꝓhibere de na. ex lib. ven. c. vno de elec.
dudum. ij. ꝙ pꝛohibere debeat pꝫ de cle. non reſi. qꝛ nónulli
¶ Tertio daᷓ ꝙ ꝯcedaᷓ epm̄ cum ſeculari clerico diſpenſa
re poſſe in ſimplici ⁊ curato vt hꝫ cómunis opi. vt dixi. ē. in.
v. ar. tñ nó ſeqtur ꝙ diſpenſare poſſit cū móacho qa in ṗmo
ſola pluralitas eſt impedimēto. hic vero vltra pluralitatem
occurrit inhabilitas pſone ex monachali ꝓfeſſióe quare ad
tale bñficiuꝫ iudicaᷓ inhabilis ⁊ nó ſic facile tolluntᷓ duo im
pedimenta vel due ſuitutes vt vna. ē. de vſupaꝉ. ex tuarū. ⁊
no. in cle. de pꝛeben. c. vno ſup verbo momenti. nec iuuat qó
allegabaᷓ eū tráſlatū qꝛ nihilominꝰ monachus eſt: lꝫ ab ab
batis obedentia ſit ſolutus nec ꝯtra ipſiꝰ monachatus ſub-
ſtantialia diſpenſare poſſet. de ſta. mo. cū ad monaſteriuꝫ in
fi. ⁊ vide quod no. ē. eo. li. de elec. quoꝛūdam in glo. pe. vñ ⁊
in abbate eligi poſſꝫ. xvj. q. j. pꝛeſbiꝛos vbi de h̄. Iteꝫ ꝙ tráſ
latio vel mutatio ſtatus vel officij nó pꝛoficiat ꝓbaᷓ de elec.
auaritie. ē. eo. li. vbi nó adminiſtrans vt electus nec admini
ſtrat ſindicus vel pꝛocuratoꝛ. Item ꝓhibitꝰ vt pꝫ nó admi-
niſtrat vt tutoꝛ. ff. ó tuto. ⁊ curat. da. ab his. l. ſcire. §. ſi mater
alᷓs eēt dare vna via ꝓhibitū alia via ṗmitti ꝯ regulá eo. tit.
cum quid. ¶ Quarto certū eſt diſpenſatóes odioſas: qꝛ ſi
unt ꝯtra ius cóe vt hec ⁊ ſic ſunt reſtringende. ē. eo. ti. odia.
⁊. ē. eo. li. de fi. pꝛeſby. c. j. ⁊. ij. de elec. dudū. ⁊ hoc dicimꝰ qꝫ
quid ſit i criminibus ꝙ epiſcopi ꝯ iura nó diſpēſant niſi vbi
eis ṗmittitur vt eſt expꝛeſſuꝫ ó tempo. oꝛ. dilectus. xxv. q. ij.
amputato: hoc aūt non eſt permiſſum ergo id non poterit.
¶ Quito ꝯſtat ꝙ iſirmari vꝉ vituperari pót ṗcaueri debere
xxiij. di. i noie dñi de ſer. nó oꝛ. c. j. ó ꝑcu. c. j. ſꝫ ſi ꝯcedereᷓ ta
lis diſpenſatio euenire poſſet monachū renunciare eccleſie
parochiali vel illa ṗuari ⁊ ſic in ſimplici bñficio ex̄ clauſtruꝫ
remaneret ſine cura ⁊ officio ṗdicandi. qó abhoꝛrēt iura vt
eſt ꝓbatum. ¶ Soluit frater Ja. ꝑ hac pte ꝑ has vltimas
rationes inducens ṗncipaliter. xvj. q. j. c. de monachis ⁊ c. ó
pñtiū ⁊ no. ca. q. móachi. j. ó ſta. mo. ꝙ dei ⁊ c. cū ad móaſte
rium. ¶ Allegata pꝛimo in ꝯriuꝫ nó ob. qꝛ nó ſeqtur ſi epẽ
pót hoc ergo id ṗt cū móacho vt patuit ꝑ ſuperioꝛa. qó dᷓ
ſecūdo de decr. cū ſingula. nó ꝓcedit qꝛ ceſſat argumentū a
cótrario vbi illius ꝯrium expꝛimiᷓ in iure de quo vide quod
ſcripſi de elec. publicato ſup vltima glo. Item ex illo modo
arguendi ſequereᷓ ꝙ in duobus nó curatis diſpenſare poſſꝫ
epiſcopus cū monacho quod falſiſſimū eſt vt pꝫ ꝑ ſuperio-
ra. ad id quod ibi ſeqtur ꝙ diſpenſat in nó ꝓhibitis reſpon
ſuꝫ eſt ſupꝛa in. iiij. arg. huius ptis. Ad alle. tertio fateoꝛ ab
batem monacho ſuo cómittere poſſe admiſtra. moñ. nó cu-
ratam qꝛ ꝑ id ſtabilitas clauſtri nó frangitur cū ibi maneat
vt obedientiarius ad abbatis nutū ad clauſtrū reuocádus
⁊ ꝓ tanto dꝫ habere ſociū ſui oꝛdinis vt no. de ſta. monacho
rum ne in agro. §. ad hec. Item iuri plus placet ꝙ etiá ſi ta-
les adminiſtrationes ſunt curate cura debeat potius ꝑ ſecu
lares clericos ꝗꝫ ꝑ monachos exerceri. vt ſic clauſtralis illá
nó gerat de capel. mo. c. j. facit cle. de ſta. mo. ne in agro. §. ce
terum. Ad alle. quarto reſpondeᷓ nó arguēdū hoc caſu de
permiſſis admiſſis ad nó permiſſa ēt ſi ſint minoꝛa facit qó
ſcripſi de tranſla. c. vlt. ſup gl. pe. Ad. v. ⁊. vj. reſponſuꝫ eſt i.
iij. arg. huius ptis vñ monachus nó liberaᷓ a monachatu ꝑ
pochialé eccleſiá ſicut ſuꝰ a ſeruitute ꝑ manumiſſioné qó ꝑ
ſe pꝫ nec tractamus hic de purgatóe vitij ſicut in cáu decre.
pe. de elec. nec eſt hic difficilis ſeparatio vt in decre. ſacris ó
ſepul. cum curatum beneficium ſeparabile ſit a non curato.

q **Ve contra** ius. lxiiij. Póit Dy. exemplū in re eccſie
vel pupilli ꝯ formá ⁊ ꝓhibitioné iuris aliena
tam que alienatio habeᷓ ꝓ infecta. ē. eo. li. de
re. ec. nó alie. c. ij. C. de ſa. ſan. ec. l. iubemus ó
admi. tu. l. ꝯ tutoꝛes de ṗdi. mi. l. j. vñ nec dominiū tráſfereᷓ
nec paraᷓ titulus ṗſcribēdi. C. ó ṗdi. mi. l. ſi ṗdiū ó auc. pꝛe
ſtan. l. eū q ó vſuc. ꝓ emp. l. fi. ⁊ in pꝛe. dec. ij. ó re. ec. nó alie.
¶ Glo. j. remittit ad exempla ⁊ ponit alia ⁊ de má remittit
ſecūdo obijcit in ſpē ⁊ in genere de ꝓhibitis que facta tenēt
vel confirmaᷓ ⁊ tripliciter ſoluit. ponit etiá quartá ſolutio-
nem quá impꝛobat. tertio obijcit de maleficijs ⁊ ſoluit.
¶ In. j. gl. ibi facta tenent dat Dy. exemplū de. l. ff. de iter.
⁊ re. l. relegatoꝛū. §. ad tps. vbi relegatis non debent adimi
bona tamē ſi adimanᷓ tꝫ ademptio ad idem. ff. de fer. l. j. vbi
ꝓhibeᷓ ferri ſnia tpe feriato fauoꝛe hominū ſi tamē feraᷓ ꝑ
tibus pñtibus tenēt ⁊ ibi tollenᷓ vꝉ ad annullandū certa ac
tio vel exceptio pareᷓ vt in his que fiunt dolo vꝉ metu. Dy.
qꝛ factū tꝫ lꝫ non teneat cóſiderato effectu. ff. eo. ti. nihil iter
eſt. ⁊ ibi itelliguntᷓ ꝯria. ⁊ de hoc in ſpe. de diſpu. ⁊ alle. §. pꝰ
hec. ver. vꝉ illud ius hꝫ cáꝫ. dicebat Dy. qñ lex vltra pꝛogre
ditur ſtari dꝫ clauſule ſpáli: generali relicta. ff. ó. ver. ob. l. do
li clauſula. C. de pe. ſanctio leguꝫ. ff. de ali. le. l. alimēta. §. pe.
⁊. §. ſtichus. Abbas in diſtictóibus de teſti. c. ij. in fi. dat aliá
ſolutioné quá attribuit odof. aut expedit faciēti id haberi
ꝓ infecto: ⁊ tūc habeᷓ pꝛo facto vt in maleficijs. ⁊ ſeqtur in
gl. qꝛ delictū non pꝛebet imunitaté. ff. de iterdic. l. relegato-
ruꝫ in fi. aut illi expedit haberi ꝓ facto. ⁊ tūc habeᷓ pꝛo infe
cto vel ipo iure. pone exemplū de elec. cū in cunctis. vꝉ ope
exceptóis. eo ti. ꝙ ſicut, ne ex impꝛobitate cómodū repoꝛtꝫ
. ff. de fur. itaqꝫ fullo. ⁊ ibi ſoꝛtiunᷓ. i. alias ſoꝛtiri poſſunt. dicᷓ
Dy. regula loqtur in pꝛohibitis a iure. tamē illoꝝ quedam
ſunt quoꝛū effectꝰ retractari pót ⁊ ad ṗmū ſtatū reduci vt i
ꝯtribꝰ electionibus ⁊ teſtamētis ⁊ in his loqtur regula que
dá ſunt q̄ tractari vel ad pꝛimū ſtatū reduci nó poſſunt. vt
moꝛtuꝰ ad vitam ⁊ in his ceſſat effectus regule.

b **Ec regula** facit ad qōné tritá. ſ. dñi
calem poſtea diſputatá ꝑ
fratré Jac. ⁊ Guido. poſtea epm̄ mutineñ. que
ſic ꝓponebaᷓ ꝑ vltimū ſponſus ſponſaꝫ de pñti
ingreſſaꝫ monaſteriū ⁊ ꝓfiteri volenté violenter rapit ⁊ coꝛ
rupit que poſtea ꝓfiteᷓ ſponſus ipam repetit ꝗriᷓ an poſſit.
¶ Quod poſſit allego. v. ⁊. vi. in ꝯrium. tertio ponitur ſo.
Hoſtien. ⁊ Jo. ꝯria Bar. ⁊ Guid. rñdētū ad róes pꝛimo
rū vltimo de. q. excludo. iiij. cáus nó dubios ⁊ ſcdos ſequoꝛ
Pꝛo actoꝛe ſi allegabaᷓ poſſetenus abbꝛeuiando ꝯſtat ꝙ
matrimonio cóſumato alter altero inuito relegioné ingredi
non pót ſꝫ iter iſtos erat matrimoniū ꝯſumatū ergo ⁊c̄. ma
ioꝛ pꝫ ó cóuer. ꝯiu. ꝑ totū ⁊. xxvij. q. ij. ſunt q dñt ⁊. c. agatha
ſa cum ſequētibus. Declaro minoꝛé ad cóſumationé matri
monij reqrunᷓ duo cóſenſus aioꝛū ⁊ cómixtio coꝛpoꝛū que
firmat ⁊ ꝑficit. xxvij. q. ii. in oi. ſed iter iſtos vtrūqꝫ interue-
niſſe ꝓponiᷓ ergo ⁊c̄. nec obſtat violentia qꝛ etiá illicitꝰ coi
tus affinitatem inducit ⁊ efficit virū ⁊ mulieré vná carneꝫ ⁊
vnū coꝛpus pꝫ pꝛimū de eo q co. cóſan. diſcretioné. hꝫ. xxxii.
q. iiii. in eo foꝛnicatoꝛ. ſi ergo hec copula lꝫ illicita fecit ſpon
ſos vnū coꝛpus. pars nó pót religioné itrare parte reliqua
in ſeculo remanēte. xxvii. q. i. qꝛ agathoſa. de conuer. ꝯiu. ad
apoſtolicá. ⁊ ponderaᷓ hic factū quod ſemel factuꝫ nequit
nó fuiſſe. ff. de cap. ⁊ poſtli. re. in bello. §. facte ṗcipue in hoc
caſu quo virgo poſt ruiná ſuſcitari nó pót. xxxii. q. v. ſi pau-
lus cui ꝯcoꝛ. l. C. de rap. vir. vna. ⁊ pꝛecipue qꝛ in coꝛruptióe
etiá inuita pꝛeſumiᷓ aliqualis fuiſſe ꝯſenſus qui ma. ac. poſſ.
inſup. ⁊ facit quod ſcripſi poſt Hoſti. de deſpon. ipu. cótine
batur. cū aūt coacta voluntas includat volūtaté. xv. q. i. me
rito ergo talis volens pꝛofiteri nó potuit. Item dato ꝙ nul
lus fuerit ꝯſenſus ſꝫ abſoluta coactio. ſicut tamē coꝛrupta i
ter virgines reputari vel conſecrari nó dꝫ. xxxii. q. v. illic. qa
lꝫ ꝗtum ad gratiá ſuſcipiatur vt virgo. ſecus ꝗtum ad. i. q

voluntatem nō ponderat ſed opus.e.q.c.ſi.qua rōne igitur
conſecrari non pōt.qꝛ cognita eadem non poterit ꝓfiteri.
nam iura nō diſtinguūt qualiter matrimonium fuerit conſu
matum.ergo nec nos diſtinguamus.ii.q.v.ꝯſuluiſti.cuꝫ cō
cor.ergo ꝓfeſſio ſiue cum voluntate ſiue inuita fuerit conſu
matum.ſiĉ quod de illo qui caret vno oculo dicitur.lv.diſ.
c.vi.⁊ vide quod ibi no.ad qōnem. ¶ Secūdo ꝙ talis coi
tus fuerit ſine culpa probaꝛ qꝛ nullo iure ponitur vt pꝫ a cō
trario.xxxvj.q.ij.ſi quis virginem vnde no. Jo.ca.cā.q.j.c.
ij.ꝙ talis non incidit in conſtitutionem.qꝛ vtitur iure ſuo ⁊
ſua poſſeſſione quā habꝫ ex ſponſalibus vnde primus coitꝰ
ex debito eſt ⁊ nō gratuitus de hoc.xxvii.q.ii.coniuges nul
li ergo fecit iniuriam vtendo iure ſuo de elec.cuꝫ eccleſia. ⁊
ſi dicat eum deliquiſſe bonū precedentis matrimonij illum
excuſat.xxxij.q.ij.quicquid. ¶ Tertio cū fauores amplien
tur ⁊ odia reſtringanꝛ.ſ.e.odia cū concor. matrimonia:aut
ſint fauorabilia de ap.directe in fi.⁊ ſic conſtōnes illa diſſol
uentes ſunt odioſe ergo reſtringende.viii.q.i.ſciendū cōſti
tutiones ergo ꝑmittentes ante carnalem copulam diſſoluti
oneꝫ matrimonii de oī copula intelliganꝛ ſiue ſponte ſiue ꝑ
vim exacta.⁊ in dubio iudicaꝛ prō matrimonio de re iudi.c.
fi.⁊ eſt fauorabilius q̄ꝫ religio quod ꝓbant duo dec.de rap.
cuꝫ cā de eo qui cog.con.ſuper eo.non ergo debemus in ve
ritate corruptam cōtra matrimonium fingere virginem cuꝫ
regulariter veritas periudicet opinioni de biga.nuper. viii.
di.veritate.⁊ pōt eſſe rō maioris fauoris matrimonij qa ibi
publica verſaꝛ vtilitas ampliatōis generis humani ad reſti
tutionem lapſus angeloꝝ.xxxij.q.ij.§. his ita de conſe. di.i.
hi duo in religiōe verſatur priuata de regula. lꝫ. ⁊ publica ē
preferenda.vii.q.i.ſcias de poſtu. prela. bone.i.

¶ Quarto nō ſolum eſt fauorabilius ſed etiā fortius vnde
matrimoniū cōſumatum ſortitur effectuꝫ a iure diuino ⁊ in
diſſolubilitate.xxv.di.deinde.ſ.e.li.de voto.c.vno.ſꝫ ingreſ
ſus religionis ꝗ permittitur ſponſis eſt de iure humano qđ
cedit diuino.viii.di.§.ii.cū.capitulis ſequentibus vincat er-
go matrimoniū vt fortius. ¶ Quinto licꝫ dicatur voluiſſe
ſponſam ꝓfiteri nō ſufficit voluntas vbi requirebatur factū
vel effectus ad diſſolutionem de eo ꝗ mit.in poſ.c.i.facit de
pe.di.i.§.cogitatio cū capitulis ſe.de pe.di.ii.§. Item illud.
⁊ di.iii.i caſū.⁊.vii.q.ii.nihil ⁊.c.ſunt plures đ bap. maiores

¶ In ꝯrium conſtat ante conſumationem matrimonij lice
re alteri cōiugum altero inuito religionē ingredi patet hoc
de cōuer.coniu.c.ij.⁊.c.ex publico vbi ſecundum quoſdam
ad profitendū vel conſumandum danꝛ duo menſes vel ſecū
dum alios tempus arbitrariuꝫ vt ibi no.ſed h̄ nō fuit matri
monium cōſumatum quod fit per carnis corruptionem de
biga.debitū que non interuenit nec ꝓcedit niſi per corrup-
tionē mentis.xxxii.q.v.c.ij.⁊.c.propoſito cū ergo incorrup
ta poſſit ingredi.⁊ iſta ſit talis ergo ingredi potuit.

¶ Secūdo oē quod eſt ſacramentuꝫ vel alterius rei ſignū
illius debet eſſe ſiĉ de conſe.di.ij.ſignū.⁊.c. ſpecies. ſed cō
ſumatio matrimonij carnalis eſt ſacramētuꝫ coniunctionis
xpi ⁊ eccl̄ie.xxvij.q.ij.cum ſocietas ⁊ pre.c.debituꝫ vt ergo
hec illius ſimilitudinē gerat debet eſſe voluntaria ſicut fuit
illa cum nō legamus xp̄m vel ap̄los traxiſſe violenter genti
les ad fidem ⁊ habetur ꝯrium.xxij.q.v.ad fidem.xlv.di.qui
ſincera. ¶ Tertio coactio etiā conditionalis impedit con-
ſumationem matrimonij ſpūalis.xx.q.j.ſicut ⁊.q.iij.prius ⁊
quod me.cau.c.j.fortius impedire dꝫ cōſumationem carna
lis.in quo ceſſare dꝫ omnis coactio de ſpon.cum locuꝫ ⁊ da
to ꝙ non impediret conditionalis ſalteꝫ impediret abſolu-
ta que impedit a baptizato ⁊ ordinato impreſſionē caracte-
ris.xlv.di.de iudeis.de bap.maiores de ſecundo not. lxxiiij.
di.geſta. ⁊ ꝙ impediat cōſumationem matrimonij pꝫ a con
trario qui ma.ac.poſ.inſuper qꝛ ſi requiratur quod ſemel cō
ſenſerit vbi non conſenſerit ceſſet conſumatio de deſpon. im
pu.continebaꝛ. ibi de ſuo aſſenſu deſponſata ⁊ cognita.

¶ Quarto ſponſo repetenti obſtat fauor duplex oppreſſi
ſcilicet ⁊ religionis. Item odiū opprimentis de primo con
ſtat ꝙ per violentiā factam non imputantur quo ad huma
num vel diuinuꝫ iudiciū.xv.q.vj.c.j.xxxj.q.ij.lotharius.j.q.
j.cōſtat.l.di.puberos facit.v.di.ad eius cum ꝯcor.vnde ⁊ ſi
mulier hec paſſa fuiſſet tertio maritus ſibi id imputare non
poſſet.ff.ad adul.l.pe.etiā ſi culpa in caſuꝫ incidiſſet vt not.
xxxij.q.v.ꝓpoſito ⁊ multo minus ipſe vir cogēs ſibi hoc po
terit imputare ad hoc de eo ꝗ.cog.cō.diſcretionē đ ſecūdo
fauore.ſ.religiōis ⁊ cōtinentie cuius ſumma eſt rō.ff.de reli.
⁊ ſump.fu.ſunt pſone ꝓbatur ꝙ eſt maior q̄ꝫ matrimoniū ⁊
ꝙ preferꝛ fecūditati prolis.xxxij.q.iiij.his ita bene facit.xx
vij.q.j.nuptiarū.xxxij.q.j.nuptie.⁊ quod ibi no. ⁊ in autj.đ
mona.§.ſancimus.de tertio pꝫ de odio opprimentis ne ex đ
licto fiat melior ipſiꝰ cōditio.ff.de reg.iur.nō fraudaꝛ.§.ne-
mo.xij.diſ.nos ꝯſuetudinē.ne ꝓ pena quā meruit cōſequaꝛ
premiū de ſen.ex.ſi vere.ꝙ deliquerit ⁊ penaꝫ mereaꝛ pꝫ ꝙ
ſpōſa ſi nō fuiſſꝫ oppreſſa ſuo iure poterat debitū denegaꝛ
ſiue dicamꝰ ꝑmū coitū gratuitū ſiue dicamꝰ exceptōeꝫ tpis
ꝯpetere iuxta no.xxvij.q.ij.ꝯiuges deliquit ergo ſponſus ꝑ
uando illā priuilegijs virginitatis ⁊ ꝑ ꝯn̄s cōſecrationis ⁊
aureole vt no.xxxij.q.v.reuera ⁊.c.ille.item deliqꝛ petendo
plus cā vel tempore ſꝫm ſuperius dicta de plus pe.c. vno. ⁊
fuit amator ardentior in vxorem.xxxij.q.iiii.origo.

¶ Item ſacrilegus ⁊ excōicatus opprimendo religioſam
lꝫ nō ꝓfeſſam.de ſen.ex. religioſo li.eo. Item excōmunican
dus impediendo religiōis ⁊ caſtitatis ꝓpoſitum.xxxii.q.ii.
c.fi.ad hoc.liiij.di.multos. Item qꝛ ius ſibi dixit in re ꝓpria
cōtra id.xvj.q.vi.C.de iudi.nullus ⁊ lꝫ nō puniatur vt rap-
tor nec vt incidens in cōſtitutionem ſi quis in tantā vt not.
xxxvi.q.i.c.ii.punietur tamē vt trangreſſor legis ꝓhibentis
ne quis rapiat ſponſam propriā.C.de rap.vir.l.vna.nam ſic
ēſt in matrimonio ſpirituale qꝛ nō debet ſponſus ſuā ſpon-
ſam vel beneficium rapere violenter de preben.eum qui lib.
eo.ergo ſi multipliciter deliquit eſt ꝓpter ſui odium repel-
lendus alias daretur occaſio malignādi cōtra. xvi.q.i.legi.
de diuor.quāto in fine.⁊ conſequeretur indirecte quod di-
recte nō poſſet cōtra id de procuratoribus tue ⁊ hoc eo.tit.
cuꝫ quid vna . ⁊ audireꝛ ſuā turpitudinem allegans cōtra il
lud.de conceſ.preben.cum ſuper de donatio.inter dilectos.

¶ Quinto vir ⁊ vxor nō iudicantur ad imparia.xxxii.q.i.ſi
quis de diuor.gaudemus.ſed dicēdo ꝙ oppreſſa nō poſſit
ꝓfiteri erit imparitas cum oppreſſionem ⁊ abſolutam coac
tionem poſſit vir inferre ſponſe nō ecōuerſo ut ſcripſi quod
me.cau.ſacris in.q.ii.⁊ de ſpon.is qui.⁊ eſt ſi.qđ not.de vo-
to.c.vno.ſ.eo.li.in.iii.gloſ. ¶ Sexto ex quo ſponſa voluit
ꝓfiteri iam videtur ꝓfeſſa ad hoc de voto litteraturaꝫ ⁊ ex
hoc videꝛ vitam voluiſſe mutare ⁊ ſic iam eſſe profeſſam.ſ.
eo.li.de regula.nō ſoluꝫ ⁊.c.bn̄ficiū cū in bonis voluntas ꝓ
ope habeaꝛ de pe.di.i.magna ver.votū eni.⁊.xlv.di.due ſūt
⁊ maxime ex quo ꝑ volētē nō ſtat ſed ꝑ aduerſariū quo mi-
nus voluntas impleatur.de do.⁊ cōtu.ꝯtingit. ¶ So.rece
dendo a verbis diſputantis ſciēdum ꝙ Hoſti. in ſum.đ cō.
coniu.ad fi.ver.qđ ſi virgo tenet ꝙ reddēda ē viro.ꝑmo qꝛ
vſus eſt iure ſuo vt.ſ. ſecūdo qꝛ negari nō pōt qn lꝫ ſponſa
prima nocte inuita ſit cognita ſint facti ſpōſi vna caro ſacra
mento matrimonii ꝓcedente.eo.ti.ad apoſtolicā. tertio qa
cognita preſumiꝛ cōſenſiſſe.qui ma.ac.poſ.inſuper.fateꝛ ꝙ
ſecus ſi poſt tempus ꝓfeſſionis illam cognoſceret qꝛ tunc n̄
vteretur iure ſuo ſoluto vinculo.eo.ti.c.ii.⁊.c.ex publico.im
mo puniendus eēt pena de qua.xxvii.q.i.ſi quis rapuerit.⁊
xxxvi.q.ii.ſi quis non dicam. ¶ Circa qōnem frater Jaco.
diſputans tenuit idem eiſdem rationibus .ſed Barto.brix.
in queſtiōe ſua dominicali. lxxx. tenet ꝯrium rōne ſuperius
dicta.ne ſcilicet melioris conditionis ſit delinquens q̄ꝫ non
delinquens de preben.eum qui li.e.cū ꝯcor. hanc partē ten
uit Guido per vlr.alle.⁊ ad tres Hoſtien.rn̄.primo ad pri-
mā per id quod dixi in princi.ſecūde partis.⁊ ver.de tertio
ad ſecūdam reſpondet ꝙ ſponſa traducta licꝫ inuita prima
nocte cognita veniſſe preſumitur vt conſumet matrimoniuꝫ
ſed in themate noſtro contra vbi apparet de contraria volū
tate.ſcilicet ꝙ ꝯſumationi reſiſtebat religionē eligēdo. Ad
tertiā rn̄det ex dec.inſuꝑ ſum.cōtrariū dixi.ſ.parte.ii.v.itē

coactio

coactio ad iura que dicunt non diſtingui vbi canon nõ diſti
guit. Reſpondeẽ per.c.xxxiij.q.ij.quos deus.ꝛ de con.ꝯiu.
ex publico i fi. Iura võ q̃ dicũt factũ attẽdi ſoluũt ꝙ ponũt
ſpãles caſus ꝓp defectũ ſacramẽti vl' ꝓrogatiuã ordinũ de
pꝛio.xxxij.q.v.ille.de ſecũdo.lv.di.c.vlt.ſed ille cauſe h̃ ceſ-
ſant q: lꝫ oppꝛeſſe nõ poſſit ꝯſecrari põt ꝯfiteri de quo log-
mur: ꝛ regulꝛ in penalibus volũtas attendiẽ potius q̃ꝫ fcm̃
Ad id qð dr̃ ꝑ illicitã copulã iduci vnionẽ carnis nõ ſeq̃ ꝑ
id mr̃imoniũ ꝯſumari. ¶ Ad veritatẽ huius habẽdam ex-
clude caſus nõ dubios ſi ſpõſa in ingreſſu vl' poſt añ oppꝛeſ
ſionẽ feciſſet acruꝫ aliquẽ ꝑ quẽ dici poſſet tacite ꝓfeſſa qð
nõ eſt dubia ꝛ ſic dilato verba Hoſti.que ſupꝛa poſui.ꝛ de-
claro qð dixi in fine ſecũde partis. Itẽ ſi ſpõſa lꝫ inuita con-
ſenſiſſet in copulã. Itẽ nõ eſt dubia q̃ñ ſpõſuſ lꝫ oppꝛeſſiſſet
nõ tñ ſemen emiſiſſet ſup quo vide qð ſcripſi de ſpon.c.fi.ð
eo q cog.cõ.fraternitati qð h̃ non itero: q: materia nõ dele-
ctat. Poſſet dici ẽt qð indubia q̃ñ poſt aſſignationẽ duorũ
mẽſium vl' tẽpoꝛis arbitrarij fieret talis oppꝛeſſio añ omnẽ
profeſſionẽ quaſi tũc licite potuerit ſpõſus copulã exigẽ ab
inuita ꝑ ſupius alle. Sed dices ꝙ ſatis eſt ꝙ trãſierit ad re
ligionẽ vt iſta de qua queriẽ cũ tex.dec.ex publico dicat ad
religionẽ trãſire: ſed vt ibi no.in.iij.glo.in fi.ille termin⁹ daẽ
ad ꝓfitendũ nõ ſimpl'r ad igreſſum al's male eẽt prouiſum
ſponſo ſi annũ ꝓbationis expectare deberet.eſt ergo qð du
bia q̃ñ ſpõſa etiã tacite nõ ꝓfeſſa infra duos mẽſes aſſigna-
tos vl' aliud tẽpus arbitrarium oppꝛeſſa fuit ꝛ cognita nec
cõſenſit in copulã.in his aũt termĩs teneo cũ Bar.ꝛ Gui-
done ꝑ ſupius alleg.facit hec regula.ꝛ.ff.q ſatiſd.cog.quo-
tiens vitioſe cautũ vl' ſatiſdatũ eſt: nõ vr̃ cautũ cũ ergo ꝯtra
ius ꝛ vitioſe oppꝛeſſa fuerit vt ꝓbatum eſt ſupꝛa parte.i.v.
de tertio quo ad facientẽ habeaẽ pꝛo nõ fcõ vt dixi ſupꝛa .j.
glo. Item iuris bñficiũ mulieri que nõ ſolũ ṽbo ſed fcõ ſuã
voluntatẽ oñderat auferri nõ debuit.ſ.e.indultum.cũ con
coꝛ.multũ mouet ꝯſenſus q potiſſime in mr̃imonio reqritur
ſed mr̃imoniũ nõ eſt perfectũ niſi per copulam.ergo copu-
la requirit ꝯſenſum ſaltem incluſuꝫ in coactione ꝯditionali
vt eſt dictum.xv.q.i.merito.patiens autem coactionem ab
ſolutã nil agit qð me.cã.ſacris ergo nec conſentit.

q **Ui ad agendum** lxxi. ¶ Gl.
pꝛia dicit vñ ſumpta.ſecũdo ponit rõnem re
gule.tertio dicit regulã ꝓcedere in eiſdẽ pſo
nis.quarto dicit eã fallere in poſſeſſoꝛijs.

¶ In pꝛia glo.ibi.§.cui damus ſeqtur actionẽ foꝛtius exce
ptionẽ ꝛ ibi tpe tolliẽ vt de dolo.ꝛ ibi oꝛdinarij.vide.ſ.eo.
dolo facit. ¶ In pma glo.ibi cui lꝫ. Dy.dicit de regula fa-
uoꝛabilioꝛes.ff.eo.ti.ꝛ ſic ad idẽ.ſ.eod.cũ ſunt.ꝛ.c. nõ lꝫ. ꝛ
ibi poſſeſſionẽ reſtituet.eẽt eni ſpẽs ſpoliatiõis poſſeſſionẽ
denegare locatoꝛi.ff.de pcar.l.vlt.ꝛ iõ ſup dñio nõ audiẽ ni
ſi facta reſtõne.ff.ſi per vim vel alio mõ.l.i. Dy. ꝛ ibi agẽte
poſſoꝛio.ſ.iterdicto vñ vi.ꝛ lꝫ. G.i.l. ſi ð vi.ff.ð iudi.dicat
ꝙ exceptio dñij excludat iterdictũ recupãde alibi no.ꝯriũ
ꝛ verius.ſ.ff.de vi ꝛ vi ar.l.i.§.i.ꝛ de ver.ſi.mulieris.§.i.ꝛ de
vſuc.ſeqtur.§.ſi dñs.de hñte poſſeſſionẽ clãdeſtinam dubi-
tabatur an excipiat ð dñio ꝛ videẽ ꝙ nõ: cũ lex eqparet vio
lẽtã ꝛ clãdeſtinã.ff.qð vi aut claꝫ.l.i.§.i.ꝛ ad.l.faui.de pla.
eũ qui fugitiuum. Dy.tꝫ ꝯtrariũ cũ longe impꝛobioꝛ ſit ha-
bẽs violẽtam q̃ꝫ hñs clãdeſtinam.ar.ff.de fur.ſi vendidero
§.cũ raptoꝛ.inducit.l.C.de pꝛobatio.ius ciuis.tenet etiam h̃
Dy.ꝙ ſententia lata in petitoꝛio parat exceptionem rei iu-
dicate in poſſeſſoꝛio adipiſcende vel retinende ſed non in
poſſeſſoꝛio recuperãde ipſius. rõ quia pꝛimo duo poſſeſſo
ria excludunẽ per exceptionem dominij.tertiũ non ꝛ ꝑ hũc
modum concoꝛdari poſſunt ſm eum glo.que videntur con
trarie.ff.de interdic.l.j.§.quedam.ꝛ.C. de interdict.incerti.
in fi.dicebat ergo h̃ Io.mo.in additiõe ſua ꝙ regula ceſſat
quandoqꝫ ex malitia partis.ff.de reſcin.ven.l.fi.in fi.in autl.
de tri.ꝛ ſe..§.illð q̃qꝫ coll'.iij.ſeu ex ꝓuilegio cãe.ð reſti.ſpo.
in lr̃is.ꝛ ſe.aut ꝓpter fragilitateꝫ ſexus.ſ.e.li. de elec.indẽ-
nitatibus.§.verum.ꝛ ne mera executio impediaẽ vt in pꝛe.

decre.accedẽs alle.de offi.oꝛ.irrefragabili.ꝛ vide qð dixi ð
ex.pla.iter dilectos in glo.nõ ſolũ.vbi Inno.ꝛ Hoſti.dixe-
rũt regulã locũ hr̃e q̃ñ de eodẽ ad idẽ agiẽ ꝛ excipiẽ.

b **Uic regule** coaptaẽ qð quã diſpu-
taui paulopoſt docto-
ratum meum q̃ querebã an eccleſia pſcribat reꝫ
layci ſpacio.x.an.ita ꝙ ex tali pꝛeſcriptione age
re ꝛ excipere poſſit.poſito tamen pꝛimo ſequitur ſecundum
per hanc regulam. ¶ Pꝛo eccleſia alle.quatuoꝛ ꝛ totideꝫ
contra ipſam.tertio ꝓmiſſa opi.ſolutioni contraria queſtio
ſoluiẽ ꝛ contrarijs reſpondetur. Et pꝛimo videtur ꝙ nõ p-
ſcribat.nam qð ſibi nõ vult fieri.ſ.pſcribi decẽnio nõ debet
alijs facere. Math.vij.ꝛ in pn̄.decretoꝛuꝫ.xxxij.q.vj.ſi du
cturi.ſ.de maio.ꝛ obe.dilecti.pꝛimũ pꝫ.xvj.q.iij.§.põt.ad
fi.ꝛ autẽ.quas actiones.ꝛ.ſ.de pꝛeſcrip.illud.ad idem vẽit
quod dicimus quẽlibet iure quod in alterum ſtatuit vti de
bere de conſti.cum omnes.ff.qð quiſqꝫ iuris.l.i.ꝛ in rubꝛo.
ꝛ qð in ſui perſona quis refutat in alijs velle vl' pꝛoferre nõ
debet de homi.cum iuramẽto.ff.manda.ſi negocia.nec pꝛo
me inducere poſſum qð repꝛobo vl' ecõuerſo.xix.di.c.j.
¶ Secundo videmus ꝙ ſi ſeruus in dominum nõ toꝛque
tur ſic nec econuerſo.C.de queſtio.l.pꝛidem.ꝛ ſicut iudeus
in ſabbato non conuenitur ita nec conuenit.C.de iudeis .l.
die ſabbati. ¶ Tertio ꝯſtat ꝙ fauoꝛ ledit vnde ſi emi vina
exceptis accidis ꝛ mucidis etiam ſi expediret mihi ꝛ velleꝫ
illa habere.non poſſum ex illo contractu.ff.de peri.ꝛ cõmo.
rei ven.ſi vina.ſ.eo.li.de pꝛeben.cui de nõ.ꝛ vide circa hoc
quod no.ſ.eo.titu.quod ob gratiam.vbi extendere poteriẽ
per decre.pꝛudentiam.de mu.pe.ꝛ ꝑ alia iura. ¶ Quarto
facit ad hanc partem.xvj.q.iij.placuit.j.quod ibi no.fac.ſ.
eo.ex eo per cuius regule concoꝛdantias potes extendere
hanc partem.ex qbus ꝯcluditur ꝯtra eccleſiam ꝙ non pꝛe-
ſcribat decẽnio cum tale tempus non recipiat contra ſe.
¶ In contrarium inducitur pꝛe.regula qð ob gratiam.cuꝫ
concoꝛ.cum ergo vtroqꝫ iure in fauoꝛem eccleſie quadrage
naria pꝛeſcriptio ſit inducta de cañ.dixi.ſ.de ciuili pꝫ.C.de
ſac.ſan.ec.l.fi.ꝛ autẽ.quas actiones. ꝛ in coꝛ.de eccle.tit.§.
pꝛo tempoꝛalibus hoc in eius leſionem retoꝛqueri non de-
bet vt in minoꝛi tempoꝛe rem layci non pꝛeſcribat ne in illa
pꝛeſcribenda ſit deterioꝛis conditionis quam laycus fac.C.
de pꝛocur.non eo minus. ¶ Secundo ſpe.eccl'ia inducit ꝓ
ſe quod non recipit contra ſe.x.diſtin.c.j.xxxvij.diſtin. ſi qd
veri.ꝛ aliter iudicamus res eccleſie q̃ꝫ res pꝛiuatoꝛum.vn-
de emphitheota eccleſie ceſſans in ſolutione canonis bien-
nio cadit a iure ſuo emphitheote pꝛiuati datur triennium ſu
pꝛa de loca.ꝛ con.potuit.C.de iure emphi.l.ij.
¶ Tertio multas libertates ꝛ pꝛiuilegia habent res eccle
ſie.quibus non participant res pꝛiuatoꝛum vt patet ex legi
bus canonizatis.xvi.q.i.§.nouarum que habentur.C.de ſa.
ſan.eccle.l.placet.ꝛ.C.de epi.ꝛ cle.l.i.ſ.eo.li.de ceſi.quãq̃ꝫ
ꝛ de immu.ec.c.i. ¶ Quarto attenta ratione contraria ſeq̃
retur ꝙ eccleſia romana aduerſus eccleſiam minoꝛem non
pꝛeſcriberet minoꝛi ſpacio q̃ꝫ centum annoꝛum cum contra
ipſaꝫ minoꝛi tempoꝛe inferioꝛ eccleſia nõ pꝛeſcribat qð eẽt
abſurdum ad hoc de pꝛeſcrip.ad audientiam.ꝛ facit de cle.
non reſi.cum dilectus. ¶ Quibuſdam tamen videẽ ꝙ cuꝫ
omnes eccleſie ſint eccleſie romane ipſa eccleſia romana cõ
tra inferioꝛes nõ pꝛeſcribat de quo vide.xvi.q.iiij.volum⁹.
ꝛ in Spe.de pꝛeſcrip.§.illud etiam queritur immo qð plus
eſt video ꝙ pupillus pſcribit ꝯtra aliũ: ſꝫ nõ alius ꝯtra ipꝫ
.C.de an.ex.vt pfectius.ergo nõ ſequitur idẽ eſſe ius in pꝛe
ſcribẽte ꝛ eo ꝯtra quẽ pſcribiẽ ex qb⁹ cõcludiẽ rẽ layci pſcri
bi dcẽnio ꝑ eccleſiã ſicut ꝑ laycũ. ¶ Scðo ſciẽdũ ẽ ꝙ Io.
xiij.q.ij.c.i.ꝛ Ber.de pſcri.illud in.iij.gl.dñt eccleſiã pſcri
bere rẽ layci ſpacio.xxx.an.ꝛ ꝓp illas glo.diſputaui hãc.q.
ꝛ Hug.xii.q.ii.in pꝛin.expꝛimebat ꝙ non minoꝛi: cum decẽ
nalis vel vicẽnalis in eccl'ia locũ nõ hẽat. ¶ Itẽ ſciẽdũ ꝙ
glo.pal.Ber.in.c.illud ad lr̃am fuit Lau.quã ẽt poſuerũt
Vinc.ꝛ Gof.ſed rõ quam inducit illa gloſ.de.l.qð fauoꝛe

nō ꝯcludit illud dictum ſed potius ꝯtrariū. ⁊ idē dico de eo qḋ no. Jo. mo. de preſcrip. c. j. vtēs eadē rōne. ¶ Soluē do teneo cū Dama. qui hoc no. in ſum. de preſcrip. añ finē. ⁊ Accur. qui no. in autē. quas actiōes. C. de ſa. ec. ⁊ in autē. de ec. ti. §. pro tēporalibus. ꝙ eccleſia rē priuati pſcribit vt pri uatus ſpacio. x. vel. xx. an. ꝑ rōnē. l. qḋ fauore quā alle. Lau. ⁊ ſeqˉces. iſtud tꝫ ēt Hoſti. in ſum. de pſcrip. §. q̄ requirant. ver. nūquid ergo eccl'ia. dicēs cū Accur. ꝙ titulus qḋ qſqꝫ iuris nō ob. qꝛ ꝓprio motu nō ꝑ impetrationē princeps illō tēpus. xl. an. ꝯceſſit eccleſijs. ff. qḋ quiſqꝫ iuris. l. iij. Hi vero qui tenebāt illā opi. mouebant vt ſaluarēt. c. ſanctoꝝ de ꝑ ſcrip. ⁊ alia iura que de preſcrip. xxx. annoꝝ loquunt: ſed vt ſcripſi in pre. c. illud. ⁊ de priuile. accedētibus. lꝫ conari de beamus ad correctionē iurium euitādam de elec. cū expedi at. ē. eo. li. vt tñ de correctione ꝯſtat vt in mā iſta falſas ſolu tiones nō debemus exq̄rere vltra hoc ꝙ preſcriptio legalis triginta annoꝝ nullo mō ꝓcedit in eccleſia vel eccleſiaſtico foro. illa eni currit cum mala fide qḋ canones abhorrēt de preſcrip. vigilia. ⁊ c. vlt. ē. eo. poſſeſſor. Ex ꝑdictis aūt ſeqt ꝙ eccleſia hꝫ rōnem ad rem petēdam ſi cadat a poſſeſſione ⁊ fortius exceptionē ad illā defendēdam vt pꝫ. xvj. q. iij. §. pōt. C. de pſcrip. xxx. vl. xl. an. l. ſi qs emptionis. ¶ Ad id qḋ dicit qḋ tibi nō vis fieri ⁊c. exponit nec velle debes ſꝫ ec cleſia bñ dꝫ velle vti ſua ꝯfendēdo ꝑuilegio ſibi per vtrūqꝫ ius ꝯceſſo ⁊ ꝯtra nō ſic ꝑuilegiatos vt ipa eſt vti iure cōmu ni. alioꝝ etiā rñſionem collige per no. in pre. regula. ē. e. qḋ ob grām. ⁊ c. ex eo. nō ob. qḋ dixi poſt Hy. ē. eo. in iudicijs ſuper. j. glo. nō eni vtit h eccleſia ꝑuilegio circa litē ſed iure cōi quo ⁊ laycus vteret agendo ⁊ excipiēdo vt dixi.

q **Ui contra** iura. lxxxi j. Hy. pōit exemplum in illo qui emit a pupillo: quē ſciebat talē ſine auctori tate tutoris. C. de auc. pre. cum q̄ de vſuca. ꝓ emp. l. vl. de ꝯtrahē. emp. qui a quolibet. ⁊ di cit ꝙ huius iuris eſt rō qꝛ aut emptor ſciebat a iure probibi tuꝫ ⁊ ſic fides mala ꝯcludit aperte. aut ignorabat: ⁊ tūc ma la fides ꝓpter iuris errorem preſumit. ff. de vſuc. ſi fur. ⁊ di cam ſuper glo. ¶ Glo. j. ponit exempla. ſecundo ſucceſſiue ſoluit duo contraria. ⁊ ad ea remittit. tertio no. ¶ In ꝑma glo. ibi predictis iuribus. ad idē. ē. eo. li. de re. ec. non alie. c. ij. ⁊ in fi. lꝫ ergo preſumatur bona fides vbi ꝯtrarium nō ꝓ batur vt no. de preſcrip. ſi diligenti. illud ignorantia facti qꝛ eius allegationi iuris preſumptio nō reſiſtit: ſed cū allega tur ignorantia iuris preſumitur mala fides: qꝛ pſumptio iu ris allegationi reſiſtit. Hy. alle. ē. eo. ignorantia. ff. pro emp. l. ij. §. ſi a pupillo. ⁊ ſi a furioſo. ⁊ C. de legi. leges ſacratiſſi me. de iur. ⁊ fac. igno. l. conſtitutiones.

b **Ec regula** facit pro ſolutiōe domini Guil. de petra lata in qō ne quam diſputaui que fuit talis. rectores paro chialis eccleſie quādā aliam parochialem cum ſuis fructibus tenuerunt vnitam ⁊ annexam nullo ibi inſti tuto rectore. ⁊ hoc tanto tempore ꝙ de contrario non ē me moria queritur an per id poſſit licite ſic teneri quā ornabo ⁊ abbreuiabo. ¶ Nō poſſit allegat quinqꝫ ⁊ reſpōdet ad hanc regulam. ſecundo in contrarium allegat tria. tertio ſol uit tres rōnes inducens ⁊ contrarijs reſpōdens. demū ſub dam dictum Hoſti. ⁊ ſolutionis determinationem. ¶ Ut dixi ꝑmo allegat ꝙ poſſit qꝛ a iure cōmuni ꝓhibita diutur nitate tanti temporis licite obtinentur hoc patet de verbo. ſignifica. ſuper quibuſdam. §. preterea. ⁊ c. per nouale. ⁊. ē. li. eo. eodem tit. veniens. iij. q. vj. hoc quippe. lxv. diſ. mos antiquus. ⁊ c. ſequen. ix. q. iij. conqueſtus. xviij. q. ij. ſeruitiū. vbi de hoc. ⁊. j. q. ij. nullus epiſcopus. ¶ Scḋo lꝫ epiſcopꝰ in ſua dioceſi ſit ordinarius. xj. q. i. de perſona. in multis ta men per preſcriptionem ſue iuriſditioni detrahitur. vide de foro compete. cum contingat de offi. ordi. irrefragabili. de offi. archidi. c. fina. de reſtitu. ſpo. litteras. de conſang. ⁊ affi.

c. j. de preſcrip. auditis. ⁊ c. de quarta. igitur ſicut ibi contra ius commune operatur preſcriptio ſic ⁊ h. ſi de his vis exē pla collige ex his que ſcripſi. ē. de conſue. ſuper Rubrica. ⁊ c. vlti. ſuper glo. ⁊ quā. Tertio iſte non debet cogi probare ti. ij. q. v. §. j. C. de peti. heredi. l. cogi. ⁊ patet de preſcript. c. j. ē. eo. lib. nam longinquitate temporis ſepe fit ꝙ apparere nō poteſt conditio originis. xij. q. ij. longinquitate. ergo ſuf ficiat ſibi poſſeſſio que ſufficit preſentanti eligēti ⁊ prouidē ti. de iurepa. conſultationibus. de elec. querelam. de cau. poſ ſeſſio. cuꝫ olim. ¶ Quarto cū viſitent archiepiſcopus ep̄s archidiaconus archipreſ. de cenſi. cuꝫ apoſtolus. ⁊ c. rōna. . ē. eodē lib. ⁊ de offi. archidi. mandamus. preſumendum eſt ꝙ a pñcipio inq̄ſiuerint ⁊ inuenerint has duas ſimul iuſte teneri. ⁊ ſic dicitur in litteris pape non poſſe cadere falſita tem quia per multas manus incedunt vt no. de reſcript. ad audientiam de fide inſtrumē. ex parte cum concor.

¶ Quinto facit. C. de donatō. in donationibus. ⁊. C. arbit. tu. l. fina. Item facit de preſump. illud. ⁊ ꝙ ſcripſi poſt In nocen. ⁊ Hoſti. de preſby. nō bap. c. fina. ad fi. de eo qui fur. ordi. re. c. vlti. vbi no. ꝙ qui longo tempore fuit in poſſeſſio ne ſacerdotij ⁊ maxime ſi epiſcopus ſuus eum vt ſacerdotē admiſit. non cogitur oſtendere litteras ad quod alias tene retur. ij. q. i. legum. ⁊ in extraua. Boni. iniuncte. nec ob. hec regula cum ſuis concordan. quia patientia tanti tēporis de fendit preſcribentes. vel lꝫ primus poſſidens preſcribē non potuerit qui habebat facti notitiaꝫ. ſucceſſores tamen inue nientes eccleſiam in poſſeſſione habere potuerūt bonā fidē ē. eo. cum quis in ius. ⁊ ſuper his vide qḋ no. de iurepa. cu ra in glo. ij. ¶ In contrarium certum eſt ꝙ quelibet eccl'ia ſaltem parochialis ſuum debet habere rectorē de ꝑben. cuꝫ nō ignores. vij. q. j. ſicut alterius. Item pluralitas bñficioꝝ maxie taliū eſt inimica canonū. lxx. di. ſanctorū. de ꝑbē. qꝛ in tantū nec in duobus collegijs q̄s numerari dꝫ. de reli. do. ne nimia. ⁊ ſi vtrūqꝫ collegiū ꝯſenſerit de ele. ꝯſtitutus. nec ꝑt q̄s duobus dñis ſeruire. xxvij. diſ. acutiꝰ. ij. q. i. c. i. de cle. cō. diuerſis. ⁊ ſingula officia ſingularitatē perſonaruꝫ exigunt. lxxxix. di. ſingula. Conſuetudo āt de q̄ qḋ loqt ē ꝯ iſta: ⁊ ſic dicēda eſt corruptela de conſue. cuꝫ venerabilis. cū diutur nitas tēporis ſine veritate ſit vetuſtas erroris. viij. di. veri tate. ⁊ q̄to diuturnior tāto culpa grauior. xxxij. q. vij. flagi tia de ꝯſue. c. vlt. cū ꝯcor. ꝯcludit ergo ꝙ nō iuuat talis diu turnitas tp̄is. ¶ Secūdo nō iuuat taciturnitas vl' patien tia epi immo ipſius culpe aſcribendum eſt q̄ ipſas eccleſias ſic eſſe permiſit de elec. cū cām. de teſta. qꝛ īgrediētibus. fac lxxxj. di. ad reatum. ⁊ expreſſe prohibet ep̄is ne aliquem pre ſbyterum ꝑmittant duas eccleſias tenere de excel. prela. c. j. ſed dꝫ illū cogē ad alterā dimittēdam. de eta. ⁊ quali. eā te. vl' ſufficiētem diſpēſationē oñdendā de offi. or. in prin. ē. eo. li. ꝯtra taleꝫ ergo ꝓhibitionē ⁊ tale ꝑceptū ex cuius trāſgreſ ſione puniēdi ſunt patiētia nō ſufficit ⁊ cū ep̄s mereat penā ſacerdos nō dꝫ ꝯſeq ꝑmium. facit de dona. iter vi. ⁊ vxo. ⁊ ſi neceſſe cū ꝯcor. ¶ Tertio iducit id de quo q̄ritur ipreſcri ptibile cum publice functiones ⁊ illa que ad publicā vtilita tē pertinēt preſcribi non poſſint. xvj. q. iij. §. pōt ad fi. ⁊. l. iu bemus. facit. xxv. q. i. que ad perpetuā. de ꝑbē. rō. cum enim ſacerdotes populi peccata comēdant ⁊ ſuis ꝑcibus ea de leant ⁊ conſumant. iij. q. i. nulli. x. q. i. qꝛ ſacerdotes. Detra ctio ergo ſacerdotum ledit ius publicū cum q̄to ſunt plu res tanto melius deleant. cum multitudo facilius exaudiat a deo de pe. diſt. j. fleat. v. amat eni vt pro vno multi rogent. hinc eſt ꝙ apoſtoli dicebāt meſſem multam operarios pau cos: petebant dominuꝫ rogari vt mitteret operarios in meſ ſem ſuam. Math. ix. ⁊ Luc. x. ⁊ xxi. di. in nouo. ergo opera riorum ordinatorum diminutio eſt ꝯtra bonum publicum. nam ſi in qualibet parochia infirmarent parochiani nō poſ ſet ſimul ad vtrūqꝫ ſuffragari cū ſacramētis potiſſime: ſi pa rochie ſunt remote. ⁊ ſi alter ſine ꝯfeſſione decedēt reus eēt anime decedētis. xxvj. q. vj. ſi preſbyter. ⁊ c. cognouimus. fa cit de pe. ⁊ re. c. vlt. Ex quibus concluditur poſſeſſionem ēt tanti temporis vt ponit queſtio non prodeſſe.

¶ Soluendo

¶ Solvendo dicebat talem vnioné ex diuturnitate tépo-ris non acquiri & ex ea nó poſſe rectorem vtranq; eccleſiaʒ regere nullo ibi inſtituto rectore: fatetur tamé ꝙ bñ poteſt vna eccleſia preſcribere inſtitutionem rectoris in alia. de preſcrip. auditis. ſed qđ vnus rector regat duas curas hoc eſſe non poteſt ¶ Ad ſolutionem adducit. Primũ qꝛ cóſuetudo oneroſa que priuat eccleſiá iure & honore ſuo ſine culpa. nec iſte caſus eſt de numero illorum quibus hoc contingit no. xxij. di. renouantes de conſti. cognoſcentes de priuil. antiqua. ex quo grauoſa ergo tolléda de conſue. c. j. de conſti. in eccleſiarum de ma. & obe. dilecti. ſecunda ró eſt periculum animarum per modum quem dixi in fi. ſecunde partis ver. nam ſi. tertia quia per hoc ſine cá detrahiť iuri eporum quorum eſt ex iuſta cauſa eccleſias diuidere vel vnire. de preben. vacante. de exceſ. prela. ſicut vnire. extirpanda ergo eſt cum careat róne. xij. diſtin. omnia. lxviij. diſt. corepi.

¶ Ad contraria rñdetur ad primũ de dec. ſuper quibuſdá cum ſequentibus ꝙ de temporalibus loquuntur in quibus diuturnitas temporis ius preſtet. ff. de aqua quoti. & eſti. ℞ iure. §. ductus aque. ſecus in ſpiritualibus de inſti. ex frequétibus. nam vbi maius periculum &c. š. eo. li. de elec. vbi periculum. ¶ Ad alleg. ſecundo reſpondet ꝙ lʒ quandoq; iura epiſcopalia preſcribebanť vt ibi no. tamé ibi nó verteť piculum animarum ſed rerum. nam & ſi preſcribatur cognitio cauſarum matrimonialium tñ ſm iura procedere habet preſcribens de ꝯſang. & affi. ex litteris. anime autem precioſiores ſunt corporibus. xij. q. j. precipimus. facilius eſt etiam p̃ſcribere inſtitutionem in aliqua eccleſia quá ipſius retétionem. de inſti. c. fina. de iurepatrona. per noſtras. vnde decr. de multa voluit per receptioné ſecunde vacare pmá.

¶ Hoc ſcias ꝙ pro ſolutione ſua allegare potuiſſet Guil. quod no. Hoſtié. in ſum. de ſup. ne. prelat. §. quot modis. v. ſuppletur etiam. vbi dicit ꝙ temporis diuturnitas nó probat vnionem vel annexionem licʒ ex cauſa annexio fieri poſſit ſuo tamen modo & ſeruata forma de prebé. extirpande. & c. ſequen. & c. expoſuiſti de exceſ. prela. ſicut vnire tñ. e. ti. §. in fi. querendo an ad probandam annexioneʒ ſufficiat patiétia temporis. cuius initij non eſt memoria dat duas remiſſiones vnam ad ſummaʒ de cenſi. §. qs cenſus. & ibi in. §. qd ergo. tenet ſenſum ſolutuʒ tanto tempore ꝙ de initio non eſt memoria deberi licʒ etiam cauſa non appareat alia ad ſum. de exceſ. prela. §. qualiter excedant. v. excedunt etiam detrahendo. & ibi nil ad propoſitum. ¶ Ad ſolutioneʒ ét Guil. bene facit qđ ſcripſi poſt Hoſti. de cle. nó reſi. quia nonnulli in glo. magna verſi. quid ſi ſemper. & de his que fi. a prela. cum apoſtolica in fi. ver. vide. ¶ Mihi videť ſic determináda predicta ſolutio ꝙ verum ſit vnionem vel annexioné preſcribi eo tempore de cuius initio non eſt memoria. š. eo. lib. de preſcrip. c. i. duʒ tamen ſic poſſeſſa fuerit eccleſia. ſ. vt annexa vel vnita. & facit quod dixi in pre. decre. cum apoſtolica. in fi. nec erit neceſſe tunc in illa eccleſia rectoreʒ inſtitui cum rector principalis ſit rector vtriuſq; ſed nó valebit conſuetudo ꝙ illa eccleſia non habeat proprium regentem curam vicarium. ſ. perpetuum de preben. extirpáde. & c. expoſuiſti. de ſup. neg. prela. c. ij. vel ſaltem temporalem vt in cle. de exceſ. prela. frequens ver. quidam etiam eccleſias vbi de hoc in glo. ij. & probat conſtitutio Jo. execrabilis ad finé ſuper quo vide quod plene ſcripſi de p̃ben. de monachis ſup glo. ij. & de p̃uile. paſtoralis. hoc tamé ſaluo ꝙ ſi propť paupertatem eccleſiarum vicinarum facta eſſet vnio ipſarũ inopia & poſſibilitas regendi vtranq; excuſaret a vicario ponendo. x. q. iij. vnio. de etate & qualita. eaʒ te in fine. p hunc autem modum ſatiſfactum eſt rationibus: quas in ſolutióe ſua induxit Guiť.

q **Ui facit** lxxij. perinde hoc ꝓcedit ð quadam iuris interpretatione cum ṽe loquendo factum etiam ab eodem diuerſis temporibus non preſentat idétitatem eiuſdem facti. ff. de condi. inde. ſi non ſortem. §. libertus. & in auté. de fi. inſtru. circa prin. ſm Dyn. qui allegat. ff. de duo. reis. l. nemo. & qđ not. ff. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & §. qđ dť. ꝓbatur hoc. š. eo. lib. de elec. vt qs duas. ¶ Prima glo. dicit vnde ſumpta. & pro exéplis materia & ſoluit obiectiones & remittit. ¶ In glo. j. ibi qđ iuſſu alterius ſequitur alteri ſoluiť pro eo eſt quaſi ipſius ſolutum eſſet. ¶ In glo. j. ibi pone exempla. Dy. ponit ℞ ſpá ia exempla. p̃ per. l. ff. ð admi. tu. ita tñ. §. geſſiſſe. & l. tres tutores. §. non ſolum. vbi tutor ita teneť directa actióe tutele adminiſtrans per aliũ ſicut ſi p ſe miniſtraſſet. idem in interdicto vnde vi. ff. de vi & vi ar. l. j. §. deieciſſe. & de reg. iur. ℞ iure. §. deiecit. idem in. l. cor. de ſic. qua teneť occidés p alium ſicut ſi per ſe. C. de accuſa. non ideo. ff. ad ſilľ. ſi percuſſor. ad turpil. l. j. §. pe. idem eſt in pena calumniatoris qui per aliũ detulit. ff. de iure fiſ. l. iij. §. diuus pius. & l. non tñ. dicit etiá ꝙ ad idem poteſt induci lex poſtulare. ff. de fideiuſ. cũ ſi.

b **Ec regula** & regula pót qs. š. eo. inducebant in qóne quam diſputaui de legato ab alio q̃ʒ a pŕcipe hñte ſpeciale mádatũ ſubdelegádi an ſubdelegare poſſit & quere illam. š. eo. li. de offi. delega. is cui in glo. vlt. & ſuper ea. ¶ Faciũt etiam he due regule ad qónem de p̃ſono an poſſit cómittere alteri p̃ſñtationé bñficij non vacantis de qua vide qđ ſcripſi de ꝯceſ. p̃bé. c. ſi. ¶ Faciũt ét he regule ad qónem dñicalé. lxx. qua queriť de magr̃o q ꝯuenit certis ſcholaribus vno anno legere pro certo ſalario & añ finé anni vult ſubſtituere eque bonum ſcholaribus cótradicentibus an id poſſit ita ꝙ etiam ſibi ſalarium debeať.

¶ Pro magiſtro alleganť. vij. & totidem ꝯtra ipm. tertio poniť Bar. ſolutio que placet poſt q̃ ſequunť tres alie ſolutiones. Pro magr̃o igiť facit ꝙ poſt Gof. ſcripſi. š. de ſumma tri. firmiter. §. hec ſancta. ſup ver. per moyſem. pro quo etiam faciunt iſte regule. Scđo allegať pro ipo. ff. de admi. tu. ita tamen. §. geſſiſſe. vbi tutori licet adminiſtrare per alium. Item ſi grauamen aliquod ſit impoſitum heredi vel legatario nó refert an per ſe an per alium impleat dummodo ſit tale quod per alium poſſit impleri. C. de cad. tol. l. vna. §. ne autem in fine. Idem in ſtipulatione in dando vel faciédo conſiſtat. C. de contrahen. & cómit. ſtip. l. veteris circa fineʒ. Idem in libertate preſtanda. ff. de ſta. ho. arethuſa in fi.

¶ Tertio ſi ſocietaté cum aliq̃bus ꝯtraxero & oporteat me abeſſe poſſum alium eque idoneũ ſurrogare. ff. pro ſo. idem qʒ erit circa mediũ legis. ¶ Quarto votũ quo qs obligať deo perſonaľr per alium impleri poteſt. š. de voto lʒ. qđ intellige vt ibi ſcripſi in glo. fortius ergo videť magr̃m poſſe ſuum magiſterium per alium exercere. ¶ Quinto ſi bona fide locaui tibi domũ que a me euicta eſt ſufficit ꝙ tibi cócedam aliá eque boná. ff. loca. ſi qs domũ. j. rñ. in fi. ¶ Sexto videnť ſcholares dolo agẽ q̃bus eque idoneuʒ ſubſtituere vult. nec enim dʒ ſibi conſulere cuʒ alterius iniuria. xxij. q. ij. primũ circa mediũ. ¶ Septimo ad queſtioneʒ induciť. C. de epi. & cle. quiſqs. j. & l. ad ſimilitudinem. ¶ In cótrariũ ſi qs domũ vel naué p ſe faciendá promiſerit & fideiuſſor ℞ implere nó ꝯſentiéte ſtipulatore nó liberatur reus q non fecit quod promiſit. ff. de ſolu. inter artifices. multo minꝰ ergo poterit iſte ſuũ magiſteriũ per aliũ implẽ. ¶ Scđo ſi onus diſcipline vel picture fuerit ipoſitũ hẽdi vľ legatario nó poterit id implere per aliũ vt in pre. l. vna. §. ſi ṽo talis.

¶ Tertio p magr̃m ſtat quo minus p̃ſonaľr deſeruiat. ergo ſalariũ peťẽ nó poterit. ff. loca. q opas. & l. ſed addes. §. vlt. de va. & extraor. co. l. j. §. diuus. ¶ Quarto cũ eps p̃ſonaliter viſitat ꝓcurať aľs nó. de cenſi. ꝓcuratióes poſt pn. & pʒ. š. e. li. de offi. or. ſi eps. ¶ Quito cũ pactũ magiſtri fuerit p̃ſonale nó egredieť p̃ſoná de tráſac. veniés. de preben. niſi in fi. ff. de pac. qđ in duobus. §. p̃ſonale. item multa exépla poſſunt adduci de his que per alios ipleri non p̃ñt que notaui in regula pót qs. š. eo. ti. ¶ Sexto cótra magr̃m ét facit regula mutare. e. ti. cum cócor. ¶ Septimo cóſtat ꝙ plaťꝰ nó é dádus iuitis. lxj. di. quid ꝓderit. š. ð ele. c. j. ergo

nec magiſter qui preeſt.ſ.de ſenté.excommu.cum voluntate.facit.ſ.eo.li.ne cle.vel mõa.c.ij.⁊ quod dixi poſt Hoſti.⁊ Vinc.de magiſtris.c.pen.in glo.hoc caſu. ¶ Soluebat Bar.qđ ſatis patet in terminis queſtionis ſe non credere ꝙ poſſet ſalarium petere ſi vellet per alium docere per pre.§.ſi vero talis in.l.vna.C.de cadu.tol.facit.ff.de lega.iij.fideicommiſſa in fi.ſ.de offi.delega.c.fina.⁊ dicit idem in illo qui promiſit librum ſcribere ⁊ in poteſtate qui promiſit ciuitatem regere dicit tamen Hoſtié.dixiſſe.ſecus in illo qui promiſiſſet domum facere. ¶ Guil.in ſpec.de ſala.in fi.dicit O dof.cõcordaſſe Bar.refert tamen pileum diſtinxiſſe an iuſtaȝ cauſaȝ habeat.⁊ tũc recedere ⁊ ſubſtituere poteſt an non habeat ⁊ tũc non poteſt inducit.ff.ad.l.iul.repe.l.fi.ff.ſi quis cau.l.quotiens.dicit tamen Guil.ꝙ leges quas alleg.loquuntur in neceſſarijs obligationibus in quibus nõ mirum ſi ex iuſta cauſa ſubſtituit:ſecus in voluntarijs alleg..C.de actio.⁊ oblig.l.ſicut.in quibus ſola impoſſibilitas nõ difficultas obligationem immutat.ff.de verb.ob.continuus §.cum ita.facit.ſ.eo.lib.de offi.delega.ab arbitris.⁊ qđ ibi no.parum placent hec verba Guil.queſtionem etiam Pilei non inuenio in doctore.verum de vaſallo bene extat ipſius queſtio.lxxxiiij.in quo illud tenet non tamen allegabat leges illas quas dicit Guil.ſed allegabat.C.de decurio.l.nullus lib.x.⁊.ff.de ſolu.inter artifices.ſubdebat ꝙ ſi ſeruitium vaſalli conſiſtebat in ſolutione pecunie quolibet ſoluẽte liberabatur.ff.de ſta.lib.l.ſtichum.§.fi. ¶ Cyn.in pre.l.vna.§.ne autem.recitat opi.dicentium ꝙ ſi conſuetudo eſt loci ꝙ ſubrogare poſſit.tunc ſcholares illo modo ſecum cõtraxiſſe videntur. Idem ſi eſſet ſpãlis conſuetudo illius doctoris quam ſcholares ſciebãt.ff.de vſu ⁊ habita.l.plenum.§.equicij vt in doctoribus medicis ab olim ⁊ nunc etiã maxime in magiſtro Alberto ſepe ipſorum ſcholares apđ nos experiuntur.ſi vero non erat cõſuetudo loci vel perſone doctoris.tunc aut vult recedere ⁊ ſubſtituere propter pecuniarum lucrum alibi captandum.⁊ tunc non poteſt cum videatur promiſiſſe legem ſm ſuam induſtriam vt ibi in pre.l.inter artifices cum ſit impoſſibile vnius induſtriam eſſe induſtriam alterius in autẽ.de fide inſtrumẽ.§.j.ff.de ꝯdi.inde.ſi nõ ſortem.§.libertus.aut recedere vult ad officium publicum exercendum vel ad ſeruitium eccleſie ⁊ tunc põt.C.de epi.⁊ cle.l.quiſqs.⁊.l.ad ſimilitudinẽ.leges tamen ille meo videre parum faciunt que loquuntur in illo qui mutat ſtatum perſone. ¶ Refert ibi Pe.dixiſſe.§.illum ne autem.⁊ ver.ſi vero.non facere ad caſum cũ loquat̃ de diſcente nõ docente.ibi dicit tex.liberalibus ſtudijs imbui quod certuȝ eſt per alium fieri non poſſe vt poſt Gof.dixi in glo.quam in queſtionis ꝑn.allegaui.doctrina vero per aliũȝ fundi poteſt eodem cum profectu ſtudentium.vnde dicebat eum recedere poſſe ſubrogando meliorem vl̃ eque idoneum.verũ eſt ꝙ caſus iſtorum doctorum proponitur nõ in doctore q promiſit certis pro certo ⁊c.vt ponit thema ſed in illo q obligatus videt̃ inchoando ⁊ faciẽdo collectã in ſtudio boñ.propter ſtatuta ſtudij iuriſtarum que doctores etiã ſeruare iurant queſtio non eſſet dubia.

q **Vi prior** liiij.Dynus ponit exemplum in creditoribus quibus res ſunt obligate vt potior ſit iure qui ꝓor eſt tempore.ff.qui po.in pigno.habe.l.potior.⁊.l.creditor.⁊.C.e.l.fundum.hoc vbi đ prioritate apparet ſi non apparet prioritas ⁊ eorum ca͠e eſt par cauſa aut ſimul vtriqȝ facta fuit obligatio ⁊ vterqȝ admittit̃ pro dimidia aut ſeparatim nec apparet cui ꝑmo tunc contra extraneum poſſeſſorem potior erit cõditio poſſeſſoris.ff.de pigno.ſi fundum.§.ſi duo.vbi autẽ apparet prioritas locus eſt regule per ꝑma iura que tñ multas hȝ inſtantias. ¶ Prio in mutuãte in refectionẽ in autẽ.de equa.do.§.hi oẽs col.vij.ff.q po.in pigno.l.interdum. ¶ Scđo in negante ſe poſſidere q poſtea cõuictus pretẽdit hypothecã.C.qui po.in pig.autẽ.item ſi poſſeſſor. ¶ Tertio in eo de cuius pecunia res emitur ⁊ ſibi obligat̃ expreſſe.C.eo.ti.lȝ. ¶ Quarto in muliere que ꝓfert̃ ꝑoribus hñtibus tacitam eo.ti.l.aſſiduis. ¶ Quinto in illo cuius pecũia militia emitur.C.de pigno.l.fi.⁊ autẽ.qđ obtinet. ¶ Sexto in habẽte hypothecã ex inſtrumẽto priuato manu triũ teſtiũ ſignato ſi agit aduerſus euȝ q nõ hȝ ſil̃e inſtr̃m vel publicũ.C.q po.l.ſcripturas. ¶ Septio in fiſco agente ex cã primipili.C.q.ex cau.pi.l.ſatis. ¶ Octauo in agente funeraria.ff.de reli.⁊ ſump.fu.l.ſi quis.§.ſi colonus.⁊.l.ipenſam.⁊ ibi no. ¶ Nono ſi vendens pignus ꝑorium hȝ ſil̃em cãm cũ poſteriore nõ ꝓfert̃ ſed ambo ꝯcurrũt.ff.q po.in pi.ha.l.ſe cui §.prior. ¶ Glo.dicit vñ ſũpta.⁊ ponit exẽpla ⁊ obijcit ad vltimũ exemplũ ⁊ ſoluit. Scđo dicit regulã ꝓcedere in his que pẽdẽt a volũtate duorũ nõ in legib⁹ vl̃ teſtamentis.ſo.cõtrariũ ⁊ remittit. Itẽ procedit cũ par eſt ius vtriuſqȝ.
¶ In glo.j.ibi quotiens vtriuſqȝ ſeqtur cã lucri nõ vertit̃ is ꝓferẽdus cuius in lucro cã tpe ꝑcedit ⁊ ibi nõ eſt nouũȝ ſequit̃ vt priores leges ad poſteriores trahant̃.⁊ ſibi ⁊ mihi in legatis nouiſſime ſcripture valẽt. ¶ In gl.j.ibi prius ordinarius.⁊.ff.de maio.⁊ ob.c.j.vbi de h̃ Dy.alle.ff.de albo ſcriben.l.j.ij.⁊.iij.⁊.C.de conſul.l.j.lib.xij.⁊ ibi ipetrauit.in pari forma ⁊ de hoc plene.ſ.eo.li.de con.prebẽ.ſi ſoli.in vl.glo.⁊ ibi vt ibi.niſi prius ſe ꝯſtituiſſet prioris noĩe poſſidere vt ſcripſi in ſpe.de emp.⁊ vẽ.charta ſcđa vbi gloſat̃ verbuȝ ꝯſtituit poſſidere.⁊ ibi nõ eſt nouũ.⁊.ſ.eo.li.de ꝯſti.c.j.vbi etiã đ hoc.⁊ ibi vltima volũtas.⁊.ſ.de cele.miſ.cũ marthe.⁊ in fi.ſed lõge plenius h̃ p Dy.q diſtiguit aut oẽs creditores ꝓtẽdunt priuilegiũ reale aut oẽs ꝑſonale aut qdã reale quidam ꝑſonale aut qdam ꝑſonale:alij nullum aut oẽs nullum:que membra etiam ſubdiſtinguendo proſequit̃ in qb⁹ membris etiam inducit quod dixi in tex.

b **Ec regula** inducebat̃ ad queſtionẽ quam diſputaui de ſeminante porros que ſic proponebat̃ ſeminaui porros in parochia ſancti Andree quos ibi natos plantaui in parochia ſancti Joannis queritur cui eccleſie đ his decime debeant̃. ¶ In allegationibus procedã hoc ordine quia primo probabo ꝙ eccleſie ſancti Andree.ſecundo ꝙ eccleſie ſancti Joan.tertio ꝙ vtriqȝ aut cuiqȝ integra aut diuidenda.quarto ꝙ neutri.quãlibet vero partem probabo.prio per ius diuinum.ſecundo per poſitiuum canonicum.ſ.⁊ ciuile.tertio per equitatem.quarto per opiniones vel glo.quinto inducã vnã regulã demũ dabit̃ ſolutio ⁊ cõtrarijs reſpondebitur. ¶ Primo ꝙ eccleſie ſancti An.vbi ſeminati fuerũt ⁊ nati debeatur de his decima.iducit̃ auctoritas Deut.xiiij.ibi decimã partẽ ſepabis de oibus que naſcunt̃ in terra. Itẽ.ij.paralipo.xxxj.oium que gignit humus decimas obtulerũt.ex ṽbis:naſcunt̃ in terra ⁊ gignit hum⁹ pȝ gnãtionis vl̃ natiuitatis locũ inſpiciẽdũ ⁊ illi decimam ſoluendã ergo ⁊c. ¶ Scđo iure vtroqȝ ſic ꝓbat̃.qcqd ſint ille porrine aut includent̃ ſub appellatiõe fructuum aut frugum vl̃ prouẽtuum vl̃ paſcuoꝝ vel lucri vel acqſiti.ſed his oibus verbis vtunt̃ iura ꝑcipiẽtia de his decimã ſolui.xvj.q.j.reuertimini.⁊.c.decime.⁊.q.vij.c..iij.iiij.⁊.v.⁊ ſi.de deci.c.j.⁊.c.cum hoies:peruenit:cõmiſſum:nuncios.paſtoralis.⁊ alia plura.plus videmur eſſe in tractatu hortorum de quorũ fructibus exꝑſſe loqtur canon.xvi.q.vii.qcũqȝ.dec.eo.ti.non eſt vltra hoc ꝙ iure ſeminis ipſa decima debeatur exꝑſſe probat decre.ex parte.ij.eodẽ ti.vbi pȝ ꝙ ſi diuerſa ſemina ponantur in eodem agro de cuiuſqȝ ſeminis fructu debetur decia habet enim ſe predium ſancti An.ad porros vt originariũ.ꝑdiũ ſancti Joan.vt educatiuũȝ.prima ergo cã naturalis ⁊ ſic perpetua.v.diſtin.§.i.inſti.de iure natu.§.ſȝ ⁊ naturalia preponenda eſt ergo educatiue que temporalis eſt ⁊ mutabilis:quod vero ipſum ius originis ſit perpetuũȝ patet ſupra eodem lib.de tempo.ordi.cum nullus.ad ideȝ ff.de ſena.l.penulti.queritur ergo de origine.xxiiij.diſt.quãdo.xcv.di.affros.ff.de edil.edic.ꝙ ſi nolit.§.q mancipia.habent legiſte textus expreſſos preponẽtes originariã cauſaȝ.ff.ad muni.

ff.ad munici.aſſumptio in pn.ꝛ.l.libertus.§.preſcriptio.in fi.ibi cum ſimul vtrobiqꝫ deferentur potior eſt originis cauſa.ꝛ.l.qui ex vico ortus eſt de decur.l.j.ꝛ de mu.ꝛ bono. at qui originem.j.reſpon.ſm vnam lecturam.ꝛ.C.de munici.ꝛ origi.l.origine.propria neminem poſſe voluntate ſua eximi manifeſtum eſt.ad idem de tempo.ordi.c.j.vbi ſolam vltra montani originem inſpicimus probat hoc idez lex dicēs natum ex ſeruis vrbanis mittatur ad villam nutriendus vrbanum non ruſticum cenſeri.ff.de lega.iij.ſeruis vrbanis.§.euz qui.ꝛ.ff.de verbo.ſignifi.l.vrbana.j.ꝛ.l.is qui natus.ſi ergo vrbana mancipia cognoſcuntur a ruſticis genere non loco educationis ſic in propoſito predium generans nō educās dicemus in decimaruz ſolutione ponderari debere. probat hoc etiam per iura que docent principium expectandum cuiuſqꝫ enim rei ꝛ contractus initium ſpectandum ꝛ cauſa.ff. manda.ſi procuratorem in pn.ad macedo.ſi tamen. alias ſi autem.ꝛ ſuper his veniant iura de hoc no.de elect.dudum j.de cenſi.c.iij.ꝛ.j.q.j.principatus.ſed optime videt facere decre.litteris de reſcrip.vbi factum p predeceſſorez inchoatum per ſucceſſorem completum predeceſſori attribuit non ſucceſſori.ſic ꝛ hic dicendum eſt quare ꝛc.Item is debet eē in re potior qui plus iuris in eam habet.C.qui bo.ce.poſ.l. fina.de dona.ſancimus.§.ne autem.ꝛ illi quis plus tenetur a quo plus recepit de teſta.cum in officijs.ꝛ quod notaui ī iurepatrona.c.j.ſuper pma glo.ſed plus eſt aliquid de nouo facere ꝙ creatum promouere de conſecra.diſtin.ij. reuera.pro ꝛ contra de iudeis iudei.j.ꝛ.c.conſuluit. ꝛ pro eo.C. de rei vxo.actio.l.vna.circa pncipium.patet ergo porros decimandos eccleſie ſancti An.cuius predium plus contulit. Item porrine euulſe de primo predio tranſierūt cū ſuo onere.xvj.q.j.ſi quis laycus de pigno.ex litteris.ff.de cōtrahē. emptio.alienatio.plus tex.expreſſe dicit fructus decimandos alienari non poſſe niſi cum onere decimarum eo.ti. paſtoralis.ꝛ probatur eodem ti.cum non ſit.ꝛ ſi dicatur melio rate ſunt hoc placet eccleſie.ꝛ facit quod no.de conſe.diſti. ij.ſolet.ff.de an.lega.l.eum qui.per quos tex.rationes ꝛ argumenta concluditur eccleſie ſancti An.de his porris decimam perſoluendam. ¶ Tertio equitas hoc ſuadet:qꝛ ecōtrario ſequeretur ꝙ dominus predij poſſit eccleſiam parochialem decima ipſius predij fraudare ſemper ibi ſeminando olera ꝛ alibi plantando. ¶ Quarto glo.Inno.quā poſuit eo.ti.cōmiſſum.fouet hanc partem cum ibi dicat ꝙ herba pratiua auulſa a terra tranſit cum ſuo onere in beſtiam auellentem vel dominium ipſius beſtie ꝛ videas. ¶ Quinto regula iſta prioritatis temporis iuuet hanc partem.ff.eo. titu.quotiens vtriuſqꝫ.ꝛ hoc videre potes in glo.argumenta per concordantias ꝛ exempla. ¶ Quod debeantur eccleſie ſancti Jo.in cuius parochia fuere plantati inducit auctoritas apoſtoli.j.ad Corinth.iiij.ego plantaui ꝛ deus incrementum dedit.xix.diſtin.ſm.ꝛ eadem epiſtola.ix.c.quis plantat vineam ꝛ de fructu eius non edit.ꝛ habetur. xiij.q. j.§.ij.ꝛ.xxviij.q.j.iam autē in fi.ponderanda eſt ergo plantatio plus ꝙ primeua origo.eſt enim certum quid plantari non poſſe niſi prius ſit ortum.xvj.q.j.ne pro cuiuſlibet.xviij. q.j.c.vno de conſti.tranſlato.xiij.q.ij.§.quia ergo.ff.ad munici.l.fi.§.iij. ¶ Secundo iure ſic probetur ſe parochia ſancti Joan.ad porros vt parochia domicilij ad ibi larem conſtituentem ꝛ morantem.ex quo ergo ad iſtam fuit tranſlatus nil commune habet cuꝫ prima ad hoc.xxj.q.ij.ſi quis iā tranſlatus.xvj.q.j.ne pro cuiuſlibet.xviij.q.j.c.vno de conſti.tranſlato.xiij.q.ij.§.quia ergo.ff.ad municip.l.fina.§.iij. .C.de incol.l.fina.de epiſco.ꝛ cle.ſi quis ibi larem fouere ac degere ꝛc.de vſuris quāqꝫ.ibi teſtator habitat per quod patet quo ad iſtos porros ſic tranſlatos primā parochiaꝫ nullum ius habere.hoc idem probet in perſeuerantia cuius cōtrarium cōmendatur.vij.q.ij.ſuggeſtum.de pe.diſtin.iij. in caſum.ſi enim fuiſſent ex prima parochia ibi manſiſſent. ſed qꝛ nō māſerunt dicunt ex illa nō fuiſſe.j.Jo.ij.de pe.diſ.iiij. ſi ex bono. qꝛ nec dr veniſſe q nō ſtetit.nec natus q ſtatiꝫ deſijt:nec verſum qđ nō durat verſum:nec diuertiſſe q ſtatim redijt ꝛ his ſimilia de iudi.c.j.ff.de in rem verſo ſi pro patre §.verſum de ver.ſignifi.nam ꝛ ego de pe.di.j.diuortium. p que ꝛ ſimilia cōcludit qđ eſt dictum. ¶ Probat ꝛ aīr deus nō nouit opus imperfectum de bap.maiores verſi.ſed adhuc.lꝫ autē pncipium ſit potentiſſima pars cuiuſqꝫ rei vt.ff. de orig.iur.l.j.perfectum tn̄ ꝯſiſtit ex oībus ſuis partibꝰ vt ibi.tempus ergo perfectionis ſpectādo ꝙ fuit in parochia ſancti Joan.dicam illi decimas deberi.verbum enim fructuum vl frugū vel his ſimile habet denotare rem pfectam ad quod optime faciat de pe.diſtin.ij.dum ſanctā. ibi plenum frumentum ſicut ꝛ verbum ſtatuto de pe.di.j.§.hec aūt de ver.ſig.in his.ff.qđ quiſqꝫ iuris.l.j.ꝛ faciat.xxij.q.ij.qđ non formatū de homici.ſi aliqs.ꝛ quod ibi no.ſicut libro legato intelligitur liber ſcriptura perfectus.ff.de lega.iij.l.libroꝝ §.quod ergo ꝛ verbo operis corpus perfectum de ver.ſig. l.j.§.j.ꝛ ſoluendo dicitur qui poteſt ſoluere ſolidum codeꝫ ti.ſoluēdo.ꝛ edificium perfectū qđ pōt eſſe vſui eo.ti.l.edificia.§.perfeciſſe.nam etiam in iudicijs tempus perfectiōis inſpicimus.i.ſnie de re iudi.abbate lib.eo.ff.de rei vendi.ſin autem.ff.depo.l.j.§.non tantū.Item nō ei qui pꝰs egit vel conteſtatus eſt litē.ſed ei ꝙ prius ad ſniam puenit adiudicatur ſeruus ex noxa.ff.de noxa.ſi qs a multis. Itē in actiōe de peculio.ff.de pecu.ſi nō adhuc in fi.per que cōcludit pro parte ſancti Jo.inſpici debere ſtatum perfectionis porroꝝ qui in eius parochia ꝛ ex eius humo peruenit originem nō inſpecta ſicut nec inſpicitur qui fil.ſint legi.tanta inſtitu. de nup.§.fina.cum ſi. ¶ Itē quo iure petant decime dubitat. ꝛ no.xvj.q.j.moderamine.ꝛ de deci.tua.ij.ſed tollamus duriorē opi.ꝛ fingamus decimas vendicari poſſe ꝛ eccleſiā ēt ante ſeparationem eſſe ipſaꝝ dominā.nihilominus tn̄ ex q̄ iſte porrine tranſlate ſunt ꝛ radicate in parochia ſancti Jo. ꝛ illi parochie dec ma debet qđ ſic probo. fingamus ꝙ iſte porrine fuerunt euulſe de proprio predio ſancti An.ex quo tamē radicate eſſent in alio predio vel coaluiſſent perdidiſſet ipſa eccleſia dominiuꝫ ipſarum ꝛ applicatum eſſet domnio poſterioris predij inſt.de re.di.§.ſi ticius.ff.de rei ven.l. v.§.de arbore.vbi de hoc.ꝛ.ff.de acqui.re.do.l.adeo.§.fin. ꝛ.l.ſi ex meis.§.arbor.nec ob.quod no.xij.q.ij.apoſtolicos quia glo.illa non probatur iure.ꝛ dato ꝙ vera eſſet non habet locum in his que ponuntur predio euellenda vt in caſu noſtro.ſicut ergo dominiū acquiſitum eſſet predio vel domino predij ſecundi ita ꝛ ius decime eſſet acquiſitum eccleſie in cuius parochia ſitum eſt predium.nec dicas ꝙ eccleſia ſancti An.non vult decimas de porris ſtantibus. ſed cū fuerint radicati.nam vt patet in pre.§.arbor poſt erradicationem prior dominus ſibi ius non vendicat.ſic ergo arguēdo de diuerſis dominis prediorum duoruꝫ ad eundē dominum vtriuſqꝫ qđ lꝫ.viij.q.j.in ſcripturis de pe. di.iij. adhuc inſtant.ē.eo.lib.de preben.cum de beneficio.ff.ſi cer.peta.l. ſingularia.dicam ipſi domino reſpectu ſecundi predij tm̄ ꝛ non primi porrorum dominium competere quod pꝫ.qꝛ vēdito primo predio ꝛ tradito deſineret eſſe dominus porrorum.ff.de rei vendi.fructus pendens.ꝛ ſic dicam de porris ſecūde eccleſie dandū decimā ꝛ nō pme.nec mirū cū ꝛ vnio carnis quā hꝫ vxor ad virū faciat illā cēſeri iuris viri vltimi etiā iam mortui vt pꝫ.ē.eo.li.de ſepul.is q in fi.cū ſuis ꝯcor. Itē nō mirū ſi hoc hꝫ vnio realis p radicē vl coalitionē.nā video ꝙ ſola vbalis annexio pponit ſcdm expectantē.prio qđ pbat dec.qꝛ ſepe de pbē.ex vbali eni annexiōe pbende ad dignitatē ſecūdus canonicus expectās dignitatē ꝛ prebendam in ꝯſecutione prebēde prefert primo multomagis vel ſaltem pariter ex radicali ꝯnexiōe ſcda eccl'ia pferēda ē prie.ꝛ fac etiā ī pbē.ſup eo.li.e. Qđ āt plus ſit fcō ꝙ vbo annectere probet de penis degradatio.li.eo.ꝛ qđ ibi no. in fi.vl ſaltē par de ap.dilecti.vbi de hoc.ff.de legi.de qbꝰ ad finem.ex quibus pro hac parte concluditur eccleſie ſancti Joannis decimam hanc deberi. Nec curandum an ibi nati ſint vel aliter percepti ad hoc.ff.de vſufruc.l.arbores.§.j. vbi dicit quicquid in fundo naſcitur vel quicquid inde percipitur ad fructuarium pertinet.

¶ Tertio equitas que ſupra propria eccleſia inducta ē cō
uertitur pro ſecūda pari modo. Item fingamus porrinas il
las emptas per plantantem nō fieret inde in ſolutione decie
illius ſumptus deductio de deci. tua. ⁊. c. cuʒ hoīes. Item ſi
iſte eccleſie eſſent in diuerſis diocesibus nonne abſurdū eēt
ꝙ pria pciperet decimas in parochia ſecūde eo. ti. cum ſint
homines ad fi. Item per id ſequi videretur ꝙ de toto vino
mundi vel ſaltem de vitibus illi ſoli eccleſie in cuius paro/
chia erat lābruſca quam plantauit Noe Geñ. xiiij. ⁊. xxxv.
di. vj. die. deberetur decima ſi ſola prima origo ⁊ nō planta/
tio inſpicienda eſſet. ¶ Quarto glo. pro hac parte faciunt
Uin. U. ⁊ Phy. de quibus infra dicam. ⁊ qḋ no. Inno. de
ſtagno vel recluſorio piſciū vel ferarum. e. ti. nō eſt. vbi vi/
detur velle ꝙ ſi piſces claudunť in ſtagno vł i aliquo reclu
ſorio lʒ de alio flumine vel loco hec ſumpta fuerint illi tñ ec
cleſie debeať decima in cuius parochia viuūt illius pochie
aque vel terre remedio. facit etiā qḋ notaui de reſcriptȷ ſta/
tutum. §. cum vero in glo. olim dicebamus. ¶ Quinto pro
hac parte faciat regula. ff. de reg. iur. in pari. ⁊ eo. lib. ⁊ eod.
ti. in pari. ⁊ ibi cōcor. ⁊ exempla ad hāc partē. qḋ v̊o vtriqꝫ
debeať iducitur auctoritas Pau. j. ad Corinth. iij. ibi qui
plantat ⁊ qui rigat vnū ſunt. dei eni ſumus adiutores vnuſ
quiſqꝫ propriā mercedē accipiet. conueniūt ergo he eccle/
ſie. ⁊ dicit p̄ma ſecunde tu ex planta ⁊ ego ex ſemine vnum
fuimus operatione videlicet eiuſdem fructus ⁊ fuimus co
adiutores dei cuius manus ⁊ pōtentia in his p̄ncipaliter ē
operata. accipiamus ergo mercedem noſtram ad quod fa/
cit eodem titulo cum non ſit in p̄n. Quod autem ſimul ha/
beant vnaʒ decimam diuidendam probatur. xij. q. iiij. c. j. cū
ſuis concor. de teſta. relatum ad fi. de ſepul. cum quis. ij. re/
ſpon. vt ſicut ibi diuiditur canonica qꝛ vtraqꝫ eccleſia ope/
rata eſt id propter quod debetur: ſic diuidatur hec predia/
lis decima cum predium vtriuſqꝫ parochie operatum ſit ad
perfectionem huius fructus. ſicut enim ſimul in duobus p̄/
dijs haberet arbor communiter radices diceretur commūis
vt in predictis. §. inſti. de re. di. §. ſi ticius. ff. de acqren. re. do.
adeo. §. fi. in fi. ſic videť cum diuerſis temporibus in vtraqꝫ
parochia fuerit radicata ꝙ vtriqꝫ debeať decima. ad idē in
ſti. eo. titu. §. ſi duorum. ⁊ faciat pro hac parte etiam ſenſua/
tis equitas. ⁊ qḋ dixi ſm̄. T. Goſ. Phy. ⁊ Inno. de ſepul.
de his. ſ. ꝙ ſi quis audit diuina in vna capella ⁊ in baptiſma
li eccleſia percipit ſacramentum inter illas duas diuidiť ca/
nonica. ⁊ quod no. de maio. ⁊ obe. omnes de perſonalibꝰ de
cimis. ⁊ illud idem Inno. de deci. nouum. ⁊ quod no. Joan.
xiij. q. j. §. ij. ⁊. C. de deci. ad apoſtolice de grege qui paſcitur
in duabus parochijs. ⁊ qḋ no. Hoſtien. de ſtagno piſciuʒ ⁊
de lignis portatis ad portum vbi carius venduntur eo. ti. non
eſt vbi tenet decimā eſſe partim predialem partim perſona/
lem. ſic ergo iſta poteſt eſſe partim predialis vnius eccleſie
⁊ partim alterius. qḋ autem vtraqꝫ eccleſia habeat integrā
probatur ſi aliquis habet primo vſum rei ⁊ aliquis ſecundo
vſufructum. p̄mus p̄mo detrahit vſum ⁊ ſecūdus quod re/
ſiduum eſt in fructu rei. ff. de vſufru. ſi alijs vſus. j. rñ. de vſu
⁊ ha. per ſeruuʒ in fi. ⁊. l. ſe. in fine. ſic porrinas p̄mo decimet
pria eccleſia: reſiduum decimet ſecunda ad inſtar heredi/
tatis de qua filius p̄mo detrahit debitam iure nature heres
de reſiduo trebellianicam vel falcidiam ſic ⁊ debita ex fidei
commiſ. p̄mo detrahitur ⁊ de reſiduo falcidia. C. ad. l. fal. l.
irritum. de teſta. raynaldus. ⁊. c. raynutius. vbi ſatis de hoc
ad idem faciat quod habeť eodem titulo officij. ⁊. c. requiſi
ſti. equiparando igitur debitam iure nature ad ꝓpoſitum ra
tione naturalis originis dicemus illam p̄us detrahendam
reliquam v̊o de reſiduo. Item certum eſt ꝙ fructus non de
bentur rōne ſeminis ſed corporis ex quo percipiuntur. ff. de
vſur. qui ſit fundum in p̄n. Idem de planta. C. de rei vend. ſi
quis ſciens. equiparando igitur ſata ⁊ plantata ⁊ merito vt
inſti. de re. di. §. qua rōne. ⁊ de deci. non eſt. dicemus ex pre/
dijs fructus ⁊ ex fructibus decimas ſimpliciter ex corporū
iure deberi ⁊ ſic vtriqꝫ eccleſia ad quod bene faciant leges
ff. ad muni. filij. §. ij. ⁊. l. ordie in fi. ⁊. l. incola. ⁊. l. de iure. §.
ij. C. de munici. ⁊ origi. l. j. ⁊ optie vltima in fi. preterea iſtud
quod eſt patrimoniale munus agnoſcatur vbicunqꝫ eſt pa/
trimoniuʒ. C. de muli. ⁊ vbi mu. ſexui congru. l. ticia. Prete/
rea fingamus iſta duo predia duos parentes porroruʒ ſicut
ergo filius vtrunqꝫ parentem integraliter alere cogitur. ff.
de libe. agno. ſi quis a liberis circa p̄n. ſic ⁊ de his porris di
cam quo ad eccleſiam. ¶ Tertio equitas facit pro hac par
te. quid enim ſi porrine non fuiſſent plantate. Itē in ſe ſunt
fructus ⁊ ad vſum ⁊ ad precium percipiendum. ⁊ pro ſecū/
da facit ꝙ ſi porrine fuiſſent empte ⁊c̄. vt ſupra dixi.
¶ Quarto opi. Ja. pro his facit de qua dicam infra.
¶ Quinto facit regula ſm̄ naturam. ff. de reg. iur. ⁊ hoc. e.
ti. qui ſentit onus cum ſuis concordā. ¶ Cōtrariū. ſ. ꝙ neu
tri debeantur ſic probatur. dicitur Numeri. xviij. decimarū
oblatione contenti nil amplius poſſidētes ⁊ Mal. iij. vt ci/
bus ſit in domo domini. ⁊. xvj. q. vij. c. j. ſed iure poſitiuo ec/
cleſia non conſtruitur ſine dote. ergo cum clerici non ſint il
lis contenti nec illis indigeant. ergo nec illis debētur. ꝙ ve
ro ſine dote non ſit eccleſia conſtituenda patet de conſe. di.
j. nemo de conſe. eccle. vel alta. cum ſint vbi de hoc. in autē.
vt nullus edifi. ora. do. §. j. colľ. v. ex quo ergo ponimus ec/
cleſiam ponimus eam dotatam. ipſius ergo rector ⁊ clerici
viuant de fructibus ipſius dotis ⁊ decimas non querant. fa
ciat ad hoc illarum partium conſuetudo in quibus decime
non ſoluunť que videtur de iure valere. ſ̈. de paroch. c. fina.
de deci. commiſſuʒ ibi ſolebant ⁊. c. in aliquibus in fi. poteſt
etiam conſuetudo qḋ princeps. ſ. legem condere interpreta
ri ⁊ abrogare ⁊ dixi de hoc de conſue. c. fina. ſed papa certȷ
perſonis decimas remittit vt patet de deci. ex parte. i. quod
intellige vt no. xvj. q. j. §. ſi ergo. ⁊ de deci. a nobis. ergo ⁊ hꝰ
poteſt conſuetudo. nec debemus preſumere deuʒ velle tan
tam multitudinem non ſoluentium decimas perire de bap.
maiores ver. abſit. Iteʒ pro maiori parte theologi precipue
mendicantes hoc tenent ⁊ predicant vt notaui de deci. c. j.
lib. eo. Et reſpondent ad auctoritatem veteris teſtamēti p̄
ceptum de ſoluendo eſſe mortale ſed de quota ſoluenda di
cunt eſſe cerimoniale vel iudiciale ſed communius dicūt eē
iudiciale cum cerimonialia veteris legis tempore noue non
debebāt ad litteram ſeruari. iudicialia vero ſic licet non ob
ligēt ex precepto. Ad auctoritates noui teſtamēti Math.
xxiij. ⁊ Luc. xj. ⁊. xviij. reſpondent ꝙ in eis dicitur. ve quid
decimatis ⁊c̄. ibi hoc oportuit fieri ſcilicet in veteri lege. il/
la vero verba decimas dominium que poſſideo non fuerūt
preceptiua chriſti vel euangeliſte ſed quedam oſtentatiua
narratio pharisei. poteſt autem preceptum de decima aliqḋ
figurare. cum enim denarius numerus quodāmodo ſit per/
fectus ad quod de conſe. diſtin. v. ieiunium. cum ſit primus
limes numerorum. illo enim finito inchoamus ab illo quod
per ſe patet habet idem deſignate quādā perfectioneʒ quā
illi tunc decimas ſoluentes habituri erant per aduentū chri/
ſti. Innocen. vero per multas auctoritates probat ſuper ru
brica de deci. alias eſt glo. in vi. c. de paroch. cōtrarium ⁊ re
prehendit hos nouos doctores attemptantes docere con/
traria doctrine quatuor principalium doctorū eccleſie. Ad
dec. vero allegatas reſponde vt in eis notaui. Nos vero iu
riſte tenemus decimas ⁊ integras ſed deberi ſaltem ꝓpter
concurſum dicemus neutri deberi vt ſic inuicem ſe impedi/
ant. argumen. ff. de vſufruc. quotiens. quibus modis vſufr.
amit. l. ij. in fi. de lega. j. §. fina. ⁊ plura exempla de hoc habē
tur. ff. de re. du. l. ſi fuerit. j. reſpon. faciat quod no. de elec. c.
penulti. ſ̈. eo. li. pro hac parte facit regula que in obſcurita/
te iurium reum abſoluit eodem titulo cum ſunt partium. ⁊
ff. eo. fauorabiliores. poſſet etiaʒ allegari ꝙ locus eſſet gra
tificationi. ff. de le. ij. ſi qs ſeruū. §. ſi inter duos de ꝯdi. inde.
l. plane. ff. loca. in nau. ad ſilľ. ſi qs in graui. §. ſi cū omnes de
reſcrip. c. pe. de elec. c. pen. lib. eo. ¶ Solutio huius qōnis
colligi poteſt ex notatis per Uinc. U. Ua. Phy. ⁊ Ja. de
deci. cum non ſit vbi Uincen. ex verbo incremētū ibi in p̄n.
c. arguit ſecunde eccleſie decimā deberi: ⁊ illud ibi tenēt aſ
ſertiue ipſe Uinc. ⁊ Phy. Jac. v̊o tenet vtriqꝫ deberi ⁊ ex
verbis

verbis ſuis videt̃ vtriq̄ʒ deberi integrã ipſorũ glo.ibi poſui
⁊ per predicta pʒ Vincen.arguendo ⁊ alios aſſerendo con
cordes ꝙ ſecũde debeant̃ qȯ puto verũ.Sed eſt ſciẽdũ ꝙ
ex porris plãtatis duplex fructus habet̃.alter eſt in ſeie ꝓdu
cto per porrũ ⁊ de hoc fructu nó proponitur qȯ quaſi non
dubia cum illud ſemen non ſolum nutriatur:imo etiam na-
ſcatur ex humo huius predij vbi fuerunt ſecundo plãtati ⁊
ſic fructus omnino alteratus ⁊ ſic idem de eo qȯ de grano
vel alio fructu.ſ.e.ex parte.ij.⁊.c.tua.ij.⁊.c.paſtoralis. Sʒ
proponitur queſtio de ipſa ſubſtantia porrorum quam ſumi
mus in fructum ad olus quod eſt optimum in auguſto cuʒ
carnibus porcinis vel ad ipm crudum comedendum quod
multis placet vel ad his ſimilia puto autem ſequendo ꝑdi-
ctos de his integram decimã ſecũde eccleſie deberi.vbi fue
runt plantati per ea que dicta ſunt ſupra in parte ſecũda ꝑ-
cipue in ver.itẽ q̃ iure.nã ⁊ ſi ille porrine fuiſſent furtiue tñ
pochialis eccleſia que in predialibus proſequitur ꝙ ſuũ eſt
exigeret decimã.⁊ quod plus eſt etiam ab iuaſore predij vt
no.eo.ti.ex tranſmiſſa in fi.prie glo.⁊.xvi.q.i. decimas.dico
autem ꝙ prima eccleſia ab ipſo domino porrinarum ⁊ por-
ris fundi exigit decimã ad eſtimationem ipſarum porrinaꝝ
eſtimatio autem debebitur quaſi quo ad primũ predium ⁊
ipſius dominium per radicationem ſecundi ſint conſumpte
pro conſumptis aũt bene ſoluitur eſtimatio.xvj.q.vij. qui-
cunq̄ʒ.de tranſac.veniens.⁊ no.de re.permu.c.fi.de re. ecc.
non alie.vt ſuper.⁊ per hoc qȯ dicam de eſtimatione porri-
narum deberi prie eccleſie ſoluta ſint quaſi omnia iura indu
cta in pria parte.ad id autem quod ibi allegabat̃ de cã ori-
ginaria que prefertur etiam in eadem reucatiue vel nutriti-
ue.Et ꝙ mancipia diſtinguunt̃ genere non loco enutritóis
facile reſpondetur.locus enim vbi larem habet ⁊ nutritur
homo liber vel ſeruus non irradicat ſibi ipm hominẽ ſicͭ hu
ius porroꝝ que illud ſibi incorporat radices portelat hũo-
rem infundit ⁊ qualitatem mutuat.lvi.di.naſci.cibus etiam
⁊ potus non irradicant ſibi hominem ſed irradicat̃ ab hoie
per quod etiam ipſius cibi ⁊ potus mutatur ſubſtantia ⁊ ſic
facit pro.⁊ ſic etiam reſpondetur ad argumenta do. Milã
tie coniugis dilecte.arguebat enim pro me ſuper hac qȯne
conſulta ad inſtar ꝑncipis in autẽ.vt iudi.ſine quo. ſuff.§.h
oia apud nos cogi colt̃.ij.potiorem eſſe cãʒ prioris. dicebat
enim abſurdum ꝙ ſi filium ſuum alia mulier lactat ⁊ nutrit
illius nutricis cã potior dicatur in filio. reſponde filius ille
non irradicatur nec coaluit corpori nutricis ſicut porrũ hu
mo vñ ſi natura hoc oparet̃ ꝙ filius ille corpus nutricis re-
ingrederet̃ ibi generatiua reſumẽs principia diceremus eũ
filium ſecunde ⁊ non prime.Ad dec.litteris reſpondetur ne
gari non poſſe illum clericum receptum auctoritate illius q
perfecit maxie q̄ꝛ certum eſt ꝑ primas monitorias nullũq̄ʒ
ius acquiſitum quod afficeret:ſed hoc ſolum excludit ne ec
cleſia illa dicatur grauata per illũ quaſi grauamen attribu-
endum ſit inchoati.proſequẽs eni non potuit dici grauaſſe
faciendo ad quod tenebatur ex quodam debito honeſta-
tis.Ad glo.Inno.dico ꝙ concor.ſolutioni quia illius her-
be paſte licet trãſiuerit cum onere debetur decima in eſtima
tione non in re conſumpta ⁊ ſic etiam ſatiſfit dec.paſtoralis
⁊ dec.cuʒ non ſit.¶ Ad iura vȯ inducta pro ea parte ꝙ di
uidatur decima facile reſpondetur.ſi enim diuidit̃ prediuʒ
de communi pecunia emptum quid miri.Ideʒ de bonis cõ
muniter acquiſitis.Idem in decima paſtus pecorũ ⁊ de de-
cima perſonali.Idem in canonica in his enim ⁊ ſimilibus
neuter potior nec appet ratio quare plus vnicam alteri vel
quare vtriq̄ʒ integra debeatur.eodẽ modo reſponde ad ea
que inducta ſunt de curſu.in illis enim certum eſt duobꝰ nó
deberi:ſed vni nec apparet cui ⁊ de hoc de iure pa.cum autẽ
de reſcrip.c.penulti.lib.eo.Si dicatur ꝙ per predicta dete
rior ſit conditio coloni q̃ʒ ſi in primo predio plantaſſet fate
or ⁊ ſua volũtate ſubijt ad h pre.l.vl.in fi.C.de munici.⁊ ori
gi.lib.x.⁊ ad hoc de offi.dele.ab arbitris lib.vj.⁊ quod ibi
no.⁊ forte etiam erradicatis porrinis aliud ibi ſemiauit vel
plantauit ex quo fructum percepit vel ſatis ſit ꝙ hoc face-
re potuit ſicut ⁊ alias ſufficit ꝙ hereditas poterat eẽ dam-
noſa inſti.de auc.tu.§.j.Hec ſic propoſita allegata ſoluta ⁊
reſponſa quiſq̄ʒ ſtudioſus precipue doctor ſupplenda ⁊ cor
rigenda ſuſcipiat.ineſt enim actori libentius diſcere quam
docere.

**Ui ſentit** lx.⁊ econtra vnus intelle
ctus eſt qui ſentit cõmo-
q dum ſentiat onus ⁊ hunc glo.proſequit̃.aliꝰ
ſenſus eſt qui non ſentit onus non ſentiat cõ-
modum.⁊ pro hoc.xxxi.diſtin .preter hec.ſ.
eodem lib.de elec.generali.§.illos.⁊ inquantum affirmatio
⁊ negatio ſunt contraria iſte ſenſus plus ꝯuenit littere ecõ
tra iuxta primum ponitur pro econuerſo.non enim eſt con-
trarium ſed idem vel ſimile per conuerſum h premiſi vt ap-
tius ingrediar verba Dyni qui obijcit non procedere illud
generale quod hic colligitur ſcilicet ꝙ contrariorum ſit ea-
dem diſciplina immo generaliter debebat dici contrarium
quod de vno contrariorum predicatur affirmando de reli-
quo predicatur negando quod eſt oppoſituʒ vel quod idẽ
eſt ſi de vno diſpóitur affirmatio de altero negatio.ff.de his
qui ſui vel alie.iur.ſunt.l.j.inſtitu.de tuto.⁊ cura.§.q accu-
ſare.⁊ patet.xxxij.diſtin.hoſpitalium in fine.vbi de hoc.⁊ fa
cit quod dixi.ſ.eo.nemo poteſt ſuper ꝑma gl.Iteʒ dicimus
ad poſitionem vnius contrariorum ſequi remotionem alte
rius.ff.de verbo.ſignifi.l.hec verba ille.⁊ de inſtito.l. ſed ⁊
ſi pupillus.§.⁊ inſtitoria.dicit Dy.ꝙ vbi de quolibet con-
trariorum reſpondetur affirmando vel de quolibet negan-
do ſimpliciter verum eſſe eandem eſſe diſciplinam contra-
riorum inſtitu.de contrahen.empt.§.cum autem de ca. tol-
len.l.vna.§.pro ſecũdo de fur.l.fina.§.ſed cum in ſecũda.ff.
de vulga.⁊ pu.ſub.⁊ ſi contra tabu.de lega.j.ſi ex toto in ꝑn
cipio.⁊ de lega.iij.l.fina.tũc enim eſt eadem in genere ⁊ ea-
dem in ſpecie ⁊ eadem quo ad numerum cum ſcilicet eadeʒ
verborum conceptio vtrunq̄ʒ contrariorum diſponit ſed il-
lo reſpectu quia diuerſa diſponit poteſt rõne affectus vl̃ ef
fectus in plura particularia diuidi ⁊ ſic diuerſa iudicari.ſed
vbi de altero eſt affirmatio ⁊ de altero negatio non eſt eadẽ
ſed contraria diſpoſitio:ſed pro tanto dicitur eadem diſci-
plina quia vno cognito habetur cognitio alterius vt in iuri
bus allegatis.ſ.ver.vl̃ qȯ idem.⁊.ff.de preto.ſtipulatio.l.j.
§.ſtipulationnm.bene ergo dicitur eadem diſciplina vel do
ctrina ſed non bene tunc diceretur eadeʒ diſpoſitio vide qȯ
ſcripſi de ſimo.nemo.ſuper vlt.glo.¶ Prima glo.dicit vñ
ſumpta ⁊ ponit exempla in vtroq̄ʒ dicto.ſecundo póit qua-
tuor caſus quibus facit regula.¶ In prima glo.ibi ꝭm na-
turam eſt commoda cuiuſq̄ʒ rei ſequitur eum ſequi quem ſe
quuntur icommoda:⁊ ibi id quod poſt ſicut poſt perfectã
venditionem emptori accedit commodum rei vendite ſic in
commodum:⁊ ibi cum dos filie poſt datam dotem a patre
filia paciſcendo meliorem conditioneʒ patris facere poteſt
deteriorem non:⁊ ibi licet per pactum diuiſionis heredum
actio creditoris non mutatur ipſi tamen ex ſtipulatu vel ꝑ-
ſcriptis verbis tenentur ad pacta implenda. ¶ In prima
glo.ibi.ſ.eo.rõni.⁊.ſ.eo.li.de electi.cum non deceat.⁊ ibi id
quod poſt vbi ſicut poſt perfectam venditionẽ emptori cõ
modum accedit rei vendite ſic ⁊ incommodum.Item ſicut
diminuta parte heredis ſcripti per cõtrata.diminuit̃ onus
legatorum ſic ea aucta augetur.ff.de vulg.⁊ pu.ſubſti.l. ⁊ ſi
contra ta.⁊ de le.iij.l.fi.⁊ ibi ob lucrũ vide qȯ no.de nego.
geſt.l.ſi negocia abſentis.

**Ec regula facit ad** qȯnem de fami
b lia moñ.priuilegiati in hoc ꝙ tempore interdi-
cti abbas ⁊ conuentus familiares ſuas poſſint
admittere ad diuina ꝙ etiam familiares poſt priuilegiuʒ re
cepti poſſint admitti vt ſentiant commodum qui ſentiunt
onus per hanc regulã.¶ Ultra id allegantur quatuor ad
hãc partem totidem ad cõtrariam datur ſolutio diſtinguẽs

ꝛ contrarijs reſpondetur. Egidius cremoñ. qui hanc q̃ſtionem diſputauit allegabat ad hãc partem ꝙ priuilegium indeterminate loquebatur non diſtinguendo futuros familiares a p̃ſtibus. ſic ergo indeterminate ſumatur. l. v. diſti. ſi euangelica. ij. q. v. conſuluiſti. xxxi. q. i. ꝙ ſi concoꝛ. in his de hoc ꝛ de ꝓuīgio lepꝛo. q̃ſi maxie. qꝛ latiſſime iterpꝛetamur beneficia de dona. cum dilectus in fi. ꝛ latius q̃ contractus vt ibi. cum in contractibus verbum iudefinitum reſpicit futura. vnde grege obligato veniunt etiam poſt nata in obligatione. ff. de pigno. l. grege. C. que res pigno. ob. poſ. l. fin. ſic ꝛ pactum de nõ officiendo luminibus etiam futura luminaria compꝛehendit. ff. de ſer. vꝛ. pꝛe. ſi ſeruitus. Idez in edicto qd̃ qſq; iuris. qd̃ qꝛ plane foꝛtius reſtringendũ ꝛ tñ trahitur ad futura. ff. qd̃ qſq; iuris. l. iij. §. illud. ¶ Secundo non poteſt dici hoc pꝛiuilegium perſonale. ſed reale qꝛ conceſſum eſt monachis vel perſonis pꝛopter locum facit. ff. de re. du. l. ciuibus. ꝛ no. de teſta. regiſti. ꝛ. xij. q. iij. pontifices. vnde ꝛ familiares qui nunc ſunt videntur eſſe qui olim erãt vij. q. i. deniq; ff. de iudi. pꝛoponebaꝛ. ꝛ pꝛobatur optime. ff. de cenſi. l. foꝛma. §. q̃q̃. ¶ Tertia qd̃ videꝛ caſus decr. qa circa de pꝛiuiꝛ. facit quod no. eo. ti. cũ capella. xvi. q. i. frater Item bene facit. ff. de li. lega. l. vlt. §. gaio. vbi ſi teſtatoꝛ mihi legauit qd̃ debebam ꝙ poſt diem teſtamenti accedit debito legatum intelligitur. facit ad idem. ff. de fun. iſtruc. ꝛ inſtru. lega. ſi mancipia. vbi legato fundo cum mancipijs cedunt legato mancipia que poſt teſtamẽtuz colẽdi fundi cã ibi teſtatoꝛ induxit. ¶ Quarto pꝛo hac parte multum facit abſurditas inſurgens ex contrario ẜm ꝙ moꝛtuis familiaribus exiſtentibus tempoꝛe date extinctum eſſet pꝛiuilegiũ *contra id. ſ. eo. decet cum concoꝛ. ꝛ. xxv. q. ii. c. i. ꝛ. ii.* ¶ *In contrarium facit euitatio infinitatis que poſſet incidere ſic* omnes admittendo. ad illam autẽ vitandam intẽdunt iura ſ. eo. li. de reſcrip. cum in multis. vbi videas concoꝛdantias. ¶ Secundo ſi vendidi tibi fundum exceptis lapidicinis intelligitur de tunc apparentibus non poſt. ff. de contrahẽda empt. l. in lege. ꝛ ibi no. in glo. ſi. infinitatem vel innumerabilitatem vitandam ſic ꝛ hic. ad idem. ff. de auro ꝛ argen. lega. l. ſi ita. ꝛ. l. medico ſuo. vbi ſi teſtatoꝛ legat argentum *ſuum vel veſtem ſuam intelligitur de his que ſua erant tem* poꝛe teſtamenti non de poſtea acquiſitis. ad idem. ff. de le. iij. vxoꝛi. i. ꝛ. l. cum quis in fi. vbi in legato facto vxoꝛi de donat. vel eius vſibus comparatis nõ intelligiꝛ de donat. cõparatis poſt teſtm̃. Item ſi ſtipuloꝛ quicquid te dare vꝛ facere opoꝛtet nõ includitur niſi ꝙ ea die debeꝛ. ff. de ver. ob. cum ſtipulamur. ꝛ. l. ſi a colono. ꝛ eſt ſiĺe. ff. de dam. infec. l. damni. §. ſi is. ¶ Tertio ex ꝯtrario ſequereꝛ abſurdum ꝙ dareꝛ ꝓuilegium his qui in rerum nã non ſunt contra dec. õ ec. edi. ad audientiam. ij. ꝛ que ibi no. ¶ Quarto illud ꝓuilegium eſt ꝯtra ius cõmune ꝛ tẽdit ad eneruationem cenſure eccleſiaſtice. ergo reſtringendum de ꝓuil. vt ꝓuilegio.

¶ Solutio aut noui familiares in locũ ꝓmoꝛ deficientiuz vel recedentium ſunt aſſumpti poſt dataz ꝓuilegij. aut ſunt adiuncti ꝓmis adhuc manẽtibus. ꝓmo caſu putat illos gaudere ꝓuilegio cum videanꝛ illi idem. nec ꝓuilegium ſit ſimpliciter perſonale vt pꝛedixi induxit. ff. de mino. l. minoꝛ aũt. §. nõ ſolum. ꝛ. l. ſe. vbi pꝫ ꝙ ꝓuilegium perſone ꝯceſſum ſi tñ potius ꝓpter rem datam ſit ad ſucceſſoꝛem tranſit ſic ꝛ res que ſuccedit in locum alterius iure ꝛ ꝓuilegio illius cenſetur. ſ. vt lite pen. cum eccleſia ſancte Marie cuz ꝯcoꝛdã. ij. gloſe. ¶ Secũdo caſu ſubdiſtigue aut adiunctio fcã eſt ex iuſta cã aut ex nuda voluntate. ꝓmo caſu vt qꝛ auctuz eſt collegium monachoꝛum ꝛ aucte ſunt facultates: ita ꝙ maioꝛ familia neceſſaria eſt tũc adiuncti gaudebũt ꝓuilegio p inducta pꝛo hac parte facit de ꝯſti. cum. M. ꝛ qd̃ ſcripſi õ cenſi. quãto ſuper ver. mẽſuram. ſed ſecũdo caſu nõ gaudebunt ne cenſura eneruetur vt in fi. dixi ꝛ qꝛ fictio ꝛ falſa cauſa repꝛobatur in talibus. ſ. ti. pxi. eo. li. c. vlt. facit de pꝛiuilegijs tuarum. ꝛ. c. cum ꝛ plantare. §. de confratribus. ad hoc de deci. ſuggeſtum cum glo. j. in fi. Ad iura que videnꝛ obſtare ei qd̃ dictum eſt ꝓuilegium locum habere in his qui rationabiliter ſunt aſſumpti reſpondetur ꝙ pꝛocedunt in teſtamentis ꝛ contractibus quoꝛuz tempus regulariter inſpicitur pꝛecipue vbi apponitur pꝛonomen meum tuum vꝛ ſuũ ꝛ ſi qua videntur contraria ſoluunꝛ in. l. ſi ita. ꝛ in. l. fin. C. q̃ res pigno. ob. poſ. vide qd̃ ſcripſi de iureiurã. c. pe. nec ob. l. ſi mancipia de fun. inſtru. qꝛ ꝓus dixerat fundum cum iſtrumento adijciens cuz mancipijs vt ibi no. nec lex. ff. de pecu. le. ei quoq; non eni dicit ꝙ legato peculio debeaꝛ futurum ſed ꝙ legari poteſt futurum peculiuz. vel aliud eſſet dicere peculium indeterminate ꝛ aliud cum pꝛonomine ſuum vel meum. In hoc autem ꝓuilegio pꝛonomen ſuos nõ impedit futuros qꝛ pꝛiuilegium erat reale ꝛ ꝓpter eos datum q̃bus concediꝛ vt admittanꝛ. Item pꝛopter mentem veriſimilem concedentis per quã cũ debeat eſſe perpetuũ opoꝛtet pꝛonomen ſuos ꝯtra ꝓpꝛiam ſignificationem que ſe hꝫ ad nunc trahi ad tũc vt coapteꝛ ei cui annectitur. i. perpetuitati. hoc pꝛobatur. ff. loca. ſi vno. aꝛs eſt. §. ſub. l. ex cõducto. ꝛ. ff. pꝛo ſocio ſi adijciaꝛ cum ꝯcoꝛ. vide qd̃ ſcripſi. ſ. eo. ꝓuilegiũ ſup j. glo. qd̃ ſatis facit ad queſtionem.

q **Ui tacet** xliij. vt dicit Ioan. mo. ad hanc regulaz facit. ff. eodẽ ti. ſemper qui nõ pꝛohibet. ꝛ facit. ſ. de exceſ. pꝛela. ex litteris. ꝛ. ff. õ ſer. l. j. ¶ Glo. pꝛima ponit exempla. ſecundo. vij. effectus taciturnitatis ꝛ remittit. In pꝛia glo. ibi nõne iſta decre. melius adaptatur ad exceptiones pꝛoxime is qui tacet que loquiꝛ de conceſſione ꝛ negatione. iſta ṽo de ꝯſenſu ꝛ vide qd̃ ibi dixi in pꝛin. Ad hanc ergo regulam bene competit exemplũ de cre. ſecunde. ſ. eo. li. de accu. vbi taciturnitas illius ꝯtra quẽ inquiritur inducit ꝯſenſum. Hy. etiam ponebat exemplum in patre quo pꝛeſente filius creatur decurio. ff. ad munici. l. quotiens. ꝛ de decu. l. honoꝛes. §. pater. in fideiuſſoꝛe noiato per tutoꝛem qui patitur nomen ſuum in actis deſcribi. ff. de fideiuſ. tu. l. iiij. §. ſi. iſtos autez caſus excipimus ꝓp fauorem rei publice ꝛ pupilloꝛum a ſolutione que datur in regula is qui tacet. vt ibi dixi ſuper gl. ꝛ facit hec regula ad queſtiones quas poſui ſuper illa.

b **Oc notandum** ꝙ ſi tacens cõſentit foꝛti⁹ ali quid agens qd̃ ſonet in ꝯſenſum ꝛ ſic faciat regula ad q̃onem hic diſputataz per. d. Guidonẽ poſtea mitiñ. quã plixam decurtabo. querebat enim ſi conſtitutio epi bonoñ. pꝛecipit nullam alienationez immobiliũ rerum eccleſiarum fieri per clericos ſine licentia epi vitians contractum ꝛ addens penam arbitrariam ꝛ capitulum bonoñ. pꝛemiſſo tractatu ipſi epiſcopo vendat aliquas terrulas ſine alia licentia. an locus ſit ſtatuti penis. ¶ Pꝛo canonicis inducit tria pꝛegnantia. ſecundo ꝯtra eos alia tria pꝛimis coꝛreſpondentia. tertio ſoluit ꝯtra epm̃ per locuz a diuiſione. ¶ Pꝛimo ꝓbabitur ꝯſtitutionem hoc cãu locũ non habere rõne triplici. ſ. ipſius rei vendite ꝛ ementis ꝛ vẽdentis. ¶ Ad pꝛimũ ſi ſtatutum deuiat a iure communi in dubio interpꝛetationem recipit ẜm ius commune pꝫ hoc de conſti. ex litteris ꝛ procedit hoc etiam ſi ſit iuratũ vt ibi. ad idem de iureiuran. ad noſtram. iij. de ver. ſig. ſuper q̃buſdaz ſed de iure terrule ſine ſolẽnitate alienanꝛ ꝛ per epꝫ ſine capitulo. xij. q. ij. terrulas. ꝛ vide quod no. ea. q. abbatibus. ꝛ facit ea. q. bone rei de dona. ceterum de teſta. relatum. §. licꝫ autẽ. de re ergo modica non debet intelligi ſtatutum. ſed õ his que ſine ſolẽnitate nõ licet alienari. xij. q. ij. ſine exceptione. de his que fi. a pꝛela. c. i. ꝛ. c. tua. cõcoꝛdat opinio que hꝫ caſus licitos alienationis non includi in pacto appoſito in traditione de re non alienãda qd̃ vide no. x. q. ij. hoc ius. de condi. appo. verum in vlt. glo. ¶ Scḋo pꝛobatur idem ex perſona ementis que in generali ſermone compꝛehendi nõ dꝫ de iureiuran. petitio. ꝛ quod ibi no. xxij. q. v. de foꝛma. ff. loca. qui inſulam. §. ſi. C. de ſolu. inquiſitio. maxime qꝛ nec talis videtur fuiſſe ſtatuentis intentio ad quã recurrendũ eſt de ꝓcura.

de ꝓcur.petitio de deci.ex multiplici.deficit etiam rō cōſti-
titutiōis que eſt vt epūs ꝓuideat contra diſpendia eccleſia-
rum quaꝝ ⁊ clericoꝝ pater di.lxviij.di.quoꝝ vices.xcvj.di.
in ſcripturis.imo ſi diceret̄ de ſe intellexiſſe inanis eſſet pro
uiſio cum in ſua ptāte foret ꝯſentire ⁊ dare licentiā ⁊ ꝓ tan
to nullus pōt ſibi imperare.ff.de arbit.l.penult. ¶ Tertio
dicit̄ idez ex pſonis vendētiū poſito eni nō cōphendi epi
ſcopū qui eſt caput ſequet̄ nō ꝯphēdi ſuos canonicos qui
ſunt ſua mēbra de his q̄ fi.a plat.nouit.vij.q.j.ſcire ad hoc
faciunt.xij.di.c.j.ij.q.iij.ſi quis eps qd̄ no.lxj.di.nullis inui
tis in glo.magna ⁊ ꝓcedat hoc tum ꝓpter honorē eccleſie
cathedralis de p̄ben.q̄uis lib.eod.tum ꝓpter cōnexitatez
facit.ff.quēad.ſerui.amit.ſi cōem ⁊ qd̄ no.de iurepat.c.vno
eo.lib.⁊ vide qd̄ no.de his que fi.a prela.cum apoſtolica in
glo.ideo no.qd̄ facit ſatis ad caſuz.cōcludit̄ ergo ex his tri
bus cōſtitutionē in caſu ꝓpoſito locū nō habere vt ſic ꝓ ca
nonicis fiat benigna interpretatio ꝯ̄ epiſcopū qui legē de-
buit apertius dicere hoc eo.tit.cōtra eum cū concor. ꝓ hoc
etiā facit qd̄ ſcripſi de reſti.ſpo.cum veniſſet ad fi.ꝓ ſolutio
ne contrarij de decr.paſtoralis de p̄uil. ¶ Scōm p̄ncipale
qd̄ reſpicit ad defenſionē canonicoꝝ eſt ꝙ epūs ſic emēdo
licentiā dediſſe videt̄ cū eni emptio a conſenſu ꝓcedat iſti.
de obli.que ex cōtrac.epūs emendo verbo ⁊ facto cōſenſit
de his que fi.a ma.par.ca.c.ex ore.lxiij.di.adrianꝰ de p̄ben.
dilecto de priuil.cū olim.nā ſi ſcriptū teſtem eſſe ſapit ꝯſen-
ſum ꝓpter quē etiā quis iuri ſuo renūciat de tranſac.ex lřis
fortius vbi quis p̄ncipalis eſt auctor ꝯ̄ctus vt hic ſi ꝯſenſit
licentiā dediſſe videt̄ cum iura ꝑmiſceant iſta duo de elect.
quorūdā.ij.rñ.lib.vj.facit eo.ti.q̄ꝫ ſit ⁊ c.ſi religioſus ꝯiun
cta cum decr.poſt tranſlationē in p̄n.de renūc. ad idē.lxxj.
di.c.j.⁊ c.hortamur.ꝯiuncta cū.c.ſi quis epoꝝ.xvj.q.v. ſi-
cut eps diſpēſando ſup pluralitate bñficioꝝ dicit̄ dediſſe li
centiā nō reſidendi in altero vt no.vij.q.j.ſi quis in clero ō
prebē.qr in tm̄.Item facit qd̄ no.xcv.di.ecce ego in gloſ.cū
epūs.Item verbū licentie in iure q̄nq̄ʒ ſumit̄ ꝓ licentia ge-
nerali.xvj.q.j.cunctis.niſi addat̄ verbū ſpāli de elec.funda
menta ⁊ de temp.or.c.j.Item lʒ ancilla ꝯ̄hente dn̄o ignorā
te vel ꝯ̄dicente nō p̄iudicet̄ dn̄o de ꝯiug.ſer.c.j.ſi tn̄ dn̄s eā
vt liberā tradat libero in vxorē illam manumiſiſſe cenſet̄ in
autē.de nup.§.ſi vō ab initio.fortius ſi cum ea ꝯ̄hat ſicut pa
tronus ꝯ̄hendo cuʒ liberta remittit operas.ff.de op.li.liber
ta ⁊.C.eo.ti.liberte ad hoc facit qr vbi requirit̄ iudicis au-
ctoritas iter partes ſi altera partiū iudex eſt ipſius ꝯſenſus
gerit auctoritatē iudicis huiꝰ pʒ in adoptiōibus ⁊ emanci-
patiōibus.ff.de adop.ſi cōſul.⁊.l.ſeq.ad idem qd̄ de manu
miſſione dicit̄.ff.de manu.vin.l.j.⁊.l.apud filiū.ad idez due
leges ꝯiuncte.ff.qui.mo.pig.ſi conſenſerit ⁊ eod.ti.l.ticiꝰ ſi
ne ꝯſenſu eni creditoris nō vendo ſibi rem obligatā.ſed ſi
obligata erit duobꝰ ⁊ illā eis vendo valet venditio.ad idez
eod.ti.lutius titius vbi vxor cū viro tradens rem in dotē re
nunciat ypothece quā habebat in illa.Item electus cōpro-
miſſarius ꝯſentiendo electiōi auget numerū ⁊ videt̄ elegiſ-
ſe de elect.cum in iure.Idem ſi electꝰ erat cōſiliarius eo.tit.
cum in veteri.Item ſicut ſe hʒ ꝯſtitutio p̄ncipis ad p̄ncipez
ſic ꝯſtitutio epī ad epm̄ ſed teſtm̄ qd̄ p̄ncipis ꝯſcientiam tʒ
omniū teſtamentoꝝ ſolēnitatē ſupat.C.de teſta.oium ergo
⁊c̄.cōcludamus ergo interp̄tandū vt res valeat de ver.ſig.
abbate ⁊ large in fauorē ꝯ̄ctus de dona.cum dilectus.
¶ Tertium p̄ncipale ꝓ canonicis eſt ꝓbare ꝙ dato ꝙ pre
dicta duo ceſſarent nō poſſit eps venire ꝯ̄ contractū nec ca
nonicos punire p̄mo ꝑ decr.veniēs de tranſac. vbi quo ad
tranſigentē valet ꝯ̄ctus lʒ nō interuenerit ſupioris auctori-
tas que requirebat̄:⁊ regulariter nō lʒ alicui venire contra
factum ſuū etiā improbatū a iure de fi.p̄ſby. veniēs de cle.
ꝯiug.diuerſis nec mutare ꝯſilium hoc eo.ti.imutare.⁊ in re
gula qd̄ ſemel.⁊ ſi dicat̄ hoc fallere cum agit̄ de renūciatōe
rerum alienatarū ab eccleſia.xxxv.q.ix.ꝙ quis ⁊ no.in.c.di
uerſis.rn̄detur illud ꝓcedere cū reuocat alienans ſʒ hic re-
uocare vult emens qui emere nō ꝓhibetur ſine ꝯſenſu epi.
ſed vendere.vide qd̄ circa hoc dicam ifra parte.ij.circa finē

Itez ꝙ condēnare nō poſſit ꝓbatur abſurdū eſt.n. ex eodē
facto vnum reportare cōmodum ⁊ alterū incōmodū.xxxij.
q.vj.nihil iniquius de adulteris.c.pe.⁊ vlt. ⁊ de hoc de ex-
cep.dilecti.ſed hoc hic eueniret epo rehabente preciū ⁊ ca
nonicoꝝ penā iburſando de offic.or.dilectus ergo ⁊c̄. nam
iſtos par facinus inquinat ⁊c̄.xvj.q.iij.ſane nec fieri dʒ epi
conditio melior delinquēdo.xvj.q.j.legi.de p̄ben.eū qui li.
eod.⁊ ſi deliquerūt canonici:adiuuit epūs ad peccandū.ij.
q.j.notū.excipient ergo canonici ꝙ pari crimine infectꝰ il-
los iudicare nō dʒ.iij.q.vij.qui ſine ⁊.c.poſtulatꝰ ⁊.c.iudi-
cet ⁊ facit qd̄ no.Accur.C.de libe.cā.l.ſi filiū.⁊ ſi dicat̄ illū
exceptōe criminis repelli nō poſſe ſaltē eiꝰ auctoritas illos ex
cuſare dʒ.vij.q.j.eū q vbi de h.lxiij.di.ſolōitāe.xxviij.di.dia
coni p q̄ ꝯcludit̄ illos per epm̄ puniri nō poſſe. ¶ In ꝯ̄riuʒ
correſpondēdo p̄dictis ꝙ cōſtitutio cōprehendat caſuʒ rō
ne rei ꝓbatur ſic noua lex ꝑtinere nō videt̄ ad caſus ꝓuiſos
ff.de pe.ſanctio leguʒ in magnis aūt rebus ꝓuiſuʒ eſt a iure
intelligat̄ ergo conſtitutio de paruis ꝙ etiā notat vniuerſa
le negatiuū ibi.nullam alienationē ⁊c̄.facit.xix.di.c.j. de de
ci.ad audientiā cuʒ cōcor.⁊ dato ꝙ dicat̄ reduci ad ius cōe
nō ob.cū etiā terrulas minores p̄lati ſine ꝯſenſu epi nō alie
nant.xij.q.ij.abbatibꝰ vbi hoc tʒ archi.⁊ facit.xvij.q.iiij. in
venditiōibꝰ lʒ ſine ꝯſenſu capituli id poſſit epūs vt in.c.ter
rulas qd̄ cōprehendat etiā rōne pſone ementis pʒ qr in ge-
nerali ſermone includit̄ pſona loquētis arg.xxxiij.q.v.ſi nō
lʒ.vbi de hoc.ff.de pig.paulus ⁊ vt no.in dec.petitio de iure
iur.ꝯ̄ria ſunt ſpālia. datur ergo qd̄ ꝓ hac parte ſtat regula
qd̄ pʒ etiā.qr hec pars conuenit ꝓprie ſignificatiōi verboꝝ
a qua recedere nō debemꝰ niſi ex cā.xxij.q.j.his autem. de
ſpon.ex litteris.generale aūt vel indefinitū verbū de ſe oia
cōprehendit de p̄uil.qr circa cū concor. epūs ergo ſtatuēs
in generali ſermone ſeipſuʒ includit ne qd̄ alijs ꝓhibet ſibi
liceat.ix.di.iuſtum imo id facere nō dʒ a quo alios ꝓhibet
de na.ex li.ven.c.vno.Item de vendētibꝰ canonicis pʒ ꝙ ca
nonici cathedralis eccl̄ie bene intelligunt̄ noie clericoꝝ de
verb.ſig.cum tibi de p̄uil.ꝑ exemptionē lib.vj.ſicut ipſa ca-
thedralis regulariter continet̄ noie eccleſiarū de v̄b.ſigni.
cum clerici lʒ in mā beneficiali ⁊ odioſa ſit ſecus de preben.
q̄uis lib.eo. ¶ Scdō ꝙ emendo nō videat̄ dediſſe licen-
tiam pʒ.qr alius eſt auctorizabilis ꝯſenſus quē dʒ p̄bere p̄-
latus a ꝯſenſu ꝯ̄hētiū qr p̄mus dʒ p̄beri cauſa cognita ⁊ ap
probata.x.q.ij.caſellas verſi.ꝙ ſi neceſſitas qd̄ hic non fuit
ſimplr̄ ꝯ̄hendo ⁊ conſtat ꝙ contraxit vt quis aliꝰ ⁊ veniāt
argumenta de tanq̄ʒ de elect.cū inter cañ.⁊.c.cum iter vni-
uerſas.⁊ ſi dicus ꝙ ſaltē tacite cōſenſiſſe videat̄. Rn̄detur
hic requiri licentiā ⁊ ꝯſenſuʒ nec de iure ſufficit tacitus in ꝑ
petuis alienatiōibꝰ de his que fi.a prela.c.ij.ſed requirit̄ ex
preſſus ⁊ ſubſcriptio eo.ti.c.j.xij.q.ij.ſine.xcvj.di.bn̄ quidē
¶ Tertio poſito ꝙ dicat̄ epm̄ ꝯ̄hendo ꝯſenſiſſe vel licen-
tiam dediſſe ita ꝙ conſtitutioni locus nō ſit :iure tn̄ cōi viti
aretur contractus q: in facto ſuo epūs auctorizare nō potu
it ſufficit hodie cle.de re.ec.nō alie.ſi vna.⁊ vide qd̄ ibi no.
debuit ergo ſuperior adiri in hoc ꝯ̄ctu ſicut ⁊ adit̄ in iudi-
cijs iter prelatū ⁊ capitulū vt no.de reſcrip.edoceri ⁊.v.q.
iij.c.vlti.⁊ in iudicijs quaſi ꝯ̄himus.ff.de pecul.lʒ.§.ſed ſi fi
lius.p̄terea frequēter videmꝰ ꝙ rōne officij ꝓhibetur quis
ꝯ̄here vt iudex cum ſubdito.C.de cōtrac.iudicū.l.j.ff. de cō
trahen.emp.nō lʒ iconomꝰ cui vel cuius cognatis res eccl̄ie
vendi nō pōt.C.de ſa.ſan.eccle.autē.quibuſcūq̄ʒ.x.q.ij.nec
vſus nec aduocatus cū clientulo.iij.q.vij. ſi quis adeo ⁊.C.
de poſtu.l.quiſq̄s.idem in medico quo ad infirmū.ff. de va
ri.⁊ extra.cog.l.medicus ⁊ tutor cū pupilla.C. de inter.ma
trimo.l.ij.tutor ⁊ facit.vij.q.j.cōſtitutū ⁊ qd̄ ibi not.ſic ⁊ in
ꝓpoſito. ¶ Quod poſſit punire canonicos videt̄ qr quo-
tiens factū improbat̄ a iure licitū eſt alicui venire ꝯ̄ factum
ſuū.lv.di.penitētes ⁊ de hoc de elect.noſti.⁊ potiſſime cum
agit̄ de rebꝰ eccleſie male alienatis reuocādis.nō obſtat qd̄
dixi.ſ.ante finē p̄me partis qr hic epūs nō impugnat ꝯ̄ctuʒ
vt emptor.ſed vt epūs cuiꝰ licentia nō fuit habita qd̄ face-
re pōt iuitis vēdētibꝰ.xij.di.ſi qua de rebus ⁊.c. p̄carie.nec

venit contra factum ſuū q2 hoc facit vt alius cōtraxit enim vt priuat⁹ ⁊ reuocat vt epſ.iij.q.ſi cōtra patrē ⁊ facit quod no.Hoſti.de p̄ſumpt.litteras ⁊ vide qd ibi ſcripſi ſup.j.gl. de delegato q reuocat ſniam quā tulit vt arbiter.Item ipſe ꝯbendo nō eſt transgeſſus ꝯſtitutionē que ipm nō ligabat nec ligare poterat vt.ſ.dixi.Non eſt aūt nouū ꝙ in eodem facto duoꝝ vnus ſolus peccet.xxxij.q.v.ꝓpoſito ⁊ ſi dicas deliquit hoc nō repellit a iudicando ordinariū tolleratum. viij.q.iiij.nōne. nec eſt verꝝ ꝙ mulctando canonicos ſit melior conditio epi.q2 penā illam inburſare nō dꝫ vt no.de p̄ben.p̄ſbyteri ⁊ vide qd ibi dixi. ¶ Soluēdo dixit Guido epm nō audiendū ⁊ penis ſtatuti locū nō eſſe q2 ſi dicit contractū nō tenere ex iurib⁹ cōſtitutiōis ꝯbendo ꝯſenſiſſe ⁊ licentiā dediſſe dicet̃ per p̄ma iura.Nec dicat̃ de auctorizatōne in facto ꝓprio hoc nō eſt curandū vbi de ꝯſtitutione tantum querit̃ q̄ nō ledebat̃ data licentia qualitercūqꝫ verbo vel facto expeſſe vel tacite in ſcriptis vel ſine. faciat ad iſta cle.de cōceſ.p̄ben.c.vno.v̄ſi.qd etiā.Si v̄o ex viribus iuris cōis dicat ꝯtrum nō tenere hoc nō ꝓcedit.q2 ſcꝺꝫ no.xij.q. ij.abbatib⁹ inferiores in minutis nō habēt neceſſe hēre cōſenſum epi ⁊ ſi diceret̃ ꝯria opi.verior adhuc venditio epo fieri potuit.Nō obſtat qd dicit̃ in facto ſuo auctorizare nō pōt q2 capitulū q̄ſti.xvj.q.iiij.⁊ qd no.in.§.ibi p̄cedenti loquit̃ q̄ñ p̄latus ꝯtrahit cum alijs eccleſijs nō cū eccleſia cathedrali ⁊ ſic etiā loquat̃ cle.de reb.ec.nō alie.ſi vna ⁊ vide qd ibi no.in glo.antepe.ad diſtinctionē facit de teſta.regiſti ad fi.⁊ eſt ſimile qd ſcripſi de ꝓba.ex lr̄is ſup verſi.egreſſus q̄uo aliud q̄ñ canonicus agit ſup p̄dio p̄bende ꝯ canonicum aliud quādo contra extraneum.

q **Uod alicui.** lxxiiij. gratioſe h ſoluit ꝯriuꝫ d.l.j. ad fi.C.de no.co.cō.ſcꝺꝫ By.q hic ponit qd ibi no.⁊.ſ.de p̄uileg.ſane in.j.glo. ⁊ bñ facit xxvj.q.ij.nō exēplo vbi dicit tex. ꝙ p̄uilegia ſingulorꝫ ſcꝺꝫ hieronymū nō faciūt legē cōem. ¶ Prima glo.remittit p exemplis ⁊ p materia ⁊ dat concordantiam ¶ In.j.glo.ibi exēpla By.ponit exemplū ſi ꝯcedat alicui ꝙ ſubire non teneat̃ munera publica forſan q2 in re p̄ſpera virtuoſe habuit in alijs ius cōe ſeruabat̃ al.ff.de cōſti. p̄n.l. j.verſic.plane ex his ⁊.C.de decur.l.neqꝫ dorotheū ⁊.l.nullus lib.x.⁊.C.de epiſ.⁊ cle.q̄ñ. idem dicas in p̄uilegio decimarum de quo.ſ.de deci.ex parte.

b **Ec regula** vel ipſius rō fundat opinionē que hꝫ parochianū ñ poſſe p̄ſcribē p̄ſentationē rectoris ſue pochialis eccleſie cum illud ſit ſolis patronis gratioſe ꝯceſſuꝫ per nullū aliuꝫ laicū vſurpandū.Ideo hanc q̄ōneꝫ ſic p̄ſequar p̄mo ponēdo glo.quā poſui de elec.q̄relā.ſcꝺo ponā motiuum meū ⁊ formā cuiuſdā ſnie papalis.tertio tollam rñſionem q̄ fit ad decr.q̄relā.quarto fortificabo ſolutionē meam quoqꝫ eqtatibus.quinto tollā tria q̄ fundāt opinionē ꝯriam ſexto rñdebo ad duas glo.vnā etiā decre.inducēs. ſeptimo oſtendā ſolutionē meā veriſſimā p locū a diuiſiōe. ¶ Primo ſciendū me ſic ſcripſiſſe in dec.q̄relā de elec.ſup v̄ſi.populus p hāc litterā tenebat dñs me⁹ Marſilius noie ꝙ parochiani vel populus poſſidere ⁊ p̄ſcribere poſſunt ius preſentādi in ſua pochiali ecc̄l'ia facit.xvj.q.i.ſic viue ⁊.c. ſi qs monach⁹ in fi.⁊ qd ibi no.Hug.⁊ qd not.lxiij.di. in ſūma ⁊ c.reatina ⁊ qd no.Inno.ſ.eo.quiſqꝫ vbi vide ſup v̄ſi. abuſū ⁊ Cōpo.de reſcrip.capl'm vbi dixi poſt gloſ.in v̄ſic.q̄ri pōt vbi in hoc patronos ⁊ pochianos eqparat. p eundē modū inducit̃ qd.xxx.Jo.de deo q̄ fundat̃ ſup p̄ſentatiōe populi ad idē.ſ.eo.gnāli li.vi.do.Jo.de mōtemurlo diſputādo terminauit h ꝯrium rñdens ad hāc decr.ꝙ hic ppl's p̄ſidebat patronatū nō actū p̄ſentandi tm̃ ꝓbans id p v̄ſiculū ſalua q ſequit̃ ⁊ hoc etiā tꝫ Archi.q pleniſſime de hoc no.lxxj. di. hortamur cū ꝯcor. qd no.ſ. eo.ſacroſancta ⁊ vide ꝙ dicā de except.cū venerabilis ad fi.in gl.no.ꝙ primā ſequor qd hic non p̄ſequor ⁊c.⁊ huc remitto.nō diſpliceat illa iteratio q̄ decurtatiōi dicendoꝝ dabit auxiliū qua etiā de cā que alle. Archi.ad hanc partē hic nō repetā.⁊ q2 vt dicit hierony.ſuper hieremiā nāle eſt vt quis genitale diligat ſolū ⁊ nil habeat dulci⁹ patria hui⁹ p̄rie cōſuetudinē ⁊ mei magiſtri opinionē defendā iuriſcōſultū caſſiū imitando de quo.ff.de ar. dicere aūt.§.j.ꝓpter que duo ⁊ tertiū qd dicā in fin.excuſet̃ auſtera locutio quā ſubmittā.Eſt aūt p̄ſciendū ꝙ tpe Nicholai.iiij.queſtio fuit in curia ꝯ p̄ſentatos a pplo ſctē Cecilie de florentia cū dioceſanus p̄ſentatiōnē ipſaꝫ noluiſſet admittere appellauit ad papā ⁊ fuit ſnia lata p ipſo quam papa cōfirmauit inſerto tenore ſnie ⁊ ꝯfirmationis executores dedit quas litteras penes me habeo inſinuatas quaruꝫ verba reſpicientia ꝓpoſitū ſunt h.Nicholaus ⁊c.dilecto filio G p̄ſbytero ⁊ rectori eccleſie ſancte Cecilie flor. ſalutē ea q̄ in iudicio ⁊c.ſane petitio tua nobis exhibita ꝯtinebat ꝙ cum tu ad eccleſiā ſctē Cecilie floren.tūc vacantē p mortē ⁊c. a pochianis ipſi⁹ eccleſie ad qd ō antiq ⁊ approbata ⁊ hactenus pacifice obſeruata ꝯſuetudine p̄ſentatio ad eandem eccleſiā cum vacare ꝯtingit ꝑtinet venerabili fr̄i nr̄o. A.epo floren.fuiſſe canonice p̄ſentatus idē epus te ad eandē eccleſiā admittē cōtra iuſticiā recuſauit ꝓpter qd tu ad ſedē apoſtolicā appellaſti.narrat demū q̄uo duo auditores ſucceſſiue dati fuerūt ad cām ⁊ q̄uo ſcꝺus p ipſo tulit ſniam quā ꝯfirmat ipſius inſerto tenore ⁊ fuit hoc apud vrbē veterē pontificat⁹ ſui anno.iij. Ad executores aūt facta eadē narratiōe ꝯcludit ꝙ ipſi vel alter prefatā ſniam auctoritate ap̄lica exequātur inducētes ⁊c.Et atteſtor ꝙ in lr̄is illis nihil inſerit̃ qd p̄dictū intellectū mutet. ⁊ licꝫ iſtud ſufficeret ad robur opi.illi⁹ de re iudi.in cauſis adhuc tñ opinionē ⁊ ſniam adiuuabo. ¶ Et p̄mo ſi tollat̃ rñſio que fit ad decr. querelā ibi habem⁹ caſuꝫ ⁊ ꝓpter rñſionē illā videre volui antiquā que tñ nō auxit intellectū.dico aūt ꝙ nulla neceſſitas cogit illū v̄ſicu.ſalua id ſonare qd dicūt ſed ē ei⁹ mēs ꝙ cū littera nō dicat ppl'm p̄ſcripſiſſe.ſed ſolū poſſediſſe actū p̄ſentādi ecc̄l'ie ſancte agathe que ſe dicebat patronā ſi ita erat euincere poterat ex iure p̄onatus illum actū p̄ſentādi a poſſeſſore.⁊ tūc eſſet qd ſup iure patronatus ex quo iure ageret̃ ⁊ qd forſan p populū negaret̃ cuꝫ ergo populus ibi nō fuerit in cā lꝫ obtinuerit ꝓpter ſue poſſeſſiōis cōmoduꝫ p̄ſentatus ab illo ad cautelā vel ꝯſolatiōnē ſuccūbentium papa ꝓſtat⁹ eſt ꝙ de ſuo iure patronat⁹ agere poſſent ꝯ populū ⁊ ſic habem⁹ de q̄ōne caſuꝫ.Item ſnia ſupraſcripta Hec aūt fortificat eqtas.nam ⁊ ſi dicat̃ ꝯriam opi.in laicis nō pochianis ꝓcedere ceſſet tñ in pochianis ⁊ hoc triplici reſpectu.Primo q2 participāt ex iure pochiali p̄uationi rectoris: poſſunt ergo ꝑticipare creatōi facit de offi.archi.ad h in fi.in autē.de defen.ci.§.nō habente col.iij.⁊ p ꝯuerſum regula.j.ſ.eo.ti.ff.eo.ti.nihil taꝫ ad primū de ſimo.ſuā.⁊ qd no.offi.deleg.venerabili in fi.iij.glo.de reb.ec. nō alie. ſi qs in glo.pe.⁊ in decr.vt circa p̄nc.de elec.li.eo. Scꝺo q2 ipſis incūbit ab illo audire diuia ⁊ ꝑcipere ſacra ꝓpter qd equū eſt ꝙ illoꝝ ꝓpoſito ꝯgruat de poſtu.p.c.i.ad fin.⁊ experiētia docet ꝙ efficatius laborant ad habendū idoneū quaꝫ illi patroni qui pochiani nō ſunt.Tertio q2 ꝑticipant dotationi.naꝫ ſicut rector alimentat̃ ex datis p patronū ſic etiā ex obuentiōib⁹ quas a pochianis recipit ⁊ in qbus ꝯſiſtant vide qd dixi de pochi.ſup Rica quaꝝ ꝯſideratio habet̃ etiaꝫ interdū in fundatiōe ⁊ dotatiōe de ec.edi.ad audientiaꝫ.i. ⁊ dixi de p̄e.ec.cum ſicut ſup.i.glo.⁊ ꝯſtat certas eccleſias oi alia dote carere q̄d miri ergo ſi ad p̄ſentatiōis actū poſſidendū ⁊ p̄ſcribendū habiles eſſe dicant̃ abſqꝫ eo ꝙ iura vetera hoc ꝑmittebant eiſdē etiā in eccleſijs collegiat̃.xxxix. di.petrus.lxvij.di.de petro.lxj.di.ſtudij.lxiij.di.plebs diotrenſis ⁊.c.reatina. ¶ Item ꝯcluſionē arch. que diſtinguit p̄ſentationē a petitiōe dicendo ꝙ ſimplex petitio poſſit cōpetere pplo de ſta.mo.qd dei timorē fateor:cū nō poſſidet p̄ſentationis actū ſecus in poſſidēte alias cū petitionē illaꝫ ſine vlla poſſeſſione vna vetula de pochia facere poſſet abſurdum eſſet nō plus dare p̄ſcribenti q̄ꝫ illi ⁊ non plus toti

parochie

parochie q̃ʒ vni pochiano. ¶ Item aduertendū ꝙ hi qui tenent opi. ꝯ̃riam concedūt ꝙ parochiani bñ poſſunt pſcri bere patronatū ⁊ tūc licebit eis pſentare ⁊ ſic vitiant regu las que pōt totū ⁊ partē de offi. deleg. paſtoralis. §. j. cū cō coꝛ. ⁊ cui lʒ plus ⁊ minus. ꝟ. eo. cui lʒ. Concedūt eni ꝙ bono rem ꝓceſſionis ⁊ ius alimentoꝝ in caſuʒ inopie vna cū actu pſentatiōis pſcribere poſſint. ſed tertiū ſolū nō cum tamen ex his tribus ꝯiūctis ⁊ potiſſime ex ſcdo plus grauet ecc̃ia ex hoc pʒ ꝙ illi rigori multū reſiſtit equitas. ¶ Et ſi oppo natur hoc q̃nq̃ ꝯtingere vt in exēplis que poſui de trāſlat. c. ſi. ſup glo. ſed nōne rñdeꝛ p id qđ no. de ver. ſig. ꝓpterea in fi. vlti. glo. ſicut ergo nō canonici pſcribunt actū electiōis plati ſine pſcriptōe canonicatꝰ de elec. cumana de cau. poſ. cum ecc̃ia ⁊ pochiani ſine pſcriptiōe pionatus pſcribant ius pſentandi quaſi ad id habiles p rōnes ꝓxime dictas ſic ⁊ ſine pſcriptione epatus nō eps pſcribit aliqua que de iu re ad ſolos epos pertinēt de pſcript. auditis ⁊. c. cum olim. ¶ Reſtat tollere tria ſup quibꝰ fundat arcbid. opi. ꝯ̃riam quā tanta opoſitate vſus eſt pſuadendi quāta falſitas indi get vt vera videaꝛ vt in hiero. ad marcellā. xj. Primū eſt qꝛ dicit liberā inſtitutionē ſacerdotū de iure ad epum ptinere alleg. vij. iura. ſ. x. q. j. c. j. ⁊. ij. xvj. q. vij. nullus oino de offic. arch. cum ſatis de capel. mo. c. j. vbi dicit expreſſuʒ de hē. cū ex iniūcto in fi. de reli. do. de xenodochijs. huic dicto reſiſto ⁊ dico nullū de capl̃is allegatis ꝓbare id ad qđ induciꝛ. pꝛi mū dicit ꝙ patronꝰ nō eximit eccleſiā a lege diocesana. ſcōʒ ꝙ nō eximit dotē a ptāte epiſcopi tertiū ⁊ quartū dicūt ꝙ epiſcopoꝝ nō inferioꝝ eſt cōmittere curā animaꝝ coniungo ſextū quo diciꝛ ꝙ epoꝛuʒ eſt inſtituere ⁊ deſtituere hec duo cōfiteoꝛ ꝙ curā animarū cōmittunt ⁊ inſtituūt pſentatos a patronis de inſti. c. j. lib. eo. ſed nullo illoꝝ iuriū ꝓbaꝛ ꝙ ha beant liberā inſtitutionē vt libere quē volūt inſtituant alꝛs ſequereꝛ cū illa capl̃a nō diſtinguant ꝙ etiā in collegiatꝭ ec cleſijs libere inſtitueret epus quē vellet ꝯ decr. j. de elect. ⁊ eo. ti. poſtq̃ lʒ fatear ꝙ epiſcopi in pmitiua ecc̃ia ad regē da loca tranſmiſſi oia ꝓuideant ⁊ ſic itelligiꝛ qđ no. de elec. q̃ʒ li. eo. ante mediū magne gl. vt ſup ea ſcripſi. Itē ſi dec. cū ex iniūcto itelligereꝛ de libera iſtitutōe ergo ⁊ libere dſti tuēt qđ eſt falſuʒ. xvj. q. vij. iuentū cū ꝯcoꝛ. vltimuʒ do. c. dic̃ epos dēre eē ſolicitos vt in hoſpitalibꝰ fueꝛ hoſpitalitas. Redeo ad. c. j. de capel. mo. vbi dicit expreſſuʒ certe non ſic aſſeruiſſet ſi ponderaſſet ibi textū p conſiliū monachoꝛuʒ ⁊ decr. vnicā eo. ti. li. eo. p q̃ pʒ intellectꝰ illius. ¶ Scōm ſu per quo fundat opinionē illā eſt ex. c. nouerit. x. q. j. per qđ dicit archi. inducēs glo. c. pie mētis. xvj. q. vij. patronos ſm antiqua tpa nil iuris in ipſis eccleſijs habuiſſe ſed ipē eccle ſie ad oꝛdinationē epi ptinebāt qđ fuit poſt modū imuta tuʒ ⁊ gratioſe ꝯceſſuʒ ꝙ haberēt pſentationē rectoris. xvj. q. vij. decernimꝰ hoc eſt patēter falſuʒ qđ patʒ ex eo qꝛ illa duo capl̃a nouerint ⁊ ꝺcernimꝰ. ſimul manarunt in quarto ꝯcilio toletano vt ex ipſoꝝ ſubſcriptōibꝰ pʒ per qđ. c. decer nimus ibi offerant epo oꝛdināđos. oñditur qualiter itelli gatur lr̃a illa ad oꝛdinationē epi quā ponit. c. nouerit qꝛ. ſ. oꝛdinabit a patrono oblatū id eſt pſentatuʒ. fateoꝛ ergo ꝙ nec oli nec hodie habuit vel hʒ patronꝰ dñiū ecc̃ie vel ſue dotis vt in. c. nouerint. pſentationē do ⁊ alia iura tūc habu it ſicut nūc vt in. c. decernimꝰ ⁊ ſi qua capl̃a dicant ꝙ nō hʒ niſi ꝯceſſionē poniꝛ illa ꝯceſſio p pionatu vt no. i. c. pie mē tis. ¶ Tertiū ſup quo fundaꝛ illa opi. eſt ꝙ laici patroni de gr̃a ſuſtineꝛ in hoc iure. xvj. q. v. c. j. de iurepat. q̃m qđ eſt etiā annexū ſpūalitati. aliꝰ ergo laicus nō patronꝰ illius iu ris nō eſt capax. ⁊ exaltat vocē in hoc p. c. ſane de puile. ad qđ cōcoꝛdat hec regula. De hoc dicto ſatis miroꝛ ſicut eni nō cōcludit lʒ ꝓpoſito rem alienā vſurpare nō poſſuʒ ergo nec pſcribere ita nec ſequiꝛ ſi qđ per puilegiū eſt alicui cō ceſſuʒ p aliū vſurpari nō pōt ergo nec pſcribi cū certum ſit ꝙ ꝯ puilegia pſcribiꝛ de puil. accedentibꝰ ⁊. c. ſi de terra ⁊ faciliꝰ q̃ ꝯ ius cōe vt no. de pſcript. c. j. li. eo. circa fi. magne glo. ⁊ dixi de offi. oꝛ. cōquerēte in glo. p hec circa medium. Item cōſtat ꝙ qualia certis p puilegia cōceduntꝛ talia per

alios pſcribunꝛ pʒ exemplū in exceptione de reli. do. cū dile ctus de puileg. cū pſone eo. li. in libera receptiōe oꝛdinū de pſcrip. veniens ꝯiuncto cū. c. cū olim eo. ti. ſic ⁊ in ſiſibꝰ. qđ inſeriꝛ de annexiōe ſpūalitati nō mouet cum certū ſit lʒ ius vt tpale tranſire in heredes ⁊ p diuerſos ꝯctus tranſit etiaʒ in extraneos vt no. de iurepa. cum ſeculū. ⁊ certū eſt p illos modos laicū ipſius iuris eſſe capacē ita ergo erit ⁊ iſto. poſ ſet etiā ad id qđ de gr̃a diciꝛ rñderi p decre. cū inter vniuer ſas de elec. in fi. ꝯiuncta cum decre. poſtq̃ eo. ti. ⁊ de poſtu. bone. j. ⁊ de reſcrip. nōnulli in pñ. ⁊. c. ſedes ⁊ qđ ibi no. in. j. glo. ¶ Per hoc aūt ſit rñſum ad glo. Inno. in decr. cū ve nerabilis de except. q dixit nullo iure caueri ꝙ deficiēte pa trono ꝓpꝰus pſentet ꝯcedaꝛ de ppꝛo qui nō poſſedit nec p ſcripſit preſentatiōis actū. Glo. decre. ſacroſancta nō ꝓbat qđ aſſerit ⁊ tex. ibi a ꝯ̃rio apte facit ꝯ gl. ¶ Hec. gnāli ma lis gratibꝰ archi. facit ꝓ opi. pdicta. nam ⁊ ſi ꝯcederemꝰ p ut ipſe vult ꝙ de pionatu nō loquaꝛ pʒ tñ ibi ꝙ antiqua cō ſuetudo dat laico id qđ de iure nō cadit in laicū ⁊ p hoc ſit rñſum ad multa ex allegatis que ꝯcludūt laicis nullā pote ſtatē in eccleſias ipſaꝝ iura vel bona ꝯceſſam. ¶ Ex predi ctis ꝯcludo ꝙ aut cōſtat eccleſiā habere pionos aut nō cō ſtat. pmo caſu aut pochiani pſentauerūt cuʒ pioniſ aut ſine vtroq̃ caſu ꝓpꝛie pſcribiꝛ ꝯ pionos de capel. mo. c. ij. ⁊ no. de preſcrip. ad audientiā ⁊ ipſoꝝ patiētia facit parochiāos hoꝰ iuris poſſeſſores inſtitutiōe ſecuta ad preſentationē ip ſoꝝ iuxta ea que ſatis dixi de reſti. in integ. c. ij. ⁊ his caſibꝰ talis patiētia iūgaꝛ ad rōnes dictas ſup dſi. hoc aūt. Si do nō ꝯſtat qđ pōt eſſe dupliciter aut qꝛ ꝯſtat alios nō eſſe pa tronos aut qꝛ neſciꝛ ⁊ hoc qđ neſciꝛ di nō eſſe de pſe. di. j. ſo lēnitates cum certū ſit eccleſiā habuiſſe hoīes fundatores niſi miraculoſe ꝯſtructa fuiſſet pſumemꝰ eā per ppꝛm fuiſſe fundatā potiſſime qꝛ hoc diſimile ⁊ fieri ꝯſueuit. ꝟ. eo. inſpi cimus. ⁊ ſcōm hoc ꝯcludā ꝙ exercitiū vniꝰ actus cōpetētis piono erit poſſeſſio pionatus qđ eſt regulare vbi pr̃es actꝰ ab aliquo iure dependēt de reli. do. c. j. ⁊ hoc ex quo relig actus nō appent poſſeſſi p aliū nec ius cōe circa ius aliō fū dat intentionē alterꝰ vt ibi dixi ſup glo. pe. ⁊ ſic ſoluiꝛ ꝯ̃riū de decr. auditis de pſcrip. vt ibi dixi ſup pe. glo. ⁊ de capel. mo. dilectꝰ vt ibi dixi ſup vlti. glo. ⁊ ſcōʒ lʒ ſaltē his vltimis caſibꝰ cōcedere oʒ tenētes opi. ꝯ̃riam cui p tanto ſic reſtiti curioſe qꝛ cum dñs meꝰ tpe quo familiaris ⁊ ꝯſiliariꝰ ſuus eram hāc opi. ſic vt videbaꝛ plene ꝓbatā. ⁊ p ipſius cancel lariū maxime factū epm approbatā iuridicā eſtimās me cla mante ꝯ̃riuʒ hic ſeruaret tandē multoꝝ ciuiū in hoc ſe ledi putantium fuit ab ipſo charitas ſegregata.

ista seq. d. ab. mo. c. i. de relig. dom.

Quod aliqui ſuo. lxvij. cle. de regula. vt pfeſſores dat nouū exemplū huic regule alieno ſi dicis. i. p ſubmiſſaʒ pſo naʒ pone exēpla ꝯʒ dy. ff. de auc. tu. pupillus §. lʒ ſi p iterpoſitā vbi p ſubmiſſaʒ pſonā nō lʒ tutoꝛi emere rē pupilli ad idē. ff. de admi. re. ad ci. perti. l. ij. §. j. vbi ſicut nō lʒ decuriōi p ſe colere predia publica ita nec p pſonā ſubmiſſā ⁊ dicit ꝙ ad pdictoꝝ ꝯfirmationē ve nit. ff. de ꝯhē. emp. nō lʒ. C. de hēd. inſti. l. neq̃ʒ. ff. de vſuca. l. labeo. §. ſi eū cuʒ ſi. Glo. j. ponit exēpla. ſcōo dicit in malefi cijs regulā loq aꝛs eiꝰ falſitas pateret in delegato liberto ⁊ laico. Itē locū hʒ in his q ſunt oꝛdinis. In. j. glo. ibi ſi qs id in fi. Dy. ponit p autē. vt hi q ob. ſe ha. p. res mi §. ſi qs vt ſi cut tutoꝛ nō ingetat pupillū noīe ꝓpꝛio ita nec alieno vt ex iure ceſſo. ⁊ ibi. l. queſitū ad euitandū hoc ꝯtrariū Dy. dic̃ regulā loq cū faciendū noīe alieno hʒ eundē effectū quem hēret ſi factū eſſet noīe ꝓpꝛio ⁊ in fi. ſignat ēt Dy. ꝯ̃riuʒ d l. j. §. Idē q̃rimꝰ. ff. de acqr. poſ. vbi furioſus q nō pōt p ſe q̃ rere: q̃rit p aliū Dy. dicit ꝙ iſtiꝰ gnālis triplex daꝛ ſolutio pma ꝙ hoc regulare ꝯ̃ria ſpālia. ſcōa ꝙ regula intelligiꝛ d pſona ſubmiſſa vt dixi in text. ⁊ hec duo notanꝛ. ff. de fur. l. his duobꝰ. tertia ꝙ aut ipediꝛ p ſe rōne delicti a pſona com miſſi aut rōne rei aut mixta rōne pſone aut rōne intelligētie pmis tribꝰ caſibus locū hʒ regula. in quarto locꝰ ē ꝯ̃rio ſic ſoluiꝛ. ff. de vſuca. l. labeo de acq. hēd. l. antiſtius. §. vltimo.

b **Ex regula** facit ad qōnē an habens
grāꝫ cū bñficio acceptan
di poſſit laicū ꝓcuratorē ꝯſtituere ad acceptan
dum de q̄ vide qḋ ſcripſi de p̄ben. accedens pp qḋ. ⁊ q̄ꝛ qḋ
fr̄is Vberti in argumētis ⁊ ſolutione ſatis huic ꝯuenit pri
ma omiſſa illā quaſi ad lr̄aꝫ ꝓſequar q̄ ſic ꝓponebat̄ q̄ritur
vtrū is q ex defectu ordinis vel ex alia cā vocē non hꝫ in ca
pitulo noīe ſuo eā hr̄e poſſit vel dēat noīe alieno ſi īſtituat̄
ꝓcurator habētis. ¶ Ad negatiuā nouē rōes īducit ſcḋo
ad affirmatiuā qnqꝫ quaꝝ ſcḋa multos caſus īcludit. tertio
ſimpl̄r ſoluit ⁊ vnū mēbroꝝ qōnis in alio diſtinguit ⁊ ſub-
diſtinguit. Alleg. ergo. i. ꝙ nō ꝑ hanc regulā cui ꝯcordant
caſ. xlvj. di. ſicut nō ſuo ⁊. xxiij. q. viij. his a qbus. ſed vt po-
nit̄ in themate qōnis ille vocē nō hꝫ noīe ſuo ergo nec aliēo
hēre poterit vel dēbit. ꝓterea di in themate vl̄ ex alia cā. Sꝫ
pone ꝙ pp excōicationē aliqs excludat̄ nūqd alteri⁹ noīe
admitteret̄ nō q̄ꝛ ſicut excōicat⁹ ꝓpria negocia tractare nō
pōt maxime ſpūalia ſiue in iudicio ſiue extra de iudi. intelle
xim⁹ de excep. exceptiōe. ſ. eo. li. ⁊ eo. ti. pia de ap. paſtoral̄
in fi. de ſen. ex. ſolet eo. li. iij. q. iiij. nullus. iij. q. i. c. i. ⁊. ij. xj. q.
iij. cū excōicato. ſic nec ꝓcurator alteri⁹ pōt inſtitui extra ꝯ
ꝓba. poſt ceſſionē ⁊ idē forte poſſꝫ dici q̄ntuꝫ ad mām nr̄aꝫ
de ſuſpēſo ⁊ irregulari maxime in actu electiōis q̄ lꝫ nō ſit
in eis periculū cōionis tñ ab actu eligendi penit⁹ excludun
tur de ꝯſue. cū dilect⁹ de ſen. ex. is q in fi. eo. li. ergo tales nec
ꝑ ſe nec ꝑ alijs admittent̄. ¶ Scḋo ſi ex defectu ordinis
ſacri vl̄ alias debiti aliqs excludat̄ de eta. ⁊ qua. in ꝯſti. cle.
vt hi q. nullo mō admitti poterit noīe alieno qḋ ſic ꝓbat̄. ea
q̄ ſunt ordinis nō habēti ordinē cōmitti nō poſſunt ſaltem
ab alio q̄ꝫ a papa. vt hic in gloſ. ſed vocē hr̄e vr̄ eē ordinis
vt in pal. c. vt hi qui in p̄n. ergo ⁊c̄. Sꝫ ſi dicat̄ ꝙ vocē hr̄e
nō eſt ordinis ſꝫ nō hr̄e in pena nō ordinati vt bñ appet in
p̄. dec. vt hi q. ij. rñ. dico ꝙ ex hoc adhuc magis ꝯcludit̄ talē
nullo mō dēre admitti. nā ſi cōmiſſio ſibi ab alio facta hoc
oparet̄ ſeq̄ret̄ ꝙ p̄uat⁹ qlibet penā ordinariā iuris poſſꝫ ef
fectualiter remouere. hoc aūt eſt icōueniēs cū nec iudex vi-
deat̄ h̄ poſſe. ff. de aboli. l. j. canonizata. ij. q. iij. §. notandum
vbi de h̄ niſi forte ꝑ diſpēſationē vbi ꝑtātē hēret diſpēſan-
di de iu. at ſi clerici de ſciſma. frr̄nitatis. ix. q. i. ab excōicatꝫ ⁊
q. ij. lugdunēſis cū ſilib⁹. ergo nō ē dicendū ꝙ ꝑ talē cōmiſ
ſionē admittat̄ ad capl̄m a quo i penā excludit̄. ¶ Tertio
quedā ſunt q̄ lꝫ ſint iuriſditiōis adminiculo tñ ordinis exer
cent̄ vt de cā epi criminali cognoſcere. xxiij. di. illḋ. iij. q. vj.
h̄ qppe ⁊. q. viij. c. j. ⁊. ij. Itē clericū deponere. xvj. q. vij. ſi qſ
cū duob⁹ capl̄is ſe. Itē clericū cā diſcipline v̄berare. lxxxi.
di. nō liceat ⁊ no. xlv. di. in ſūma. h̄ aūt ⁊ ſiſ̄ia q̄ lꝫ iuriſd. ſint
adminiculo tñ ordinis exercent̄ demādari vel cōmitti n̄ poſ
ſunt ordinē nō hñti niſi ſicut ⁊ illa q̄ vere ſunt ordinis vt ſu
p̄ra dictū eſt ad qḋ bñ facit pal. c. nō liceat. lxxxvj. di. ⁊ not.
exp̄ſſe. xcv. di. c. j. circa fi. vlt. gl. ſꝫ negari nō pōt ꝙ ius vocis
capit̄li ⁊ ſi nō ſit ordinis ꝓprie. ſꝫ iuriſditiōis ordinis tñ ad
miniculo ſaltē q̄nocūqꝫ habiti exercet̄ vt in. c. vt hi q. ergo
demādari nō pōt ordinē nō hñti ex quo bñ ꝯcludit̄ ꝙ ſi qs
noīe ſuo pp defectū ſacri ordinis ſaltē nō habiti vocē nō hꝫ
eā ēt hr̄e nō poterit noīe alieno. ¶ Quarto ſi iſte excludi
tur noīe ꝓprio multo forti⁹ excludi dꝫ noīe alieno ꝙ ſic ꝓ-
bat̄. certū eſt ꝙ ſiue ad bñficia q̄ de v̄tute charitatꝫ ꝓcedūt
ſiue ad actus iure ciuili ꝓhibitos p̄us ⁊ poti⁹ admittit̄ qs ꝑ
ſe q̄ꝫ ꝑ alio. p̄muꝫ ꝓbat̄ ex eo ꝙ p̄mo dꝫ qs ſibi ſubuenire q̄ꝫ
alteri cū formā dilectiōis ꝓximi ſumere dēat qlibet a ſeipſo
xxiij. q. v. ſi nō lꝫ ꝯ pe. di. ij. charitas. ⁊ di. iij. q vult ⁊ no. xlij.
di. qeſcam⁹. ſcḋm ſatis pꝫ nā ſi aliq ꝓhibēt̄ poſtulare nihilomi
nus ꝑ ſe admittunt̄. iij. q. vij. §. verū ⁊ legit̄ ⁊ no. de pe. di. j.
nemo. q̄ eſt lex poſita. C. de poſtu. bñ facit ad h̄ de iureiurā.
petitio. Item illi q alias accuſare ꝓhibent̄ ꝑ ſe admittūtur
ꝓprias cās ꝓſequēdo. ij. q. j. ꝓhibent̄. iiij. q. vlt. oībus bene
ergo ſequit̄ ꝙ vbi qs ꝑ ſe nō admittit̄ nec ꝑ alio ergo cum
act⁹ iſte de quo agit̄ ſit ꝓhibitus a iure ciuili. j. canonico po
ſitiuo vt not. j. di. ius aūt vbi qs ꝑ ſe nō admittit̄ multo for-
tius ꝑ alio nō recipiet̄. ¶ Quinto ſi diceret̄ talem admitti
debere vel poſſe ſequeret̄ ꝙ cōcederet̄ ei vna via id qḋ alia
ꝓhibet̄ h̄ aūt eſt incōueniēs ergo ⁊ primū. icōueniētia cō
ſequētis appet de ꝓcurator. tue. hoc eod. ti. cū qd vna via
cū no. ibidē maxime in ꝓhibitiōe iſta legiſlator reſpectū ha
buerit ad rē ꝓhibitā tantū nō ad modū vel viā ꝓhibēdi vt
in p̄dicta regula no. ꝯñā ſatis pꝫ paꝝ eni refert iſtū admitti
ꝑ ſe vel ꝑ alio dūmō admittat̄ ⁊ maxime vbi ſimpl̄r ꝯſtitu-
tus eſt ꝓcurator nō data ſibi certa ſpāli forma vtpote ꝯ cer
ta eligēda pſona. tūc. n. cū ſimpl̄r ꝯſtituit̄ liberꝝ hꝫ arbitriū
ac ſi iure ꝓprio itereſſet de elect. ſi qs iuſto. §. porro. ſ. eo. li.
¶ Sexto dicit illa decr. ꝙ nō hēat vocē etiā ſi hāc ſibi ab
alijs libere ꝯcedat̄ ex cui⁹ verbis ſic arguo. ſi id de quo vr̄
magis ineſſe nō ineſt ergo nec id de quo min⁹. ſed magis vr̄
ꝙ totū capl̄m poſſit h̄ ſibi ꝯcedere ⁊ nō pōt. ergo multo mi
nus vn⁹ ꝑ ſuā cōmiſſionē pōt hoc facere. maior ꝓbat̄. xxxij.
q. v. ſi paulus. viij. q. i. ſi ergo ⁊. c. moyſes. vij. q. j. imitare. ꝙ
aūt capl̄m plus poſſit q̄ꝫ vnus ſolus ſatis ꝓbat̄ de his q̄ fi. a
ma. par. ca. c. i. ⁊ ad h̄. lxiij. di. c. vlt. nō ergo vn⁹ poterit ſibi
h̄ ꝯcedē qḋ totū capl̄m nō poſſet ⁊ h̄ eſt qḋ voluit dicere il
la dec. ij. rñ. ibi nullo mō in caplo habeāt ⁊c̄. q̄ſi dicat nullo
q̄ſito colore nulla via ꝑ ſe vel ꝑ alio. ¶ Septimo cū qd ꝓ
hibet̄: ꝓhibent̄ oīa que ſequunt̄ ex illo de ꝯſti. nā ꝯcupiſcē-
tiā hoc eo. ti. cū qd cū ſua mā. Itē ꝓhibent̄ oīa ꝑ que pōt ꝑ
ueniri ad illud de vi. ⁊ ho. cle. cū ab oī h̄ eo. ti. cū qd vna via
etiā ſi illud alias eſſet bonū. xxj. di. deniqꝫ. l. iij. di. §. verū. ſꝫ
debere admitti vt ꝓcuratorē alteri⁹ ſequit̄ ex hoc qḋ eſt ha
bere vocē noīe ſuo. qḋ ſic ꝓbat̄. dicit decr. ꝙ abſens in loco
de quo dꝫ vocari īpedit⁹ cōmittat vni de collegio vicē ſuam
de elect. q̄ꝛ pp. §. illud alias aūt niſi eēt de collegio nō tene-
rent̄ canonici illū admittere. ſ. eo. li. de elec. ſi qs iuſto. §. ab
ſens ꝙ itelligo de collegio q̄ntuꝫ ad actū capituli etiā ſi ali
as nō ſit de gremio de ꝯſue. cū dilect⁹ de elec. ſcriptū eſt er-
go ſi ꝓcurator abſentis ad h̄ vt ex debito admittat̄: dꝫ eſſe
de collegio. i. vocē hr̄e ergo admitti ex debito noīe alteri⁹
bñ ſequit̄ ex hoc ꝙ dꝫ admitti noīe ꝓprio vel ſaltē ex h̄ per
uenit̄ ad illud maxime vbi ſimpl̄r ꝯſtituit̄ ꝓcurator vt ſup̄i
us dictū eſt. ꝑ ꝓhibitionē ergo q nō hꝫ vocē noīe ſuo oīa p̄di-
cta ⁊ ſiſ̄ia intelligunt̄ eſſe ꝓhibita. ¶ Octauo certū eſt ꝙ
īpubes nō admittit̄ cū alijs ad eligendū de elec. cū ex eo. ⁊
eſt rō q̄ꝛ diſcretione in talib⁹ debita caret vt ibi dꝛ. nūqd er-
go admittet̄ vt ꝓcurator alteri⁹ certe nō pp eandē rōnem.
nā ꝓcuratoriū nō dat ei diſcretionē quā nālr̄ cū hr̄e nō
poſſe p̄ſumit̄. Iteꝫ ex alia rōne q̄ꝛ aut eſſet iſte ꝓcurator ad
lites. aut ad negocia ſi ad lites req̄rit̄ etas. xxv. an. ſi ad ne-
gocia qḋ magis vr̄ vt de ꝓcur. c. vlti. eo. li. req̄rit̄ etas. xvij.
an. vt eo. ti. q gnāliter. §. fi. ſed iſte dicat̄ īpubes. i. infra. xiiij.
an. ad neutrū ꝓcuratoriū ſufficientē hꝫ etateꝫ vñ ꝓcurator
alteri⁹ nec potuit inſtitui nec debebit admitti. ⁊ qḋ de īpu-
bere dictū eſt rōne diſcretiōis qua caret idē itelligendū eſt
de furioſo cū eadeꝫ rō ſit ad hoc. iij. q. vij. §. tria. xv. q. i. §. vt
itaqꝫ de ſucceſ. ab inte. cū dilect⁹ de ſpō. dilect⁹. xxxij. q. vij.
neqꝫ furioſus ⁊ no. in p̄. c. ex eo. ¶ Nono iura ꝓhibentia n̄
diſtinguūt ꝑ ſe vel ꝑ alio. ſed ſimpl̄r dicūt ꝙ vocē nō hēat
ergo nec nos diſtinguere debem⁹. ſꝫ ſimpl̄r dictū ſimpl̄r in
telligem⁹. ij. q. v. ꝯſuluiſti. lv. di. ſi euangelica. xxiij. q. vlt. nō
ſolū in fi. ergo indiſtincte nec ꝑ ſe nec ꝑ alio admittet̄. quoſ
eni p̄tor ꝓhibet: in totū ꝓhibet. ff. de poſtulā. quos p̄tor. ex
qbus ſatis ꝯcludit̄ ꝙ qui nō hꝫ vocē ſuo noīe: alieno habē
nō poterit vel ſaltē nō debebit imo ſi ꝯ̄rium fiat nō valebit
⁊ talis vox nō auget numerū q̄ꝛ ꝯ̄ legis ꝓhibitionē factum
eſt eo. ti. q̄ ꝯ̄ ius. x. di. vides cū ſua mā. ¶ In ꝯ̄riuꝫ vr̄ ꝙ ⁊ ſi
admitti nō debebit noīe ꝓprio tñ debebit vel poterit noīe
alieno tanq̄ꝫ ꝓcurator ⁊ hoc ſic edictū de ꝓcuratorib⁹ ꝓhi
bitoriū eſt vt is cenſeat̄ idone⁹ q exp̄ſſe non ꝓhibet̄ de pro
cur. c. j. eo. li. ff. eod. l. mut⁹. §. j. vbi de hoc inſti. ꝑ q̄s pſonas
nobis acq̄rit̄. §. vlti. ſicut ⁊ de teſte. di. ff. de teſti. l. j. ⁊ de mri
monio ꝯ̄hendo de ſpon. cū apud. xxx. q. iiij. q ſpūaleꝫ. ſꝫ hec
de quo agit̄ nullo iure exp̄ſſo a ꝓcuratorio ꝓhibet̄. ⁊ ſi tacī
te forte dici valeat ꝓhiberi vt. ſ. dꝛ ergo tanq̄ꝫ idone⁹ ꝓcu-
rator alio nō obſtante poterit ⁊ debebit admitti. ¶ Scḋo
habere

habere vocē in capl̃o nec eſt maleficiū nec eſt de ſui nā illici
tum de q̄bus tñ locū habere vr̃ h̄ regula qḋ alicui.xlvj.diſ.
ſicut nó ſuo.ꝛ ideo lꝫ aliq̄s certa legis rōne nó habeat vocē
ſuo noie nó ꝓpterea min⁹ admitti poterit ꝛ debit noie alie-
no niſi ei exp̄ſſe ꝓhibitū fuerit vt eſt dictū.nā certū eſt ꝙ hi
q̄ nó ſunt de collegio nó habent vocē ibi ſuo noie imo ꝛ ta-
cite a ꝯrio ſenſu videnſ ꝓhiberi ne fiant ꝓcuratores alioꝛuꝫ
ꝛ ſic ꝓ alijs nó admittanſ de elect.qꝛ pp.§.illud ibi de ipſo
collegio ꝛc̄.q̄ſi a ꝯrio nó alij ꝛ tñ qꝛ exp̄ſſe nó eſt ꝓhibitum
ſi inſtituaſ ꝓcuratoꝛ poterit admitti vt ibi no.ꝛ eſt exp̄ſſuꝫ
eo.ti.ſi q̄s iuſte.§.vlti.eo.li.ꝙ aūt in alijs q̄ȝ maleficijs non
hēat locū p̄ſens regula imo veri⁹ in talibus poſſit q̄s aliē̄o
noie qḋ ſuo nó poſſet ꝓbaſ multis iurib⁹ ꝛ exēplis filiuſfa-
milias regl̄r ꝓ ſe agere nó pōt ſine pr̄is ꝯſenſu ꝛ tñ vt ꝓcu-
ratoꝛ ꝓ alio nó iniuſte admittiſ ad agendū de procur.nó in
iuſte nec in hoc requiriſ pr̄is licētia vt eod.tit.q̄ gnāl̄r.§.ne
dum.s̄.eo.li.Jtē minoꝛ.xvj.an.rem ſuā alienare vel aliter ſe
obligare regl̄r nó pōt ꝛ tñ.s̄.xvij.an.vt alteri⁹ gerendo ne-
gocia valebit alienatio vel obligatio facta ab eo ꝓ illo cui⁹
negocia gerit vt eo.ti.q̄ gnāl̄r.§.vlt.Jtē laicus ſpūalia ꝓ ſe
tractare nó pōt cū talia hēre vel poſſidere nó poſſit de iudi.
decernim⁹.ꝛ tñ tam agēdo q̄ȝ defendēdo in ſpūalib⁹ pote-
rit eſſe ꝓcuratoꝛ alteri⁹ eo.ti.c.j.eo.li. Jtē mr̄imoniū carna
le p̄ ꝓcuratorē ꝯhiſ.xxxij.q.ij.honoꝛanſ.s̄.eod.li.de ꝓcur.
c.vlt.Sed pone ꝙ inhabilis ad ꝯhendū ꝓ ſe inſtituiſ ꝓcu
ratoꝛ vt ꝯhat ꝓ alio vtpote ſolēni voto aſtricti⁹ vel vxoꝛem
habens vel ꝯſanguine⁹ vel affinis illius cū quo vel cuꝫ qua
ꝯhi dꝫ nūquid dicem⁹ qꝛ iſte ex cauſis p̄dictis vel ſil̄ibus ꝓ
ſe ꝯhere nó poſſit qḋ ꝓ alio nó poſſit ad hoc de ꝓcur.iſtitui
nó certe cū hoc nó ſit exp̄ſſuꝫ vt.s̄.dictū eſt.ſic ergo a ſimili
ꝓhibit⁹ cōtrahere ꝓ ſe mr̄imoniuꝫ ſpūale eligēdo poterit
nihilomin⁹ ꝯhere ꝓ alio ſil̄itudo aūt iſta bñ ꝓcedit de trāſ
latio.iter.vij.q.i.ſicut vir ꝛ.c.ſicut alterius.Jtē inferioꝛ ſuo
iure ſiue noie ſupioꝛeꝫ iudicare nó pōt de ma.ꝛ obe.cū infe-
rioꝛ.xxi.di.inferioꝛ.nec ei p̄poni dꝫ.xciiij.di.a ſubdiacono ꝛ
tñ alterius noie cuius vice fungiſ iudicabit eū ꝛ p̄poneſ ei
lxxiiij.di.honoꝛat⁹.xciij.di.c.vlti.xciiij.di.c.i.de offi.delega.
ſtuduiſti de offic.deleg.c.i.ꝛ.c.ſane cū ſil̄ibus. Jtē ſi habeo
ſeruitutē eundi p̄ fundū tuū nó potes me ꝓhibere euntem.
aliū aūt ius nó habentē ꝓhibere poſſes niſi in caſib⁹ cōceſ-
ſis.i.di.oēs leges.xxiij.q.ij.dñs nr̄.℃ Sed pone ꝙ aliquiſ
vadit noie meo q̄ alias ꝓprio noie nó poſſet nūq̄d euꝫ ꝓhi-
bere poteris.dicit lex ꝙ nó qꝛ ſi ei non liceat noie ſuo.lꝫ tñ
noie meo hic eſt caſus.ff.de ver.ob.ſi ſtipulat⁹ alle.xciij.di.
c.vlt.Jtē ep̄us noie ꝓprio clericos alteri⁹ ordinare nó pōt
ix.q.ij.nullus p̄mas.ꝛ tñ noie ꝓprij ep̄i hoc mandātis eos
poterit ordinare.ea.cā.ꝛ.q.lugdunēſis.lxxi.di.p̄ totum de
tēp.oꝛ.c.j.eo.li.de p̄ben.ſi ep̄us.Jtē certū eſt ꝙ libert⁹ non
pōt p̄ronum in ius vocare ſuo noie.xij.q.ij.ſi ſine ꝛ.c.q̄ ma-
numittiſ.q̄ ſunt leges poſite.ff.ḋ in ius vo.ꝛ tñ hoc poterit
licite noie alieno.ff.eo.ti.queſitū ꝛ not.in pre.c.q̄ manumit
titur.xij.q.ij.ꝛ ēt no.ij.q.i.ꝓhibenſ in glo.niſi attrocem ꝛc̄.
Jtem gnāl̄r vbicūq̄ꝫ licite alteri delegaſ vel cōmittiſ qḋ ſi
ne delegatiōe vel ſibi facta cōmiſſiōe exercere non poterat
vt apparet allegatis ꝛ de elec.cāmq̄ꝫ ꝛ.c.cū iter canonicos
cū ſil̄ibus.ex q̄bus oibus patꝫ ꝙ ꝯrium regule p̄ſentis.ſ.ꝙ
poſſit q̄s ꝓ alio qḋ nó pōt ꝓ ſe hꝫ locū in his q̄ nó ſunt ma-
la vel illicita.ꝛ nó ſolū in his que nullo mō ſunt illicita vt in
ml̄tis exēpl̄ p̄miſſis ſꝫ i his q̄ q̄ȝuis de ſui nā nó ſint de gene
re maloꝝ applicata tñ ad certā p̄ſonā q̄ȝtum ad illū illicita
ſunt vt apparet in ep̄o ordināte liberto vocāte q̄ȝuis ordia
re vel in ius vocare de ſui nā nó ſint mala.i.de genere malo
rū applicata tñ ad ep̄m alienū ꝛ libertuꝫ illis mala ꝛ illicita
ſunt qḋ bñ appꝫ in penis ſtatutis in iurib⁹ allegatis illō ꝓ
hibentib⁹.niſi eni illis eſſent illicita nó adijcereſ pena de cō
ſtit.cognoſcētes cuꝫ ſua mā.arg.de pe.di.ij.§.opponiſ v̄ſi.
qḋ nulli leue ꝛc̄.xxiiii.q.i.nó auferam⁹.xxiii.q.iiii.q̄ peccat
ꝛ tñ in eis nó hꝫ locū regula.ſed ei⁹ ꝯrium vt.s̄.ꝓbatū eſt ꝛ
vr̄ eſſe rō in oibus p̄dictis qꝛ plus cōfert ſp̄alis cōmiſſio fa
cta ab hoie q̄ȝ gnālis ptās data a lege qḋ dic vt.s̄.eo.li.de

offic.deleg.is cui.p̄dicta igiſ ad caſuꝫ nr̄m applicando cer-
tum eſt ꝙ hēre vocē nullo mō eſt illicitū vel ſaltē de ſui na-
tura de genere maloꝝ.Et ſi forte vellet aliq̄s dicere ꝙ p̄ſo
nis ꝓhibitis ꝯ iuris ꝓhibitionē ſe ingerētib⁹ h̄ ſit illicitum
ꝛ ſic tales lꝫ nó admittanſ ꝓ ſe nó tñ repelluntſ ꝓ alijs vnde
iterp̄retabimur iura ꝓhibentia ꝙ nó hēant vocē in capitl̄o
ſcꝫ noie ſuo hēre tñ poterūt noie alieno. ℃ Tertio regula
iſta qḋ alicui ꝛc̄.itelligiſ q̄ñ id qḋ ē faciēdū noie alieno ten
dit ad eundē effectū ꝛ eundē ꝯſequitur ſicut ſi fieret noie
ſuo vt in.c.ſicut nó ſuo.alias ſi idē effect⁹ nó ſequiſ hꝫ locuꝫ
ꝯrium regule ſic intelligit eam do.Dy.vt no.s̄.eo.in fi.glo.
ſed certū ē ꝙ nó hꝫ eūdē effectū ſi ē in capl̄o noie alieno ſi-
cut ſi eſſet noie ꝓprio maxime ſi hꝫ nó ſimplex ꝛ libeꝝ.ſꝫ cer
tum ꝛ limitatū mandatū vtpote de certa p̄ſona eligenda vt
de elect.ſi quis iuſte.§.poꝛro.nam tūc nó hꝫ liberū arbitriū
nec pōt quē vellet eligere.qḋ haberet ꝛ poſſet ſi intereſſet
noie ꝓprio ꝓpter qḋ p̄dicta regula nó obſtante ſaltē cū ſic
litato mādato ad certū articulū admitti poterit ꝛ debebit.
℃ Quarto de nó ordinatis ad ſacros vel ad ordinē debi-
tum īfra annū dicit dec.ꝙ nó habeāt vocē in capl̄o de etate
ꝛ q̄li.in ꝯſti.Clem.vt hi q.i.ꝛ.ii.rñ.qḋ in penā taliū eſt ſtatu
tum ſed lꝫ aliq̄s taliū admittaſ ꝓ alio nó dꝫ ꝓpterea voceꝫ
habere in capl̄o ꝛ ſic ipſa dec.nó obuiat nec ꝯ eā aliq̄d per
hoc fieri diciſ qḋ ꝓbaſ ex verbi ꝓpria ſignificatiōe habere
eni eſt ꝓprie eſſe dñm rei vel ſaltē poſſidere.ff.de v̄b.ſig.hie
ꝛ no.xxiij.q.vij.c.ꝙ aūt.ſed bñ certū eſt ꝙ ille q̄ itereſt pro
alio nec eſt dñs talis iuris nec poſſidet illud imo ille cui⁹ no
mine intereſt de reſti.ſpo.cū veniſſet de p̄ſcrip.ſi diligēti cū
ſuis ſil̄ibus ergo ipſa decr.nó obſtante ꝛ nullo alio iure aliſ
ꝓhibente talis ꝛ ſi nó ꝓ ſe ꝓ alio poterit ꝛ debebit admitti
ꝙ aūt ſm̄ verbi ꝓprietatē reſtringere debem⁹ potius q̄ȝ ꝯ
eā ampliare itellectū pꝫ ex gnāli rōne penaꝝ q̄ de ſui nā re
ſtringēde ſunt nó laxāde de pe.di.i.§.pene eo.ti.in peniſ cū
ſua mā.℃ Quinto nó pōt dici ꝙ iſte ꝯ mentē decr.hono-
reſ in voce capl̄i imo poti⁹ oneraſ officiū eni ꝓcuratoꝛis nō
eſt honoꝛ.ſꝫ onus ꝛ ideo lꝫ ſit actus legitim⁹ ꝛ a lege appro
batus tñ infami cōmitti pōt cui alias dignitatū vel honoꝝ
poꝛte patere nó debēt de exceſ.p̄la.iter dilectos qḋ indubi
tatum vr̄ p̄ iura ciuilia.inſti.de excep.§.vlti.ꝛ no.de iura.ca
lū.impatoꝛū in glo.vlti.Jdē eſt de iure canonico niſi in ꝓ-
curatoꝛe ep̄i.v.q.iii.qꝛ ep̄s ꝛ legiſ ꝛ no.l.di.accedens in fi.
ꝛ hoc maxime q̄ñ hꝫ limitatū mandatū qꝛ tūc nó hꝫ hono-
rem liberi arbitrij.ſed onus tantū certi miniſterij iniūcti vt
s̄.dictū eſt.ex q̄bus bñ concludiſ ꝙ admitti debebit vt pro
curatoꝛ vel ſaltē poterit.℃ Sol.due ponunſ q̄ōnes vtruꝫ
excluſus aliqua cā noie ſuo admitti debeat vel poſſit nomie
alieno quoꝝ vnū.ſ.verbū debeat:ipoꝛtat neceſſitatē ex p̄te
admittentiū.ſiue admittere debentiū.ꝛ eſt ſenſus vtrum ca
nonici taleꝫ ꝓcuratorē inſtitutū iuris neceſſitate cōpellanſ
admittere ſm̄ autē.ſ.verbū poſſit denotat habilitatē ex p̄te
admittendi h̄ eſt an talis ſit habilis ꝛ idoneus ꝓcuratoꝛ ita
ꝙ canonicis volētib⁹ valeat admitti de iure.℃ Ad p̄muꝫ
ergo neceſſitatis dico idiſtincte ꝙ nó compelluntſ canonici
admittere quēquā taliū ſi nolūt.ꝛ eſt rō qꝛ cū ille qui nó hꝫ
vocē in capl̄o q̄ȝtum ad actū incūbentē non cenſeaſ eſſe de
collegio etiā ſi alias ſit de eccl̄ia ſicut eꝯ de collegio cenſeſ
is qui ēt nó eſt de eccleſia tñ de ꝯſuetudine vocē hꝫ ḋ ꝯſue.
cū dilect⁹ de elect.ſcriptū eſt.talē ergo nó habentē vocē in
ſtitutū ꝓcuratorē alteri⁹ nolentes canonici nó admittūt.ꝛ
maxime in actu electiōis vt p̄al.c.ſi q̄s iuſto de electiōe.nec
ēt in alijs cū nó teneanſ caōnici pādere ſecreta ſua alijs nec
extraneo liceat ſe ingerere vel canonicoꝝ archana ſcrutari
.C.de cōmer.ꝛ mer.l.iiii.vi.q.i.ex merito.℃ Ad ſcōm aūt
poſſibilitatis.ſ.vtrū volētes poſſint diſtiguo qꝛ aut ipedim̄
tum eſt tale qḋ ipedit nāl̄r illō in talib⁹ p̄ maxime regriſ.ſ.
diſcretionē ſeu ai iudiciū vt etas ꝛ furoꝛ ſeu eſt ꝯ nām ei⁹ ḋ
quo agiſ vt laicalis ſtatus q̄ nó eſt apt⁹ ad tractandū ſpūa
lia.vel eccl̄iaſtia aut nó eſt tale.p̄mo caſu ēt a volentib⁹ ad
mitti nó poterit vt p̄.c.ex eo ꝙ.iij.q.vij.§.tria.xcvj.di.bene
quidē cū cōcoꝛ.ſed ſi nó eſt tale aut ipſuꝫ ipedimentū non

ſolum impeditũ ipedit ⁊ eũ afficit.ſed ét alios pót inficere vt excõicatio q̃ cõicantibꝰ inducit leprã pcti.aut ipſum ſolũ afficit ꝑmo caſu admitti non poterit ⁊ ſi admittit̃ vitiat qd̃ factũ eſt de elect.illa ⁊.c.cũ iter.R.de ꝓbati.poſt ceſſionẽ. iij.q.iiij.nullus.xj.q.iij.cũ excõicato ſi ipm̃ ſolũ afficit.aut ipedimentũ ipm̃ ſtatutũ eſt in penã ipſiꝰ vt qꝛ eligit ſciẽter indignũ de elec.cũ in cũctis ⁊ in caſibꝰ.decr.clẽ.vt hi qui ⁊ in eiſdẽ cle.de regula.vt ꝓfeſſores.aut nõ in penã ſed alias. vt qꝛ nullo mõ eſt de collegio.ꝑmo caſu ſubdiſtinguo quia aut eſt talis pena quã canonici poſſunt remittere aut nõ. ſi poſſunt vt in eligente indignũ q̃ ea vice ꝑuatus eſt voce nõ ſolũ in odiũ ſui vt vr̃ ſed ét in fauorẽ nõ delinquẽtiũ de ele. cũ vintoñ.ét ſi nõ parcũt ſibi vt iterſit ſuo noie. poſſunt tñ eũ admittere vt ꝓcuratorẽ alteriꝰ vt ibi cũ nõ cõpellantur facere maiorẽ grãz q̃ȝ velint.x.q.ij.ꝓcarie.ſi autẽ talẽ penã nõ poſſunt remittere.tũc etiã volẽtes talẽ nõ poſſũt admittere.q̃ oino in penã eius excludi dȝ a voce capl̃i. ſicut apte dicit decr.illa vt hi qui.j.rñ.⁊ melius.ij.rñ.ibi nullo mõ ⁊c̃. verũ in hoc vltimo caſu forte ꝓbabiliter poſſet dici hoc locum hẽre qñ libere ⁊ ſimpl̃r ꝯſtitutꝰ eſt ꝓcurator qꝛ tũc q̃ſi idẽ ẽ vel parũ differẽs effectualr̃ ſic̃ ſi admittat̃ noie ꝓprio cũ eodẽ mõ liberũ hẽat arbitriũ ſecꝰ ſi hẽat litatũ mãdatũ vt de certa eligẽda ꝑſona vt dictũ eſt qꝛ tunc cũ videat̃ eſſe tm̃mõ quoddã iſtr̃m ſiue organũ ꝑ qd̃ loquit̃ is cuiꝰ ꝓcurator ẽ quaſi ſi nihil hȝ arbitrij.⁊ ideo ſic poſſit admitti. qd̃ aũt minꝰ ſit admittere certũ articulũ quã ſimpl̃r negocium legit̃ ⁊ no.de offi.dele.ſup qõnuȝ de re iudi.cũ Bertol.tutius tñ credo qd̃ nullo mõ admittat̃ ꝑꝑ expreſſionẽ verborum decr.vt hi q̃ ar.ꝑ.c.vt ꝓfeſſores ibi nec ꝑ ſe poſſunt ⁊c̃. ſi tñ ꝯ illa aliquis admittat̃.nõ credo vitiari qd̃ ab alijs factum eſt.ſed vox talis numeꝝ nõ augebit de elec.eccl̃ia.ij.ſi aũt nõ in penã ſȝ qꝛ nullo mõ eſt de collegio tũc poſſunt ſi volũt vt in pre.c.ſi qs iuſto.cũ ét poſſent ei dare vocẽ noie ꝓprio de poſt.prela.bone.ij.lxiij.di.obeuntibus.

q **Uod ob** gratiã.lxj.diſpendiũ vide.ſ̃.eo.li.de reſcrip. diſpendia in ꝑnci. ¶ Gloſ.j.ponit exẽpla.ſcd̃o ſucceſſiue ſignat.vij.ꝯria ⁊ ſoluit.tertio ꝯuertit regulã. ¶ In glo.j.ibi qd̃ fauore.hec lex ⁊ lex nulla.q̃ ſequit̃ idẽ dicũt ꝙ h̃ regula ⁊ ibi.l.j.vide.ſ̃.eo.li.de elec.vt quis duas in vlt.gl.⁊ ibi q̃d ergo ſi ꝑ iniuriã ꝓnunciatũ eſt ꝯ heredẽ ⁊ nõ appellauit h̃ nõ nocet legatarijs. ¶ In glo.j.ibi ſi iudex. dat Dy.aliud exẽplũ ꝑ.l.iij.§.due.ff.ad carbonianũ vbi in fauorẽ pupilli cui de ſtatu ⁊ bonis mouet̃ qd̃ introductũ eſt ꝙ differatur qd̃ vſqȝ ad tpa pubertatis.ſed ſi hȝ ꝓbatiões in ꝓmptu nõ differet̃ ne qd̃ in eiꝰ fauorẽ ⁊c̃. Dicit ét ꝙ ꝯfirmat̃ hec regula ⁊ ipſius exẽpla tradunt̃.ff.de lege cõ.l.ij. de in diẽ adiec. ſabinus de fide inſtru.l.plures.de ſcd̃is nup.gnal̃r.§.in his ⁊ ibi finibꝰ ꝓprijs ꝓpter equalitatẽ in iudicijs ſeruandam. Dy.⁊ ibi ꝯ ius cõe idẽ hic Dy.reprobãs ſolutionẽ dicẽtiũ regulã locũ habere cũ fauor inducit̃ iure cõi vl̃ ꝑuilegio .legem ꝯriaȝ cũ inducit̃ ꝑ pcm̃ ⁊ hoc reprobat ꝑ.l. ea lege.§. locati.ff.de lege cõmiſſo.l.ij.⁊.iij.⁊ ibi premiũ.ſignat Dy. cõtrariũ de.l.decreto.ff.de ſuſpect.tu. vbi ſuſpectꝰ a tutela remotus de ꝑiculo adminiſtratiõis nõ tenet̃ ad idẽ.ff. de excu.tu.ſed ⁊ milites.§.ſed ignominia.ſoluit ꝙ idẽ actus non eſt imediata cã pene ⁊ ꝑmij.ſed pót eſſe mediata ⁊ remota delictũ eni eſt cã pene.pena cã inhabilitatis ad actũ .ihabilitas cã remotõis ab actu.remotio eſt cã exẽptionis ab onere hoc ꝯrium tangit glo.⁊ nõ ſoluit.ff.de neg.geſ. ſiue hẽditaria. Ad ſolutionẽ obijcit de.l.i.ff.de his qui.vt idignis.vide qd̃ dixi.de fideiuſ.ꝓuenit.ſup ſi.ij.glo.⁊ in ſi. Dy. ét alle. ff.de inter.⁊ rele.l.relegatoꝝ.§.vlti.⁊.l.ſe.⁊ qd̃ no. in autẽ. de here.⁊ fal.§.ſi vero.

b **Ic eſt** ſciendũ ꝙ Jo.mo.in decre.ſ̃.eo.li. de elec.gnali in addi.ꝑ hãc regulã ſoluebat qõneȝ talẽ.papa tranſtulit epm̃ abſentem ⁊ abſoluit eũ a vinculo ꝑori vt eſt moris ⁊ iuris de trãſlatio.c.ij.§.ſicut ergo de poſtul̃.bone.ij.in fin.querebat qñ vacaret ꝑor cathedralis eccleſia ⁊ hoc ibi q̃rebat vt ſciret̃ de habẽte regalia in prima eccleſia cũ vacat qñ incipiat illa vti.qd̃ ſtatim vacet inducit abſolutionẽ ꝑoris vinculi quaȝ ponit thema.ꝯrium tȝ qꝛ abſolutio nõ eſt pura ſed cõditionalis.ſ.ſi ꝯſenſerit qd̃ ꝓbat ꝑ multa iura vno ſoluẽdo cõtrarium ⁊ dicit ſic in curia declaratũ niſi cõſtet papã aliud voluiſſe.ſubdit̃ qd̃ egidij ad negatiuã habens tres rões ⁊ tres glo.in ꝯrium quatuor rõnes ⁊ vnã glo.tertio ponit̃ ſolutio ⁊ ipſiꝰ declaratio. ¶ Primo ergo alle.ꝙ mr̃imoniũ ſpũale ſicut ⁊ carnale iniciat̃ firmat̃ ⁊ ꝯſumat̃ de trãſac.lȝ.iniciat̃ aũt ex cõſenſu eligentiũ ⁊ electi vt ibi in tantũ ꝙ ius electo acquirit̃ non tñ illiꝰ iuris executio regl̃r tribuit̃ vt no.lxiij. di.quãto.ſ̃.eo.noſti.⁊.c.qualit̃.eo.mõ ſoluit̃ ex diſcenſu.C. qñ li.ab empt.diſ.l.i.⁊.ij.nõ ſoluet̃ ergo iſte a vinculo ꝑme nec ꝯiunget̃ ſcd̃o niſi poſt ꝯſenſum preſtitũ ad ſcd̃am ⁊ dic̃ ſe pluries vidiſſe ſic in curia declarari.ſit rõ qꝛ nemo inuitꝰ creſcere cogit̃ nec ꝯtrahit nec ꝯctum diſſoluit ꝑmuȝ.lxxiiij. di.vbi iſta reliqua.C.de acti.⁊ obli.ſicut.C.de ꝯhen.emp.initũ ſꝑ ergo intelligit̃ ꝯditio ſi ſic ſibi placuerit ſeu cõſenſerit.ſ̃.eod.lib.de ꝑben.ſi tibi abſenti.Item vt dicit ſicut dos nõ pót eſſe ſine mr̃imonio.C.de iure do.l.iij.ſic nec acq̃ſitio ſcd̃e ſponſe ſpũalis niſi libertatꝰ ſit a ꝑma.ad id.ſ̃. de ſcd̃is nup.c.i.⁊.iiij.ſȝ in ꝑmo caſu q̃ȝtumcũqȝ ſit pura ꝓmiſſio intelligit̃ ꝯditio ſi ſecute fuerit nuptie.ff.de iure do.ſtipulationem ⁊.l.plerũqȝ.§.ſi aũt.ff.de teſta.mili.l.ex eo.xcij.diſ. ſi q̃ epi. ſic tranſlatio q̃ȝtumcũqȝ pura dȝ intelligi ſi nuptie ſecũde fuerint ſecute ar.ff.de leg.i.legatario.ij.rñ. ¶ In ꝯtrarium alleg.ff.de bo.poſ.ex te.mili.l.j.in ſi.ſed dicit illã intelligi ſub ꝑdicta cõditione de ꝯſenſu tranſlati vide qd̃ not.ſ̃ ꝑuil.c.pe.in.i.glo.⁊ qd̃ ſup ea dixi dat ſimile ꝙ res donata acquirit̃ donatario reuocabilit̃ tñ.ſ.ſi reſpuerit vt pre.decr. ſi tibi.ſic legatũ ſpeciei mortuo teſtatore transferet̃ in legatariũ.ff.de fur.a ticio.ff.de leg.ij.cũ pr̃.§.ſurdo ſub ꝯditione tñ ſi voluerit.ff.de le.i.ſi ita legatũ.§.ſi volet.hinc eſt ꝙ hac pendẽte etiã pendet factũ heredis in aliũ transferẽtis ꝑdictum legatũ vt legatario reſpuente firmet̃ factũ hẽdis ⁊ eo legatũ agnoſcente infirmet̃.ff.ſi cer.pe.l.ꝓinde ꝑ qd̃ cõcludit habentẽ regalia nihil ꝑcipere de ꝑma ſicut de nõ vacante ante ꝯſenſum trãſla.j.ad ſcd̃am maxime qꝛ iſte pugnat ꝯ ius cõe qd̃ vult ꝯſeruari fructꝰ futuro ſucceſſori.ſ̃. de offic. or.cum vos.ſ̃.eo.li.de elec.qꝛ ſepe.ſtet ergo firmũ qd̃ ꝑuilegio vel ꝑſcriptione mutatũ nõ apparet.C.de ap. ꝑcipimus in ſi.fatet̃ tñ ꝓ papa ex cã poſſet transferre epm̃ inuitũ ſaltẽ quo ad hoc vt careat ꝑma. ſit rõ qꝛ tota eccl̃ia ẽ vnũ corpꝰ miſticum in Canticis vna eſt colũba mea.ſ̃.de ſũma tri. firmiter.§. vna. vij.q.i.nouatianꝰ.xxiiij.q.i.loquit̃. ſpõſus aũt huiꝰ colũbe ⁊ caput huiꝰ corpis ſicut papa videns vnũ mẽbrũ ipſiꝰ corpis inutile ꝑꝑ ꝑſecutionẽ iminentẽ ex ipſius ꝑſona qui poſſidet vel ꝓpter aliã iuſtam cãm vt corpus ſanetur pót ⁊ dȝ ex officij debito huic morbo antidotũ ꝑparare alleg.vij.q.i.paſtoralis.⁊ qd̃ no.Innoc.de renũcia.niſi.§.i. qd̃ ex eo pȝ qꝛ ꝑlatura eſt ad finẽ vt ꝓſit ſi finis iſte fruſtrat̃ paſtor hȝ ſanare qd̃ eſt egꝝ vt.d.c.niſi.§.ꝓpter.ſed ſi papa ꝓpter ſua merita volẽs epm̃ honorare intendit ſibi placere ſi diſpliceat ille remanebit in ſtatu ꝑori ne retorqueat̃ in eiꝰ leſionẽ.qd̃ fiebat ob eius gratiã per hanc regulã cũ cõcor. ¶ Sciendũ eſt ꝙ Egidius cremoñ. in ſua diſputatiõe de qua ſtatim ſubdã.viſus eſt tenere contrariũ dicens ꝙ ſi bonoñ.epũs ad poſtulationẽ capituli raueñ.etiã hoc ignorãs transferat̃ ad eccleſiã raueñ.nõ expectato ipſius ꝯſenſu deſijt eſſe bonoñ.⁊ ſi hoc de illo intelligat̃ qui lȝ ignoret trãſlationẽ.ſicut tñ poſtulationẽ cui lȝ nõ conſenſerit ſubmiſit tamen ſe voluntati papali.iuxta no.de elect.cupiẽtes.§. deniqȝ in gl.ſed ex quo . tũc ceſſaret ꝯdictio. ¶ Sciendũ eſt ꝙ Egidius ponebat in qõne ꝑdicta ꝓ dubio an valeret electio facta ad eccleſiã boñ.ꝑ capl̃m boñ.poſtq̃ȝ audiuit nõ tñ certitudinaliter ipſaȝ tranſlationẽ factã fore.cum tamen ipẽ epũs adhuc regeret boñ.eccl̃iam.⁊ ꝙ nõ valeat iducit cõem opi.qua adhuc habebat̃ epũs q̃ ſicut inualidum facit validum

validum.iij.q.vij.§.verũ de iurepat.ꝯſultatiõibus de biga. nup eadẽ rõne de alias valido facit inualidũ arguendo a ſimili ꝑ ꝯ̃rium de pe.di.ij.§.ex ꝯ̃rio. Item nõ dicit̃ tranſlatus niſi poſſeſſionẽ habuerit.xxj.q.ij.ſi quis iã. Item nõ dꝫ mulier ꝯ̃here que audiuit maritũ mortuũ niſi de hoc ſit certificata de ſpon.in p̃ſentia.idem in.c.facit.ff.de acqui.re.do.l.res ex mandato ⁊ de acqr.here.l.qui hereditatẽ ⁊.l.heres nã ex quo ꝓ certo neſciunt eccleſiã vacare nõ debent eligere ꝑ iura p̄e.facit qđ not.ij.q.vj.q̃to de cle.excõ.mini.apl̃ice ꝑ legẽ qui abſenti.ff.de acqrẽ.poſſ.inducit eni qđ ſcripſi poſt Hoſti.de elec.qꝛ ꝓpter in p̃nc.ſup verſi. celebrandam ad ꝯ̃rium inducebat opinionẽ cedere v̾itati manifeſte. viij.di.veritate.⁊ legatũ recta via tranſit ad legatariũ ignorantem.ff.quẽad.ſerui.amit.ſi partẽ.§.vlti.⁊ de leg.ij.l.legatũ. Item iſte ex quo tranſlat⁹ eſt di quo ad eccleſiã defunctus vij.q.j.§.ecce in q̄bus.nubat ergo eccl̃ia cui vult.vij.q.j.ſicẽ alteri⁹. ¶ Itez quicq̄d ſit in opinione ſufficit in carnali matrimonio ꝙ ꝯ̃hi poſſit de ſpon.tua.de eo qui du. in ma.c.ij. ſic ergo a ſimili in ſp̄ũali inducit etiã qđ not.Gof.in ſũma d̾ ꝯceſ.p̄ben.in p̃nci. ¶ Soluebat ipſe ꝙ lꝫ inhoneſte fecerit capl̃m tñ tenuit electio cum ꝑ tranſlationẽ ſtatim fuerit rauennas ⁊ deſijerit eſſe boñ.nõ expectato eius ꝯſenſu qui ex voluntate pape pendebat.ſed ſi hoc eſſet verũ ergo dignitas vacaret in curia ⁊ ſic electio capl̃i nõ valeret ꝑ decre.ij. de p̄ben.li.vj.niſi dicas illã in ep̄atibus locum nõ h̃re vt ibi no.in glo.ij. ¶ Ad allegata in ꝯ̃rium r̃ñdebat ad primũ ꝙ vbi fieret alicui preiudiciũ ex veritate prelata cum erat in ꝯ̃rium cõis opinio tunc ꝓcedit argumentatio ſed hic in veritate p̄ferenda nulli ſit p̄iudicium.ad decre.in p̃ſentia r̃ñdet ꝙ ſi mulier contrahat tꝫ de ſcđis nup.dñs.ad id ꝙ de hereditate dicit̃ r̃ñdet illud ſpeciale.vt no.in.l.heres in vlt.glo. in.l.qui abſenti apparet de intentiõe ſcribentis glo. Hoſti. fatet̃ veram tñ ſi cõtra eam fiat tꝫ.facit de p̄ben.lꝫ.ij.li.eod. curia per reſeruatiões.imo dicit̃ ꝑ conſtitutionẽ nõ finit et minora beneficia vacantia per ꝓmotionẽ in curia per alios conferri dato tamen ꝙ hec ſolutio procederet locum haberet in caſu de quo predixi videas etiã ꝙ no.in cle.vt lite pẽ. c.vno poſt p̃nc.

## Quod omnes.

q xxix.dy. ponit exẽpluꝫ per.l. receptum.ff.de ſerui.ruſti.p̄e.vbi in ꝯſtituenda ſeruitute in fundo cõi oĩum dominoꝝ cõſenſus requirit̃ ⁊ vnius defectus conſtitutionem reddit inutilẽ approbari ⁊ ſufficit ſingularis ⁊ ſucceſſiua approbatio in extraiudicialib⁹ vel his que ſunt coĩa vt ſingulis ſcđm Io.mo.vide qđ no.s̃.eo.li.de reb.ec.nõ alie. dudũ in glo.ſcđm qđ. ¶ Glo.j.ponit exempla ⁊ in fi. reaſſumit primũ exemplũ.ſcđo ſoluit ꝯ̃rium ⁊ remittit determinat incidens ꝯ̃rium ⁊ ponit ius nouum.tertio arguit ad q̄ſtionem ponit opiniones ꝯ̃rias ⁊ ſcđam reprobat. ¶ In p̃ma glo.ibi.l.vlti. in actu per quẽ tutela diſſoluit̃ vt in arrogatione pupilli oĩum tutoꝝ cõſenſus exigit̃.⁊ ibi qđ maior: ſequit̃ pars curie efficit perinde habetur ac ſi omnes egerint. ¶ In.j.glo.ibi ſolutio idem Dy.⁊ ibi in cõe ad idem.ff.de reli.ſi plures fallit etiã.ff.de pact.maiorẽ.ff.de cura.furi.cõſilio.§.fin.vbi ſufficit alteri⁹ auctoritas Dy.⁊ ibi ſubaudit̃. vt ibi no.in vlti.gloſ.ibi cũ ſimilib⁹.s̃.eod.lib.de cler.egro. c.vno cũ cõcor.⁊ ibi ſup eo.arg.ꝯ̃.lxxiiij.di.c.ij.vbi de hoc.

## Ec regula

b facit ad q̄ſtionem dñicalez lxxv.q̄ qꝛ ſolutio non placet hic inſerit̃ ⁊ eſt talis conſuetudo erat in quadam eccleſia ꝙ canonici abſentes tñ ꝑciperent q̃tum preſentes ſed ep̄us loci cũ canonicis p̃ſentibus ſtatuit ꝙ abſentes nihil haberent querit̃ an p̄iudicet̃ alijs etiã in ſcholiſ abſentibus. ¶ Breuiter allegat quinqꝫ ꝓ ⁊ totidẽ ꝯ̃. tertio ponit̃ ſolutio que reprobat̃ certo caſu ⁊ contrarijs r̃ñdetur ¶ Allegat ergo ꝙ p̄iudicetur.qꝛ conſtitutio fuit honeſta vt nõ ſeruiẽtes nihil ꝑciperent.xij.q.ij.caritatẽ.s̃.de appel. peruenit.ij.de cler.nõ reſi.c.ij. Item valet ſtatutũ factum a maiori parte capituli de his que fi.a ma.part.c.j.⁊ qui vult emolimentũ ſentiat onus.ff.de reg.iur.ſcđm nãm ⁊.j.eo. qui ſentit cum cõcor. Item vtilitas cõis p̄fertur p̄uate.s̃.de poſtul̃.pla.c.iij.⁊ ibi cum concor.⁊.vij.q.j.ſcias. Item ſufficit in ſtatuendo duas partes fuiſſe p̃ſentes.ff.de decr.ab or.fa. l.iij.qđ cuiuſqꝫ vniuer.l.plane.nec abſentes extra ꝓuinciaꝫ fuerant vocandi ad ſtatutũ faciendũ de elect.coram. ¶ In ꝯ̃rium qꝛ de alieno ſtatuere non poterunt de conſtit.que in eccleſiaꝝ ⁊ res inter alios acta ⁊c̃.C.res inter alioſ acta.l.j. s̃.de offici.deleg.ſup eo de re iudi.c.penulti.nec iure ſuo ſine ipſoꝝ facto p̄uari debuerunt.lvj.di.ſatis ꝑuerſum. facit de cle.nõ reſi.ad audientiã.⁊ in re cõi melior eſt conditio ꝓhibentis eod.ti.in re cõi.cum concor. Item in ſcholis beneficium habere debent.s̃.de magiſ.ſup ſpecula ⁊.C.li.xij.de ero.mili.anno.his ſcholarib⁹ facit.s̃.eo.lib.de p̄uile.c.ij.ad hanc partẽ facit hec regula cum ſuis cõcord.⁊ vr̃ caſus de conſti.oẽs. ¶ Sol.dicit Bar.brix.cũ aliqua fiunt a capl̃o de neceſſitate vt electiones alienatões ⁊ inſtitutiones tunc valet ꝙ fit a maiori parte.s̃.de elec.lꝫ.niſi aliquis contẽnat̃ eod.ti.ꝙ ſicut.ſed in his que fiunt nõ neceſſitate requiritur conſenſus oĩum vt in p̄e.c.cum oẽs ⁊.ff.de ſerui.ru.p̄e.per fundũ vnde hic nõ p̄iudicat abſentis ſcđm Tan.⁊ Vin.ſic dixit Bar.brix. ¶ Eadem verba ⁊ plenius no.Ber.in decre.cum oẽs que tamen ad caſum q̄ſtionis reducta nõ placẽt graue etenim mihi videt̃ hoc dictum ⁊ cõtra vtilitatẽ eccleſiarum ⁊ huius ſolutiõis ꝯ̃rium ſumit̃ ex his que ſcripſi p⁹ Inn.Hoſti.⁊ Cõpoſ.in p̄e.dec.cum oẽs ſup.j.glo.facit de cler.nõ reſi.c.vno lib.vj.ꝓcederet aũt ſolutio ſi conſtitutio ſpecialis fuiſſet contra tũc abſentes noĩatos vel non ita ꝙ nõ ligaret ſtatuẽtes.ſed rõ inducta nõ ſonat ꝙ ſic intellexerint.credo igit̃ ꝙ dũmodo conſtitutio liget ipſos ſtatuẽtes ſi ſe abſentauerit valeat quaſi iſtud ſit de neceſſario expediendis vel ſaltẽ vtiliter vt optime ꝓbatur de reſcript.c.vlti. lib.eod.⁊ p̄iudicabit abſentib⁹ alias nõ p̄uilegiatis qđ dico ꝓ tanto qꝛ tale poſſit eſſe priuilegiũ ꝙ lꝫ in ſe valeret cõſtitutio ea tamen nõ obſtante ꝑciperet p̄uilegiatus prebendam quale eſt ꝓ modo p̄uilegium hui⁹ ſtudij. ¶ Ad ꝯ̃ria reſpondet̃ ꝙ nõ conſtituũt de alieno qꝛ non reſpicit p̄terita nec eſt hec cõio ſingulariũ ⁊ ꝑ hoc reſpondet̃ ad alia argumenta.nec põt allegari iniuria.vbi ſublata oneroſa conſuetudine res redit ad ſui naturaꝫ.xxxv.diſ.ab exordio ⁊ quod ibi no. Ad dec.cum oẽs dic ꝙ vbi conſtitutio nõ fuit cõmunis nec interuenit conſenſus epiſcopi.ꝓcederet eo.aũt fortius hec ſolutio q̄ñ ꝓpter conſuetudinẽ illam pateret̃ eccleſia miniſtroꝝ defectum.s̃.de cler.nõ reſi.c.pe.⁊ facit qđ ibi ſcripſi ſup v̾ſic.deſeruiri.nam ſi eo caſu ſolus ep̄s ſubtrahere põt fructus multo fortius epiſcopus cum capitulo.

## Quod quis.

q xxiiij.facit hec regula ad queſtõez debitoris qui de mandato iudicis vel curie ei ſoluit qđ debebat creditori quã vide in ſpec. de ſolu.§.nũc aliqua v̾ſi.illud aũt qualiter ecce

Prima glo.dicit vnde ſumpta.⁊ ponit exempla.ſcđo exponit regulã ⁊ rationes reddit. tertio illam conuertit. Scđa gloſ.not.a contrario dat ſimilia arguit ad queſtiones ⁊ remittit. ¶ In p̃ma gl.ibi.§.qui iuſſu.ſequitur iudicis aliq̄d facit nõ videtur dolo facere qꝛ parere neceſſe eſt ⁊ ibi cum pretor ſequitur cauſa cognita per errorem vel ambitioſe iuberet hereditatem ex fideicõmiſſo reſtitui etiam publice intereſt reſtitui ꝓpter rerum iudicatarum auctoritatem.⁊ ibi generaliter.ſequitur eas perſonas quib⁹ reuerẽtia exhibenda eſt ſine iuſſu pretoris in ius vocare non poſſumus. ⁊ ibi quoniam punit̃ officium pertinaciter nõ reſiſtens iudici nõ recipienti appellationẽ.⁊ ibi ad ea.ignoſcitur ſeruo in non atrocibus parenti domino.vel in eum qui habetur loco domini vt tutori vel curatori. ¶ In glo.ij.ibi.§.cum in eadeꝫ

naui.cibaria in naui in cõmune cõferunt. ⁊ ibi illud canoñ.
xv.q.j. In ꝑma glo.ibi.§.doli mali. Dy.ponit etiam exẽpla
per.l.ff.de aqua plu.arcen.l.q̃ꝫq̃ꝫ in ꝑncip. vbi excuſat qui
iudicis auctoritate deſtruxit ſepulchrũ quod nocere pote/
rat aqua pluuie. ⁊ per.l.ff.de ſoluti. ſi ſtipulatus.§.ſi lancẽ.
vbi excuſat depoſitarius reſtituens auctoritate iudicis de/
poſitum vni ex pluribus heredibus deponentis. ⁊ ibi exer/
cendo diſtinguit hic Dy.vt notat.ſ.de temp.ord.ad aures
in gloſ.ij.⁊ ibi.§.iudices apertius eod. libr.de penis felicis
ad finem.

b **Ex regula** excuſat eum qui facit mã
dato iudicis.ſed diputa/
tum hic fuit per duos canoniſtas.ſcꝫ do. Egidi
uꝫ cremoñ.⁊ Gualterũ de gangareto.quid de illo qui occi
dit permiſſione iudicis vel ſtatuti clericum bãnituꝫ qui lay
cus putabatur an excuſet dolo ⁊ pena cadeꝫ queſtio ab oli
fuerat diſputata per do. Nicholaum de matarelt.in ſtudio
paduano. Joan.de deo.q.xxxij.lib.ij.tractat de percutien/
te clericum qui cancellari de bãno petebat. ¶ Ad negati/
uam allegant quatuor ⁊ ſub tertio duab⁹ obiectiõibus re/
ſpondet.ſcðo in cõtrariũ alia quatuor.tertio datur duplex
ſolutio ⁊ ſecũdo dupliciter diſtinguit.ꝑmo ad queſtionem
ſecundo generaliter ad materiã. ¶ Et ad parteꝫ quod nõ
excuſet ñ diſputando an ſtatutũ nõ valeat quaſi ꝯ legẽ diui
nã nõ occides. Exo.xx.⁊ tenendo ꝓ nũc ꝙ valeat vt ſcripſi
in ſpec.de conſtitu.ad fi.allegatur ꝙ cum ſtatutũ permittat
bãnitum ꝓ homicidio licite occidi.ſed bãnitum intelligere
debemus iure bãnitum ſicut de condẽnato dicit.ff.de re iu/
di.l.iiij.§.condẽnatuꝫ facit.ff.de pen.l.ij.§.fina. de ꝯtra ta.
l.nõ putauit.§.nõ queuis.vt verba cum effectu intelligan/
tur.de cler.nõ reſiden.relatum cum concord.ff. quod cuiuſ
qꝫ vniuer.l.j.§.hec autem canõ.de pe.di.j.hec autẽ.nam ali
quid nõ eſſe ⁊ minus perfectũ eſſe equiperant in iure inſtit.
qui.mo.te.aperia.§.ex imperfecto.facit detranſla.c.ij. cum
concor.nec valet iudicis auctoritas que non excuſat in deli
ctis.xvij.diſ.multis.xij.q.ij.quicũqꝫ de temp.or.dilectis ⁊
ꝑcipue in caſu noſtro quo iſte iudex non erat.xj.q.j. nullus
iudicium de fo.compe.c.ij.⁊ ſic nec bãnum nec ſtatutũ quo
ad illum tenebat qr contra legem factum.C. de epiſ. ⁊ cler.
autẽ.ſtatuimus. ¶ Scðo ſic ꝓbatur vbi ſcriptura a verita
te diſcordat veritas attendit nõ ſcriptura.ff.de reg.iur.ſi li/
berari⁹.C.de erro.aduo.l.ij.plus valeret qð agit.l.j.ſꝫ h̄ ſcri
ptus bãnit⁹ nõ ẽ bãnit⁹ ergo ⁊c̃. ¶ Tertio ſic ſcriptura fa
cta in meũ ꝑiudiciũ nõ de mea voluntate mihi nõ ꝑiudicat
.C.de dona.cenſualis.ff.de acq.re.do.l.qſqꝫ.ſed hec ſcriptu
ra facta in libro bãnitorum talis eſt ergo ⁊c̃.⁊ ſi forte dicat
ad hoc eum fuiſſe citatum. Reſpondet ꝙ cuꝫ citatio facta
fuerit ab illo quem conſtabat ſuum iudicẽ nõ eſſe ſibi non
ꝑiudicabit.ff.de iur.om.iudi.l.fina. Item ſi dicat occiſorem
id ignoraſſe. Reſpondet hoc non iuuare.nam qui cum alio
contrahit debet eſſe certus de conditione illius.ff. de regu.
iur.qui cũ alio.multo magis qui contra alium deliquit.naꝫ
vbi maius periculũ ⁊c̃.ſ.eod.lib.de elect. vbi periculum in
ꝑncip.cum concor. Iteꝫ cum ignorantia nõ excuſet in mino
ribus delictis inſti.vi bo.rapto.§.ſed nedum.multo minus
in maioribus. Item regulariter nõ excuſat ignorans quod
ſcire debuit vel potuit.ff.ſi certum pe.quod te.quod vi aut
clam.l.ſeruius de iur.⁊ fac.ignorãtia nec ſuppina.⁊.l. regu
la.§.j.de elect.c.inotuit ⁊ cle.de cõ.pre.c.vno in fine.ſed iſte
ſcire debuit volens eni hoc in alterius preiudiciũ facere de
buit inquirere vt ꝓbatur.C.de exercito.l.fi.⁊.l.j. poſt ꝑnci.
nec ſua imprudẽtia debet cedere in alterius preiudicium.ff.
de offic.preſi.l.illicitas.§.ſicuti ad.l.aquil.idem iuris in fi.
Item iſte voluit eſſe executor ſtatuti ⁊ executor inquirit.C.
ſi contra ius vel vti.pub. ⁊ ſi non cognitio canoñ.xxv.q.ij.
Iteꝫ dato ꝙ ignorantia excuſaret in aliquo nõ tamen in to
to ſicut dicitur de iuſto dolore.C.de adul.l.gracchus.ff. de
ſicca.l.j.in fin.⁊ de iuſto metu.ſ.quod metus cauſa factis.

¶ Quarto videtur caſus.ff.de iureiur.eum qui.§.ſi iniuria
vbi iniuriaruꝫ mihi tenetur: qui nõ me ſed aliuꝫ iniuriari in
tendebat facit quod no.de ſen.excõ.ſi vero ⁊.ff.ad.l.aquil.
ſcientiam.§.ſed ſi defendendi. ¶ In ꝯrium ꝙ excuſet ban
num ⁊ forma eius ꝓpter auctoritatẽ iudicis qui in delictis
excuſare videt.xij.q.ij.de rebus.xxviij.diſ.diaconi.lxiij. diſ.
ſalonitane.quod dictum eſt contra poteſt intelligi quãdo
ſuperior auctoritatem preſtare nõ poteſt.ſed hic iuſto erro
re motus eſt iudex ad bãniandũ illud vt laycum. Item ſta
tutum in ſe valet quare iſte videns illum bãnitum nõ fuit in
dolo quare non tenet cum lex cornelia requirat doluꝫ.ff.ad
l.cornel.de ſicca.l.in lege. ¶ Scðo debuit credere per iu/
dicem bene factum cũ pro ipſo preſumit.ij.q.vj. hoc etiam
placuit de renũcia.in preſentia facit qui fi.ſint legiti. per ve
nerabilem v̄ſicu.preterea alias ex facto iudicis paratet la/
queus contra id.xxvij.q.j.de viduis.C.de his qui ve.eta.in
pe.l.j. non ergo fuit in culpa credens qð iudex ⁊ alij crede
bant ⁊ faciens quod cõmuni opinione licituꝫ erat cũ publi
cus ⁊ cõmunis error habeat ꝓ iure ſaltem ad executionem
eorum que interim fiunt.ff.de offic.preto.barbarius de ſup/
pet.le.l.iij.in fi.C.de teſta.l.j.C.de ſen.⁊ inter.l. in fin. ſicut
nõ deliquit nec in fugitiuoꝝ numero computatur qui facit
quod publice arbitrabat fieri licere.ff.de edi.edict.quid ſit
fugitiuus.§.apud labeonem.multũ eni operatur cõmunis
opinio.vnde ſi mulier cõmuni opinione putat pregnans ꝓ
ximus heres a poſthumo hereditatẽ adire nõ poteſt etiam
ſi ipſe puret illam nõ pregnantẽ ſecus ſi cõmunis opinio eſt
in contrariũ.ff.de aquir.hered.cum quidã.§. quod putetur
facit quod no.de elect.dudum.ij.in glo.qr cum iaꝫ. imo qð
plus eſt ꝓpria ignorantia ſola excuſare videtur.ff.de admi.
tuto.cirographus.§.adeo. Item ignorantia ꝓbabilis excu/
ſat a ſententia excõmunicationis de ſen.excõ. ſi vero.⁊ adul
terio.ff.de adult.l.penul.xxxiiij.q.ij.in lectuꝫ. Iteꝫ videtur
eſſe caſus.ff.de iniur.illud canoñ.xv.q.j.illud ad idem.ff.de
arbi.l.j.cum glo.ibi poſita. ¶ Tertio qui publice citatus
edicto nõ paret conſentire intelligit in ſui preiudiciũ.C. de
remi.pigno.ſi eo.qui accuſ.non poſſunt.l.ſi ea de inge. ma.
diffamari.iſte ergo voluntate ſua quo ad ſui preiudiciũ in li
bris bãnitorũ deſcriptus intelligit.ſed qui ſe ſcribi patitur
in alio ordine videtur ipſo facto renũciaſſe maiori.ff. ð iure
imu.l.v.§.fina.⁊ de decur.l.fina.iſte igitur patiendo ſe ſcri/
bi in libris bãnitoꝝ videtur renunciaſſe ordini clericoꝝ de
vi.⁊ hone.cler.c.fina.de ſentẽ.excõ.contigit.⁊ illius ſtatus
quem quis publice portat quis eſſe cenſet.C. de lati.li. tol.
l.vna.§.ſed ⁊ qui pileati.iſte autẽ ſic patiendo accepit ſta/
tuꝫ bãniti talis ergo eſſe cenſebitur naꝫ qui patitur aliquid
in publicis libris ſcribi in ſuum preiudiciũ quod illic ſcribi/
tur habetur ꝓ vero nec recipitur ꝓbatio in contrariũ.C. de
dona.cenſualis in fine.C.arbi.tu.l.fina.⁊ de heredi.tu.l. cũ
oſtendimus.ibi in acta publica paſſi ſunt.⁊ hic eſt talis er/
go ⁊c̃.ad idem.ff.de probati.l.cenſus. ¶ Quarto ipſe cle/
ricus qui a ꝑncipio non venerat allegaturus ꝑuilegium vt
debuit de quo ſatis dicam ſup regula ſcienti.ad finem que/
ſtionis.ſaltem poſtea debebat publice petere bãnuꝫ canzel
lari.vel publice ꝓteſtari coram ipſo iudice vel coraꝫ ſuo ta/
liter ꝙ in publicam notionẽ peruenire poſſet argu.ff. man.
ſi fideiuſſor.§.j.⁊.ij.⁊ per hoc omiſſuꝫ videtur dediſſe cau/
ſam ignorantie occiſoris ⁊ iuſta ignorantia excuſat in crimi
nib⁹ vt i.furto inſti.vi bo.rap.§.qr tñ.ff. de adul.l.adulteriũ
.§.fres.C.de plagia.l.plagij crimis.ff.de abige.l.j.§.fi.⁊ ꝑ/
ſerti cũ nõ ðlinq̃re ſꝫ iure agere intẽdebat vt h̄ ⁊ fac pre.l.
pe.de adul.⁊.l.illð.de iniur.⁊ clarior cãuſ vꝫ ẽẽ.ff.ad.l.aql.
q̃ actõe.§.ſi qs i colluctatõe.ibi aut ſi ñ i certamie. ¶ Sol
uit egi.occiſorẽ imunẽ ꝑ legeſ vltio alſatas ⁊ ꝑ.l.ſi ignorãt
ff.locati cũ ſolũ circa purũ fcm̃ fuerit h̄ ignorãtia iuuat eũ
ꝑſũptio q̃ ꝑſumim⁹ aliquẽ laycũ ⁊ cõis opi.⁊ ſic nõ fuit in
dolo cl̄pa vꝫ negligẽtia.ꝯria loq̄nt vbi ꝑdcõꝝ aliqð affuit
vꝫ qñ voluit iniuriari lꝫ erraret i ꝑſona vt i.§.ſi iniuria h̄ ãt
defuit culpa ergo ceſſet pena de ꝯſti.c.ij. ¶ Itẽ gualteri⁹
ex quo

ex quo ille ignoꝛabat eũ iniuſte bãnitũ vltra pal. ꝺ ſen. excõ. ſi vero ⁊ indubio preſumatur ignorans in facto alieno .ff. de proba. verius. ¶ Nicolaus diſtinguebat aut iſte ſciuit bã-nũ de iure non tenere ⁊ tunc puniri debet quaſi dolo fecerit .ff. de adul. l. pſt. in fi. aut ignoꝛauit bãnum non tenere ⁊ illũ clericum eſſe ⁊ tunc abſoluetur cum iuſtam habeat ignoran tie cãm. alle. pre. l. pſt. in prin. ⁊ leges alle. in fi. ſecunde par-tis. aut ſciuit illum clericum ſed ignoꝛauit bannũ non tenerꝫ ⁊ tunc etiam abſoluetur ſi erat talis perſona in quã veriſimi liter cadat erroꝛ ille de quibus .ff. de proba. cum de indebito .§. ſin aũt is qui alias dicit illuʒ puniri quaſi doloſe cõmiſerit ar. ff. de falſis. l. diuus ⁊ de adul. ſi adulterium cum inceſtu .§. j. ⁊ ſequentibus ⁊ .C. de inceſtu. nup. qui contra quod dixit il lum certis caſibus excuſari maxime in eo procedat qꝛ cauſaʒ erroꝛis videtur dediſſe princeps ideſt res publica que iure principis cenſetur. vnde ipſius erroꝛ qui ius facit ſubditoꝛũ erroꝛẽ excuſat .ff. de ſuppelꝫ. le. l. iij. §. fi. Subdebat autẽ Ni-colaus hac de cauſa doctrinam ⁊ diſtinctionem talem cũ qs committit homicidium ſine dolo. aut aggreditur factum do-loſum ex quo ſequitꝫ illud delictuʒ aut non doloſum. primo ca ſu de illo tenetur quaſi doloſe commiſſo ꝙuis in illo dolum non cõmiſerit .ff. de vi pu. vel priua. l. quoniaʒ .ff. de iniu. l. eũ .§. ſi iniuria .ff. de ſeruo coꝛ. ſi quis ſeruum .§. fi. ⁊ l. ſe. ſecũdo caſu aut ſequitur delictum in aliam perſonã ꝙ contra quaʒ factum aggreſſus eſt aut in eadem. primo caſu tenetur ꝺ cul pa .ff. ad. l. aquil. ſcientiã .§. ſed ſi defendendi. minoꝛ tamẽ im-põitur pena ꝙ ſi dolo feciſſet .ff. de ſicca. l. i. §. ſed ſi claua. fal lit ſi aduerſarius ſua culpa dedit cauſam illi delicto .ff. ad. l. aquil. Item obſtetrix .§. pſt. ⁊ l. Item mela in prin. in ſecũdo caſu aut delictum habet rationabilem ⁊ probabilem excuſa-tionem aut non. ſecundo caſu punitur minoꝛi tamẽ pena ꝙ ſi dolus iterueniſſet .ff. ꝺ ſicca. l. iij. §. ex ſenatus ⁊ l. i lege pn. in primo caſu excuſatꝫ in totum per. l. pſt. ff. de adul. ⁊ alias le-ges allegatas in fi. ſecunde partis.

Quod ſemel xxi. Jo. mo. dicit exem-pla ponenda per. c. ꝺ il lis. i. ad fi. ẽ. de ſpon. impu. per. l. ff. de ioffi. teſta. l. fi. ff. de aqua plu. ar. in diem de vaca. mu. l. pre-toꝛ. ff. ſi poſt ibi ſemel agnoſcendo iudicium excuſatiõi renũ ciat. Dy. ponit exemplum in diffinitiua que p proferentem non reuocatur de hoc dicam ſuper glo. Item in cõfeſſione ſi erronea ſui iudicio etiam ſine cauſa facta .ff. de inter. ac. l. i. vꝫ extra iuditium tñ cum legitima cauſa .C. de non nu. pe. l. ge-neraliter alias indiſcreta eꝫ ⁊ non obligatoꝛia .ff. de proba. cũ de indebito de doli excep. l. ij. §. circa. ad hoc oppõitur ꝺ .l. tale pactum in princip. ff. de pactis.

¶ Solutiõ ibi fuit cõfeſſio ad liberandũ. Item opponitur ſolutio ⁊ promiſſio ſunt paria .C. ad. l. fal. l. vi. ſed ſolutio in-debiti inducit preſumptionem donationis ſic ergo ⁊ promiſ ſio primum patet .ff. eodẽ cuius per errorem. ſolutio ſi vter-qꝫ ſcit cauſam non ſubeſſe non inducitur. ⁊ regula in pa-ri ſoluit ob. qꝛ nec ibi agens auditur nec in debito ſoluto ẽt vtroqꝫ ſciente auditur repetens qꝛ ſemper in pari cauſa me lioꝛ eſt conditio conuenti ⁊ deterioꝛ agentis. ſi autem credi toꝛ ſcit cauſam ſubeſſe ⁊ reus ſciret nõ ſubeſſe tũc procedit cõtrarium vt videatꝫ ex donationis cauſa confiteri ⁊ efficaci ter obligetꝫ .ff. de ope. liber. cãpanius ⁊ no. i pre. §. circa. tertio ponit exemplum in cõtractu .C. de actio. ⁊ ob. ſicut. ad hoc ſi gnat cõtrariũ de. l. ſi pecunia .ff. de cõdi. cauſa da. remittit ad ibi no. vbi etiam remittit ⁊ hic glo. vltra medium. Quarto ponit exemplum in electione de hoc in prin. glo. ſignat con-trarium .ff. de. le. ij. vnuʒ ex familia. ⁊ l. cũ ipſe. §. a filia. ſoluit ꝙ in illis ius eligendi nõ competebat de preſenti qꝛ totali-ter collatum erat in tempoꝛe moꝛtis vnde per primã electio-nem non cõſumitꝫ. quinto permiſcet exẽpla de aditione here ditatis .C. de repu. here. ſi quis maioꝛ de dilatione iuramenti .C. de iureiur. ſi quis iuſiurãdum de cõſenſu cõfirmãte factũ alterius .ff. de aqua plu. ar. in diẽ de diuer. ⁊ tẽp. pre. l. de ac-ceſſionibus in quibus non licet penitere vt ibi ſignat etiã cõ trariũ de mutatione teſtamenti quo ad inſtitutiones ⁊ lega ta de quo dicã ſuper gloſ. non poteſt. Jo. mo. ſignat contra-riũ de. l. i. §. qꝺ ait pretoꝛ .ff. quoꝛũ legatoꝛũ. ſoluit qꝺ ibi he-redi ante aditam hereditatẽ non erat ius volendi ⁊ ẽ ſimi-le de iureiur. ſicut noſtris vbi de hoc in gl. vlt. Pꝛia gl. põit exẽpla ſecũda ponit. xxiij. caſus q plures includũt in quib⁹ fallit regula. tertio dicit aliud generale incidere in regulam de quo remittit. quarto ponit quattuoꝛ que requiruntur ad regulam ſcilicet quo placitum non ſit iꝓbatum quod ſciẽ ter placeat quod non ſola mente ⁊ qꝺ alterius interſit. In gl. i. ibi ſi vxoꝛ in fi. vxoꝛis moꝛes per cõtractũ vel reconcili ationẽ probatos reprobare non poſſum. ⁊ ibi. l. penul. q ſeꝫ cõſenſit nõ auditꝫ dicens decurionem nõ recte creatũ. ⁊ ibi a ꝑtiſſimi. non recuſatur iudex poſt litẽ cõteſta. ⁊ ibi põponi⁹ ſi ꝓbaui negotiũ a te geſtũ licet minus bene vltra mihi non teneris. ⁊ ibi ex cauſa. ponit caſum de illo q rñdit ſe heredẽ. ⁊ ꝓducto teſtamẽto apparet exheredatus. vel apparet aliꝺ teſtamentũ. ⁊ ibi qꝺ iuſſit ⁊ vetuit ne pretoꝛ contrario iperio tollere ⁊ remittere lʒ de ſen. conra. ⁊ ibi recte in mandato pe nitẽ licet re integra. ⁊ ibi .§. vlt. ſocietatis intempeſtiua renũ ciatio in extimationẽ venit. ⁊ ibi .§. pen. qui depoſuit vt red datur poſt moꝛtẽ ſuaʒ vel depoſitarij volũtatẽ mutat ⁊ pri us agit. ⁊ ibi ſi p erroꝛeʒ nil tã ꝯtrariũ ꝯſenſui ſicut erroꝛ. In gl. i. ibi ſanitatem dicit Jo. mo. ne vniuerſitatꝫ mẽbꝛa malo medico coꝛrũpãtur. ⁊ ibi variare pt accumulando. ⁊ ibi ⁊ ſi quis in prin. h plene tractat Dy. an faciens ſecũdũ teſtamẽ tũ habeat neceſſe ſpãliter reuocare primũ in quo erãt verba derogatoꝛia. ſcꝺo an ſufficiat ſolũ gnãlis reuocatio. ⁊ dicit qꝺ foꝛte nõ erraret qui diceret ſcꝺʒ valere. per .§. ⁊ ſi quidẽ in autẽ. de teſta. in prin. vbi ſufficere videtur expreſſa reuo-catio nec requiritur ſpãlis: tamẽ ipſe tenet cõtrariũ. ſ. quod requiritur ſpãlis per hãc. l. ibi niſi ſpãliter dixerit ⁊c. ſi vero ſpãliter reuocat. certũ eſt valere ſcꝺʒ vt ibi niſi tranſiſſet ad naturã contractus excedens fines vltie voluntatꝫ .ff. de don. cã moꝛtis. l. vbi ita donatur. ⁊ qꝺ illud in teſtamẽto fieri poſ ſit quod i contractu patet .ff. de aſſi. liber. l. aſſignare ⁊ no. ff. de teſta. heredes palã .§. vlt. ſi igitur vendit vel donat hẽdi preſenti vel alteri pro eo recipienti eo abſente ſub ea cõditio ne ſi teſtamentuʒ reuocari contingat habebit venditio ⁊ do natio effectuʒ irreuocabile in caſum reuocationis teſtamen ti. Ja. de bel. tʒ valere teſtamentũ ſcꝺʒ nõ faciens mentionẽ de verbis derogatoꝛijs primi. vt dixi. ẽ. e. li. de conſti. c. i. ſup vj. gl. an vo teſtamẽtũ iuratũ reuocari poſſʒ ſtatiʒ ſubdaʒ. ⁊ ibi iterlocutoꝛiũ ⁊ diffinitiuam interduʒ. quod dic vt dixi de accuſa. qualiter ſuper. i. gl. de quo hic Dy. cõcoꝛdans ei qꝺ ibi dixi poſt Hoſti. ⁊ ibi iꝓbanꝫ a iure vnde dixit Jo. mo. ꝙ maluʒ culpe remitti ⁊ oꝛdinari põt in bonũ pene. vel vt di cit homo ruens in peccatũ non reſurgit nec ex ſe nec a ſe. ſʒ a gratia preueniẽte. vnde dicit Auguſtinus ſuper illud pre. lxxvij. circa mediũ caro eſt ſpiritus vadens. ſ. ex ſe i peccatũ ⁊ nõ rediẽs ex ſe: ſed ex gratia facit quod ſcripſi. ẽ. eo. pecca tũ ⁊ ibi recedere poſſunt expone ⁊ remitte vt dixi de arbi. cũ dilectus ſuper fi. vlt. glo. ⁊ ibi vel facto. ẽ. de ſpon. tue.

Ex regula facit ad queſtionẽ quã di ſputaui ꝺ teſtamẽto iurato quã ſic ꝓponebã. Marcus fecit teſtamẽtũ ⁊ iu rauit non cõtrauenire vel illud nõ mutare demũ fecit ſecũdũ teſtamentũ ⁊ moꝛtuus eſt queritur ꝙ teſtamẽ-tũ valeat. ¶ Primo inducaʒ. vj. rationes pro ſcꝺo. iiij. ter tio ponam duas opiniones contrarias primaʒ tenens cum certa determinatione ⁊ contrarijs reſpondebo. ¶ Primo igitꝫ ꝙ valeat primũ ſeruãdũ eſt. n. iuramentum ꝙ diu ſerua ri põt ſine piculo anime de iureiur. ſi vero qꝺ me cau. cum di lecti. Eſt eniʒ iuramentũ de iure naturali ⁊ obligat ex prece pto. xxij. q. i. ſi peccatuʒ ꝺ iureiur. ⁊ ſi xp̄s. de voto magne er go penitus ſeruandum ex quo nihil in primo illicitum. quo caſu ſecus: vt ſi paganos vel hereticos inſtituiſſet in primo de

hereti.ſi qs. tũc enim iuramentum non obligat de iureiur.
quanto eod. ti.non eſt obligatorium cum ſuis concor.
¶ Secundo video ꝙ verba derogatoria primi teſtamen-
ti faciunt ſcõm non valere niſi de illis teſtator in ſecũdo fe-
cerit mentionē.ff.de le.i.ſi mihi ⁊ tibi.§.interdũ ⁊ de leg.
iij.ſi quis in princ.teſtamẽti.⁊ de hoc.ſ.dixi poſt Hy.idem
de teſtamento inter liberos facto.C.de teſta.aũt.hoc iter li
beros ⁊ not.ſ.eo.li.ď cõſti.c.i.ſi hoc pmũ teſtamẽtũ fortifica
uit mlto fortius iuramentũ.xxij.q.i.oẽ qđ maxie.cũ per id
obligatur deo facit quod dixi de ſpon.l.ij.ſed interdum pa
pa vitiat teſtamentũ de vſur.quãq̃ in fi.de pen.felicis li.eo.
fortius ergo hoc faciat interdictũ dei. ¶ Tertio ſic pbo
ſicut licet teſtamẽtum ſuũ cuiq; rumpeř q: ambulatoria eſt
voluntas defuncti ⁊c.xiij.q.ij.vltima volũtas de cele.miſ.cũ
marthe.ff.de adi.le.l.iiij.ſic licet miorẽ venire cõtra alienati
onẽ rei ſue vxoris cõtra alienationem fundi dotalis filie con
tra pactũ quo reunciauit ſucceſſioni paterne primũ pꝫ.ff.de
rebus eorum.l.i.ſm eſt.ff.de fundo do.l.lex iul.C.ď rei vxo.
actio.l.vnica ⁊.§.cũ lex.tertiũ.C.de pac.pactũ dotale ⁊.C.
de collř.pactum.ſed per iuramentũ predicta omnia cõfirmã
tur ita ꝙ non licet poſtea cõtrauenire.C.ſi aduer.vendi.l.i.
⁊ autẽ.ſacramẽta de iureiur.cum cõtigat ⁊.c.ij.eo.li.de pa-
ctis ꝯuis.ergo idem i teſtamento vt iuramento firmetur ⁊
tollatur per id contraueniendi ptãs lꝫ.n.arguere de contra
ctibus ad teſtamẽta.ff.de le.iij.q cirographum. ¶ Quarto
multũ videř facere pro hac parte de ſepul.c.i.eo.li.vbi qui
ſepulturam elegit ⁊ iurauit non cõtrauenire vlterius aliam
eligere non põt dicit ibi Archi.per id hãc queſtionẽ decidi.
Itẽ p iuramẽtũ impeditur futura accuſatõ ſic ⁊ futura teſta
menti factio primũ probař de accu.veniens de iureiur.quẽ-
admodũ. ¶ Quinto video qđ ſi poſt primũ teſtamentum
quis profiteř primũ teſtamentũ tollere nõ põt nec plus te-
ſtari.xix.q.iij.nũc ãt de teſta.q: igrediẽtibus.C.ď ſacroſan.
ec.autẽ.ingreſſi.qđ ergo facit profeſſio hoc facere potuit iu
ramentũ que ſunt viculi eiuſdẽ de voto.magne ⁊ in pre.c.i.
de ſepul. ¶ Sexto patet quod faciendo ſecundũ teſtamẽ-
tũ deierat piuri autẽ ſunt iſames.vj.q.i.infames ⁊.c.ſe.vbi
de h.⁊.ij.q.v.cõſtituimus ad hoc de iureiur.querelã.C.de
tranſac.ſi quis maior.⁊ actus legitimi ſunt infamibus inter
dicti de teſti.licet.ij.teſtari vero ẽ actus legitimus.facit qđ
no.ff.eo.ti.actus in prin.ergo teſtamẽtum ſcõm non valeat.
In contrarium videř.ſ.qđ valeat ſecundum teſtamentum
ambulatoria enim eſt volũtas defuncti ⁊c.vt ſupra in ſecun
do articulo.⁊ ſola mors eſt confirmatio teſtamenti vt ibi ⁊
nil eſt quod tantũ debeat hominibus ſicut quod vltime vo
luntatis ⁊c.C.de ſacro.ec.l.i.C.de teſta.quoniam indignũ
⁊ libertatem ſupremi iudicij quis ſibi auferre non poteſt.ff.
pro ſocio cum duobus.§.idem papa.ařs.§.ſe.in fi.nec ſibi le
gem imponere a qua non liceat recedere vt in pre.l.ſi quis
in prin.maxime q: factio teſtamenti eſt iuris publici.ff.de te
ſta.l.iij.qđ p priuatorũ pactũ nõ tollitur.ff.de reg.iur.neq;
pignus.§.priuatorũ ď fo.cõpe.ſi diligenti. Probař ſecũdo
⁊ ſic equiparamus hec duo iuramentũ ⁊ confirmationẽ pn
cipis vt patet de preben.dilecto de reſcript.cum aliquibus
eo.li.de elec.q: ſepe cũ ſimilibus.ſed teſtamẽtũ per princi-
pẽ ꝯfirmatũ lꝫ imutař teſtãti.C.de teſta.l.omniũ ergo ⁊ te
ſtamentũ per ſe iuratũ.ad quod facit q: ſiue numerus cano
nicorũ ſit iuratus ſiue p principẽ confirmatus licet ab illo re
cedere eo caſu quo ius permittit.ſ.propter excreſcentiam fa
cultatum de conſti.cũ.M.⁊ facit qđ no.in dec.pre.dilecto
in glo.immo.Item in his equiparamus iuramẽta ⁊ penarũ
obligationes de elec.vbi periculum ad fi.eo.li.de offi.or.q:
pleriq;.ſed pactum future ſucceſſionis etiã cum pene obliga
tione non valet.non enim licet teſtamentũ inducere in cõtra
ctum.prohentur hec.ff.de verbo.obliga.ſtipulatio hoc mo-
do cõcepta.ff.de don.quidã.§.i.de acqui.heredi.qui he-
reditatẽ.C.de pac.l.fi.C.de inuti.ſti.l.ex eo.ſicut ergo ex his
non obligaret pena ſic nec iuramẽtũ.⁊ facit ad predicta de
cõceſ.preben.c.ij.eo.li.eſt.n.regula qđ ſi principale nõ tenꝫ
⁊c.hoc eo.ti.acceſſoriũ cum cõcor.cum ergo teſtamentũ lꝫ
iuratum non poſſit me alteri obligare vt eſt probatum. Itẽ
nec mihi ipſi vt patet.ff.ď le.i.cũ filio ⁊.l.ſi mihi ⁊ tibi.⁊ fac
.ff.ď arbi.l.pſt.reſtat per locum a diuiſione ꝙ iuramentũ il
lud nõ poteſt impedire ſecundam teſtamenti factionem.
¶ Probatur tertio ſic teſtari ⁊ cõtrahere matrimonium li
cet cuiq; nõ prohibito.⁊ phibiti non teſtari habentur inſti.
quiqus nõ eſt per.fa.te.per.totum.ff.⁊.C.qui teſta.fa.po.⁊
in ſpe.de inſtru.edi.§.compendioſe i princ.prohibitos con
trahere vide i ſũmula.iiij.l.i.ſed ſi iuro nõ ꝯhere vř ꝯheř cũ
ticia vel non contrahere cum ſeia omni caſu.ſi cum ſeia con-
traho valet matrimonium.probatur primũ de voto.c.vno
eo.li.ſecundum ⁊ tertium de ſpon.ſicut ⁊.c.ſi inter de ſpon.
duorũ.c.i.periurus tamẽ ſum ⁊ ď eo penitentia imponiř vt
ibi ſic in teſtatore dicamus valere ſecundum teſtamẽtum lꝫ
periurius ſit ⁊ propterea puniẽdus vt ibi. ¶ Quarto patet
idem i alijs iuramentis vt in eo qui iurauit certam religionẽ
ingredi ſi ingrediř aliã tenet igreſſus de regula.qui poſt vo
tum eo.li.Item iuraui librum non vendere vel non vendere
ticio vel vẽdere tibi ſi vẽdo ticio ⁊ trado trãſferř in eum do
minium.C.de rei vendi.quotiens.⁊ facit qđ dixi poſt Inn.
de preben.dilecto.ſup ver.iuramentum.ſi hoc in contracti-
bus fortius in vltima voluntate que fauorabilior eſt.ď don.
cum dilecti.ad hoc de conceſ.preben.c.i.§.econtra.ſ.eo.li.
¶ Solutio hec queſtio no.xiij.q.ij.vltia volũtas.tamẽ qđ
ſentiat in ea Ioã.per glo.illam non apparet.⁊ Bar.brix.
dicit ſe plene notaſſe in queſtionibus quod ẽ falſum vt patꝫ
in dñic.xiij.de q̃ loquitur q̃ de diuerſa ẽ ab iſta ⁊ ẽt qđ in illa
ſentiat non apparet no.etiam per cõmentum in viſibus feu
dorũ in cõſti.fre.hac edictali.§.Item ſacramenta in glo.hic
quero vltra medium.⁊ per Rofre.in lib.de ſe.con.clementi
ano.vbi gloſat autẽ.ſacramẽta in glo.primo queritur in vl.
q.⁊ per Alb.galři.in materia de teſta.ver.pone ꝙ quidam
per Odofre.Ia.de ra.Pet.de bel.⁊.d.Cy.C.ď ſacro.ec.l.
j.⁊ hi tenent ſecundum teſtamentum valere. Guil.cõtra in
ſpe.de inſtru.editione.§.compendioſe.ver quid ſi quis iura
uerit.facit ad queſtionẽ quod no.Ray.in ſumma de ſepul.
⁊ plenius Hoſti.eodem titu.§.ad licitum ver.quidam ſi qs
eligat.ego credo per prima iura ꝙ is de quo queritur ſcõm
teſtamentum facere non debeat ⁊ ꝙ illud faciendo vel prio
immutãdo ſine cauſa ſit periurus dico tamẽ per iura ſecun-
da.⁊ maxime vltimo allegata ꝙ ſi hoc fecerit valet ſecũdũ.
Sciẽdum ꝙ Boatinus in ſcđo dicto concordat.ſed non i
primo quia dicit illum non periurum hac ratione quia iura-
mentum fuit temerarium quia iurauit melius non facere.nec
enim ſecũdum eum datum eſt homini tam bene facere quin
poſſit etiam facere melius hoc autem dicit in prin.dec.cum
marthe.procederet hoc dictum reſtrictum ad infra dicen-
da patet ãt ex ſolutione quã predixi fore reſponſum ad que
dam argumenta prime partis ſcilicet primum ⁊ ſecundum.
¶ Ad ſolutionem multum facit quia ex cõtrario apperieř
via iniquitati inducende.ſ.patreſſamilias ad teſtandum ⁊
iurandum vt ſic auferatur eis bonorum ſuorũ diſpoſitio qđ
faciendum non eſt ad hoc de diuor.quanto ad fin.Item ca-
dit i inuitũ prohibere alium teſtari C.ſi quis ali.te.probi.l.
j.⁊.ij.⁊.ff.eodẽ.l.i.ergo multo fortius ſeipſum cũ ordinata
caritas cuiuſq; a ſeipſo incipiat.xxiij.q.v.non licet.ideo ãt
dixi.ſ.ſine cauſa q: ſi ex iuſta cauſa immutaret primũ teſta-
mentum puta teſtatus fuerat inter liberos vel extraneos q
mortui ſunt vel in hereſim lapſi vel inſtituerat ordinem tem
plariorum qui nuper damnatus eſt vel his ſimilibus tũc di
co eum etiã a periurio excuſari.ad hoc de iureiur.quẽadmo
dum ⁊ pre.dec.ſicut de ſpon.⁊ qđ no.Hoſti.in pre.ver.qđ ſi
qs.facit etiã ad ſolutionẽ quod no.de procur.c.fin.li.eo.ad
allegata tertio pro prima parte reſpondetur ꝙ ſunt q̃dam
que p ſe ſortiunř effectũ ſine iudicis miniſterio vt baptimus
mřimoniũ pfeſſio teſtamentum morte cõfirmatũ ⁊ his ſimi
lia:⁊ in his valent q̃ fiũt cõtra iuramentũ vt eſt pbatũ.ſũt
alia q̃ reqrunt miniſteriũ hominis vt reuocatio alienate rei
minoris

minoꝛis vł̃ dotalis q̃rela ĭofficioſi ⁊ his ſimilia ⁊ ĭ his iudex
denegat miniſteriū ſuū nó aperiat viá periurio de iureiurá.
ſi vero ⁊.c.verū ⁊.c.mulieri.C.ſi aduer.vé.l.i.de idic.vidui.
.l.ij.⁊ ſic loquátur ꝯ̃ria facit ad diſtictioné ꝺ bap.maioꝛes
.v.Jtem queritur.vnde fateoꝛ ꝙ argumenta illa concludūt
ſcʒ ꝙ ſi adierit iſte iudicem ⁊ peteret ſibi dari licentiá ſecun
do teſtandi ꝙ nó audiret̃ ſic ⁊ in matrimonio de ſpó.ex litte
ris.ij.⁊ ſic ſit reſponſum ad id quod di q̃rto de eo qui iura-
uit nó accuſare.Ad.ꝺc.primá de ſepul.reſpódeo illud ſpále
in odiū allicientiū ad ſepulturá eligendam.Jté dico ꝙ illa
nó ꝯcludit ad quod iducit̃ ſed potius cócludit ꝙ neutrū va
let ⁊ ꝙ illū oʒ decedere inteſtatū quod verū in caſu expreſſo
circa cimiteriū.n.ſuū potuit papa ſtatuere quod voluit non
ſequit̃ per hoc ꝙ idé potuiſſet in patrimonialibus facit qó
no.eo.ti.in regula poſſeſſoꝛ.Jté pót eſſe ró.qꝛ is qué cóſtat
deceſſiſſe i moꝛtali nó ſepelitur i cimiterio eccleſie.xxij.q.v.
placuit de toꝛneamétis.c.i.ꝺ rap.ſuper eo. ¶ Ad allegata
quinto dico ꝙ profeſſus cenſet̃ mūdo moꝛtuus.xvj.q.i.pla
cuit.ij.quod nó eſt in ſimpliciter iuráte ⁊ ille caret propꝛio
iſte nó. ¶ Ad vltimo alle.rñdeo periurū nó ſemper infamé
pꝛobatur hoc de teſti.teſtimoniū.i.rñ.⁊ facit quod no.ff.de
his qui no.infa.l.lutius ⁊ qó no.vj.q.i.c.ij.Jtem dec.lʒ.non
dʒ intelligi de omnibus legitimis actibus ſʒ de quibuſdam
alias nec vendere poſſet nec matrimoniū ꝯtrahere qó é fal
ſum ⁊ facit de hereti.excóicamus.§.credétes vbi infami ſpá
liter infligitur hoc in pená.⁊ facit qó dixi eo.ti.actus ⁊ ſatꝭ
eſt talem expꝛeſſe nó pꝛohibitum vt ſupꝛa dixi.Jté tunc ſolū
eſt periurius cū perfectum é teſtamentū quare factum vide
retur a nó periuro ⁊ facit qó ſcripſi de regula.vidua de ſen.
exco.ꝯtingit.i.hoc tñ dictum ſic allegando per ea que dixi
de coniu.ſer.c.ſi.ſuper vlt.gl. ¶ Eſt auté aduertendum ꝙ
in qóe dubitari poſſet an illud iuramentū habeat vim verbo
rum derogatoꝛiorum vt neceſſe ſit de pꝛimo mentionem fue
ri in ſecundo.Jté an ſufficiat generalis an requiratur ſpeci-
alis ⁊ expꝛeſſa de pꝛimo puto ꝙ ſic ſi iuramentum iteruenit
in teſtamento.ſi vero poſtea ex interuallo non credo facit ꝓ
alle.l.ſi quis in pꝛin.⁊ quod ibi no.ff.de le.ij.cum pater.§.fi-
lius matreʒ de le.iij.cum quis.§.codicil.ff.de fideiuſ.l.lutius
in fi.cum ſi.de ſecundo dixi.ſ.poſt Dy.

¶ Regule.ffoꝛum.huius littere.Q.ſunt he.

Qui actióeʒ hʒ ad ré recuperádá ipſaʒ ré habet̃ videt̃.
Que legant̃ a moꝛtuis nobis ad heredé noſtrū tráſeūt
eoꝛum cómodū per nos his quoꝛum in ptáte ſumus eodeʒ
caſu acquirimus aliter atqꝫ cum ſtipulati ſumus.ná ⁊ ſub
códitione ſtipulantes omnimó eis acquirimus etiam liber-
tatem a nobis pꝛeſtari a dominis conditio exiſtat.
Qui cū alio ꝯtrahit vel eſt vel dʒ eé non ignorans con
ditionis eius.heredi auteʒ hꝫ imputari non poteſt cū nó ſpó
te cū legatarijs contrahat. Non ſolet exceptio doli nocere
his quibus voluntas teſtatoꝛis non refragatur.
Quotiens dubia eſt interpretatio libertatis ſecundum
libertatem reſpondendum erit.
Quatenus cuius iterſit in facto nó in iure cóſiſtit.
Qui poteſt inuitus alienare multomagis ⁊ ignoranti-
bus ⁊ abſentibus poteſt.
Quod initio vitioſuʒ é nó pót tractu tpis conualeſcer̃.
Quod attinet ad ius ciuile ſui ꝓ nullis habent̃ nó tñ a
iure naturali qꝛ ad ius naturale attinet omnes equales eſſe.
Qui in alterius.vide.ſ.eo.cum quis in ius in ſuffra.
Quod a quoquam pene nomine exactum eſt id eidem
reſtituere nemo cogitur.
Quicquid caloꝛe iracūdie vel ſit vel dr̃ nó prius ratum
eſt q̃ʒ ſi perſeuerantia appꝛuerit iudiciuʒ animi fuiſſe: ideoqꝫ
breui reuerſa vxoꝛ nec diuertiſſe videtur.
Qui ſine dolo malo ad iudiciū ꝓuocat ſi vi morá facet̃.
Quotiens idem ſermo duas ſentétias exprimit ea po-
tiſſimū accipiatur que rei gerende aptioꝛ eſt.
Quo tutela redit eo hereditas ꝑuenit niſi cum femine
heredes intercedunt. ¶ Nemo poteſt tutoꝛem dare cui
quam niſi ei quem in ſuis heredibus cum moꝛit̃ habuit ha
bituruſue eſſet ſi vixiſſet. ¶ Qui factum id vr̃ eſſe quod de
re quis cum pꝛohibetur fecit. ¶ Clam qó quiſqꝫ cū contro
uerſiam haberet vel ſe habiturum putaret fecit.
Que i teſtaméto ita ſunt ſcripta vt intelligi nó poſſunt
per inde ſunt ac ſi ſcripta non eſſent nec paciſcendo nec legé
dicédo nec ſtipuládo quiſquá alteri cauere poteſt.
Que dubitationis tollende cá contractibus inſerūtur
ius commune non ledunt.
Quam diu valere poſſit teſtamentum taʒ diu legitimus
heres non admittitur.
Quotiens duplici iure defertur alicui ſucceſſio repudi-
ato nouo iure qó ante defertur ſupererit vetus.
Quotiens vtriuſqꝫ cauſa lucri ró vertitur is pꝛeferen-
dus eſt cuius in lucro cauſa in tempoꝛe precedit.
Qui vetáte ꝑtoꝛe fec̃ hꝫ aduerſus edictū feciſſe ꝓpédit̃.
Que pꝛopter neceſſitatem recepta ſunt non debent in
argumentum trahi.
Qui rem aliená ꝺfendit nunq̃ꝫ locuplex habetur.
Qt pót facere vt poſſit códitioni pere iá poſſe pere vr̃
Quod qs ſi vellet habet̃ nó pót id repudiare nó pót.
Qui in ius dominiūue alterius ſuccedit iure eiꝰ vti dʒ
¶ Nemo vr̃ dolo exequi q cáʒ ignoꝛat cū nó ꝺbeat petere.
Quod iuſſu alterius ſoluit̃ ꝓ eo eſt quaſi ipſi ſolutū eét.
Quod nullius eſſe poteſt id vt alicuius fieret nulla ob
ligatio valet efficere.
Quod euincitur i bonis non eſt.
Qui ꝑ ſucceſſionem q̃uis longiſſimam defuncto here-
des extiterunt non minus heredes itelligūtur q̃ʒ qui pꝛin
cipaliter heredes extiterunt.
Qui in ſeruitute eſt vſucapere non poteſt nam cum poſ
ſideatur poſſidere non videtur.
Qui ñ facit qó facere ꝺbet videtur facere aduerſus ea
que non facit.qui facit quod facere non debet non vr̃ facere
id quod iuſſus eſt facere.
Qui dolo deſierit poſſidere pꝛo poſſidente dánatur qa
pꝛo poſſeſſione dolus eſt.
Qui auctoꝛe iudice ꝯparauit bone fidei poſſeſſoꝛ eſt.
Quod ꝯ̃ róné iuris receptū é non é ꝓducédū ad ꝯ̃ñaʒ.
¶ Uni duo pꝛo ſolido heredes eſſe non poſſunt.
Qui tacet ñ vtiqꝫ fatet̃ ſʒ tñ verum eſt eum nó negare.
Quod ipſis q ꝯtraxerūt obſtat ⁊ ſucceſſoꝛibꝰ obſtabit
Quod qs cū ſuꝰ eſſe egit ꝑficere liberto facto nó pt.
Quotiens nihil ſine captione inueſtigari poteſt eligen
dum eſt ꝙ minimum habet iniquitatis.
Quod ex culpa ſua quis damnum ſentiret non intelligi
tur damnum ſentire.
Que ab initio inutilis fuit inſtitutio tempoꝛis tractu
conualeſcere non poteſt.

Ationi lxxvij.Jo.mo.dicit exempluʒ po
nendū per.l.i.C.de fideiuſ.in one
re non coherente perſone.nam in illo ſecus.ff.
de adimé.le.l.legatū.⁊ de alimé.le.l.caio in ꝑn.
⁊ de condi.⁊ de.l.legatum ſecundum dy.q ét ſoluendo con
trariū de le.lʒ.ff.de le.i.que vult ꝙ ſubſtitutus in honoꝛe hē
ditatꝭ non ſuccedat in onoꝛe legatoꝛū.diſtinguit aut cum ſit
ſubſtitutio legata repetuntur verbis teſtatoꝛis expꝛeſſis aut
non.pꝛio caſu aut cum eiuſdé diei vel conditiois adiectione
expectátur illa ét ſi legatum redderetur iutile.ff.de le.i.ſi qs
a filio poſt ꝑn.ſi vero ſimplr̃ tunc debent̃ non expectatis có
ditione vel die que in perſonam inſtituti fuerunt adiecta: vt
d.l.ſi quis a filio ⁊.l.ſi cui a filia.ſecundo ꝑicipali membꝛo
quádo nó repetuntur verbis expꝛeſſis legis ptáte tacite re-
petita intelliguntur cum eadem ſemper conditione ⁊ die.ff.
de le.ij.cū pater.§.ab inſtituto.niſi talis eſſʒ códitó que red
deret legatum inutile.ff.de verbo.ob.l.ticia.§.idem reſpon
dit.⁊ de fideiuſ.l.vlt.honoꝛe.hoc aſpiratur onus non vt di
xi.ſ.eodé li.de elec.ſi religioſus ſuper.v.gl. ¶ Glo.i.ponit
exempla ⁊ dicit regulam poſſe reuolui.

¶ Jn.i.glo.ibi in prelato eque ſm Hy.dici pót in quoli-
bet ſubſtituto in hereditate que honor appellaẗ.ff.de le.pre
ſtandis.l.filium.§.ſi legato.propter quod ſuccedit in onere
legatorum que ab inſtituto relicta videntur tacite a ſubſtitu
to repetita.ff. de.le.i.licet imperator ⁊ ð le.ij.ſi ticio ⁊ meuio
§.iulia.⁊.l.cum pater.§.ab inſtituto.

**Ec regula** facit ad qſtioné quá poſt
dominum meũ.⁊.d.Pal-
merium diſputaui quá ſic proponebaꝫ.prima cá
delegatur duobus ſecunda duobus vtriſqꝫ ſim
pliciter ⁊ ſub nominibus dignitatum mortuo vno ex primis
qui prelatus erat duarũ eccleſiarum diſſoluitur vnio ⁊ duo
ſurrogantur. ¶ Jté mortuo vno ex ſecundis dignitas per
papá diſpenſanté ſuper vtraqꝫ tenéda college conferẗ que
ritur de his cauſis qui ſint earum iudices. primũ articulum
huius queſtionis.d.Pal.querebat.diſputauit tamé ð eo q
citauit in altera illarum eccleſiarũ vnitarũ.ſecundũ diſputa
uit.d.Marſi. ¶ Jn vtroqꝫ membro poſt diſputantium al-
legatióes pro ⁊ ꝯtra ponentur que addidi. demũ in primo
ponetur ſolutio diſputátis que improbaẗ ⁊ quatuor opinio
nes adduntẗ.demũ ponitur ſolutio diſtinguens poſtq̃ elici-
untẗ duo dubia.in ſecundo poniẗ etiam diſputantis ſolutio ⁊
eius approbatio ⁊ ad cótraria reſponſio ⁊ aperiuntur duo
dubia. ¶ Ad primum arguitur ꝙ ambo illi ſurrogati ſint
iudices.qꝛ res peruenit ad caſuꝫ a quo incipere potuit quia
libentius papa delegaſſet tribus q̃ꝫ duobus eo.ti. prudenti
am ⁊ verba reſcripti conformáda ſunt eqtati.de reſcrip.cau
ſam.ff.de in ius vo.l.q̃uis.certũ é.n. iſtos ſuccedere i locuꝫ
⁊ dignitatem defuncti ergo ⁊c.eo.ti. quoniá abbas. nec eſt
nouum plures vni in iuriſditione ſuccedere vt patet in ca-
nonicis q ſuccedũt epiſcopo.lxv.di.§.ſi.de ma.⁊ obe. hiſqꝫ
⁊ plures filij patri in iure patronatus.de hoc.xvi.q.vj.ſi plu
res.accedant verba illa ſicut miſit me pater ⁊c.xxiiij.q.i. lo-
quitur.Jtem ſicut iſti ſurrogati ſuccedunt in bonis acquiſi-
tis.de teſta.relatum.ij.in ſi.ſic ⁊ in iuriſditione delega.argu.
dec.pre.qñ abbas Palme. ¶ Ad hanc parteꝫ facit.C.de
aduo.diuerſo. iudi.l.hios.vbi duo aduocati fiſci eiſdé vtun
tur iuribus ⁊ immunitatibus qbus vnus ſolus q prius erat
ad idem.C.de metropo.l.vna li.xj.ibi duo metropoles facte
de vna dignitate ſimili perfruũtur.Jté dicit lex ꝙ omnis nu
merus illoꝝ qui ſubſtituũẗ in locũ vnius ꝓ ſingulari ꝑſona
habendus eſt.ff.de con.⁊ demó.cui fundus in ſi.nec.n.ex di-
uerſitate ſucceſſorũ dꝫ mutari obligationis nã.ff.de ver.ob.
l.ij.§.i.aẗa ex his:⁊ licet hodie maior ſit numerus ꝑſonaruꝫ
tñ idem ppẗs.vij.q.i.deniqꝫ.ff.de iudi.ꝓponebaẗ.facit ð cen
ſi.qñ.facit ſatis pro hac pte qð ſcripſi poſt Jnno.eo.ti. cum
te conſulente.ſ.de vno ex pluribus delegatis ꝙ ſubdelega
re pót pluribus.quod ergo poſſet ſubdelegatio poſſit ſurro
gatio de q̃ q̃ritur.ex quibus ꝯcluditur duos ſucceſſores vni
us vna cũ collega iudices eſſe ⁊ adde qð dicá in articulo ſe-
cũdo. ¶ Jn cótrariũ allegaẗ.intentio ſcribentis debet atté
di qui voluit duobus ⁊ non pluribus delegari.reſcripta ve-
ro ſunt ſtricti iuris nec extenduntẗ ad perſonas nó expreſſas
eo.ti. P.⁊.H. Jtem forma petitionis attendi dꝫ in ſnia. er
go i proceſſu ſed hic interpretás petijt duos.ergo nó habet
tres:nec ob.c.qñ abbas. quia ibi vnus ſuccedit vni.nec qð
de filijs dicitur ſuccedétibus patri i patronatu qꝛ iſtud iure
ſanguinis nó electionis Palme. ¶ Pro hac pte facit eui
tatio abſurditatis.pone ꝙ ad petitioné partꝫ vni⁹ datus fu
erat ille prelatus ſm h ille habebit duos iudices ⁊ collega
vnũ ſolũ.Jtem ſi dicas iſtũ tertium datũ ex officio vitiabiẗ
intentio delegantis q voluit pp numerũ imparem ꝓuideri
cáe in caſibus diſcordie ſed hic erit dare numerũ paré.eo.ti.
c.ſi.facit de arbi.c.i.ex qbus cócludiẗ ꝙ aut alter ſolus aut
neuter debet eé iudex.ſed quod potius neuter videẗ p dec.
pe.de elec.li.eo.vbi plures dati ab vno non in ſolidũ nó ad-
mittuntẗ pp contrarietatem q inter ipſos contingere poſſit
Jté verũ é neutrũ iſtorũ ſurrogatorũ eé prelatũ illarum du
arum eccleſiarũ ergo neuter in delegatione ſuccedet facit.ff.
de re.du.ſi is qui ducenta.§.vtrum ex quo non eſt ſcriptum
cóiter vel diuiſim facit de pre.c.ſi.li.eo.ſicut ⁊ nauis diſſolu-
ta ea mente vt fiant due vel vt in alium vſum aſſides con-
uertantur:ꝺſinit eſſe nauis.ff.de verbo.obliga.inter ſtipulá
tem.§.ſacram.facit quod no.de collegio deſtructo ſuperio-
ris auctoritate.xvj.q.ii.⁊ hoc diximus per Jnno.de no.ope.
nunc.c.ij.⁊.§.eo.ti.priuilegium.dicemus ergo ꝙ ſicut cũ tu-
tor eſt incertus neuter eſt tutor.ff.de teſta.tu.duo ſunt.⁊ idé
in ꝓcuratoribus ⁊ arbitris.ff.de procur.l.ij.§.ð arbi.inotuit
ſic ⁊ propter incertitudinem neuter iſtorum ſit delegatus.fa
cit.ff.de reſcrip.ad hoc ſicut ⁊ incerta ſponſalia non inducũt
honeſtatem.de ſpó.c.vno li.eo. ¶ Palmerius qui vt dixi
querebat de illo qui ad alteram eccleſiarum vnitarũ citaue
rat dicebat ꝙ is qui ſuccedit in illa debet eé iudex quaſi vi-
deatur illam elegiſſe ⁊ vt illius prelatus velle procedere ⁊
altera prelatura preuéta dicebant vtrũqꝫ admittendum.alij
ꝙ ambo debebant vnum ſubdelegatum daẗ ar.ff.fami.her.
ſi familie.ad vltimũ vide quod no.de procura.non iniuſte i
glo.añpe. ¶ Jſta ſolutio nec rationem hꝫ nec tangit dubi-
um qónis.Jtem pone ꝙ ad neutram citauit quare aliqui di
cunt inſpiciendá dignitatem principaliorem in illa vnione p
ea que no.ne ſe.va.c.vno.alij ꝑmo nominatum in reſcripto
facit ð elec.c.pe.cũ ſuis ꝯcor.e.li.alij ꝙ is qué elegerit ipe-
trans.alij delegantem ꝯſulendum iuxta ea que no.e.ti. quo
niá abbas.Tu dicas ꝙ aut i reſcripto exꝑmitur altera ſola
dignitas vel eccẗia aut vtraqꝫ.⁊ ſecundo caſu aut altera ſo-
la ratione ſui ⁊ loci eſt capax delegationis aut vtraqꝫ.primo
⁊ ſecundo cáu.ſ.quando altera ſola exprimitur vel vtraqꝫ ſi
altera ſola eſt capax delegationis dico illũ ſolum qui ſucce-
dit in dignitate expreſſa vel capace in delegatióe ſuccedere
⁊ eſt ratio qꝛ certum eſt ratione dignitatis non expreſſe vẗ
non capacis illum iudicem nó eé ergo nec in iuriſditióe ſuc
cedet qui ſurrogatur in illa.De primo póe exemplum i ab-
bate ſancti Stephani cui non expreſſo monaſterio Sancti
Bartholomei vnito quotidie cáe ðlegátur.De ſecũdo po
ne ꝙ ſimplex pochialis eccẗia vnita é dignitati ſoluta vnio
ne rector pochie non ſuccedet in iuriſditione róe loci finge
ꝙ monaſterium ſancti proculi de boñ.ſit vnitũ monaſterio
ſancti Petri de mutiñ.de reli.do.c.ij.actor ⁊ re⁹ ſunt boñ.
vel actor mutiñ.reus boñ.planum eſt ꝙ iſte abbas róne loci
reſpectu moñ.mutiñ.non poteſt eſſe iudex huius cauſe.ergo
is qui illa abbatia ſoluta vnione ſuccedit non erit iudex de
reſcrip.ſtatutum li.eo.facit ad h bene.ff.de ſti.ſer.l.i.§. com
munis ſeruus.⁊.l.proinde in ſi.⁊.l.ſe.ff.de auc.tu.ſi cóis.per
que iura patet ꝙ ſi cóis ſeruus ſimpliciter vel expreſſis do-
minis ſtipulaẗ id cuius alter dñorũ non eſt capax totum in
telligitur alteri ſtipulatũ.facit etiam qð ſcripſi poſt Jnno.
de preſcrip.cum ex officij.Jn tertio vero caſu quádo vtraqꝫ
exprimitur ⁊ vtraqꝫ eſt capax delegationis pono exempluꝫ
de ma.⁊ obe.cũ in eccleſijs in ꝑn.de arbi.expoſita.dico ꝙ cũ
actus iſte delegationis ſit talis q pluralitatem nó reſpuit.i-
mo illam amplectitur vt in dec.prudentiam. vterqꝫ in dele-
gatione ſuccedet ⁊ recipiet reſcriptũ dicens prior talium ec
cleſiarũ ac ſi diceret ꝑor talis eccleſie.iteꝫ ꝑor talis ad qð fa
cit.ff.de condi.⁊ demó.l.falſa in ſi.diſtinctio ſoluat contrari
um. ¶ Ad equitatem allegatam rñdebiẗ in ꝑrio articulo.
¶ Sed mó incidũt duo fortia dubia.ſ.vtrum iſti duo fun-
gantur vice duorum pro quo facit ꝑdicta ró an vnius tñ ꝓ
quo decre.clementꝫ de iurepatronat⁹.c.ij. ſm quid in actu
qui reſpuit pluralitatem perſonarum vt in ordinatione acti
ue vel i ꝓuiſióe paſſiue.i.ſi ðberet talis ordiare veló illo de
beret prouideri vel his ſiẗe.⁊ h vbi per circunſtantias non
apparet alterum preferendum.ſatis eſt locus varietati opi-
nionum premiſſarum. ¶ Circa ſecundum queſtionis arti-
culum allegatur ꝙ iſte ſolus non ſit iudex quia prouiſio cu-
rie habet potius cauſam delegare duobus q̃ꝫ vni quia inte-
grum ⁊c.eodem titu.prudentiam.lxiiij.di.extra conſcienti-
am.ná per ampliores homines perfectiſſima veritas reuela
tur.C.de fideiuſſ.l.final.⁊ quod a pluribus queritur ⁊c. xx.
di.de quibus. pódera ta igitur itentione delegátis ⁊ forma
mádati

mandati que attēdenda ſunt. de ꝓben. c. fi. de reſcrip. cū dile
cta. hūc apparet ſolū iudicē nō eſſe cū nō ōbeat qs fungi vi
ce pluriū perſonarū. lxxxix. di. ſingula. de iſti. c. fi. ſꝫ Mar.
¶ Ad hoc facit qꝛ non ſufficit in effectu adimpleri manda
tum niſi adimpleatur per modum deſcriptum. de reſti. ſpo.
piſanis. probatur de reſcrip. ſuſceptū li. e. ⁊ bene facit quod
no. de reſcrip. ſi ꝓ te. ex qbus concluditur ꝙ lꝫ h̄ ſit prelatꝰ
vtriuſqꝫ quia tn̄ nō per modum in reſcripto expreſſum non
erit iudex huius cāe ad h̄ facit eqtas dicta in proximo mem
bro. pone. n. ꝙ iſte ſuperſtes datus erat ad petitionē vnius
partis ⁊ defunctus ad petitionē alterius abſurdū eēt ꝙ iſte
ſolus iudex eſſet. ¶ In cōtrarium iſte hꝫ illas duas dignita
tes ⁊ illorū duorum vice fungitur. ergo ē iudex huius cauſe
hoc enim eē pōt de elec. cū inter. i. ⁊ ff. de adop. ſi conſul. Itē
ſi defunctus commiſiſſet ⁊ ipſe vti cepiſſet eo viuente planū
eſſet ꝙ eēt ꝯpetēs iudex de offi. dele. lꝫ. ſi ergo hoc facit ſub
delegatio ergo ⁊ ſurrogatio. cum enim hoc ad iura dignita
tēqꝫ pertineat ⁊ iſte vtrāqꝫ adminiſtrat ergo iudex compe-
tens qꝛ quod omnes ⁊c. eo. ti. qō omnes. Item ſi quis a quo
appellatur efficitur iuriſditionis illius ad quē eſt appellatū
cognoſcit de cā. ff. de iudi. ſi is qui de hoc de elec. querelam
in prin. ſm mar. ¶ Hoc vltimū fortifica certū eſt ꝙ minus
ſe patiuntur i vno ſubiecto iudex a quo appellatur ⁊ iudex
ad quē quā iudex ⁊ collega. primū probatur de conſue. c. ij.
li. e. ergo primo caſu vnus ꝑ ſurrogationem gerit vices vtri
uſqꝫ: fortius in ſecundo. bene facit ad hanc partēꝫ lex dicēs
ꝙ id qō in duabus perſonis recipiꝰ in eadē ꝑſona recipien
dū eſt. ff. ſi ce. pe. l. ſingularia facit de pe. di. iij. adhuc iſtāt.
viij. q. i. in ſcripturis. ſicut econuerſo. x. di. qm̄ idem. xcvj. di.
cum ad verū. hinc ē ꝙ non pōderamus pluralitatem perſo
narum in reſcripto. vn̄ tm̄ iuriſditionis habet vnus datus ꝑ
vnum reſcriptū q̄tū tres dati per aliud. de reſcrip. paſtora-
lis. Itē ius multorū bene reſidet i vnū. ff. qō cuiuſqꝫ vniuer.
ſicut municipiū in fi. ⁊ no. de poſtuꝰ. gratum. Iteꝫ canonicꝰ
gerit vices proprias ⁊ canonici impedit q dediti ipſum pro
curatorem ad actum electionis. de elec. qꝛ pp ⁊. c. pe. li. eo. ⁊
vnus diuerſo reſpectu recipit ſtipēdia plurium de re iudi.
cū oli facit i autē. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. illō col. ij. ad
hāc partē facit qō no. vij. q. i. ſi qs in clero. de cle. nō reſi. qꝛ
in tm̄. facit ēt de teſta. officij. vbi in eodem teſtamento epiſco
pus gerit vices legatarij ⁊ epi. e. ti. raynūciꝰ ⁊. c. raynaldus
vbi filius ōtrahit duas quartas vt filius ⁊ heres ⁊ bn̄ facit. ff.
de his qui. vt indig. l. tutorem. diſcreta quidē ſunt iura licet
in eadē perſona cōcurrant aliud quidem tutoris ⁊ aliud le-
gatarij ſicut ⁊ hic lꝫ diuerſe ſunt dignitates ex quo concur-
runt in perſona eiuſdem competens iudex erit. ¶ Solutio
iſte ſolus procedere poterit cum ſit adminiſtratoꝛ legitimꝰ
vtriuſqꝫ dignitatis ⁊ hoc precipue probat dec. pre. lꝫ de leg.
ſm marſi. ¶ Hec ſolutio. d. mei placet per eandē dec. ami
catur enim iuri ꝙ ex duobus delegatis vnus gerat vices ſu
as ⁊ alterius. vt ibi ⁊ eodem ti. q̄uis ⁊. c. ſuper qōnum. §. ſi
vero. ſi hoc poteſt per ſubdelegationem ergo ⁊ per ſur-
rogationem vt dixi. per h̄ reſpondetur ad primo alle.

¶ Ad equitatem allegatam reſpondetur ꝙ imputet ſibi q
impetrauit dignitati cōmitti non perſone. hunc. n. ⁊ ſiꝰes ca
ſus euenire poſſe debuit ꝓuidere. Preterea lꝫ expediat ha
bere iudicem gratioſum circa principale. tamē nil deperit ꝑ
ti qꝛ iudice grauante non deeſt ſibi appellationis remediuꝫ
ſed vbi aliquid periret parti. bene inſpiceretur primus ſta-
tus. facit extraua. Io. que icipit ſedes apoſtolica ſed aduer
te quia potuiſſet queſtio ampliari in dignitate ōfuncti vni
ta dignitati ſuperſtitis. ⁊ omni caſu dico ꝙ ſiue per vnionē
ſiue per diſpenſationem ſit cōpetens iudex. ad primū. xvj. q.
j. temporis ⁊. c. poſtq̄ȝ de reli. do. c. ij. ibi cum omnibus iuri-
bus ⁊c. ⁊ facit quod ſcripſi de fi. preſby. ex tranſmiſſa. ad ſe-
cundum iura primo allegata ⁊. xxj. q. i. relatio.

¶ Sed nunc incidit dubium vt in proximo articulo dixi. po
ne ꝙ iſte habebat tertium collegū nunquid fingetur vice du
orum: vt primo caſu non poſſet. ſecundo poſſet. Item nun-
quid iure alterius dignitatis tātuꝫ poterit ſubdelegare. vel
nūqd iuꝰ vnius delegare vnū ⁊ iure alterius alterū. ex h̄ for
te cōgrue diſtingueretur inter vnionem ⁊ diſpenſationem.

# Atihabitionē

x. retrotra-
hi. lex non
poſuit hunc tex. ſuper quo vide quod ſcripſi
. ſ. eo. li. de ſen. ex. cū quis ⁊ ſuper glo. ex rati-
habitiōe. ¶ Glo. i. dicit vn̄ ſumpta. ⁊ ponit
exempla. ſecundo dicit in ea duo debere cōcurrere. ⁊ ad ſecū
dum obijcit cōtra. tertio ſucceſſiue eximit quattuoꝛ caſus ex
ceptos ⁊ ipſorum rōnē reddit. quarto ponit ſiꝰe. quinto ſol
uit vnuꝫ dubium. ¶ In prima glo. ibi. §. deiecit. vide hunc
tex. ⁊ ſe. in ſuis lr̄is H. ⁊. S. ⁊ ibi licet iudicium habitū cum
falſo ꝓcuratore cōualeſcit ꝑ ratihabitioneꝫ domini. ⁊ ibi. l.
vlt. vide in regula ratum in gl. ⁊ ibi. l. pe. ſi petijt alius bono
rum poſſeſſionem noīe meo debeo ratum habere infra cen-
tum dies infra quos petere poteram: ⁊ ibi. l. i. ſi iuſſu eius in
cuius poteſtate es negocium geſſiſti agitur inſolidum. alias
ſi eſt verum agitur de in rem verſo. ſi neutrum interuenit agi
tur de peculio ⁊ ibi quotiēs ſi ꝓcuratoꝛ deiecit cum vtroqꝫ
agi pōt ⁊ vno ſoluente liberatur alter. ⁊ ibi tres tutores i plu
ribus tutoribus pena vnius nō liberat alterum ſicut nec in
pluribus furibus. ⁊ ibi adeo ſi plures corruperūt omnes te
nentur: nec pena vnius liberat aliū. ¶ In gl. i. ibi maleficijs
que per alios fieri poſſunt: ſecus in his que perſone coherēt
vt in adulterio ⁊ ſiꝰibus vt no. in. §. deiecit. ⁊ h̄ per Dy. ⁊ ibi
in contractibus dy. ponit in eo qui ſine mandato emit rem
nomine meo ⁊ per traditionem recipit ꝑ ratihabitioneꝫ ac-
quiro dominiuꝫ ac ſi a ꝓncipio mandaſſeꝫ. ff. ō acquiren. poſ.
cōis. §. procuratoꝛ ad id. ff. de neg. geſt. ſi ego. facit. ff. de ſo-
lu. ſi qs offerēti ⁊. l. vero procuratoꝛi. §. vlt. ⁊. l. cum. x. §. vlt.
de violenta ſpoliatione patent exempla. ff. de vi ⁊ vi ar. l. i. §.
⁊ cuꝫ quis ⁊. §. quotiens ⁊. §. deieciſſe. ⁊ ibi renunciationis.
idē h̄ Dy. alle. ff. ſi ta. teſta. nul. ex. l. i. §. ita autē. ⁊ in autē. de
his qui ingre. ad ap. §. ſi vero. C. de re. cre. ſi quis vſuras de
cōdi. inſer. l. vlt. ⁊. ff. qui ſatiſ. co. l. ō die. §. vlti. ⁊ ibi ſi tibi. ibi
non loquitur de ratihabitione ſed de conſenſu quē prebere
licet poſt terminū re integra. ⁊ ibi actio negociorum ei q geſ
ſit pro abſente. nam ſi pro pn̄te egiſſet daretur actio manda
ti vt no. in. l. ſemper que alle. in. i. glo. ⁊ hic per Dy. ⁊ patet
. ff. māda. ſi remuneradi. §. ſi paſſus. ⁊. l. qui patitur ⁊. l. qui ſi
dem. ⁊ ibi quo ad effectum ſi quod no. j. eo. pro poſſeſſore ⁊
idem h̄ Dy. qui etiam diſtinguit tria diuerſa mādatum rati-
habitionem ⁊ ꝓhibitionē. primū parat actionem mādati. ſe
cundum negociorum geſtorum. tertium impedit vtrāqꝫ. de
prima. ff. man. ſi pro te. de ſecunda. C. de neg. geſt. l. vlt. Tra-
ctat etiam hic Dy. an contra ratum habenteꝫ naſcatur actō
ex adminiſtratione an ex ratihabitione ſecuta ⁊ an pendeat
ex voluntate ratum habentis. in primo diſtinguit quattuoꝛ
genera negociorum de qbus remiſſiones dedi in regula ra-
tum ad. l. ſi pupilli. §. quid ergo. primū quod eſt meum cura
⁊ ſollicitudine. ſecundū quod eſt meum re ipſa. tertium ipo
geſtu. quartum ratihabitione. i primis tribus generibus di-
cit ꝙ naſcitur ex adminiſtratione precedenti mediante rati
habitiōe ſequenti ſpōtanea vel coacta ſicut dicitur in ſiꝰi. C.
de rerum permu. ex placito. ⁊ abſurdum eſſet dicere in illis
tribus naſci ex ratihabitione actionē que ſine illa compete-
ret ex quo vtiliter geſtum eſt vt. ff. de neg. geſt. pomponius
ſcribit. In quarto vero genere bene naſcitur ex ratihabitiōe
vt. l. ſi pupilli. §. Item queritur. ⁊ per hoc ſit ſoluta ſecunda
qō vt dicamus ꝙ in primis tribus non pendeat ex eius vo
luntate. cum detur contra inuitum. in quarto ſic vt. l. ſi pupil
li. ⁊ ſi in quarto caſu reprobatur geſtum impedita eſt natiui
tas actiōis ita ꝙ āplius per ratihabitionem non naſceretur
ſic dicit legem loqui. ff. de ſolu. diſpenſatorem. ſi bene intelli-
gatur. ⁊ ibi inuito non poteſt. idem Io. mo. ⁊ in fi. idem hic
Dy. qui etiam prolixe proſequitur. tractat etiā an abſolutio
delinquentis proſit madanti vel ratum habēti. ⁊ tenet ꝙ ſic
ſi abſoluitur pp delictum nō cōmiſſū. ſi vo qꝛ nō fuit i culpa
nō ꝓdeſt alle. ff. de iuretur. duobꝰ. §. a fideiuſſoꝛ ⁊. §. ſi ei. Ad

iura que in cõtrariuꝫ faceꝛ videꝛ ꝙ res iter alios acta ⁊c̃.C.
res inter alios acta ꝑ totũ.ff.de excep.modeſtinus.rñdet ꝙ
loquũꝛ qñ diuerſarũ perſonaꝝ iura ſunt diuerſa ⁊ ſeparata
ſed cum per omnia eſt eadẽ cã defenſionis ⁊ ex eodẽ facto
ambo ſuſcipiunt originem: dicit non abſurdũ vnius victori
am alteri prodeſſe.ar.ff.de ap.ſi qui ſeparatim.§.vlt.⁊.ẽ.de
ap.vna ſententia ⁊ per pre.§.a fideiuſſore.

**AC de cauſa** ſciẽdũ ꝙ Richardus
malũbra diſputauit
hanc q̃ſtionẽ padue formabat eã cum cõtra du
os ſimul inquerebatur cõtra An. ꝙ occiderat.
contra Jo.ꝙ mãdauerat ⁊ contra vtrũqꝫ fuerit prolatum.
ſed ille andreas probauit ſe die maleficij fuiſſe i loco remo
to vel ꝙ illõ fecit ad ſui defenſionem. Jo.nil probauit que-
rebat an ex actis abſoluendus eẽt ille Jo.⁊ qa q̃ſtio in ſuis
terminis i eccleſiaſtico foro poſſꝫ ẽt occurreꝛ nec õ illa ſicut
de ſcriptis Dy.habetur copia hic illã inſeram abbreuiataꝫ.
Pro Jo.inducunꝛ.vi.rationes ⁊ totidẽ contra ipſum. ſed
ſexta includit plura iura ⁊ vnã glo.tertio vnum mẽbrum ſim
pliciter ſoluiꝛ.⁊ in alio diſtinguitur. ¶ Et primo ad primũ
ꝙ ſit abſoluendus inducit regulã impoſſibiliũ.ff.⁊.ẽ.eo.ne-
mo põt cum concor.nã ꝓbata eſt impoſſibilitas illius an.q
dicebaꝛ occiſor ꝓꝓ loci diſtantiã in q̃ erat.C.de contra.⁊ cõ
mit.ſtipu.optimam ad fi.⁊.ẽ.de teſti.ex tenore.ar.ff.qui ⁊ a
qui.proſpexit.ff.ad ſilꝛ.l.i.§.ſi qs nulla ⁊.§.cum dñs ⁊.C.ad
ſilꝛ.l.fi.detecto igiꝛ ꝙ factũ occiſoris eſt impoſſibile.⁊ man
dator attento themate ex eo ſolo teneri poſſit qa ille fuit in
loco ⁊ occidit.patet ex impoſſibilitate primi impoſſibilitas
ſecundi.ergo venit abſoluendus cuꝫ mãdatum iudicis vel
ſententia ſuper impoſſibili fundari nõ poſſit.ff.q ſatiſ.cog.ſi
deceſſerit.ff.de pe.moris.que ſentẽtia ſine appel.reſcin.l.pe.
⁊ vide quod ſcripſi.ẽ.eo.li.de ſen.ex.romana ad finẽ.
¶ Secũdo ſicut cõfeſſio que eſt facti ꝓbatio fundata ſup
impoſſibili: non impedit quo minus fiat abſolutõ.vt patet i
cõfeſſo ꝙ occidit viuentẽ.ff.ad.l.aql.inde neratius.§.fi.cũ
.l.fe.ſic ⁊ hic dato ꝙ de mandato ꝓbatũ eſſet cõtra Joan.
illa probatio ſuper impoſſibili fundata non plus nocebit
q̃ꝫ cõfeſſio.facit quod no.ff.de iureiur.ſed ⁊ ſi.§.vlti.fiet er-
go illius abſolutio. ¶ Tertio per eundẽ modũ induciꝛ rõ
ꝯnexitatis quã ponit thema.⁊ conſtat ꝙ in cõnexis de vno
dictum de alio intelligatur.ẽ.de conſti. tranſlato.ff. queãd-
mo.ſerui.amit.ſi cõmunẽ in prin.de pac.do.inter .cum ergo
ꝓꝓ legitimas defenſiones abſoluendus ſit an.ergo ⁊ Joã.
cum abſurdũ ſit origine rei ſublate imaginem relinq.C.õ la
ti.li.tol.l.i.circa prin.ꝑ qõ videtur ſententiam latam ꝓ prio
q̃ pro veritate accipitur ſufficeꝛ ſecũdo ar.C.õ diuer.ſſcrip.
l.i.nam quotiens vitium ex vna radice ⁊c̃.C.de nup.ſi liber-
tam ⁊ de duobus re.l.fi.vel qõ tutius eſt vt ſatiſfiat ei qõ di
citur de qua re ⁊c.ẽ.de cau.poſ.cum ſuper.ff.de iudi.de qua
re ipſe Jo.dꝫ abſolui. ¶ Quarto certum eſt ꝙ abſolutio õ
bitoris ꝓdeſt fideiuſſori.ff.de iureiur.l.fi.ad fi.de pac. here-
di.§.fi.ſic ⁊ in propoſito lꝫ dici poſſet aliud in contractibus
vbi diſcernitur prĩcipale ab acceſſorio ⁊ vbi vno ſoluente li-
beratur alter.ff.de eo per quẽ fac.eſt.l.i.§.ſi plures de cõdi.
fur.ſi pro fure.§.furti.aliud i mere penalibus vbi vterqꝫ pri
cipalis delinquens ⁊ vbi vno ſoluente nõ liberaꝛ alter.ff.ad
.l.aquil.Item mella.§.ſed ſi plures. ¶ Quinto ſicut cõfeſ
ſio primi valeret cõtra eum quẽ fateꝛ mãdatariũ quo ad p̃-
ſumptionem ⁊ indiciũ ⁊ de hoc.ẽ.de cõfeſ.c.ij.C.de accu.l.
fi.fortius dꝫ illi prodeſſe defenſio iſtius ꝑ quam patet vter-
qꝫ innocens: q2 prõptiores ſumus ad abſoluendũ ⁊ q2 pene
molliẽde.⁊ q2 ſanctius ⁊c̃.⁊ qa fauores ãpliantur iura ſunt
nota. ¶ Sexto multum videtur facere.l.i.§.fi.ff.õ queſtio.
vbi ſi per inquiſitioneꝫ contra eos quos crimẽ cõfeſſus di-
xerat cõſcios apparet illũ et ꝑ confeſſum innocẽtem id ſibi
prodeſt.Item faciunt.ff.õ fur.ſi is q.§.⁊ ſi tu ticiuꝫ ⁊.l.ſi qs
proferenduꝫ ⁊ .ff.de iniur.Item apud.§.ſi iurauerit. ¶ In
contrarium certũ eſt ꝙ diuerſitas cauſarum ⁊ perſonarum
faciunt rem eẽ diuerſam.ff.de excep. rei iudi.cuꝫ queritur. ⁊
.l.cum de hoc ⁊ eſt tex.co.ti.ſi cum vna.ſed hic eſt vtrũqꝫ er
go defenſio vnius alterũ non releuat.hinc ẽ ꝙ faciens furtũ
ad mandatum alterius ſi deprehendiꝛ teneꝛ furti mãifeſti.
mãdans võ nõ.ff.de fur.is qui opem ⁊ econtra delinqd iter-
dum mãdans ⁊ nõ mãdatarius.ff.de eo per quẽ fac.eſt.l.i.
in prin.⁊.C.de fur.ſi qs ſeruo.hoc autẽ ideo qa cauſe ſunt di
uerſe ex quibus mandans ⁊ mandatarius obligantur ergo
concluditur vt.ẽ. C.res inter alios acta ⁊c̃.per totũ: nam ſe
paratoruꝫ non eſt eadem ratio.C.de dona.inter vi.⁊ vxo. ſi
maritus etiam ſi dicatur delictum ſiꝛe. ¶ Secundo conſtat
homicidium factum ⁊ probatum ẽ mandaſſe Jo.ſed ſi Jo.
cõfeſſus fuiſſet ſe mandaſſe an.ꝙ occideret abſolute tene
retur lꝫ non mãdaſſet.ff.ad.l.aquil.inde neratius ad fi.⁊ de
interro.ac.l.confeſſionibus.cum autem in criminibus cõfeſ
ſionibus probationes cõparentur.C. quorũ appel.l.ij.⁊ de
pen.qui ſententiã.concluditur quicquid ſit de an. probatio
nibus factis cõtra Jo.ſtandum eſſe. ¶ Tertio ſic.q̃tum fa
cit abſolutio tantum cum ſolutione cõdẽnatio.ff. de excep.
rei iudi.ſi quis cum totum.§.plane ⁊ no.C.ad.l.fa.de pla.l.
j.ſed ſi ille an.cõdẽnatus fuiſſet ad penã hoc nõ iuuaret illũ
Jo.vt.ẽ.dixi ſi ergo abſolutio illius an.non liberat Jo. mul
to minus inducta pro illo an.ad ipſius defenſionem per pre
dictum.§.plane. ¶ Quarto cum teſtes producerent ⁊ iura-
uerint ſuper defenſione an.nec intenderent deponere ſuper
defenſiõe Jo.ergo dictum eorum Jo.nõ iuuat q2 nemo cen-
ſendus eſt dicere qõ mente nõ agitauit.ff.de ſupel.le. labeo.
Idem ſi id dicere intenderent cũ ſuper eo deponerent non
iurati.C.de teſti.iuſiurandũ.ẽ.de teſti.c.de teſtibus.⁊ quod
ibi no.in.i.glo. ¶ Quinto lꝫ in abſoluendo ſit fauor tamẽ
nõ minor in puniendis criminibus quod publicam vtilitatẽ
reſpicit.ẽ.de ſen.ex.vt fame cum cõcor. ¶ Sexto adduciꝛ
ad hãc partẽ caſus legis denunciaſſe.§.queriꝛ.ff.de adul.vbi
abſolutio adultere non tollit crimẽ adulterij ⁊ tñ idem erat
germẽ vtriuſqꝫ ad idẽ.ff.de libe.cã.qui vſufruc.§. fi. vbi ſi di
co matrem ancillam ⁊ filium ſeruum natũ ex ea licet pronun
cietur matrem liberam non per id filius pronunciatur liber
facit.C.de libe.cã.l.aui paterni in fi.⁊.l.fi.alle. etiam quod
no.C.ad.l.cor.de fal.l.i.vbi dicit glo.ꝙ ſententia lata ꝓ mu
liere accuſata de partu ſuppoſito nõ prodeſt partui q̃ minꝰ
adhuc õ illo queratur an ſuppoſitus fuerit ⁊ tamẽ vtriuſqꝫ
queſtionis idem germẽ.Item pro hoc.C.quibus res iudi.ñ
no.l.ij.ff.de ap.ſentenia de le .ij.cum filius.in pnci.ff.de in-
offi.teſta.l.circa ⁊ C.eo.ti.cũ duobꝰ.⁊ C.de fi.iſtru.l.ij.⁊.ẽ.
de preben.dilecto in fi.⁊ quod ibi no. ¶ Soluẽdo ipe Ry.
tenet ꝙ probatio an.quod ad ſui defenſionẽ occidit non re
leuat Jo.nã bõa facientis nõ excuſat maliciã mãdatoris ⁊ h
per.l.de iuriſ.om.iu.ſi quis id.§.ſed alius.vbi de hoc nõ.⁊ õ
eo per quem fac.ẽ.l.j.ij.rñ.nã volũtas ⁊ propoſitum ⁊c.ẽ.õ
ſen.ex.cum voluntate ¶ Cum vero probauit an.ſe fuiſſe ab
ſentem ſi iudex teſtes illos pro veritate vtriuſqꝫ inquiſi
tionis cõmuniter contra vtrũqꝫ formate recepit qõ potuit
quia latiſſimũ eius officium eſt.C.de iuriſ.om.iudi.l.i.C.de
eden.is apud quem.tunc ꝑ quas probationes an.abſoluiꝛ:
abſolueꝛ ⁊ Jo.ff.de queſtio.l.i.§.fi.facit õ of. preſi. illicitas
.§.veritas.ibi ex fide ⁊c.Si autẽ ad ſpãlem defenſionẽ an.
tantum recepti ſunt teſtes tunc Jo.non proderunt per iura
huius partis.hoc ſaluo quod lucidiores probationes con-
tra ipſum requiruntur de mãdato propter preſumptionem
prouenientem ex abſolutione an.facit.ẽ.de preſump.q2 veri
ſimile.ẽ.eo.li.de hereti.filij.⁊ facit quod not.C.õ fal.l. i.de
fide inſtru.l.ij.Ex titulo autẽ ſuper defenſione formato ſci
ri poterit an defenſio contingat illum Joan.quia ſi genera-
lis fuit titulus erunt etiam generalia que ſequũtur.ff.de iur.
⁊ fac.igno.l.penul.§.fin.Itẽ ſi alias hoc ex actis preceden
tibus vel ſequentibus conſtare poteſt.ff.õ teſta.heredes .§.
ſi quid.ff.de leg.i.ſi ſeruus plurium.§.fi.C.de teſta.non co-
dicillũ ⁊ quod no.C.õ epi.audi.l.epiſcopale.dicit auteꝫ ꝙ
ſi per modum accuſationis negocium proceſſiſſet non ha-
beret locum predicta diſtinctio vtrum communiter ⁊c.cum
acta habita inter accuſatores ⁊ accuſatum quantum-
cunqꝫ

cū qꝫ generalia nō tranſcendāt perſonas ipſorūꝫ.ff. de pub. iudi.inter accuſatorem de arbi.ſi cum dies.§. plenum.

r **Atum quis** ix.non eſt geſtū.Querit hic Dy. an heres poſſit habere ratum qđ factum eſt nomine đfuncti:ꝙ non poſſit videtur per hāc regulam attenta veritate cum ſit alia pſona.inducit ēt.ff.de bo.poſ.l.iii.§. acquirere in fi.§.⁊.ff.rem ra.hab.ſi is cui ⁊.l.bonorūꝫ per q̄s pꝫ ꝙ bona fide petitam bonorū poſſeſſionem nomine defuncti heres ratam habere non poteſt. ¶ In contrarium facit ſi ponderetur fictio qua eadeꝫ pſona cenſetur heres cum đfuncto.ff.de vſuc.l.heres.⁊ in autꝫ.iuſiurā.qđ a mori. in pn. Item videtur expreſſuꝫ quod poſſit.ff.rem ra.ha.ſi ſine.§. ſi pcurator ſoluit qđ ſi queratur đ e eo iure quod etiā nō agnitūꝫ tranſmittit̄ ad heredes pōt ratum habere.vt in.§.ſi procurator alias nō pōt vt i pmis iuribus.Querit idē de ſucceſſore prelati an poſſit ratum habere qđ geſtū eſt nomine predeceſſoris diſtinguit an ſit geſtum cōtemplatione perſone an eccleſie.primo caſu nō pōt habere ratum per verba huius regule ⁊ ſic̄ia niſi eo caſu quo eccleſia plato ſuccederet qꝛ tunc ſeruaretur qđ dixi pimo in herede.ſecūdo caſu poteſt cū duret eccleſia que non morit̄.xij.q.ij.liberti.ē.e.li.de reſcrip.ſi gratioſe.Idem qñ dubitatur cū preſumēdū ſit cōtemplatione eccleſie geſtum ⁊ ſolum inſertum prelati miniſterium.ff.de an.le.l.annua.§.vlt.de cōdi.⁊ demō.l.fi.Item quia queſita per prelatum indubio queruntur eccleſie in autē.de eccle.ti.§.interdicimus. ¶ Glo.i.primo ponit exēpla.ſecundo allegat quinqꝫ iura in cōtrarium.⁊ primo pōit tres ſolutiones quarum primā reprobat ⁊ demū ſoluit.tertio ſignat cōtrarium de vna lege ⁊ ſoluit in fi.remittit.

¶ In prima glo.ibi.l.vlt.incipit ſi filius ⁊ loquitur de credito quod recepit filiusfa. citra patris iuſſum mandatum vel voluntatem ⁊ poſtea pater ratum habuit ⁊ ibi.l.i.in fauorem parentū inductum eſt macedonianū. ¶ In.i.glo.ibi q̄ntitateꝫ peculij.de hoc ſatis hic per Dy.per te videas qui etiam ponit exemplū de.l.ſi ſeruus.ff.de preca.vbi filius meꝰ ſuo nomine rogauit rem pcario ratū habendo non plus teneor q̄ꝫ prius.ſ.de peculio. opponit contra h̄ exempla de.l.ff.quod cum eo qui in ali.po.l.i.§.ſi ratū ⁊ de in rē vſo.l.i.§. quod ſeruus ⁊.l.ſi res.§.pe.vbi pater vel dominus ratū habens cōtractum celebratum a filio vel ſeruo obligatur inſolidum non peculiotenus tantū ⁊ ponit ⁊ impugnat ſolutionē finaliter diſtinguēs ꝙ aut ratū habet vt pater aut vt aliꝰ aut dubitat̄.primo cāu tenet̄ vt in cōtrarijs.i ſcđo nil operatur ratihabitio vt.ff. quod cū eo q in ali.po.l.ij.§.vlt.Idem in tertio per.§.ſi ego ⁊ per.l.ſi ſeruus.ſic alibi diſtiguitur an tanq̄ꝫ pater an tanq̄ꝫ alius.ff.de adop.ſi pater.§.qui duos.dicit ēt qđ ad predictā diſtinctionem firmandaꝫ bene facit.ff. ſolu.ma.ſi vero.§.Item quicqd ⁊ de caſtren.pe.l.in hereditate in prin.⁊ ibi ſoluitur duplicit̄.de quattuor modis qbus negociorū geſtoribus actio ꝯpetit ⁊ no.ff.de ne.ge.ſi pupilli.§.qd ergo.vide libellos in ſpe.de iudi.§.ij.v.ex predictis.⁊ vide quod dixi ſupra in regula ratihabitionem.

**Uic regule** conueniunt quattuor q̄ſtiones in qbus omiſſis allegationibꝰ remiſſiones dabo ⁊ ſolutiones ponā.Eſt aūt pria venerialis.xlj.ſcđa ēt venerialis. xliij.tertia do.Ja.ca.boñ.q̄rta domini Stephani poloni. Pria.ſ. venerialis querebat an ſi duo ex tribus delegatis datis ſimpliciter tertio irreq̄ſito ſniam ferant an valeat ſnia tertio ratū habente.Venerialis vo ſcđa q ēt Dama.pria in Rica de cōſue.pp dec.ad noſtrā.querebat de ſnia excōicationis lata in boñ.clericum p epm mutiñ.an per epꝫ boñ.poſſit haberi rata ita ꝙ valeat.Tertia Jacobi q̄rebat an ſi religioſus electus ſine licentia ſuperioris ꝯſenſit ⁊ poſtea adminiſtrauit demū prelatus ſuus licentiā ſibi dedit vel factum ratum habuit an ille poſſit prelaturaꝫ tenere.⁊ hec hodie expedita p dec.ſi religioſus.i.rñ,in fi.qꝛ talis cōſenſus nō tenet ⁊ electio ipſo iure irrita ē.Quarta domini Stephani querebat đ duobus cōpromiſſarijs.quorū vnus altero abſente eligit illuꝫ in quē certum erat abſentē cōſenſurū ſi preſens fuiſſet. qui etiam poſtea conſenſit vel ratum habuit querebat an valeret electio.forte queſtio incaute formabatur dicēdo ꝙ certum erat.cū.n.ſm Boetiū cor hominis ſit mobilius oi mobili.⁊ ſm Tuliū tuſcul̄.pria.nulla celeritas ē que poſſit cū animi celeritate contendere.⁊ h̄ ēt ſcripſi de ſponſa.tua nos ſuper.i.gl.potius ergo verbo ſimilitudinis q̄ꝫ certitudinis videbatur vtendum.omnes iſtarum queſtionum allegationes omitto.ſed vltra no.hic ⁊ in regula ratihabitionem.⁊ in regula non firmatur remitto de omnibus ⁊ potiſſime de prima ⁊ ſecunda.ix.q.i.c.i.vbi ſatis ⁊ de his que fi.a prela. cum nos.⁊ i ſpe.de cita.§.iam de citatiōe ver.hoc autē ⁊ ver.ſeq. ⁊ de ſen.prola.§.ſequitur ver.quid ſi multa ⁊ de arbitro .§. fi.⁊ ver.ſed pone lata. vbi de arbitro abſente q ratificat idē tractatur:ſed pcipalius ad ea que plene ſcripſi poſt Inno. ⁊ Hoſti..de offi.dele.prudentiam ſuper fi.ij.glo.vbi inuenies plene materiam ⁊ reſponſum ad omnia contraria.⁊ vide etiam quod poſt Inno.⁊ Cōpo.ſcripſi de conſue.cum conſuetudinis poſt prin.ne tamen predictorū ſolutiones deſint ſciendum ꝙ Bar.ſimplciter dixit in prima:ſententiam que nulla fuit ratihabitione confirmari non poſſe.

¶ Idem tenuit de ſecunda de qua tamen plus inſtans dicebat Tan.ſibi reſpōdiſſe ꝙ ſi lata fuiſſet ſententia nomine boñ.epi:ipē boñ.epiſcopus poterat eam ratam hr̄e alias ſi facit hec regula.ſed ſibi ⁊ Dama.hoc non placet cum excōicatio pure lata aut ſtatim ligat aut ſtati eſt nulla cuꝫ ſuā executionem ſecum trahat.de ap.paſtoralis ad.c. in primis.ij. q.i.⁊.iij.q.vj.h̄ quippe.reſpōdent ſpāle in papa.Ad.l.iij.falſus.ff.rē ra.ha.reſpondent ꝙ ſententia cum falſo procuratore lata tenet quo ad illū.ff.de re iudi.l.iiij.ſed non quo ad dominum niſi ratum habeat quod poteſt vt ibi.

¶ Ad tertiam reſpōdebat Jaco.ꝙ cōſenſus vel ratihabitio ſuperueniens non iuuabat electum qa quod nullum fuit ratificari non potuit de elec.auditis.⁊ h̄ potiſſime in electionibus vbi ſpectatur initium vt ibi ⁊ eodem titu. dudum.

¶ Ad contrariū reſpondebat illa loqui i his que a prin.tenebant licet effectum plenum non haberent.

¶ Ad quartum reſpondebat Stephanus electionem ab vno factam nō valuiſſe quia cuꝫ poteſtas duobus traditur: vnus alteri committere non poteſt.ergo nec ratum habere. ratio quia induſtrie perſone commiſſum eſt. de offi. deleg. qm̄. vnde cum ipſius preſentia deſideretur per ratihabitionem explicari nō pōt.inſti.de auc.tu.§.tutor.ad hanc vltimā facit qđ quā poſui.ē.eo.in toto.de his omnibus iformaberis in remiſſionibus quas ſupra dedi.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere.R.ſunt he.

Egula eſt que rē que eſt breuiter enarrat non vt ex regula ius ſumatur.ſed ex iure quod eſt regula fiat.per regulam ergo breuis rerum narratio traditur.⁊ vt ait Sabinus quaſi cauſe coniunctio eſt que ſimul cum in aliquo vitiata eſt perdit officium ſuum.

Es iudicata pro veritate accipitur.

**Cienti.** xxvij. Conſentienti. Dy. ad queſtionem de compromittē te in arbitratorem q tunc ſub pena promiſit non petere reduci ad arbitrium boni viri an ſi poſtea inique ſit contra eum pronunciatū poſſit id petere ſine pena.inducit generalitatem huius regule ⁊.l.nemo.ff.eodem titu.ad partem illā ꝙ non poſſit inducit etiam leges.ff.de pac.iuriſgentium.§.ſed ⁊ ſi quis ⁊.l. ſi vnus.§.ſi illud.vbi valet pactum quod non agetur depoſiti lꝫ inducat tacitam remiſſionem futuri doli. ¶ In ꝯriū inducit quia pacta quorum pretextu qs inuitatur ad peccādū nō tenēt.ff. de pac.do.l. conuenire ⁊.l.pōpōius.⁊ de vboꝝ obligatione.l. ſi plagij. ſed iſtđ eſt tale ergo ⁊c. Iteꝫ talia

pacta penalia ex tacito intellectu reducuntur ad ius commune vt non cõmittatᷣ pena ſi p promittentẽ fiat qd̛ ius permittit vel per ſtipulantem non fiat quod ius p̃cipit.ff.loca.que ro.§.inter locatorẽ.cum ergo h̃ tacite videatur actum vt de iure pronunciet ſi pronũciauit inique non committeretur pena.per eundem modũ inducitᷣ.ff.de.ver.ob.quidam cum filium.§.ſed videamus cũ ſua glo.vbi patet quod pactum penale de non exheredando filium intelligitur niſi exheredari meruerit.Item cum ius cõe permittat id peti quando arbitrium iniquitatem cõtinet.ff.pro ſocio.l.verum ⁊.l.qd.n.⁊ d̛ contrahen.em.l.hec venditio.pactũ ergo de hoc non petendo remotũ eſt a iure cõi ⁊ ſic nõ tz.ff.de pac.iuriſgentiũ.§.⁊ gnãliter ſm expõnẽ q̃ veritatẽ cõtinere vᷣ precipue cum ob publicã vtilitatẽ videatur inductum vt arbitramenta talia corrigãtur.nõ tenet ergo pactũ ꝙ nõ corrigatur.ff.d̛ admi.tu.quidam decedens de ſuis ⁊ le.l.fi.ff.eo.ti.neqꝫ pignus.§.priuatorũ.Item cũ lex non cõcedat iniquũ arbitrium habẽ effectum qd̛ pꝫ qꝛ parat viam iniquitatis corrigende.ff.de arbi.ita demũ.§.arbitrorum.pactum qd̛ illi prebet effectuꝫ videtur contra legẽ factũ ⁊ iõ non valere per.l.nõ dubiuꝫ. nã cũ in vltimis voluntatibus que fauorabiliores ſunt non poteſt caueri ꝙ leges locum nõ habeãt.ff.de le.i.l.nemo multo minus poterit id i cõtractibus. Itẽ cuiuſcũqꝫ arbitri libertas q̃uis larga reſtringitur ad id quod de iure lꝫ.ff.de cõdi.inde.ſi procurator.⁊ que in frau.cre.ſi pater filio ad munici.lutius.§.pe.C.de mune.non conti.l.i.§.pro infante.cõcludit ergo nullum ſani capitis dicere ꝙ arbitratori videatᷣ conceſſum ꝙ inique ꝓnũciare poſſit ſm Dy.vᷣ idẽ placere ſpeculatori ẽt qñ interuenit ſuper hoc iuramentũ vt no.in ſpe.de arbi.§.i.ver.ſed pone ⁊.§.fi.verſi.itẽ quid ſi cõpromiſſuꝫ.nꝫ dolus.h̃ ſatis tractat Jo.mo.de probatione doli de quo vt dicit iura quandoqꝫ dicunt ipſum dolum ineſſe re ipſa. quãdoqꝫ ipſum preſumi. quandoqꝫ dolum paſſum ad illum probandum admitti.pͥo caſu triplr ineſt circũuentio in eſſentia rei ⁊ tunc nõ tenet qd̛ agitur.ff.de contrahen.emp.l.i vẽditionibus.§.fi.aut in qualitate rei ſeu precij q̃ntitate.⁊ tunc tenet vt in.d.§.⁊.l.ſe.⁊.ff.de mino.in cãe.ij.§. Idem põponius.diſtinguendo tñ vt ibi no.aut nõ ẽ circũuentio ab initio ſed ex poſt facto.⁊ tunc eo ipo dolus ineſt.lꝫ a prin.nõ fuiſſꝫ cõmiſſus.ff.de doli excep.l.ij.§.ſi quis ſine cã ⁊.§.Item q̃ritur.⁊.l.apud celſum.§.labeo.⁊ de hoc.ff.de ver.ob.ſi qs cuꝫ aliter probatur ẽt dolus ex q̃litate facti.ſ.e.li.de renũ.c.fi.in fi.ſecundo vt dixi p̃ſumitᷣ dolus ⁊ hoc multipliciter.pͥo qñ q̃litas facti neceſſario cõcludit contrarium eius quod agitᷣ circa illã dat exemplũ de.l.i.C.de dolo.ff.depo.ſi homine.i.tñ.ff.de re iudi.non põt dolo carere q non obtẽperat imperio magiſtratus ⁊.ff.q.ex cau.ma.Item hi q reipublice. ſcd̛o qñ q̃litas fci relata ad circunſtãtias perſone de cuius dolo agitur interpretatione iuris dolũ ꝯtinet vt qñ ſciens ſe d̛bitorem oĩa ſua bona alienat preſumitᷣ ꝙ i fraudẽ:cũ.n.ſoluere debitũ ſit neceſſitatis.ff. de mino.§.reſtitutio ergo alienando oĩa ſua bona qd̛ nõ põt ſe cõpati cum eo qd̛ neceſſario incumbit.l.ſoluere p̃ſumitᷣ dolus.ff. de his que in frau.cred.l.oẽs.§.lutius.his caſibus cum cõtrarium doli preſumpti ſtare non poſſit cum qualitate facti neceſſario preſumitᷣ dolus.declarat autem iõ q̃litateꝫ ponderandã facti ⁊ perſone qꝛ ex his iudex informabitur an preſumere debeat dolum q ꝓponitur necne.ff.de accu.ſi cui.§.hiſdẽ.C.de ſuſcep.⁊ archa.l.ſi aliqd.Itẽ probatᷣ dolus ⁊ hoc eſt regulare.ff.de proba.quotiens.§.dolo.vnde iura dicũt dolũ intelligi.i.p̃ſumi vel eſtiari.C.de reſcin.ven.l.dolus.ff.de adop.nec ei.§.i.Itẽ argui ſeu agnoſci.ff.de re mili.nõ omnes.§.a barbaris cũ ſua glo.coniecturari.arg.ff.de ver.ob.cõtinuus.§.i.indicari.i.demonſtrari.C.de dolo.l.dolum nã perſpicuis indicijs ꝓbandus eſt q̃ facti q̃litatẽ inducent ex quibus vir bonus eſtimabit intelliget arguet agnoſcet ⁊ cõiecturabitᷣ vt ꝓbant dicta iura an ꝓbatus ſit dolus necne.vñ cũ ſuper his certa regula dari ñ poſſit neceſſario fuit reliquendũ iudicis arbitrio vt in.l.cõtinuus ⁊.ff. de iur.⁊ fac.igno.l.in oi.q an illa ſufficiãt iudicio animi ſui iudicabit ſicut de mora dᷣ.ff. de vſur.mora in

p̃n.nam diſcutiet iudex an idicia ſint idubitata ⁊ tuc eis credet.ẽ.de hereti.excõicamus.§.fi.C.de proba.ſciant.ſi ſint leuia non credet.ff.de mino.l.iij.§.i.ff.de dolo elegãter.§.fi. Itẽ ſi plura ſint contra dolum q̃ dolũ idicantia ⁊ q̃lia ſint vtraqꝫ.C.arbi.tu.ſi defunctus.ff.de adop.nec ei.§.i.⁊ vi.quibus iuribus habetᷣ q̃ indicia reſpiciuntur a iure ⁊ q̃ nõ.⁊ lex ſi defunctus ponit ꝙ indicia non probant ſed ꝯprobãt ſicut ⁊ fama.iiij.q.iij.§.item ſepe. ℂ Glo.i.dicit vnde ſumpta ⁊ ponit exempla.ſecundo ſupplet de ſcire debente ⁊ dicit i regula principiũ ponderanduꝫ.tertio ponit rationẽ regule ⁊ notat copulam.quarto ſucceſſiue obijcit ⁊ ſoluit tria contraria. ℂ In.i.glo.ibi ſi intelligatur in morbo vel vitio intelligibili ceſſat edictum.⁊ ibi.§.vlt.ſtatim cuum ſeruus traditus eſt ſtipulatio committitur q̃ti intereſt emptoris ⁊ ibi.§.vlt.⁊ pe.loquũtur de illo q itendebat contractare dño inuito q tñ volens erat.⁊ ibi ſi qs ſeruo.ſuaſi ſuo alieno vt fugeret ⁊ librũ auferret qd̛ fecit nolente dño.⁊ mihi attulit teneor furti ⁊ ſui corrupti. ℂ In.i.glo. ibi.l.i.i fi.Dy.de iniuria põit exẽplũ p.l.i.ff.de iniur.§.vſqꝫ adeo.vbi vendens liberum hoiem volentẽ nõ tenetur iniuriarũ.de dolo ponit p.l.ff.de li.ho.exhi.l.iij.§.ſiquis volẽtẽ.vbi ſi detineo hominem volentem non teneor illi interdicto.⁊ ibi ex poſt facto.idem Dy.p modũ obiectiõis.⁊ ibi q̃ violẽtia.idẽ hic Dy.

b **Ec regula** facit ad q̃ſtionẽ hic diſputatam per Guidonẽ demũ epm mutiñ.nunc cõcordieñ.quã ſic proponebat exẽptus cõtrahẽſ in loco exempto ꝓmiſit creditor nõ declĩare forũ dioceſani ſi ſtatuto termĩo debitũ nõ ſoluiſſet de quo ſoluẽdo p̃ceptũ dioceſani recepit lapſo termino ⁊ debito ñ ſoluto dioceſan⁹ ignorãs illũ exẽptũ qꝛ nec talis cõirer putabatᷣ illũ citauit ⁊ qꝛ nõ cõparuit vt contumacem excõicauit q̃ritᷣ an talis ſñia liget qd̛ vᷣ per hanc regulã.nec.n.põt dicere ſe iniuriatũ qui ſciuit ⁊ cõſenſit.

ℂ Dubiũ queſtionis in duobus cõſiſtit quorũ p̃mũ affirmatiue ꝓbat q̃ttuor rõibus ⁊ ſcd̛m totidẽ ⁊ vna glo.eque horũ quodlibet ꝓbat negatiue.ſucceſſiue ſoluit vtrũqꝫ r̃ſpõdẽs ad ꝯtraria. ſubdit demũ diſputationeꝫ ⁊ diſtinctionem Egi.an teneatᷣ qs p̃uilegiũ allegare. ℂ Et ad partẽ hanc ꝙ liget inducuntur duo . Primũ qꝛ renũciauit priuilegio fori quod potuit.ſcd̛m qꝛ dato ꝙ nõ potuerit debuit venitᷣ ⁊ p̃uilegiũ allegare. ℂ Primũ ſic oñditᷣ iuri ⁊ p̃uilegio ñ odioſo ſꝫ in alicuius fauorẽ inducto renũciatᷣ qs põt ſiue ſit de rebus ſpiritualibus de renũci.ex tranſmiſſa ⁊.c.in p̃ñtia ſiue de tẽporalibus de pac.cũ pridẽ.C.de fi.inſtru.l.iij. ſiue ſit ius cõceſſum collegio vel ordini de p̃uile.ſi de terra ⁊.c.accedentibus ſiue ſingularibus pſonis de elec.ꝙ ſicut d̛ regula.ad noſtrã ⁊.c.ſtatuimus.nec lꝫ ad ius renunciatũ redire.vij.q.i.q̃ periculoſum.xxiij.q.iiij. ſi illic.⁊ de hoc vide de elec.eccleſia veſtra.ij.in.vj. gl.cũ ergo hoc ius exẽptiõis ſit fauorabile nõ odioſuꝫ ⁊ reſpiciat p̃uatã vtilitatẽ exẽpti potuit illi renũciare cõſentiẽdo i clericuꝫ.facit qd̛ no.de offi.le.c.i.in gl. fi.non ſic in laicũ de fo.cõpe.ſi diligẽti.⁊ qd̛ ibi no.

ℂ Et ſi dicatᷣ ẽt in clericum cõſentire non poſſe ſine auctoritate dioceſani de foro cõpe.ſignificaſti. papa ãt eſt dioceſanus exemptorum de p̃uil.auctoritate.e.li.⁊ no.xciij.di.nulla.ergo ſine pape licentia clericus hoc non põt. Reſpondetᷣ ꝙ res de facili redit ad ſui naturã.xxxv.di.ab exordio quatᷣ facilius tollitᷣ actio vel exceptio contra ius cõe cõpetens q̃ iuri conſona.ſuper quo vide quod not.xvj.q.iiij.c.vlt. iuriſditio aũt ordinata eſt conſona:exemptio vero diſſona. Iieꝫ non habetur de facili copia pape per exemptos ſicut copia ordinarij per non exemptos ⁊ ſic difficultas permittit alias prohibitum.lxiij.di.cum longe.ad rationem faciat de re iudi.c.fi.Item ſi ſbditus epi ſine ipſius licentia poſſet ipſius iuriſditionem effugere quod poſſet primus poſſet ⁊ ſecundus ⁊ vlterior ⁊ ſic euacuaretur epiſcoporum iuriſditio que ratio ceſſat in papa.ix.q.iij.cuncta per mundum. concedatᷣ ergo exempto quod nõ conceditur non exempto cui conuenit.c.luminoſo.xviij.q.ij.vbi in loco exẽpto epſ nil iuriſditionis

tionis exercet niſi fuerit inuitatus poteſt ergo inuitatus.
¶ Secūdum ꝙ renūciare potuerit probat decr. dilecti. de
fo. cōpe. vbi priuilegiū ꝙ anglici citra mare cōuenirí nō poſ
ſunt nō ꝓdeſt illi qd citra ꝓmiſit reſpōdere vel ſoluere. ⁊ h̄
diſiunctiue ponunť per quod pʒ ꝙ iſte reſpondere cogetur
vbi promiſit exemptōis priuilegio non obſtante. facit. C. de
pac. ſi quis in cōſcribendo. nec mirū qꝛ pōt ſibi eligere iudi
cem anime ꝙ eſt maius. xij. q. j. precipimus de pen. cū infir-
mitas: fortius ergo pōt eligere iudicem corporis quod eſt
minus hoc eo. ti. cui licet cū ꝯcor. ¶ Tertio ſi dicať ꝙ exēp
tus non poſſit expreſſe renūciare foro pōt tamē tacite ꝯben
do in loco nō exempto de ꝓuil. c. j. li. eo. iſte aūt ſponte ſuſci
piendo mandatū de ſoluendo tacite renūciauit foro de his
que ſi. a ma. p. ca. c. ex ore. ⁊ qūo quedaʒ licēt tacite que nō
expreſſe pʒ de iura. calū. c. j. ij. rñ. li. eo. ⁊ no. de fo. cōpe. ſi di
ligenti in glo. pe. ⁊ facit qđ no. Jo. xj. q. j. inolita. vnde exem
ptus ꝑmittendo preſcribi ꝯ ꝓuilegiū exemptiōis ſpacio. xl.
an. illi renūciat ſicut de alijs ꝓuilegijs dicif de ꝓui. acceden
tibus facit de capel. mo. c. ij. nō tamē eccleſie romane ꝑiudi
catur niſi ꝑ ſpaciū centū an. vt no. xvj. q. iiij. volumus ꝙ ſi ꝯ
vaſſallo ꝯ preſcrip. ad audientiā. ¶ Quarto ꝑ eundeʒ mo
duʒ dicif ꝙ dato ꝙ renūciatio nō tenuiſſet in preiudiciū re
nunciantis vt pʒ de arbi. cū tempore. facit de re iudi. ſubor-
ta ſic ⁊ ſubmiſſio tenet quo ad ſubmittentē nō quo ad ipſi⁹
ſuperiorē qđ metus cā cū dilectus de dona. inter dilectos. ⁊
ſic renūciatio beneficij facta in manibus eius ad quē recipe
nō ſpectabat vt no. de renū. ꝙ in dubijs. xviij. q. ij. cōſaldus
ſic ⁊ abiuratio iuriū dignitatis tenet quo ad abiurantē non
quo ad dignitatē. de inſti. cū veniſſet. ¶ Secūdum princi-
pale quod. s̄. cōtra iſtum inducebať erat qꝛ nō venit allega-
turus ꝓuilegium dať pro regula ꝙ ſicut qñ cōſtat citationē
artare citatus teneť veniť ita ⁊ qñ dubitať an artet alias pu
nitur vt cōtumax. ita no. Jo. ⁊ Ber. de accu. veniēs in ſi. vl.
glo. ⁊. iij. q. ij. ſi epiſcopus. xv. q. iiij. placita in vlt. glo. in ſi. ⁊.
ff. ſi quis in ius vo. l. ij. de iudi. ſi qs ex aliena. in dubio enim
ꝑꝑ bonū obedientie ſemꝑ parendū eſt. xxiij. q. j. quid culpa
tur in ſi. ⁊ facit. xiij. q. ii. nō eſtimemus ⁊ qđ ibi no. xlij. di. qui
eſcamus de pen. di. vii. c. ij. ⁊ ſi dicať nō eſſe dubiū apud cita
tum qui ſcit ſe exemptū hoc nō iuuat qꝛ ſcīa iudicis hic pon
deranda eſt nō citati. de ver. ſig. cū olim facit qđ no. de offi.
dele. cū cauſa in prima glo. Jteʒ quod plus eſt no. Jo. xxiii.
q. viii. conuenior ꝙ ſi iudex laicus citat clericū teneť compa
rere ⁊ ꝓuilegiū allegare. ⁊ de hoc infra dicā poſt ſolutionē
queſtionis ⁊ facit qđ no. Hoſtien. in ſum. de iudiciis. §. que
ſint neceſſaria iuxta ſi. ver. qđ aūt dixi: ⁊ facit quod nota. in
dec. cū ordinem. de reſcrip. in ſi. vlt. gl. ¶ Scđo ſi iudex ꝓ
babiliter errans in facto ⁊ credens ſe iudicē cum nō ſit ꝓce
dit tʒ ꝓceſſus de ap. ſi duobus. ſecus ſi erraret in iure de of.
dele. cū ſuper. de ꝯceſ. preben. ex parte. iſte aūt dioceſanus ꝓ
babiliter errabat in facto qꝛ de ſua dioceſi erat ⁊ ꝑceptū ab
eo receperat ergo ⁊c̄. ſic etiā dicif de procuratore qui reuo
cationem ſuā ignorat qꝛ valet quod facit. de procura. in no
ſtra ⁊. c. pe. ⁊ de iudice reuocato vt no. lxiii. di. tibi dño ⁊ ꝯ h̄
ꝑ Jnno. de reſcrip. cū ꝯtingat de ꝯceſ. preben. qꝛ cunctj li. e.
¶ Tertio videmus ꝙ in his que ſunt iuriſditiōis opinio ꝑ
iudicat veritati hoc pʒ in ſentētia ſerui qui putabať liber. iii.
q. vij. §. verū. ff. de offi. preto. l. barbarius. ⁊ occulti excōmu-
nicati de re iud. ad ꝓbandū. facit. C. de teſta. l. i. C. ad mace
do. l. ii. ⁊. ff. ad macedo. l. iii. de iurepa. conſultationibus. de
elec. querelam de ſen. excō. ſi iudex li. eo. ¶ Quarto certuʒ
eſt ꝙ iudex cognoſcit an ſua ſit iuriſditio ꝯ reſcrip. ſuper lit
teris ⁊ ordinarius de exemptione cognoſcit ⁊ certo caſu co
gnitione pendente iuriſditionem exercet in exemptum. de
priuiť. cū perſone. c. di. ꝯtra morem. ¶ Quinto ad hanc ꝑ-
tem inducif quod no. Jnno. ⁊ Hoſtien. de ver. ſig. ex ꝑte in
ſi. magne glo. vbi dicunt ꝓceſſum tenere cōtra exemptū non
comparentem quando exemptio non eſt notoria ſed dubia.
¶ Jn ꝯrium adducif illud generaľr pacto priuatorū ⁊c̄. ff.
eo. ti. neqʒ pignus. §. ꝓuatoꝝ de fo. cōpe. ſi diligenti ſed ius
publicū cōſiſtit in ſacris ⁊ ſacerdotibus. i. di. ius publicuʒ ⁊

hʒ hoc locum ſi tale ius ꝯceſſum eſt alicui nō in fauorē eius
tm̄ ſʒ ⁊ alterius. de ſen. excō. ꝯtingit de imu. ec. aduerſus de
arbi. cū tꝑe. cū ergo papa hēat in exēpto ius dioceſani vt. s̄.
prima ꝑte ꝓbani ⁊ ſine ipſi⁹ ꝯſenſu nō potuit in aliū iudiceʒ
conſentire. ¶ Secūdo ad hoc facit qꝛ ſicut clericus ſine li
centia epi ſui nō renunciat beneficio de renūci. admonet ſic
nec exemptus ſine licētia pape. e. ti. c. ſi. de elec. ſi abbateʒ li.
eo. nec ad aliā eccleſiam pōt ſe transferre etiā ſi hoc habeat
ꝯſuetudo. s̄. de cōſue. cū venerabilis ⁊ ſi renūciat exempt⁹ ſi
ne licentia pape etiā quo ad ipſuʒ renūciatio non tʒ. vi. q. iii.
deniqʒ ⁊ probat tex. dec. quod in dubiis de renū. lʒ gl. ꝯtra.
¶ Tertio ꝯſtat ꝙ ſicut clericus ſine ſui epi licentia ab alio
nō recipit ordines ſic nec exemptus ſine licentia pape. ꝯ epi
ſcopali ordine pʒ. lxiii. di. ſalonitane. de tempo. ordi. cū nul-
lus lib. eo. niſi aliud ex ꝓuilegio competat de reſcri. veniens
ſi ergo nō poſſunt ab aliis ordinari ergo nec iudicari. ix. q.
ij. nullus de parochi. nullus. ¶ Quarto certū eſt ꝙ q ꝯſen
ſit in iudicē non ſuū ante litis ꝯteſtationē penitere pōt. ff. ꝯ
iuriſ. om. iudi. ſi cōuenerit ⁊ no. de iudi. c. i. vñ diſtinguiť in-
ter pactū de iuriſditiōe adeūda ⁊ de nō declināda. primo ca
ſu nō tʒ factū a clerico ſine licentia epi. de fo. compe. ſignifi-
caſti. ſecūdo tʒ etiam ſine ꝯſenſu. e. ti. dilecti. ſi ergo pactum
nō valet vel ſaltē penitere lʒ ante litis cōteſtationem. penite
bat aūt nō veniēdo ergo eps cōtra eū ꝓcedere nō potuit cū
⁊ ſi veniſſet nō fuiſſet coact⁹ ſuſcipe iudiciū ergo nil itereſt
iudicis vel ꝑtis. ff. ꝯ iudi. nō vi. facit qđ no. de do. ⁊ ꝯtu. c. ſi.
¶ Circa ꝯʒ vero principale ꝓbato ꝙ nō potuerit exempt⁹
in eum cōſentire ſine pape licentia qđ ꝓbatum eſt qꝛ citatus
ab eo nō tenebať venire etiā allegaturus ꝓuilegiū ſuū. con-
ſtat aūt ꝙ ſicut nulla eſt ſententia a nō ſuo iudice lata. de iu
di. at ſi clerici cū ꝯcor. ſic ⁊ citatio arguendo de toto ad ꝑtē
facit de offi. dele. paſtoralis in ꝑnc. ⁊ ꝓbať de fo. cō. romana
in ſi. li. eo. ſi nulla nō conualeſcet per inobedienitā nō veniē
tis. e. ti. nō firmať ⁊ hñ facit qđ no. de elec. bone. ij. in vl. glo.
Secūdo ꝯſtat epm nō eſſe iudicē exempti ⁊ hoc ipʒ verbū
ſonat. xvj. q. j. frater noſter de ſup. neg. pre. ſicut ꝯ ꝓuilegiis
cum capella. niſi in caſibus de ꝓuiť. c. j. li. eo. quoꝝ nullus in
caſu noſtro cōcurrit: ergo ꝯſtat citātem non eſſe iudicē ⁊ eo
caſu non tenetur citatus ire etiā allegaturus priuilegium.
¶ Tertio nō releuat dicere nō cōſtat hoc iudici lʒ conſtet
exempto. nam ſufficit ad noticiā exempti ꝓuilegiū ꝑueniſſe
lʒ ordinarius illud ignoret. de ꝯceſ. preben. c. i. li. e. §. nec ob
ſtaret facit eo. lib. de preben. ſi poſtqꝫ. nec etiā releuat ꝙ iſte
cōi opi. habebať nō exemptus. lʒ enim cōis opi. hoc opereť
ꝙ ea durāte ſeruať ſnīa: manifeſta tamē veritate cedat opi.
viii. di. veritate. ⁊ ſic declarabiť nullus ꝓceſſus. ſicut not. de
ſnīa lata ꝑ falſos teſtes. de excep. cū venerabilis ⁊ in ſnīa ex
cōicationis lata poſt legitimā appellationē nō ꝓſecutaʒ de
ſen. ex. lʒ. li. eo. ⁊ ſic pōt intelligi de priuil. cum perſone.
¶ Quarto cōſtat ꝙ defectus iuriſditionis annullat ſnīaʒ
de iudi. at ſi clerici cū ꝯcor. ergo exceptio tu nō es iudex me
us reddit iudiciū nullū. ⁊ ſic pōt opponi poſt ſnīaʒ ſic exce-
ptio falſi ꝓcuratoris. ꝯ ꝓcura. in noſtra ⁊ vide qđ ibi not. in
glo. pe. ¶ Quinto his cōuenit quod nota. C. vbi de cri. agi
oportet. l. i. vbi no. Accur. ꝙ quādo iudex eſt talis ꝙ citat⁹
ſua volūtate nō poſſit facere iudiceʒ nō nocet taciturnitas.
facit ꝯ preben. dilecto. ⁊ quod ibi no. Jnno. vt dixi ſuper. iii.
glo. inducif ad hanc ꝑtem quod no. Guil. in Specu. ꝯ cita
tatione. §. j. verſi. ſed pone ꝙ iudex ⁊. §. penul. in ſi. cuius ver
ba ad litteram ponit archi. xv. q. iiii. c. ii. in ſi.
¶ Soluit ꝓ hac parte ꝙ exemptus ꝓuilegio fori renūcia-
re nō poſſit expreſſe vľ tacite ſine pape licentia ⁊ ſi renūciat
proceſſus vel ſententia nō tenet. cū etiam ſuperioris fauorē
reſpiciat tale priuilegiuʒ ne ſuus ſubditus iudicetur ab alio
facit ad Ro. xiiii. A. ii. q. i. nomē ⁊. c. multi de iureiur. nimis
alle. de arbi. cum tempore: nec obſtat quod ibi no. ꝙ valeat
quo ad renunciantem: qꝛ illud ⁊ omnia ſimilia ꝓcedunt qñ
renunciatio ledit ius renunciātis tantū ⁊ nō ſuperioris vel
alterius. bene facit. s̄. eo. li. de fo. cōpe. romana in princi. vbi
etiam cōſentientibus ꝑtibus archiep̄s omiſſo appellatiōis

articulo nó cognoſcit de principali ad id quod dicit renun-
ciari tacite ꝯtrahendo vel delinquendo vel preſcribi ꝑmit-
tendo illa nó fiunt ſine auctoritate pape ⁊ iuris cóis hoc ꝓ
uidentis. eodem modo reſpondet ad dec. vlti. de pe. ⁊ re. di
cit tamé Guido ꝙ exemptus corá ordinario debuit compa
rere ⁊ ſuū priuilegium allegare quod ſi nó fecerit excóicari
potuit vt cótumax cui nó placet dictum ſpe. de exemptóe lo
quentis in ver. §. in fi. allegatis ſʒ ſibi placet quod not. Inn.
⁊ poſuit Hoſtien. de ver. ſig. ex parte. i. in fi. magne gl. ⁊ hoc
illa ratione q2 in dubio cognoſcit an ſit ſua iuriſditio de ꝓui.
cum perſone li. eo. ergo cum quo ad illum articulū ſit iudex
competens in dubio ceſſant oía iura que dicunt proceſſuʒ a
non ſuo iudice factum nó valere per quod pʒ ſolutioneʒ ceſ
ſare vbi niſi notoria exemptio eſſet. Nó ob. decr. q2 cunctis
vbi priuilegium ꝙ excóicari nó poſſit: ſtatim habet ſuū effe
ctum cū ad priuilegiati noticiam peruenit. q2 illud facit in-
tentio concedentis volentis adimere cuiqʒ etiaʒ ordinario
ptátem illū excómunicandi. ſaluo ꝙ habes de priui. ne aliq
li. eo. in priuilegio exemptionis non ſic vt patet eod. titu. c. i.
Item etiá illo caſu remanet ordinaria poteſtas alias punié
di. vt ibi patet. §. in eos ⁊ vide quod ibi not. in glo. ii. Scire
te volo ꝙ Egi. cremoñ. poſt Io. de deo. q. xxxij. diſputauit i
ſua queſtione hunc articuluʒ ſupra tactum an ſi iudex laicus
citauit vere clericū qui tamen cói opinione laicus habebat
vt ſe defenderet ab accuſatione homicidij ⁊ q2 non venit eū
bániuit. an teneat bānum. Inducebatur ad partem ꝙ vale-
at q2 illum cómuniter haberi pro laico non procedit niſi cū
quadam cóformitate ſui circa mores ⁊ actus laicoruʒ céſea
tur ergo laicus cum ꝑpter ſimilitudineʒ quis cenſeat de il
lorum numero. quorum in rei veritate nó eſt. xxvij. q. j. quot
xxvij. di. c. vlt. de biga. nuper ⁊ dignum eſt vt qui ſimileʒ ⁊c.
de ſta. mona. recollentes. facit quod no. §. de ſen. excó. ſi iu-
dex li. eo. Item quilibet naſcit laicus: talis ergo preſumitur
niſi clericus probet. ii. q. i. legum. inducebat etiam alia que i
cluduntur ſupra parte. i. verſi. ſecūduʒ principale vſqʒ ad fi.
ipſius partis. ⁊ que inducebat ad partem cótrariam ſupra i
contrarijs allegationibus ſunt incluſa. vltra que inducebat
iura deteſtari ꝙ aliquo modo laicus in clericuʒ animaduer
tat. vel iudicium exerceat. xi. q. j. nullus iudicum. palea eſt. q̃
habet de fo. cóp e. c. ij. alle. eo. ti. ſi diligenti. ⁊ dicebat Io. de
deo predicta intelligi d̄ clerico qui per admonitioné epiſco
pi priuatus nó erat priuilegio clericali de ſen. excó. in audié
tia. ⁊. c. cótingit. Soluebat ipe Io. ꝙ cum deliquiſſet ince-
dendo ſine tonſura ⁊ neſciret clericus ⁊ fuiſſet cótumax po
tuit per iudicem laicum puniri de priuil. ex parte. iij. Ne fu-
remur Egidio labores ſuos eſt ſciendum ꝙ ipſe ad queſtio
nis ſolutioné plene tractare voluit materiá illá qñ qs ire te
neat allegaturus priuilegiū ſic diſtingués aut citans nó ini
titur alicui iuriſditioni nec eſt alias notoriuʒ citanté eē ordi
nariū citati: tunc citatus venire nó tenet ét allegaturus ꝓui
legiū lʒ in veritate iudex iuriſditionem habeat ex aliqua cā
latenti. arg. ff. ſi quis cau. ſi ſeruus ⁊. l. quotiens ⁊ ſic loqua-
tur glo. vlt. decre. bone. ij. de elec. alleg. quod no. Innocen.
de offi. dele. prudentiam vt ibi ſcripſi ſuper glo. ij. ⁊ de ap. ro
mana. §. ij. li. eo. vt ibi no. in glo. ⁊ ſi citauerint ⁊ quod ſuper
ea ſcripſi ſi autem in citando initítur iuriſditioni ſubdiſtin-
guit q2 aut delegate aut ordinarie. ſi delegate ⁊ vere delega
tus eſt vt aſſerit citatus comparere tenet. alias valebit ſen-
tentia cótra euʒ lata excómunicationis vel miſſionis vł alia
⁊ omnis proceſſus alias legitime factus. ſi vero nullaʒ dele
gationem habet ⁊ forte falſum tenoreʒ reſcripti tranſmittit
tunc lʒ caute agat citatus comparendo tamé licet non com
pareat nil valet proceſſus contra nó comparentem ex iuriſ-
ditionis defectu. alle. no. per Inno. de dilati. c. ij. vt ibi ſcrip
ſi in glo. hic habes: imo hoc caſu tenet iudex ad intereſſe ci-
tato vt no. in decre. prudentiá ad fi. ſecūde glo. ſi autem ini-
titur iuriſditioni ordinarie vt q2 dicit citatū in ſuo territorio
deliquiſſe vel cótraxiſſe vel eſt alias ſecūdum opinioneʒ có
munem in numero ſubditorū tamen per aliquam exemptio
nem poteſt iuriſditionem elidere tunc diſtinguit an citatus
reperiatur in iuriſditione citantis aut nó. ſecūdo caſu neceſ
ſario nó cogitur ire ſic. ſ. ꝙ ſi vadat poſſit excómunicari vel
mulctari. nam extra territoriuʒ ⁊c. de conſti. c. ij. li. eo. alleg.
no. de fo. compe. romana. §. cótrahentes ⁊ ꝑ Innocen. eod.
ti. licet ſi vero reperit in iuriſditione citantis tunc ſi ex parte
iudicis vel citati nullum ſubeſt impedimentū iuris quo mi-
nus inter eos poſſit eſſe iuriſditionis exercitium ſiue ſit vex
ſiue falſum ꝙ dicit contraxiſſe ſub eo vel deliquiſſe ⁊ ſic ex-
emptus vel nó debet ire allegaturus priuilegium ſuū. alr̃ ꝓ
cedi poterit contra eum cū iudicis ſit cognoſcere an ſua ſit
iuriſditio. ⁊ ſic loquat. l. ſi quis ex aliena. ff. de iudi. ⁊ quod
no. ff. ſi quis in ius voca. l. ij. ⁊ de reſcrip. ſuper litteris ad fi.
ſed ſi querat inq̃ſtum valeat proceſſus hoc caſu factus con
tra eum qui de iuriſdiditione nó erat d̄ delegato ſe expedit
ꝙ nil valeat ſi falſum erat quod pretendebat. ſi verum valʒ
quicquid alias legitime fecerit. ſi auteʒ ordinarius erat. licʒ
falſa ſit cauſa quá pretendebat valet qd̄ facit q̃ ad punitio-
nem contumacie. ſed de principali cognoſcere nó poterit. ét
ſi ſit talis cauſa in qua poſſit lite nó conteſtata ꝓcedi ⁊ tunc
locum habet ꝙ ſententia nó a ſuo iudice lata non tenet. C. ſi
a non com. iudi. l. fina. cū concordan. nec enim poteſt dici ci
tatum nó comparentem iuriſditioneʒ prorogaſſe q2 abſens
contradicere videt. ff. de arbi. ſicuti ⁊ de ritu nuptia. in eo. §.
deinde. ſi aūt ſubeſſet tale impedimétū ꝙ citans nullo mo-
do pót eē iudex vt q2 citans priuatus eſt vel citatus a layco
clericus eſt. tunc dixit queſtioné ſoluendo ꝙ ire nó tenet d̄
neceſſitate. nec valet tunc ꝓceſſus ſi fiat cótra ipſum. allegat
principaliter primá glo. l. j. C. vbi in rem agi oʒ. ⁊ dictuʒ ſpe.
quod dixi. §. in fi. ſecunde partis.

f **Emel deo.** lj. Dynus ponit exép
lum in ede ſacra. que
ſi deſtruatur vel corruat locus tamé remanet
ſacer. inſtitu. de rerum diui. §. locus ⁊. ff. de re
rum diui. in tantum. §. ſacre. ⁊ de contrahen.
emptio. l. edes ſacra. ob. contrarium. ff. de verbo. obligatio.
continuꝰ. §. penultimo. vbi dicit ꝙ poſſibile eſt rem ſacram
fieri prophanam. ſoluit ꝙ hic conſideratur iuris impoſſibili
tas. ibi vero ſummi pontificis poteſtas qui pót ſactum redu
cere in prophanum. ſed quod illius ſolius poteſtati permit
titur reputatur impoſſibile de iure. ff. de le. j. apud iulianum.
§. fina. ſecūdum Dynum. nec admireris hoc dictum. nam ſi
contrariū diceres. nil eſſet impoſſibile de iure poſitiuo cum
papa ſit ſup illud. ⁊ illud immutat ⁊ cótra illud diſpenſat d̄
ꝯceſ. preben. ꝑpoſuit cum concordan. imo illud ſic reuoca-
re pót ꝙ habeat pro infecto. de immu. eccle. c. vno i clemen.
¶ Prima glo. ponit exempla. ſecūdo dicit etiam in alia re
procedere regulá. Item in eadem forma. tertio ꝙ in non di
catis non procedit. obijcit contrariuʒ huic. ⁊ ibi remittit. q̃r
to no. ne dum dominium ſed etiam vſum prohibitum.
¶ In. j. glo. ibi ad. §. j. ſepulchrum alterius conuerſationis
vſum nó accipit. ⁊ ibi auten. preterea. vaſa ſacra priuatis nó
venduntur niſi conflata. ⁊ ibi ſi rem mobilem illarū reruʒ q̃
animo vel ratione carent cófeſtim amittitur poſſeſſio homi
nis autem retinet. ſi reuertendi animū haberet ⁊ ibi pomp.
in principio lapidum eorum in tiberim merſoruʒ naufragio
dominiuʒ retineo poſſeſſionem nó: licet in fugitiuo ſecus ne
ipe poſſeſſione me priuet. ¶ In prima gloſ. ibi hoc ius ⁊ in
predicta auten. preterea ⁊ in fi. Dyñ. quinto. ¶ In gloſ. ii.
clericum qui ⁊ homines ſunt. ⁊ ibi pro humili benigno man
ſueto ⁊ miſericordi. ⁊ inhumanitas econuerſo pro feritate
crudelitate ⁊ impietate. §. de preſcrip. cum ex officij in princi
pio de cenſi. licet. in clemen. de reli. do. quia contingit poſt
principium.

b **Ec regula** que etiam ſumi potuit de
leuitico. c. vlti. ad fi. facit
ad queſtionem quá diſputaui ſimul cū queſtio-
ne quá poſui ſup regula actus legitimi an papa
poſſit diſpenſare cū monacho ex cā vt matrimoniū ꝯtrahat.
¶ Ad negatiuam

¶ Ad negatiuam inducá quinq; ſed quarto ⁊ quinto ſta
tim reſpondebit. inducam. vj. duos tex. ⁊. iiij. glo. in ꝯ̃rium.
vij. rationes ⁊. v. glo. tertio ſoluam ſ; plene interſerá dictum
Thome diſtinguentis inter clericũ in ſacris ⁊ monachum.
¶ Quod ergo nó poſſit facit hec regula cũ ꝯcoꝛ. imo non
videt̃ q̃ſtio cũ ſit tex. exp̃ſſus de ſta. mo. cũ ad mõaſteriũ i fi.
¶ Secũdo nó legimus beatũ Petruz talia feciſſe. ſucceſ
ſoꝛ ergo talia nó attemptet alias ceſſaret Petri priuilegiũ
xxiiij. q. j. manet. ¶ Tertio monachoꝛũ continentia pende
re videtur ab vniuerſali ſtatu eccleſie ergo contra illud pa
pa diſpenſare non poterit. xxiiij. q. j. memoꝛ ſum.
¶ Quarto in votis pꝛopꝛie nó fit diſpenſatio ſed commu
tatio de voto. c. j. ⁊. c. magne. ſed in cõtinentia nó eſt inueni
re eque bonuz in quod cõmutari poſſit. Eccleſiaſti. xxvj. di.
omnis ponderatio nó eſt digna anime ꝯtinentis facit. xxxii.
q. j. nuptie ergo diſpenſari vel cõmutari non poteſt maxime
q; votum videt̃ eſſe de iure naturali imutabili. v. di. in pꝛinc.
in his autem ſunt de lege nature ⁊ in pꝛeceptis diuinis non
poteſt per hominé diſpenſari ⁊ pꝛecipue in pꝛeceptis pꝛime
tabule que oꝛdinantur directe ad dilectioné dei que eſt vlti
mus finis pꝛeceptoꝝ ⁊ ſecundum hoc implere votũ eſt de. l.
nature ⁊ ꝓceptuz legis diuine ⁊ pertinet ad pꝛecepta legis
diuine ⁊ pꝛime tabule cũ ſit actus latrie ex quo concluditur
etiam in alijs votis pꝛeter cõtinentiam diſpenſari non poſſe
foꝛtius nec in illo. Sed ad h̃ reſpondet̃ ꝙ quando eccleſia
diſpenſat in voto nó diſpẽſat in pꝛecepto iuris naturalis vel
diuini ſed determinat id quod cadebat ſub obligatione de
liberatõis humane que non potuit omnia circũſpicere ſicut
etiam diſpenſare cõtra legem humaná nó eſt tollere legez.
ſ; oꝛdinare ex cauſa legé ne liget eo cáu quo diſpenſat̃. ⁊ ſic
noneſt cõtra. ¶ Quinto executio voti fundat̃ ſuper fideli
tate quá homo debet deo in qua nullus diſpenſare põt. er
go nec in voto pꝛecipue tali. ad hoc reſpondet̃ ꝙ ad fideli
tatem deo debitá ꝑtinet ꝙ quis faciat malũ aliquod vl̃ ma
ioꝛis boni impeditiuuz ad quod tendit voti diſpenſatio.
¶ Sexto ad hanc ꝑtem facit. xxxij. di. ꝯ̃ illo. xxv. q. j. ſunt q
dam. ⁊ quod ibi no. ⁊ no. ſ̃. de cle. ꝯiug. cũ olim de biga. c. ij.
in gl. magna ad fi. ⁊ in pꝛe. dec. cũ ad monaſterium in vlt. gl.
¶ In ꝯ̃rium ꝙ diſpenſare poſſit pꝛobat̃ ex generali pote
ſtate Petro data de ligando ⁊ ſoluendo Mathei. xvj. xx
iiij. q. j. quodcũq; de maio. ⁊ obe. ſolite ad fi. nam de mona
cho facit clericũ ſecularem. lxxiiij. di. quoꝛũdaz. Item diſpé
ſat cũ bigamo. xxxiiij. di. lectoꝛ ⁊ facit conſtitutioné contra
ius naturale quo minoꝛ. xiiij. an. doli capax obligat̃ religiõi
ſtatuẽs ne obliget̃ ꝯ̃ regl̃a. ad noſtrá. ⁊ hoc. e. ti. poſtulaſti.
¶ Secũdo in votis auctoꝛitas ſupioꝛis intelligit̃ excepta
de iureiu. venientes. ¶ Tertio coitus cuz vxoꝛe dicit̃ caſti
tas. xxxj. di. nicena. per illum ergo non videt̃ votum frangi.
¶ Quarto ſimplex votum tollit̃ per matrimoniũ qui cle.
vel voué. meminimus. ſolénitas aũt voti ſunt de iure poſiti
uo ⁊ ex conſtitutione eccleſie de voto. c. vno. li. eo. ergo con
tra ſolemne votum poterit diſpenſare. ¶ Quinto papa ab
ſoluit a iuramento ꝑ quod iurans deo ⁊ homini obligatur
de iureiur. q̃to vbi de hoc ⁊. xv. q. vj. auctoꝛitatem. ergo foꝛ
tius a voto ꝙ obligat ſoli deo facit. ſ̃. de cele. miſ. ꝯ̃ homine.
¶ Sexto in ꝓfeſſione religionis vltra votũ continetur vo
tum paupertatis ⁊ obediẽtie ſ; in his duobus diſpenſat̃ vt
pꝫ in religioſo q fit epſ. xviij. q. j. c. vno. ergo ⁊ in tertio de q̃
loquimur. ¶ Septimo i voto abſtinẽtie ſi vergat in coꝛpo
rale piculũ vouẽtis diſpenſat̃ facit de obſer. ieiu. c. ij. §. pen.
⁊ vlt. pari ratione ⁊ in voto continentie ſi in eius periculum
vergat diſpenſabitur. ¶ Octauo ad hanc partem faciunt
que no. Jo. xxv. q. j. que ad perpetuá. xxvij. q. j. nuptiaruz ⁊
Bart. hix. xxxij. di. de illo. Inno. ⁊ Hoſtien. de voto. c. j. ꝯ̃
ſta. mo. cum ad monaſterium. ¶ Solutio aũt patet ex his
que ibi poſt eos ſcripſi ampliatis aũt verbis dicamus cum
Thoma ⁊ theologis in voto continentie tria cõſiderari vo
ti materiá. ſ. continẽtia. ſecũdo ipſius perpetuitaté ad quam
ſe aſtringit. tertio ipſius ſolénitatez. Aliquibus aũt videtur
ſoléne votum cõtinentie indiſpenſabile ꝓpter ipſam cõtinen
tiam que nó recipit cõdignam cõmutationem vt pꝛimo dixi
per auctoꝛitatem eccleſiaſti. ⁊ pꝛo ratiõe dicũt ꝙ per conti
nentiam homo. triũphat de domeſtico inimico vel q; per cõ
tinentiam homo perfecte cõfoꝛmat̃ xp̃o ſecũdum puritatez
coꝛpoꝛis ⁊ anime. Sed nó videt̃ hoc dictuz efficax q; bona
anime vt cõtemplatio ⁊ oꝛatio ſunt melioꝛa bonis coꝛpoꝛis
⁊ magis nos deo cõfoꝛmant ⁊ tamé in voto cõtemplatiõis
⁊ oꝛationis diſpenſari poſſet. vñ abſolute reſpicere ad ipſaz
cõtinentiam nó videtur ratio ſufficiens ꝓhibende diſpenſa
tionis pꝛeſertim cum ap̃ſ. i. ad Coꝛinth. vij. ad cõtinentiaz
ꝓpter contemplationé inducat dicens ꝙ mulier inupta co
giat que dei ſunt. ⁊ ad idem de cle. ꝯiu. diuerſis. finis autem
potioꝛ eſt his que ſunt ad finem. ¶ Alij ponderant ſecũdũ
ſcilicet perpetuitatem dicentes rationem eſſe q; votum ꝯti
nentie nó poteſt pꝛetermitti niſi per directe cõtrariuz quod
in aliquo voto nó licet. hoc autem eſt patenter falſum q; ſi
cut vti carnali copula eſt continentie cõtrarium. Item abſti
nentia a carnibus vel vino eſt directe cõtrarium comedere
carnes vel vinum bibere ⁊ tamé in his votis diſpenſatur.
¶ Tertij ponderant tertiũ. ſ. ſolénitatem voti ſumentes rõ
nem ex hac regula dicentes aliqué pꝛelatũ eccleſie nó poſſe
id quod deo ſanctificatũ eſt ad humanos vſus cõuertere ni
ſi id quod ſanctificatũ eſt ſanctificationé amittat. ⁊ hoc etiá
in rebus inaíatis vnde nó poteſt facere quin calix cõſecrat[9]
maneat ſtans integer multo minus hoc poterit de hoíe con
ſecrato. ſolénitas autem voti cõſiſtit in quadam cõſecratio
ne vel benedictiõe vouentis ⁊ ideo nullus pꝛelatus eccleſie
hoc poteſt ꝙ votuz ſoléne emittens deſiſtat ab eo quod eſt
cõſecratum puta ꝙ ſacerdos nó ſit ſacerdos licet poſſit pꝛe
latus ob aliquá cauſam executionem oꝛdinis pꝛohibere. ſi
mili rõne non poſſet papa facere quin pꝛofeſſus ſit religio
ſus ⁊ de⁊ide Thomas opi. Vinc. ⁊ Jo. ꝯtrariam. Eſt ergo
ſecũdum Thomá conſiderandum an ꝯtinentia ſit eẽtialr̃
annexa ei ad quod votum ſolénizetur vel nó. pꝛimo caſu nó
poſſet manere ſolénitas ſine debito continentie. ſecundo ꝓt
per quod dicit ꝙ cum votum cõtinentie non ſit eſſentialiter
annexum oꝛdini ſacro ſed ex ſtatuto eccleſie ſic per eccleſiaz
diſpenſari poterit vt contrahat conſtitutus in ſacris. ⁊ vide
quod ſcripſi de conuer. ꝯiug. placet in fi. ſed debitum conti
nentie eſt annexum eſſentialiter pꝛofeſſioni religiõis ꝑ quá
quis renunciat ſeculo ſe totaliter dei ſeruitio mancipando
quod non poteſt ſtare cum matrimonio in quo incumbit ne
ceſſitas alende ⁊ regende coniugis pꝛolis ⁊ familie ⁊ reruz
que ad hoc requiruntur. vnde. i. ad Coꝛinth. vij. qui cuz vxo
re eſt ſollicitus eſt que ſunt mundi quomodo placeat vxoꝛi
⁊ diuiſus eſt. vnde nomen monachi ab vnitate ſumitur per
oppoſitum ad diuiſionem pꝛedictaz quare in voto ſoléniza
to per pꝛofeſſionez non diſpenſat eccleſia qꝺ voluit ſecũdũ
Tho. decre. cum ad monaſterium in fi. dicens ꝙ caſtitas an
nexa eſt regule monachali ⁊c. hoc pꝛoſequitur ſecunda ſecũ
de. q. lxxxviij. articulo. xj. vbi etiá ipſe reſpondet ad illa duo
que vltimo allegaui ad partem affirmatiuam dicens falſum
eſſe ꝙ religioſus factus epiſcopus abſoluatur a voto pau
pertatis ⁊ obedientie. vnde nihil habet pꝛopꝛium licꝫ epiſco
patus bona diſpenſet ⁊ quod acquirit non ſibi ſed epiſcopa
tui acquirit vt in contrario. ⁊. ſ̃. de priuile. cum olim. ij. Itez
licet per accidens obedire non teneatur ſi ſuperioꝛem non
habet ſicut nec abbas non tamé per hoc ab odedientia ab
ſoluitur de hoc vide quod not. xvj. q. j. c. iij. Ad id quod di
xi de voto abſtinentie reſpondet ꝙ cibus directe oꝛdinatur
ad conſeruationem coꝛpoꝛis vnde ſi abſtinenia directe ver
gat in coꝛpoꝛis periculum votum abſtinentie diſpenſationé
recipiet ſed coitus non oꝛdinatur directe ad conſeruationé
perſone. ſed ſpei. vnde nec directe abſtinentia coitus per cõ
tinentiam vergit in periculuz perſone. ſed ſi per accidens ex
ea aliqd perſonale accideret ſubueniri debet per abſtinẽtiá

ciborum vel alia corporalia remedia ſine peccato. facit de peni. ⁊ re. cum infirmitas in fi. ſed vt ſcripſi poſt Innocen. ⁊ Hoſtien. de voto. c. j. ⁊ in decre. pre. cum ad monaſteriū ſup vlti. glo. vbi votum continentie ſolēne eſt impeditiuum maioris boni poterit papa diſpenſare. nam bonum cōe melius eſt q̄ȝ bonum vnius. poſſet autem per vnius continentiā bonum multitudinis impediri vt ſi per matrimonium alicuius ſolemniter vouentis etiam monachi poſſȝ pax patrie procurari vel patria infidelis ad fideȝ conuerti vel id ſimile abſit ꝙ his caſibus monachelli continentiam preferamus tanto bono vt plene ſcripſi. ⁊ ideo plus nō inſto in pre. decre. cum ad monaſterium ſuper vlti. glo. ⁊ reſponſiones ad cōtraria ibi vide ⁊ in. j. decre. de voto ſuper vl. gl. bene ꝓbat hec dec. vnica. de voto. li. eo. in dec. aūt cū ad monaſteriū que mouit Thomam ad predictam diſtinctōem certuȝ eſt nulla verba papa poſſet tollere vel detrahere poteſtati ſucceſſoris quia par in parem ⁊c. de elec. innotuit cum concor.

ſ

**Emel malus** viij. facit hec regula ad queſtionem de notario qui fecit vnum inſtrumentuȝ falſum an valeant poſtea confecta per ipſum quaȝ ponit Guil. in Specu. de inſtru. edi. §. reſtat. ver. quid ſi tabellio. ¶ Prima gl. ponit exempla. ſecundo quomodo hec preſumptio dici poteſt hominis facti vel iuris. ſed non de iure circa preſumptiones duas remiſſiones interſerens ⁊ conuertens regulā ſubdit vnde procedat hec preſumptio. tertio dat ſimile ꝺ paupere ⁊ remittit. quarto dicit quandoqȝ hanc preſumptionem ad filios tranſire.
¶ In prima glo. ibi. l. iiij. calūnia notatis accuſandi ius ademptum eſt. ⁊ ibi eos vide de or. cog. c. ij. in gloſ. penulti. ⁊ ibi quod ita ſequitur ſanatuȝ eſt vt in priſtinuȝ ſtatum reſtitueretur perinde haberi ac ſi moroſum non fuiſſet. ⁊ ibi. §. rogo. meritus dicit̄ qui non offendit ⁊ ibi a barbaris. rediens ab hoſtibus reſtituitur ſi probat ſe captum euaſiſſe non trāſfugiſſe ⁊ ſi bonus miles prius eſtimatus fuit aſſertioni eius crederetur ⁊ ibi ſi aliquid li. x. nullus ſuſceptor vel archarius interuertiſſe conuictus illud gerit officium in quo ante ꝺ coxit. ⁊ ibi ex pſona college aui mei nō conuenior ſi ꝓbo illum tempore depoſiti officij ſui fuiſſe ſoluendo ⁊ ibi ſi magiſtratꝰ. pupillus nō habet docere tutores nō fuiſſe ſoluēdo ſed magiſtratus habȝ docere illos tunc idoneos. ⁊ ibi ſi creditores in fine. creditores habent ꝓbare heredem inopem a quo ſatiſdationem petunt. ⁊ ibi qui mancipia vide. ſ. eod. li. de tempo. or. c. j. in glo. de qua. ¶ In prima glo. ibi. l. iiij. ⁊. l. ſi cui. §. hiſdem ⁊ ibi preſumitur bonus. ⁊ lȝ hec preſumptio ſit iuris ⁊ nature accidens tamē huic contrarium remouet effectum preſumptionis ⁊ q̄uis fortior videatur pſumptio nature q̄ȝ actuuȝ que ſunt nature cōtrarij tamē poſteriora hic prioribus derogant nec eſt illa iure naturali imutabili ſecūdum Dy. qui etiam hic ſoluit qualiter preſumitur qs eſſe in actu poſſeſſionis malitie in quo ſemel fuit cum nō preſumamus quē eſſe in poſſeſſione rei licet olim poſſederit. C. de proba. ſiue poſſidetis. ⁊ dicit finaliter hoc eſſe quia poſſeſſio auferri poteſt facto alterꝰ ſine voluntate poſſidentis nō ſic in animi vitio. hac ſo. nō eges ſi tenes quod dixi de reſtitutione ſpo. cum ad ſedem ſuper. iij. glo. ⁊ ibi corrupta inducit Jo. mo. illud Sapientie. xvij. perturbata cōſcientia ſemper preſumit ſeua. ⁊ ibi prona vnde ponit Jo. mo. illud ſenece quod ſcripſi. de ſen. ex. cū volūtate in fi. ⁊ ibi ſi creditores ⁊. ff. qui ſatiſ. co. ſi vero. §. j. ⁊ ibi. c. vno ⁊ vide. ſ. e. li. de elec. ſi forte in glo. qui etiam.

b

**Uic regule congruit** queſtio prima quaȝ poſt doctoratum diſputaui an per inſtrumentū directe probetur crimen. directe dico. puta q: adhibitis teſtibus rogatur tabellio conficere inſtrumentum de vulnere homicidio adulterio incendio vel his ſimilibus que ꝯmiſiſti ⁊ tabellio ſic facit. quod poſtea contra te producitur ⁊ placuit tunc queſtio ⁊ ſolutō Jacobo de arena. per hoſ. tranſeūti quare ſcripſit in ea cuiꝰ verba ponit Cy. ad litteram. C. de proba. ſciant cuncti.
¶ Ad affirmatiuam inducam. vj. rationes ⁊. vj. glo. in ꝯtrarium totideȝ rationes. ⁊. iiij. glo. tertio ſoluā diſtinguēdo ⁊ ad ꝯtraria prius ſingulariter demū cōmuniter reſpondebo
¶ Quod probetur videtur primo quia in exercendis litibus pareȝ vim obtinent teſtes ⁊ inſtrumenta de fide inſtru. cum Jo. C. eo. ti. in exercendis. ⁊ vndecunqȝ crimina claruerint punienda ſunt. xxiiij. q. iij. ecce. ¶ Secundo non eſt in criminalibus reſtringenda probationis forma cum publice vtile ſit ne crimina remaneant impunita. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta in fi. ⁊. ff. ad. l. aquil. ita vulneratus. ¶ Tertio multi canones dicunt crimē per documēta probari. ij. q. vij. pleriqȝ. ibi publicis documentis. ⁊. c. ſi quis epiſcopus ⁊. q. viij. ſciāt que eſt lex. C. de proba. ibi apertiſſimis documentis. xxiij. q. iiij. forte in populo in fi. ibi ſi veris documētis teſtibuſqȝ cōuincitur. ſed ibi patet ꝙ documentorū appellatione inſtrumenta continentur cū ponantur vt diuerſa a teſtibus ꝓbat̄ etiam id de ꝓba. quoniam ꝯtra. ⁊. C. de eden. ſi quis in aliq̄.
¶ Quarto ad hanc partem facit. de reſti. ſpo. cū ad ſedeȝ. ver. nos prioris. de dolo ⁊ ꝯtu. veritatis. C. quorum ap. non re. l. obſeruare. ibi teſtibus ꝓductis inſtrumentis ꝓlatis ⁊c.
¶ Quinto videtur caſus q: periurium ⁊ falſum probatur per inſtrumentum. eo. li. de iureiur. c. vlt. vbi de hoc de his q̄ fi. a prela. quanto. ⁊ cōſpiratio que magnum crimen eſt probari videtur per ſcripturā de verbo. ſi. c. ij. eod. li. vbi de hoc ⁊ ſciſma eo. li. de ſciſma. c. vno. Item dilapidatio reruȝ eccleſie de rebus eccle. non alie. ſi quis preſbyterorum ⁊ facit. ff. de iure fiſci. l. ij. §. Item diui. C. de eden. is apud quē.
¶ Sexto inducitur etiam lex ſecūda. ff. de ferijs in fi. vbi ꝑ aſpectum eſtimatur iniuria ſic ergo aſpectu notarij ⁊ teſtiū poterit inſtrumentum confici ⁊ probari per illud.
¶ Ad hanc partem facit quod no. Hugo. vj. q. ij. c. j. Bertrā. ij. q. vij. pleriqȝ Jo. fa. ij. q. j. iudex Hoſtien. de reſti. ſpo. cum ad ſedem Guil. Spec. in apa. de vſur. q̄ȝ in prin. ⁊ in Spe. de inſtru. edi. §. reſtat. verſi. ſed ſi alij. ante fi. Accur. ff. ad turpil. in ſenatu in. j. gloſ. ⁊. C. ad. l. aquil. contra negantem in. j. glo. ¶ Ad cōtrarium conſtat ꝙ cautius agenduȝ eſt vbi maius periculum vertitur. xlij. diſ. quieſcamus. vij. q. ij. c. fi. ſ. eo. li. de elec. vbi periculum in prin. ⁊. ff. ad carbo. l. j. §. ij. alias. iij. ꝓpter periculum autem cauſarum criminaliuȝ in quibus quandoqȝ de ſalute hominis agi vt. C. de ap. addictos non recipitur procurator in illis de accu. veniens eadem ratione non recipietur probatio inſtrumentalis.
¶ Secūdo patet etiaȝ diſſimilitudo quia in criminalibus mulier nō recipietur in teſtem de ver. ſig. fortius nec minor. xx. ann. iiij. q. iij. in teſtimonium que eſt lex. ff. de teſti. ſed in inſtrumento forſan ſcriptus eſt minor. xx. an. cuiꝰ viue voci nō credet̄ multo minus mortue repellatur ergo inſtrumentum cuius auctor de teſti. licet ex quadam. ⁊ alia eſt fides teſtiuȝ ⁊ alia inſtrumentorum ⁊ nō teſtimonijs ſed teſtibus eſt credendum. iiij. q. iij. §. Iteȝ. ver. alia. ff. de te. l. iij. §. iij. ⁊ ſepe talia ex male fide ſcribunt̄. ff. ꝺ cuſto. ⁊ exhi. re. l. diuus. Tertō ꝯſtat ꝙ accuſatio eſt odioſa. ij. q. vij. ſi quis epiſcopus. C. de iudi. properandum. ergo in ea ꝓbatio non dilatetur ſed potius reſtringat̄ ad hoc. ſ. de teſti. co. dilectoruȝ vbi in ciuili ⁊ nō in criminali cogunt̄ teſtes facit. e. ti. odia. C. ꝺ nup. l. neqȝ
¶ Quarto multuȝ facit ꝙ in criminali cauſa teſtes exhibētur coram iudice in auten. de teſti. §. multe. ver. in criminalibus. C. de fide inſtru. iudicis ⁊ auten. apud eloquentiſſimū. facit. v. q. v. illi qui. ergo nō ſtabitur inſtrumento vbi teſtes non exhibentur. ¶ Quinto ſi abſens accuſari non poteſt. ff. de pe. abſentem. iij. q. ix. c. j. ij. ⁊. iij. multo minus conuinci vt ibi ⁊. ij. q. viij. per ſcripta. ⁊. c. j. ⁊. ii. ff. de requi. reis. l. ij.
¶ Sexto facit. ij. q. j. iudex ⁊. c. primates vbi dicit̄ ꝙ iudex non debet

non debet punire niſi conuictum per teſtes vel per proprias cõfeſſionem.xv.q.vi.c.vlt.in fi.⁊.l.ſciant inducta pro prima parte facit ꝓ iſta cum ibi dicatur probationes in criminalibus debere eſſe apertiſſimas ⁊ luce clariores.

¶ Pro hac parte facit quod not.Ber.de ma.⁊ obe.cum in eccleſijs ⁊ quod ibi not.Jo.⁊ Vinc.quorũ fuit illa glo.⁊ quod ſuper verbo certiores ibi ſcripſi poſt Innocẽ.⁊ quod no.Jo.xxiiij.q.ij.ſane.ij.in glo.ſ; quid ſi.⁊ quod no. Guil. in Specu.de accu.§.j.verſic.quid ſi accuſatus.⁊ vide quod ibi ſcripſi cũ ſua remiſſione. ¶ Soluẽdo dixi per inſtrumẽtum directe nõ probari crimẽ per vltimo allegata.nam ⁊ video etiam in cõtractibus notarium non poſſe me non mandante cõtra me conficere inſtrumentum in autẽ.de tabel.ad fi.j.col.colla.iiij. hec ỹa niſi ꝑ me vel me volente ⁊ mandante cõficiatur inſtrumentũ per quod ipſo facto crimen meũ ꝓbetur.xxiiii.q.ii.ſane.lxxxviii.di.nequaq̃.ff.ad.l.cor.ď fal. ſi quis legatum.⁊.l. qui duobus.C.de his qui ſibi aſcribũt per totum.⁊ per hoc ſit reſponſum ad dec.vlt.ſ.eo.li.de iureiu.⁊.ver.ſ. ſequẽtes. lex is apud quẽ loquitur ď actis cauſe non de inſtrumentis ſicut etiã pre.decre.vlt.ſ.eo.li.de iureiur.lex ſecũda de iniurijs loquitur de iudice q ſuo nõ alieno aſpectu habet eſtimare atrocem iniuriã.redeũdo ad pricipiũ allegationũ nõ obſtat quod dicitur in exercendis litibus litis nõ criminalem ſed ciuilem cauſam deſignat.ff.de ver.ſi.l.litis.vnde quod de vno cõceditur de alio negari videtur.xxv.di.qualis.Item fateor crimẽ puniendum cũ clarerit.ſed nego directe clarere per inſtrumentũ.c. forte ⁊ lex obſeruare.cõiungunt teſtes ⁊ inſtrumenta vt.ſ.patuit.⁊ ſic non ſunt contra. ¶ Poſſet etiã alr̃ ad illa ⁊ alia rñderi ꝙ inſtrumenta bene ꝓbant indirecte crimẽ vel coadiuuant criminis probationem pone ꝙ accuſo te ꝙ incendiſti domũ meam per teſtes probo incendiũ per inſtrumentum probo dominiũ.accuſo te de pace fracta induco inſtrumentum pacis. accuſo te de periurio induco inſtrumẽtũ ꝙ iuraſti.accuſo ticium de adulterio probo ꝙ mulier fuiſſet vxorata ⁊ eo ſciente per inſtrumentũ contractus matrimonij in quo ipſe fuit inſcriptus.⁊ ſic etiam loquat̃ glo.in.l. contra negantẽ fateor ergo bene probari indirecte crimẽ per inſtrumentũ veniant no.per Innocen.⁊ Hoſtien. de accu.ſup his ⁊ ſm̃ hoc vltimo dicta procedunt in autẽ. vt li.ma.⁊ auie ad fi.§. his quoq;.col.viij.ex qua ſumpta fuit auten. ſi quis ei.C.de adul.cuius verba poſui de cohabita.cle.⁊ mulie.c.ij. denunciationes enim factas conuerſanti cũ vxore mea bene ꝓbabo per inſtrumentum.

**Sine culpa** xxiij. Prĩa glo.ponit exẽpla regule ⁊ exceptionis reddit rationẽ regule ⁊ remittit. ¶ In glo.prima ibi ſi putator putans arborem in loco quo nõ erat iter non tenetur: q: diuinare nõ tenebatur aliquẽ trãſiturum.⁊ ibi ſcimus.vide in regula non debet aliquis.ſ.proximo in ordine tex. ¶ In prima gloſ.ibi tua quod dic vt ibi ſcripſi.⁊ ibi de noxali in princi. Dyn.ponit exemplum cum fauore publice vtilitatis res auferr̃ poſſeſſori ⁊ datur militi qui virtuoſe ſe habuit.ff.de euic.lutius de rei ven.Itẽ ſi verberatum.§.preterea. Item cum torquetur ſeruus vel etiã liber teſtis propter alterius delictũ puniendum.ff.qui ⁊ a quibus.l.ꝓſpexit.ff.ď queſtionibus ex libero.ſed ibi ſubeſt cauſa q: facto interfuit.item culpa q: vacillat alias ſi quod predictorum deeſſet non deberet torqueri vt ibi. Item ponit exemplũ per.l.C.de preci.imperato.offe.l.j.⁊ pro qui.ca.ſerui pre.liber.acci.l.j. vbi propter laudabile fidei exemplum ſeruus admittitur ad vindicandam necem domini. ⁊ ꝓ premio libertatẽ conſequitur ⁊ ſic preſens dominus perdit dominium ſine culpa.ad idẽ ff.de adulte.ſi poſtulauerit.⁊ qd̃ not.de calum.l.penul.⁊ ibi nec pena. Ad hoc inducit Joã.mo.illud Deutero.xxv.in prin.ibi pro menſura peccati erit ⁊ plagarũ modus. Itẽ vt dicit pena dicit̃ a pendendo.i.ſoluendo debitum per culpam.

**Ex regula** facit ad ſecũdũ principale membrum queſtionis quã diſputaui vt legitimatio ſuperueniens natiuitatem legitimi ſibi nõ preiudicet qui non eſt i culpa.q: vero queſtio pulchra ⁊ vtilis eſt illam integrã hic inſeram quã ſic proponebã. acholitus beneficiatus habẽs B.filium ex.A.cõcubina.C. duxit vxorem ex qua ſuſcepit. D.filium promotũ ad ſacros demũ vxore mortua in extremis agens cũ dicta cõcubina matrimoniũ contraxit primo queritur an ille.B.ſit legitimus ſecũdo dato ꝙ ſit an ſibi ďbeatur hereditas quã inter legitimos loci ꝯſuetudo defert primogenito. prima queſtio habẽ tria dubia primũ an ꝙ dicitur naturalem legitimari per ſequens parentum ꝯiugium locum habeat in genito ex clerico in minoribus beneficiato ſecũdum an id locum habeat cum alter parentum interi aliud matrimonium coutraxit.tertiũ an talis legitimatio fiat per matrimonium in extremis contractum. ¶ Et ſicut verbotenus ſic ⁊ nunc in ſcriptis primo expediam vltimũ ſecũdo ſecũdum tertio primũ. ¶ Ad negatiuam inducam tres rationes ⁊ vnam equitatem. ſecundo ſoluam ⁊ ſolutionem quinq; rationibus adiuuabo ⁊ contrarijs reſpondebo. Et ꝙ matrimonium in extremis contractũ non legitimet ꝓlẽ videtur caſus in.l. nuper.C.de natura.lib. que dicit tunc matrimonium legitimare ꝓlem cum contrahitur ſpe tollende ſobolis que ſpes hic ďficit ergo ⁊c̃. Secũdo ſic matrimonium ꝯſideratur ex duplici inſtitutione.prima fuit ab ipſo deo in ſtatu innocentie ⁊ in paradiſo de voto.c.vno.e.li. per verba ꝓthoplaſti hoc nunc os ⁊c̃. Geñ.ij.in fi. ⁊ hec inſtitutio fuit ad ꝓlem. vnde ibi ſequitur ⁊ erunt duo in carne vna id eſt ad vnã carnem procreandam.⁊ ibi creſcite ⁊ multiplicamini ⁊c̃. ſecunda fuit ab apoſtolo ⁊ in ſtatu nocentie ⁊ hoc principaliter ad vitandam fornicationem.i.ad Corinth.vij. vtraq; habetur.xxxii.q.ij.§.his ita.ſed in eo qui in extremis agit fateri oportet vtranq; deficere ⁊ ſpẽ prolis ⁊ euitationem fornicationis ergo deficiente cauſa deficiet matrimonium ⁊ per conſequens legitimatio quã inducit matrimoniũ vt.ſ.qui ſi.ſint le.tanta.⁊ hoc ſic fortificatur vbi plura ſunt ſubſtantialia alicuius actus ſacramentalis vel nõ vno deficiente totum deficit patet in baptiſmo cuius ſubſtantialia ſũt verbũ ⁊ elementũ altero deficiente deficit ſacramẽtũ.j. q.j. detrahe.ſ.de bap.non vt apponeres. patet in electiõe quo ad ſubſtantalia forme ſcrutinij de elec.quia propter ⁊.c.eccleſia.⁊.c. cumana patet in diffinitiua quo ad ſubſtantialia vt feratur in ſcripto a iudice ſedẽte ⁊ per ſe recitante quorũ alterum ſi deſijt vitiat ſententiam de re iudi.c. ſi.li.e. cum cõtor. Item in tranſactione alimentorũ de tribus queri debẽ de cauſa de modo de perſonis quorum alterum omiſſum vitiat quod agitur.ff.de tranſac.cum hi.§.vlti.igitur oratio ⁊. §.ſi pretor cum concor.ita in propoſito cũ tria ſunt que aug. vocat matrimonij bona.xxvij.q.ij.omne ⁊ decre.vlt. de condi.appo.dicit illa ſubſtantialia deficiente vno illorum etiã in ſpe deficiet matrimonium ergo ⁊ legitimatio.nam etiam in matrimonio deficiente ſubſtantia ⁊ forma vel deficiẽte altero duorum conſenſuum in quibus conſiſtit ſubſtantia conſtat ꝙ deficit matrimonium.ſ.de ſpon.tue.⁊.c.tua.

¶ Tertio ad hanc partem induco.lvij.di.c.vno.vbi baptiſmus in morte receptus irregularitatẽ inducit quo ad ordinis ꝓmotionẽ de pe.di.vij.ſi quis poſitus vbi aug.nõ vult aſſerere ꝙ ſacramntũ penitentie in morte ſuſcepte ſit illius efficatie cuius eſt cum in ſanitate ſuſcipitur ad hoc de rap.ſuper eo.vbi confeſſo in morte denegatur officium ſepulture. ex qbus ꝯcluditur hec diuerſa aliqd fieri in vita vel in morte dicatur ergo licere in vita ꝙ non in morte.exẽpla vide.ſ.de ſepul.de his in prima glo.⁊ ſuper ipſa ⁊ de offi.ordi. preſenti.§.porro in magna glo.eodem libro.

¶ Quarto equitas iuuat hanc parte⁊ qua docemur per ex
perientiam aliquos in morte conſtitutos cum tali contrahe
re cum qua in ſanitate nullo modo contraherent. Item cum
tali contrahere in mortis articulo conſtituta cum qua tunc
ſana contracturi nó eſſent, videtur ergo ibi eſſe irriſio ſacra
menti. de pe. di. iij. irroſor. ¶ In ꝯrium ꝙ pro ſolutione do.
eſt ſciendum ꝙ ſuper decre. tanta. eo. ti. in princ. ſic dicere ſo
leo ⁊ ſic ſcripſi ſuper ver. cõtractum matrimoniu⁊. per hanc
litterã que ſic ſimpliciter loquitur videt̃ ſatis eſſe ꝙ matri-
monium ſit contractũ licet in concractu deſit ſpes ꝓlis. per
quod videt̃ ꝙ ſi quis in mortis articulo conſtitutus contra
hit cum illa ex qua filium naturalem habebat vel contrahit
cum illa in mortis articulo conſtituta ꝙ legitimata ſit ꝓles
l⁊ quidam contra per. l. nuper. C. de natura. li. ibi ſpem tollẽ
de ſobolis. per quod etiam dicũt matrimonium tunc non eẽ
⁊ attribuitur hoc dictum Ja. de are. Uerius videt̃ ꝙ ſit ma
trimonium ⁊ legitimata ſit ꝓles ⁊ ſatis eſt ꝙ ſit ſpes ꝓlis in
caſu conualeſcentie. Item ⁊ ſine tali ſpe videt̃ eſſe matrimo
nium ꝓpter humanitatis ſolatiũ. xxvij. q. j. nuptiarum. ē. de
frigi. ꝙ ſedem ⁊ ibi not. nec vitiat propoſitum non habende
ꝓlis niſi deducatur in pactum. ē. de ꝯdi. appo. c. fi. ⁊ not. de
conſan. ⁊ affi. de infidelibus. nó obſtat illa littera ſpẽ tollen-
de ſobolis. nam nouus filius propter nouam ipſius qualita
tem ⁊ patris poteſtatem in quã incidit creari videtur ad h.
in autẽ. quibus mo. na. effi. le. §. ſi quis ergo col. vj. ⁊ in aut. j.
col. vij. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur. ⁊ patet in. l. nup.
ibi ſatis eni⁊ ⁊c. bene facit. xxvj. di. c. j. ⁊ quod ibi no. optime
facit. ē. de ſpon. ꝯmiſſu⁊. ¶ Nunc coadiuuemus hoc dictũ
reſpondẽdo in ꝯrium allegatis. primo vide quomodo bene
facit pre. decre. cõmiſſum. conſtat ꝙ in illo matrimonio defi
cit ſpes ꝓlis quia non intendebat ad coitum. Item ſpes ſa-
cramenti qꝛ per profeſſionem intendebat cõtrahens cito di
uertere. deficiebant ergo duo bona in ſpe. ⁊ tamẽ tenet ma-
trimonium. fortius ergo tenet vbi deficit alterũ tantum.
¶ Secũdo fortificatur idem per tertiũ bonum fidei. ꝯtra-
his cum muliere nó ſperans ſibi fidem thori ſeruare vel con
trahis cum illa quã non ſperas fidem thori ſeruaturam ⁊ tñ
nullus dubitat ibi eſſe matrimoniũ fateor tamẽ ꝙ peccat q
cum meretrice contrahit quã credit non deſinere meretrica
ri ⁊ meretur ſi credit ꝙ deſinat. xxxij. q. j. nó eſt. ē. de ſpon. in
ter omnia. C. de nup. imperialis. concludit ꝙ etiam ſi omnia
tria bona deficiant in ſpe. dũmodo hoc nó deducatur in pa-
ctum eſt matrimonium ergo ⁊c. Tertio hec quod de ꝓle di
citur ꝓbatur per. c. beate. xxvij. q. ij. ꝯſtat. n. ꝙ fuit matrimo
nium inter Mariam ⁊ Joſeph ⁊ tamẽ ipſa virgo ꝯtrahen
do ſe virginitatem ſeruatura⁊ diſpoſuit ⁊ ſic iuxta diſpoſitũ
animi non erat ſpes ꝓlis. ¶ Quarto vide in baptizato bo
num baptiſmi eſt infuſio gratie cum rẽiſſione peccatoꝝ ſed
ſi ficte baptizaretur adultus verum habet baptiſmũ non ta-
men bonum baptiſmi quod tamẽ poſtea habere incipiet cũ
illa fictio veraci corde receſſerit. j. q. j. ſicut ficti. de conſe. di.
iij. tunc valere. ē. de bap. maiores. §. fi. ſic iſte habet veru⁊ ſa-
cramentũ marimonij. ſanatus autem ab egritudine habere
poterit ſpẽ prolis ⁊ prolem. ¶ Quinto multum hoc adiu-
uat qꝛ licet nil morte certius. vnde Ecc. xiiij. vij. teſtm̃ huius
mundi morte morietur. ⁊ nil tamẽ ipſius hora incertius. xiij.
q. ij. in eccleſiaſtico. ff. de ꝯdi. ⁊ de. l. j. ⁊ ſepiſſime hoc experi
mur ſanari pronoſticatos ad mortem ⁊ ecõtra de era. ⁊ qua
li. ad aures. cum ergo certitudo mortis non impedit matri-
monium. alias nullum eſſet marimonium. ita verũ in egris ſi
cut in ſanis eſt dies incertus: fateri oportet perinde ac ſi eẽt
in ſanitate cõtractũ quod ſic adiuuo. donatio fit cauſa mor
tis quandoq⁊ non inſtantis quandoq⁊ inſtantis. ff. de dona.
cauſa mor. ſenatus. §. mor. cauſa. ⁊ tamẽ donatũ etiam ſecun
do caſu. ſ. cauſa mor. inſtantis ſi irreuocabiliter datur cenſet̃
in vita donatum vt. e. ti. l. vbi. ſed hic eſt cõtractus irreuoca
biliter qꝛ quos deus ⁊c. ē. de tranſla. ꝑ totum. ergo perinde
habetur factu⁊ in periculo mortis inſtantis ⁊ in vita. p⁊ hoc
in ſpũali matrimonio. quod per religionis profeſſionem cõ
trahitur que tenet facta in mortis periculo. ē. de regu. ſicut
nobis. dummodo ꝓpter infirmitatem nó ſit alienatus a men
te. eo. tit. ſicut tenor. quo caſu fateor ꝙ non teneret carnale.
xxij. q. vij. neq⁊. ē. de ſpon. dilectus cũ concordan. conclud a
mus ergo cu⁊ illo generali quo dicimus edictũ de matrimo
nio prohibitoriũ certarum perſonarum de ſpon. cum apud
in extremis vero laborantem non inuenimus prohibitu⁊ er
go dicamus illum ꝑmiſſum. alias qui iuraſſet cum aliqua cõ
trahere in extremis poſitus haberet neceſſe deierare. ſ⁊ nul
lus de neceſſitate peccat. xxiij. q. iiij. nabuchodonoſor. verſ.
vaſis ire quod alias eſt capitulum. ¶ Ad ꝯria reſpondet̃.
nam ad. l. nuper. ⁊ ad quod inducebatur ſecũdo iam reſpõ
ſum eſt. ē. ad illa quatuor que inducebant̃ ad fortificationẽ
ſecũdi facilis eſt reſponſio qꝛ illa loquuntur in ſubſtantiali
bus forme que ſi fuerint omiſſa vitiant quod agit̃. ꝙ autem
fortius noceat vitiare formã ꝙ̃ cauſam collige per nota. xij.
q. ij. in ſum. Ad illa. c. que tertõ inducebãtur rñdetur pmo
ad illud capitulum vnicum. lvij. di. ꝙ ille baptizatus in mor
te verum habet baptiſmũ. ſed prerogatiua ordinum que re-
pellit multos etiam non peccantes repellit ⁊ iſtum ſicut ne-
ophitum lic⁊ vere ſit baptizatus. xlviij. di. per totum ad. c. ſi
quis reſponde. per no. e. tit. in ſum. Ad. c. ſuper eo dic ꝙ ille
habet verum ſacramentũ penitentie ſed ad aliorum terrorẽ
denegatur officium ſepulture vt ibi no. in glo. penul. Ad id
quod ex his cõcludebat̃. reſponde ꝙ illa ſunt cauſalia, nam
regulariter quod l⁊ in vita ⁊ in morte. ⁊ dicens contrariũ in
cidit in. l. fuſia⁊ caninam qua licebat in vita libertates dare
non in morte hodie ſublatã inſti. de. l. fuſia canina ſublata ⁊
. C. eo. ti. l. vna. ¶ Ad ſecũdu⁊ veniens probo per matrimo
nium quod ponit thema cum concubina contractum illum.
B. non legitimatu⁊ qꝛ nó primũ ſed aliud fuit intermediũ.
¶ Quod ſic oſtendo ꝑ tres copioſas rationes. ad contra-
rium inducam opinionem qua⁊ duabus talibus rationibus
adiuuabo. tertio ſoluam ⁊ contrarijs reſpondebo.
¶ Ad primu⁊ ius poſitiuũ permittens legitimationem de
qua loquimur cogitaſſe videt̃ de nuptijs que poſt natiuita
tem filij nullis alijs interpoſitis ſint contracte hinc eſt ꝙ ſi
minor manumittit ancilla⁊ vt ſibi nubat alteri non eſt libera
etiam ſi ſoluto matrimo. nubat manumittenti. ff. qui ⁊ a qui.
l. matrimonij cauſa. inde dicit lex ꝙ hoc ſermone cu⁊ nupta
erit. prime nuptie intelligũtur. ff. de verbo. ſigni. boues. §. j. ⁊
dotis promiſſio de primis nuptijs intelligit̃. nec trahitur ad
ſecũdas primo matrimonio ſoluto cõtractas cum illo cui ꝓ
miſſio facta fuit. ff. de iure do. dotis ꝓmiſſio facit. ff. de pac. in
ter ſocerũ in fi. ⁊ de le. ij. cum pater certam. hinc eſt etiam ꝙ
ſi iuraui cũ muliere cõtrahere ſi primas nuptias cum illa nõ
cõtraho ſed cum alia ſum periurus. ⁊ de periurio puniẽdus
. ē. de ſpon. ſicut his. bene ꝯuenit de preben. non poteſt in fi.
vbi diſpenſatio de duobus curatis intelligitur de primis ad
idem. C. de vſufru. antiquitas vbi nomẽ heredis ex cauſa in
telligitur de primo. ff. de ver. ob. cum qui kalendis. ff. de iure
fiſci. l. edicto. §. cũ añ apertu⁊. ff. de le. iij. fideicõmiſſa. §. ſi ge
x. ⁊ vt lega. cauſa caueat̃. l. j. §. ſi cui. ita ſubaudiamus igit̃ in
ꝑtãte legitimationis ſi res in eodem ſtatu ꝑmanſerit. xxij. q.
ij. ne quis de iureiur. queadmodũ. ff. de ſolu. cu⁊ qe. j. ⁊. j. rñ.
¶ Secũdo ſic probo actus impertinens itermixtus vel vi
tiat quod agitur vel impedit extrema cõiungi fortius ergo
cõtrarius vt hic. de primo patet quia vitiat teſtamẽtũ quod
vno cõtextu fieri debet. ff. de teſta. heredes palam in fi. viti-
at electionẽ de elec. quia propter ⁊. c. cũ poſt petitam ſtipu-
lationem. ff. de verbo. ob. l. j. ⁊. l. ꝯtinuus in prin. fortius ergo
contrarius cum plus appareat voluntas cõtradicentis ver
bo vel facto. de ſimo. ſicut tuis de bap. maiores ad fi. nec di-
cas de ſacramento loquimur, nam ⁊ verba intermedia bap-
tiſmi vitiant ſacramentum. ⁊ fortius contraria vt not. de cõ
ſe. diſ. iiij. ſi non ſanctificatur. dicam ergo hic induci vitiu⁊ ꝓ
pter coniugem intermediam. ē. de fi. presby. ex tranſmiſſa.
¶ De ſecundo

¶ De ſecũdo.ſ. ꝙ impediat cõiunctionem extremoꝛũ ſic
ꝓbo.ſponſalia conditionalia ⁊ ſequens carnalis copula fa
ciunt matrimoniũ ſed contrarius conditiõis euentus inter
medius impedit coniunctioné hoꝛũ extremoꝛum.ſ. de ꝯdi.
appo.per tuas.Itez locus ſacer intermedius vel non ſeruit
vł impedit ſeruituté.ff.de ſerui.l.ſeruitutes.iiij.§.fi. deſerui.
ru.pꝛe.l. qui ſella.§.fi.⁊ no.ſ.de obſerua.ieiu.c.j. ſicut locus
medius impedit pollutioné.de conſe.ec.vel al.c.vno.Item
interruptio media naturalis vel ciuilis.de qbus.xvj.q.ij.§.
hec que vt.ſ.de pꝛeſcrip.illud.⁊.C.ꝺ pꝛeſcrip.xxx.vel.xl.an.
cum notiſſimi.§.ſed ſi quis.impedit extrema ꝯiungi ⁊ opoꝛ
tet nouaz pꝛeſcriptioné incohari.vt in pꝛe.§.hec que in pn.
⁊ interpellatur poſſeſſio.quá habeo per colonũ decedenté
vel deferentem per intermediam perſonam tertij.ff.de acq.
poſ.ſi de eo.§.j.⁊ eod. modo poſſeſſio teſtatoꝛis heredi.eo.
ti.l.cum ſolus in fi.⁊ ſic loquitur.§.pꝛe.hec que in pꝛin.⁊ qꝺ
ibi no.matrimoniũ ergo intermedium per quod videtur pa
ter afferere ſe nolle naturalem legitimare etiá ipſo ſoluto le
gitimationem impediat.vt ſic in huiuſmodi pꝛeiudicialibus
vnius electio pꝛeiudicet alteri.ſ.eo.li.de poſtulan.c.vno de
elect.vt quis ⁊ bene facit quod notaui de clerico habẽte lit
teras ad vacaturam qui ꝯtraxit matrimonium per quod ẽt
ſoluto matrimonio gratiá perdit de cle.ꝯiu.c.vno.li.eod.in
gloſ.huic ergo. ¶ Tertio ad hanc partem induciť ꝙ fictio
canonis per quá duo dies pꝛo vno finguntꝰ: ceſſat per cibuz
vel potũ intermediũ ex pte oꝛdinantis vel oꝛdinandi. lxxv.
di.quod a patribus de temp.oꝛd.litteras.ſic ⁊ fictio qua fin
git ius poſitiuũ matrimonium ante natiuitatem contractuz
impeditur per matrimoniũ maxime cum iuris fictio non ꝓ
cedat ſuper impoſſibili vt nota.ff.de libe.⁊ poſthu.l.gallus
.§.ſi eius ad fi.magne glo.vel iuri contrario vt not.ff.de leg.
pꝛimo talis ſcriptura.ad fi.vlti.gl.⁊ pꝛobať.ff.de cap.⁊ poſt
li.re.in bello.§.facte.de vſuc.ſi is qui pꝛo emptoꝛe.ars enim
⁊ fictio iuris poſitiui habet imitari naturam inſtit.de adop.
§.minoꝛem.⁊ quia in hoc plenius inſiſtam in ſecunda pꝛinci
pali queſtõe non plus hic pꝛoſequoꝛ.ex his concluditur per
matrimonium intermedium legitimationem impediri.
¶ Ad contrarium pꝛimo inducitur opinio Gof.⁊ Hoſti-
en.qui hoc tenẽt aperte in ſum.de filijs pꝛeſbytero.Goffre.
in verſicu.qui ſi natus.Hoſtien.in.§.ij.in fine. quoꝛum opi-
nio ſic iuuatur.cõſtat ꝙ ius poſitiuum quod iubet per paré
tum matrimonium legitimari pꝛolem non diſtinguit an fue
rit intermedium matrimoniũ vel non. ſed hoc ſolum requi-
rit matrimonium inter parentes ſecutuz ſed hoc hic fuit er-
go ⁊c̃.vbi autem ius nõ diſtinguit nec nobis diſtinguere lꝫ.
trigeſimapꝛima queſtione ꝑma ſi doꝛmierit ꝺ ma.⁊ obe.ſoli
te.ff.de alea.l.j.§.ꝙ autem.ſatis ſit ergo illi.B. ꝙ matrimo
nium tempoꝛe quo contractum fuit inter parentes fieri po
tuit nec nocet ꝙ tempoꝛe medio fieri non potuerit.facit cle.
de pꝛeben.ſi de beneficio vbi etiam executoꝛ cuius poteſtas
eſt odioſa qui pꝛimo conferre potuit ⁊ medio tempoꝛe non
potuit beneficio ad papam deuoluto illud confert non ob-
ſtante ꝙ medio tempoꝛe non potuerit. Item video ꝙ ſi in-
fra annum pꝛoſequende appellationis fiat compꝛomiſſuz il
lo poſtea deſerto coniunguntur poſterioꝛa tempoꝛa pꝛioꝛi-
bus.C.de tempoꝛibus appellatio.auten.ei tamé.⁊ in cle. de
appella.ꝗꝫdiu.⁊ hoc eſt etiam cómune vbicunqꝫ pꝛeſcriptó
doꝛmit vt tempoꝛe vacatiõis ſciſmatis vel hoſtilitatis.ſ.ꝺ ꝑ
ſcrip.c.j.⁊.c.auditis ⁊.c.ex tranſmiſſa.⁊.c. cum nobis. ſicut
etiam contra pupillum pꝛeſcriptio.xxx.an.C.de pꝛeſcriptio.
xxx.an.ſicut in rem.C.in quibus ca.ceſ.longi. tempoꝛis pꝛe.
l.fina.⁊ contra filium facit.C.de annali ex.l.j.in fine.⁊.C. de
bonis ma.l. pꝛima in fine.nam coniunctionem conſenſus cõ
ſtituti pꝛocuratoꝛis ad conſtituentem non impedit ipſius ꝓ
cura.intermedia contradictio de pꝛocura.licet eodem libr.
ſicut nec etiam impedit matrimonium ſpirituale vt ibi nota.
ſicut etiam coniungimus tempus quo poſt abſolutionez ſu
am excõmunicatus agit tempoꝛe quo egit ante exceptionez
oppoſitam ⁊ de his facimus vnaz inſtantiam de excep. pia.
libro eodem. Item licet cõtumaciter recedens ⁊ appellás
per iudicem a quo pꝛo tunc citari non debeat ſi tamé appel-
lationi renunciat citatur vt pꝛius nõ obſtante contradictio
ne intermedia de dolo ⁊ contu.eum qui.libro eodem dica-
tur ergo ꝙ.O.reuolauit ad.A.⁊ extremitas ad pꝛincipiuz
eſt reducta.xxxv.di.ab exoꝛdio. ¶ Secũdo pꝛobemus per
aliquas leges ⁊ pꝛimo per.l.potioꝛ.ij.rñ.ff. quibus mo. pi.
vel hypotheca ſolu. vbi ſi tibi obligaui rem ſub conditõe.
ſecundo illam obligaui alteri pure.tertio eueniat conditio
tempus conditionis trahitur ad tempus obligationis non
obſtante illo contrario actu intermedio.Itez ſoluitur hypo
theca vendito pignoꝛe de voluntate creditoꝛis.ff.quibus
mo.pig.vel hypo.ſol.ſi debitoꝛ.§.pꝛima ⁊.l.ſi conſenſerit ⁊
tamé reintegratur ſi res redeat in pꝛioꝛis debitoꝛis domini
uz eodem titulo.l.voluntate pꝛimo ⁊ vltimo.rñ.⁊.l.ſicut.§.
ſuperuacuum.Item video ꝙ actio rerum amotaruz inchoa
ta poſt diuoꝛtium reintegrato matrimonio ceſſat ſed non ex
tinguitur immo ſublato impediméto matrimonij reintegra
tur.ff.rerum amo.l.reintegrato.⁊.l.vltima.ſic video ecõtra
quia actio ꝺ dote nõ competit conſtante matrimonio.facto
diuoꝛtio competit ſed reintegrato matrimonio competere
deſinit etiam iam incohata.ff.ſolu.ma.l.ſi mulier diuerterit.
⁊.l.pe.§.vxoꝛ.facit.ff.de iure do.l. dotem.⁊.l. diuus.conclu
damus ergo ꝙ illud ius legitimádi quod habebant paren
tes anteqꝫ alter contraheret impeditur pꝛo tempoꝛe cõtra-
ctus ⁊ reuiuiſcat impedimento ſublato ⁊ ſic ſit ſatis in pꝛin.
⁊ fin.hoc licuiſſe.facit.ff.de teſta.ho.⁊ ſeruoꝛum. nec noceat
tempus medium ad hoc.C.de cura.furi.l.pe.
¶ Solutio teneo cum Goffre.⁊ Hoſtien.ꝙ mediũ matri
monium non impediat legitimationem per rationes ſecun-
do inductas.⁊ videtur quibuſdam hoc expꝛeſſum in auten.
de inceſt.nup.§.dubitatum col.ij.⁊ ſi dicam illum legitima-
tum pꝛo nunc tantum nõ pꝛo tunc ſolutum eſſet quod de fi-
ctione in contrarium tertio allegabatur . ſed vt ibi dixi hoc
pꝛoſequar in.ij.queſtione pꝛincipali. Item per eundem mo
dum ſolutum eſſet quod opponebatur de coniunctione ex-
tremoꝛum impedienda per medium impertinens vel cõtra-
rium . Ad id quod dicebať de interruptione pꝛeſcriptionis
vel interpellatione poſſeſſionis. Reſpondetur ꝙ illa requi
runt continuationem actuũ.vnde pꝛeſcriptio eſt acquiſitio
dominij per continuationez tempoꝛis ⁊c̃. ſed in caſu noſtro
conſtat ꝙ inter natiuitatem filij ⁊ matrimonium non requi-
ritur actuum continuatio: ideſt ꝙ continuatis actibus ſecũ
dum coniungatur pꝛimo.immo patet contrarium per.c.tan
ta ⁊ per iura que allegantur ibi in pꝛima gl. Ad id quod di
cebatur ꝙ actus impertinens intermixtus vitiat. Reſpon-
detur illud verum in his que habent fieri vno cõtextu vt te-
ſtamentum electio ſtipulatio ⁊ ſimilia.hoc nõ eſt tale vt pꝛo
ximo dixi.Ad pꝛimũ queſtionis dubiũ veniendo pꝛimo pꝛo
filio inducam duas copioſas rationes.ſecundo contra eum
alias duas tales.tertio ponam opinionem quá ratione ⁊ eq
tate iuuabo ⁊ contrarium ſoluam ⁊ in fin. tres pꝛecedentes
ſolutiones coniungaz. ¶ Pꝛimo igitur pꝛobabo legitima
tionem iſtius.B. per oꝛdinem vel beneficium patris nõ im
pediri ſed concedatur concubinatum expꝛeſſe permiſſuz ha
beo interim ⁊ ꝙ ſit permiſſus patet.xxxiiij.di.§.cõcubina ⁊
duobus.c.ſequen.⁊ ſi dicas ꝙ ibi ſumitur concubina ꝓ vxo
re non publice ducta vt ibi nota.tranſibo ad alium arguẽdi
modum.dicens ſatis eſſe hunc concubitum nullo iure pꝛohi
beri quod aperte pꝛobari videť.trigeſimaſecũda queſtione
quarta meretrices.ibi vbi i decalogo ⁊c̃.⁊ iſte eſt bonus mo
dus arguendi.xxviij.q.pꝛima iam nunc.C.li.x.de iure fiſci.l.
certa foꝛma in fi.ff.de pꝛeuari.l.iij.in fi.immo ſaltem tacite ꝑ
miſſus videtur.conſtat enim ꝙ gradatim ⁊ non per ſaltum
conferendi ſunt oꝛdines.xciij.di.legimus de cleri.per ſal. ꝓ
mo.c.vno.ſ.de poſtulan.hone.ij.in fin.ff.de mu.⁊ ho. vt gra
datim ⁊.l.honoꝛ.§.gerendoꝛuz.C.vt dig.oꝛdi.ſer.l.j.⁊.ij.li.

xij.ff.de ne.ge.que vtiliter in princ.ſed autentico.quomodo oportcat epos.§.neqꝫ autem.prohibet habentem concubinam ꝓmoueri ad ſacros ergo in minoribus habere licebat. Item conſtituto in ſacris prohibetur habere cócubiná.xxxiij.di.habuiſſe.lxxxj.di.preſbyter cum.vj.c.ſe.ad idez de cohabi.cle.ꝛ mu.in.v.primis.c. ergo dicam permiſſum conſtituto in minoribus.ad hoc.xv.q.iij.ex eo que eſt lex.ff.ď teſti. ex eo ꝛ.ſ.de preſum.nonne cum concor. ſic iſte licite matrimonium contrahit ille non de cle.coniu.c.j.ꝛ.ij.ꝛ.c.diuerſis ꝛ.c.Jo.qui cle.vel voué.c.j.ꝛ.ij.nó ob.autentica.multo magis.C.de epi.ꝛ cle.ꝛ in autentico.de mona.§.ſi quis auté qa ibi appellatio lectoris omnes conſtitutos in minoribus cóprehendit ſic ꝛ.xxviij.di.de his.xciij.di.a ſubdiacono cóclu dam ergo ꝙ cum iſte.B.ſit natus ex concubina quá facit animi deſtinatio.ff.ď concu.l.pe. ꝛ ex concubia naſcuntur ꝛ naturales legitimantur per ſequens parentum matrimoniū ergo iſte legitimus.plus dico dato ꝙ nollés iſtum naturalē vocare ſatis eſt tamé ad legitimationem de qua querimus parentes potuiſſe coniuges eſſe tempore coitus.C.ď na.li. cum quis in principio ꝛ.l.nuper in principio ꝛ inſti.de nup. in fi.iſti autem tales erant vt eſt ꝓbatum ergo ꝛc.

¶ Secūdo arguam ex fauore prolis ꝛ legitimitatis eodez titulo peruenit.ꝛ.c.ex tenore.C.de indi.vidui.l.ij.ff.de ven. inſpi.l.j.§.Si quis de ri.nup.qui in prouincia. fauemus etiam propter matrimonium ipſius dependitis puta doti.ſ.ď pig. ex litteris de do.inter vi.ꝛ vxo.nup.ff.ſolu.ma.l.j.ꝛ.l.caius. ꝛ.ff.de re.iur.l.in ambiguis.dicam ergo ꝙ ſi certum eſt iſtū. B.eſſe legitimū habeo propoſitum.ſi dicas caſum dubium interpretemur ꝓ prole ꝛ legitimatióe per iura predicta maxime cum propter illum dicatur matrimonium fuiſſe contractum vt in pre.l.cum quis de natu.li.in autenti.qui. mo. na. effi.le.§.j.ꝛ qui.mo.effi.ſui.§.ſi quis ergo facit.ff.de an.le.qntus in fi.ꝛ.l.liberto.§.filium in fi. ¶ In ꝯriuz ſi probabitur concubinatum clerici precipue beneficiati iure poſitiuo expreſſe dánatum dicetur filius ſpurius.ꝛ ſic non legitimabit per ſequens matrimoniū parentuz.vt in.c.tanta.ij.rñ. Primum ſic probo.equamus militē armate militie ꝛ celeſtem qué militem vocamus.xj.q.j.chriſtianus.xxiij.q.vlti.reprehenſibile.ſ.de cle.egro.c.j.ne cle.vel mo.c.j.conueniunt eni in promotionis principio in medio ꝛ in fi. de principio patz quia vtriuſqꝫ prerogatiua certos a promotione repellit de primo patet.C.li.xii.qui mili.nó poſſunt.in quatuor primis legibus ꝛ in Rica.ſe.negociatores ne militent. de ſecundo. xxv.di.cum diſtinctione ſe.de fi.preſbyterorum cuz Rica ſe.de medio patet qꝛ primus nó ſeruiens priuatur ſtipendijs ꝛ ſic ſecundus de primo.ff.de re mili.deſertorem.§. qui militie ꝛ .l.qui excubias ꝛ.l.pe.C.eodem titulo cum allegatis.li.xij. de ſecūdo patet de cle.non reſi.c.ij.ꝛ.c.ex parte ꝛ duobuſ.c. ſe.xxxij.di.preter hoc.C.de epi.ꝛ cle.generaliter canoñ.xvj. q.j.In fi.etiam conueniunt qꝛ vterqꝫ exauctorat.ff.de infami.l.ij.§.ignominie de pe.c.ij.eodem libro.ſi ita eſt quod de vno dicitur de alio intelligitur.iiij.di.deniqꝫ. v.di. ad eius ď conſti.tranſlato de tranſla.c.j.ff.ad.l.aqui.illud.C.ad.l.fal. l.finali.ſed primo interdicitur concubinatus.C. de do. inter vi.ꝛ vxo.l.ij.vnde nec tenet relictum illi de qua eſt ſuſpicio. ff.de te.mili.l.miles ita.§. mulier.ꝛ vt indigne perſone relictum confiſcatur.ff.de his qui.vt indig.claudius ꝛ.l.mulierem.dicebat autem Damaſus in queſtione prima de cohabitatione cleri. ꝙ ſi in militibus terreni regis id locum habet fortius ligabit milites celeſtis regis qui exactor eſt caſtitatis propter quod dixit non valere donationem vel legatum etiam rei modice factum de rebus eccleſie in concubinam.ſi igitur eſt coitus ꝛ concubinatus dánatus ergo filius ſpurius ergo vt ſupra. ¶ Secūdo ſic.clerici beneficiati cótinue beneficio ſeruiédo ſcientijs ꝛ miniſterijs vacare debét ꝛ ſancti eſſe.xxxj.di.tenere ꝛ.c.ſe.ergo non debent infici concubinarum libidine vt dicit canon.lxxxj.di.qdá vel venenis vt dicit lex.C.de naturali.li.l.j.conſtat etiam ꝙ tales non debent mulieres in domo tenere niſi quas canō permittit.xxxij.di.interdixit de coha.c.le.c.j.C.de epiſco.ꝛ cleri.eum qui.ſꝫ cócubina dicitur in domo retenta prout dicit vna lex alia dicit indubitato tuentis affectu prima littera in autenti. qui. mo.na.effi.le.circa principiū.ſecūda qui. mo.effi.ſui.§.ſi aūt ꝛ in auten.licet.C.de nat.li.xxxij.q.ij.concubine de proba.ꝑtuas ꝛ no.in.c.tanta.ex quo concluditur clerico concubinatum expreſſe prohibitum inde eſt ꝙ habens concubinaꝫ nó ordinatur etiam ad minores.xxxiij.di.c.j.ꝛ.c. laici auten.de ſan.epi.§.clericos.ꝛ quid inſtamus argumentis aparte omnibus clericis prohibetur.lxxxj.di.in omnibus ꝛ.c.cū in omnibus ꝛ.c.quidam clerici cum tribus.c.ſe.de coha.cle.ſi autem cum tribus vlti.c.ſe.ex quibus cócluditur quod in principio dixi. ¶ Circa ſolutionem eſt ſciendū ꝙ inueni ſi ſcripta ſunt vera doctorem legum magne auctoritatis hanc ſecūdam partem tenuiſſe ad cuius demonſtrationez ordiebatur ab alto ꝛ ſic.ante legem ſcriptam nó diſtinguebamus in naturalibus filijs legitimos a non legitimis in autentico. qui. mo.na.effi.le.§.liceat igitur ꝛ qui.mo.na.effi. ſui.palam ꝛ.§. illud quod per ius ſcriptum.poſtea diſtinctuz fuit in tres ptes.ſ.expreſſam approbationem expreſſam reprobationem ꝛ ptiz relictum extra expreſſam iuris approbationem vel reprobationez. ¶ De primo naſcuntur naturales dicti a coniunctóe que eſt de iure naturali vt in pre.§.fina.ꝛ.i.di.ius naturale.ff.de iuſti.ꝛ iur.l.j.§.ius naturale ꝛ inſti. eodem poſt principi. ꝛ vtrobiqꝫ ſubditur ius naturale eſt matris ꝛ femine coniunctio quá nos matrimonium appellamus hanc expreſſe lex approbat.C.ꝛ inſti. de nup. per totum de talibus filijs.xxxij.q.iiij.c.finali.ff.de his qui ſui vel ali.iur.ſunt filiū in principio ꝛ inſti.de patri poteſtate poſt prin.

¶ De ſecūdo naſcuntur ſpurij quaſi non puri ſed extra puritatem iuris naturalis geniti ꝛ hoc quomodocunqꝫ ſit vetitus ſiue per effuſam libidinem in autentico.qui.mo.na.ef fi.ſui.§.ſi quid autem.ff.de ſtatu ho.l.vulgo ꝛ inſtitu.ď nup. .§.penultimo.ſiue per inceſtum vel alium modum prohibitum vt inſtitu.de nup.§.ſunt ꝛ alie.iſti nec ſuccedunt nec alūtur de iure ciuili licet ſecus de benignitate canonica de hoc de eo qui dux.in ma.cum haberet.iſti non legitimantur per ſequens matrimonium vt in.c.tanta.ff.de ſta. ho. paulus . ꝛ nota.de elec.innotuit. ¶ De tertio naſcuntur naturales tátum ſic dicti quia naturali coniunctione producti ſed nó legitimi quia iuris dignitatem vel approbationem nó habét .ff.de le.iii.Item legato.§.parui ꝛ.l.qui concubinam in ꝑncip.ibi dicitur ꝙ inter concubinam ꝛ vxorem in ſola dignitate eſt differentia ꝛ nó eſt differentia inſpecto iure naturali.viij.diſti.quo iure de coniu.ſer.c.j. in autentico. de mona. .§.hinc autem.tamen hanc ſolennitatem inducit ius poſitiuū vt ſit vnica. ꝛ in domo vt dixi queſita nó libidinis cauſa ſed procreande prolis in autentico.quib.mo.na.effi.le.poſt principium.ſed hec ſolénitas hoc non approbat ſed nec reprobat ſed tolerat. vnde dicitur.ff. de concubi.l. in concubinatu in fine.quia concubinatus ex lege nomen aſſumpſit extra pená legis eſt.q.d.non in prohibitione legis ſic alibi dicit lex ꝙ non recte facit heres qui funerari non ſinit.pena tamen in eum ſtatuta non eſt.ff.de reli. ꝛ ſump.fu. at ſi quis.§. ídem labeo.de his.C.de na.li.per totum.ff.de confir.tu.l. naturali in autentico.quib.mo.na.effi. ſui.§. diſcretis ꝛ.§. ſeqꝫ hi ſunt quos legitimat ſequens matrimonium in autentico. quib.mo.na.effi.le.§.ſcitum.C.de na.li.cum quis ꝛ.l. nuper ꝛ in.c.tanta. concludebat ergo ꝙ cum talis non ſit de hac tertia ſpecie ſed de ſecūda prohibita.ad quod principaliter inducebat pre.§.clericos in autentico. de ſanctiſ. epiſcopis ergo non legitimabatur.

¶ Et certe ſatis ſonaret inequum ꝙ inter filios laici ꝛ clerici forte plebani licet non ſit in ſacris deberet eſſe diuerſitas.maxime cum propter tales legitimandos multi a clero receſſerint contra id de electio.cum ex eodem.libro eodem. ¶ Tamen niſi nouum aliud ſtatuatur puto ꝛ ſoluendo dico il

lum

illum.B.legitimatū cum eni decr.tanta hoc dicat per vir
tutem ſequentis matrimonij precedentē ꝓlem legitimari ꝓ
bato ꝙ fornicarius coitus ⁊ omnis qui ſit extra vxorem le
gitimā ſit dānatus dūmodo coitus tempore parentes cōiu
ges eſſe potuerint, legitimetur per ipſorum coniugium: quo
modo autem ꝓbetur etiam ſimplicē fornicationē eſſe mor
tale. vide no. in cle. de hereti. ad noſtram. ṽſic. vij. in. j. gloſ.
⁊. ij. fateri etiam oportet matrimoniū inſtitutum fuiſſe ante
omnē legem ſcriptam vt dixi in articulo egrotantis.

¶ Et dico ꝙ matrimoniū eſt de iure nature non dico inq̄ꝫ
tum naturale dicit̃ ex ṗncipijs nature de neceſſitate creatuꝫ
ſicut moueri ſurſum naturaliter ineſt igni vel graui cadere
deorſum ſed ſumēdo ad quod inclinat natura ⁊ completur
mediante arbitrij libertate. conſtat enim ꝙ ṗncipalis finis
matrimonij proles eſt ꝓli autem debent parentes nutrimē
tum ⁊ diſciplinā. patet autem ꝙ filius a parentibus educa-
ri ⁊ inſtrui non poſſet niſi determinatos ⁊ certos parentes
haberet certitudo autem ⁊ determinatio eſt ꝓprie per obli
gationem viri ad determinatā mulierem quaꝫ matrimoniū
vocamus. Item ſi reſpicim⁹ ſecundariū matrimonij finem
qui eſt mutuum obſequiū ſibi per coniuges in familiaribus
rebus impenſum eſt hoc etiam naturale ſicut enim natura-
lis ratio ſuadet cohabitationē hominum quia vnus ſibi nō
ſufficit in omnibus que ad vitam pertinent cuius rōne dici-
tur homo naturaliter pollititus ita illorum quibus indiget
ad humanam vitam quedā ſunt competentia viris quedaꝫ
mulieribus vnde mouet natura vt ſit ſocietas viri ad mulie
rem que matrimoniū dicitur. vnde etiaꝫ philoſophus. viij.
Ethicoruꝫ vbi tractat de amicitia coniugali dicit ꝙ homo
eſt animal magis naturaliter coniugale q̄ꝫ ciuile pollititicuꝫ
Fornicatio auteꝫ ⁊ omnis vagus concubitus directe vide
tur eſſe contra vitam ⁊ educationē prolis cui neceſſaria eſt
cura matris in nutriendo ſed ⁊ fortius cura patris in ea in-
ſtruenda defendenda ⁊ ꝓmouenda in bonis interioribus
⁊ exterioribus. oportet ergo ſcđm legem nature ordinatuꝫ
eſſe cohabitationē parentum ad tempus non modicū pro-
pter nutrimentum ⁊ diſciplinam quā debent proli quod nō
eſt niſi per matrimoniū ergo fornicatio ⁊ omnis vagus cō-
cubitus eſt contra bonum prolis educande. ⁊ ideo mortale
nec obſtat ſi dicas fornicantē ſufficienter ꝓuidere proli cir
ca eductionem ⁊ diſciplinam qꝛ illud quod cadit ſub deter
minatione legis iudicatur ſcđꝫ id quod cōmuniter accidit
⁊ non ſcđm id quod accedē poteſt. cōmuni⁹ autem accidit
fornicarios diuertere ⁊ vtrūqꝫ educande proli non vacare
ergo vt. ſ̄. patet ergo lege diuina ⁊. l. nature fornicariuꝫ coi
tum dānatum. l. canonica patet in glo. etiā ad quas remiſi.
vnde dicit. c. nō ſolum, xxxj. q. vij. inter cetera ſeptem vitia
fornicatio maximū ſcelus eſt. ⁊ lex ciuilis concubinatū per-
mittens eſt reprobata. xxxij. q. iiij. nemo ⁊ dicit Hoſti. illas
leges etiam iure ciuili correctas inducit in autenti. de leno.
colla. ij. ⁊ colla. v. ſcenicas mulieres ⁊c̄. ⁊ vt non luxu. con-
tra naturam colla. vj. ⁊ qꝛ caſtitatis ſumus amatores quib
mo. na. effi. le. §. illud ⁊ quia circa peccata corrigenda lex ſe
quitur canonem in auten. quomodo oportet epiſcop. de ec
cle. ti. ⁊ vt clerici apō ꝓprios epiſcopos. §. ſi vero hoc notat
ipſe qui fil. ſint legitimi lator. concluditur ergo ꝙ ex ipſo di
cit canon legitimari illegittimū per parentū coniugum illō
intelligi de ſuſcepto ex dānato coitu dummodo coitus tem
pore ⁊c̄. vt. ſ̄. dixi ⁊ aperte videt̃ hoc velle lex inſti. de nup.
. §. finali que ṗmo loquens de legitrimatione que fit per da
tionē curie loquitur de naturali poſtea ſubdēs de legitima
tione per matrimoniū nō exprimit de naturali ſed id ſolum
quod nō fuerit inter parentes matrimoniuꝫ legibus intro-
ductum cui concor. pre. l. cum quis in ṗncipio. C. de natur.
liber. ⁊ per hoc ſit reſponſum ad ſcđo allegata pro hac par
te. fateor enim coitum dānatum. ſed id non ſufficit vt predi-
xi. ad id quod ṗmo allegabatur de milite dico ꝙ lex non ꝓ
uidet in eo contra concubitū. ſed contra ſponſalia militum.

¶ Reſumendo igitur hos tres articulos dico ꝙ cum de-
cre. tanta tractet de tantitate ⁊ quātitate virtutis matrimo
nij. ne illi virtuti detrahatur. accedat quod notat̃ in cle. de
ſumma trinitate. c. vno in vlti. gloſ. ṗme partis dicam ſic tā
ta eſt vis ideſt virtus matrimonij. vt qui antea ſint geniti ex
quocūqꝫ coitu qui tamen potuerit eſſe vxorius ſi tunc affu
iſſet conſenſus poſtea ſubſecutus poſt contractuꝫ matrimo
nium quandocūqꝫ etiam alio matrimonio intermedio. Itē
in ſanitate vel in morte dūmodo demus eſſe matrimonium
legittimi habeantur ſaltem ex nunc. an ex tunc in ſequenti
queſtione dicetur. ¶ Secunda etiam principalis queſtio
habet tria dubia. Principale eſt an naturali primo genito
ſed legitimato poſt natiuitatem legittimi competat ſucce-
dere iure primogeniture. Secundū an conſuetudo talis ꝓ
indicet ſecundogenito qui clericus eſt. Tertiuꝫ an inter lai
cos valeat conſuetudo. ſed hoc vltimū proſequi non inten-
do. de quo tamen videri poſſet quod poſt Hoſtien. ſcripſi
de voto licet. ¶ Pro legittimato inducam ſex rationes.
ſecūdo totidem contra ipſum. tertio ponam trium diſputā
tium ſolutionem ⁊ contrariā Barto. quam approbabo cū
certa determinatione per tres decret, ⁊ ad contraria copio
ſe reſpondebo. ¶ Ad primuꝫ ꝙ primus natus licet poſt le
gitimatus haberet in ſucceſſione ius primogeniture ſic pro
bo conſtat illum primuꝫ qui nulluꝫ habet ante ſe de verbo.
ſigni. Ioſeph. ff. eod. titul. l. proximus ⁊. l. proximi in proe-
mio. ff. orum. §. diſcipuli. alias incipit in reliqua. ſed iſte repe
ritur primo natus naturaliter. Item legittimus. ⁊ hec duo
concurrunt eodem tempore quo defertur hereditas ⁊ idu-
bitatum eſt ꝙ ceſſante conſuetudine ſuccederet ſimul cum
alijs vt in. c. tanta ⁊ inſtitu. de hered. ab inte. §. ṗmo ⁊ in au
ten. de inceſt. nupt. §. dubitatum. C. de na. li. autē. ſi quis con
ſuetudo ergo que inter legitimos reſpicit primogenituram
debet in iſto prius nato ⁊ legitimo aliquid operari de priui
leg. in his ⁊ eod. titul. ſi papa. lib. vj. ff. de lega. ṗmo ſi quan
do in ṗn. ⁊ ad munici. l. j. ſit ergo idem ius de toto quod de
parte. de offic. deleg. paſtoralis. §. i. de donat. inter virum ⁊
vxor. nuper. ff. de rei ven. que de tota. ſic ergo quia ſicut cō
muni iure in totum excluderet perſonas ſecundi gradus q
ſi. ſint legitimi. c. ṗmo. ita ꝙ ṗmogenit⁹ ⁊ legitimatus in to
tum excludit ſecūdogenitū iure conſuetudinis. ſic ergo ex
ṗoritate ⁊ concurrentia duoꝝ tempore debito ⁊ arguendo
de parte ad totum. Item de toto in alia ſpecie ad hoc totuꝫ
concludit̃ pro primo nato. Secundo arguo de ꝓximiorita
te ad primogeniturā. certuꝫ eſt ꝙ ſicut de iure ex gradibus
diuerſis ſuccedit ꝓximior. ff. de ſuis ⁊ leg. l. poſt conſangui
neos. §. ſcđo ſaluo qđ habetur in aut en. de here. ab inte. §.
reliquum. facit. xii. q. i. ſint manifeſte. xvi. q. vii. filijs.

¶ Ita hic de conſuetudine in perſonis eiuſdeꝫ gradus ſuc
cedit primogenitus ideſt prior in genitura quod conuenit
legi diuine geñ. xxv. ⁊. xxvii. de qua. vii. q. i. q̄ꝫ periculoſum.
⁊ facit pre. decre. licet de voto. nam vt ibi patet in fine in ge
nitura plurium eſt ordo ⁊ ṗoritas ⁊ poſterioritas. ff. de ſta.
ho. arethuſa. ſed certum eſt ꝙ in proximioritate ſpectatur
tempus mortis vel poſterius ⁊ non anterius vt pre. l. poſt
conſanguineos. §. proximuꝫ. vnde legiti. l. ṗma ⁊ ſi duobus
vnde cognati. l. capitis inſti. de legi. agna. ſuc. §. primus. ff.
đ iniuſ. rup. te. ſi quis exheredato. ſcđo rñſo. ergo in ſcđoge
nitura legitima ſpectabimus etiā tempus mortis. nō enim
oportet prius queri de conditione cuiuſq̄ꝫ quaꝫ hereditas
vel legatū ad eum pertineat. ff. de leg. ii. nō oportet. ad ideꝫ
ff. de le. pre. per contra. l. interuenit. nō inſpiciatur ergo qđ
prius fuit ſed quod nūc eſt. l. di. ferrum. ſ̄. de reſcrip. caꝫ te.
⁊. ff. de edi. edic. quod ita ad id. xxxii. q. i. nō eni ⁊. c. ſi eſt ma
xie qꝛ licet certis caſibus inſpiciatur tp̄us teſtamēti hic nō
poteſt illud dici cum ſit ſucceſſio ab inteſto. tertio ſic aliqđ
retrotrahi ꝓcedit nō ſoluꝫ in iudicijs ⁊ maleficijs ſed etiaꝫ
in ꝯtibus habent̃ concor. in regula ratihabitionē eod. ti. in
ṗn. pꝫ. C. ad mace. l. ſi. Item ⁊ vbi nō eſt ꝯtus. vnde retro

dꝫ in ciuitate fuiſſe q ab hoſtibus aduenit.ff. de cap.l.retro
eqñ ergo legitimatõis poteſtatẽ poteſtati iuris poſtliminij
dicam ꝙ ſicut illud eum in cuius perſona amouet ius ſerui/
tutis per captiuitatem inducte facit eius cõditionis ac ſi nũ
ꝗꝫ in ea ſpecie ſeruitutis fuiſſet.xvj.q.iij.prima actione.ff.de
cap.⁊ poſtli.re.l.poſtliminium ſic. ⁊ legitimatio iſtuꝫ perin
de faciat haberi ac ſi illegitimus non fuiſſet.ff.ð iniu.te.ſiqs
filio.§.penultimo.⁊ ſicut per illud ius poſtliminium reuer//
ſus excluderet ſecundo genitos ⁊ remotiores vt pre.l.ſi qs
.§.ſed ⁊ ſi pater.ff. de bo.li.ſi necẽ.§.ſi deportatus.ff. de bo.
poſſeſſio.ſecũdum tab.qui ex liberis.§.j.ita ⁊ per legitima/
tionem que retrotrahitur. nam conſtat ipſum naturalem a
conceptu ⁊ partu habuiſſe ſtatum legitimitatis implicitum
explicitum ⁊ conſũmatum poſtmodum in contractu traha/
tur ergo conſũmatio ad initium.xxxv.diſ. ab exordio.ff. qui
po.in pi.habe.potior.ij.rñ.de contrahen.emp. nec emptio.
.ff.de peri.⁊ commo.rei vendi.ꝙ ſi pendente.al's eſt.§.ſub.
l.neceſſario.ff.ad.l.falſi.fundo legato. nec hoc impedit ma
trimonium intermedium vt dictum eſt in ſecundo membro
prime queſtionis.Et ſi dicamus retro non trahi.erit ſecũdũ
illud certo tempore naturalis tantum.⁊ certo naturalis ⁊ le
gitimus quod eſſet monſtrum vt.ſ̃.not. de clandeſ.deſpon.
cum inhibitio.⁊ eadem res ſic cenſeretur duplici iure ⁊ con
trario contra id.xij.q.ij. cognouimus de deci. cum in tua.ff.
de rerum permu.l.j.C.de codicil.l.finali. ¶ Quarto ſic ar
guo proles legitima dicitur cauſa omnis priuilegij ⁊ preci/
puitatis que doti indulgentur.ff.ſolu.ma.l.j.de iure do.l.ij.
de priuile.credi.intereſt.ſed cum ipſa dotis cauſa omni tem
pore preſenti preterito ⁊ futuro ſit ꝑcipua ⁊ fauorabilis.ff.
ſol.ma.l.j.facit.ſ̃.de pig.ex litteris.de do.inter vi.⁊ vxo. nu
per quanto magis ergo fauorabilis erit proles omni tempo
re:quia propter quod vnunquodqꝫ ⁊c̃.ſumitur hoc.C.ð na.
liberis.cum quis.ſit ergo iſte ꝑ omni tempore legitimus cũ
hominibus legitimis gaudeat princeps rempublicam fre/
quentari qui fi.ſint leg.ex tenore.⁊.c.fi.ibi pro vtilitate pub
lica.C.de indic.vidui.l.ij.ſicut de ingenuis dicitur.C.de bo.
li.l.finali.⁊ attendi debet tempus quod plus expedit legiti
mato vt pre.c.cum inter.C.de natu.li.nuper ad finem.

¶ Quinto induco ꝙ hoc eſt beneficiuꝫ ſacramenti ⁊ iuris
poſitiui canonici ⁊ ciuilis ergo latiſſime ſumendum.ff.de cõ
ſti.princi.beneficium de verborum ſigni.olim de dona. cum
dilecti.Item talis legitimatur ad ſpiritualia. vt not. in.c. tã
ta ⁊ de elec.innotuit.fortius ergo ad primogenituram cum
ſpiritualia ⁊c̃.qui fi.ſint legi.per venerabilem. xcvj.diſ. duo
ſunt.ſ̃.de ma.⁊ obe.illud ⁊.c.ſolite. ¶ Sexto ⁊ vltimo.vn
de textus apertus in autẽ.qui.mo.na.effi.ſui.§.reliqui ibi ſe
mel eos efficientes legitimos damus habere etiam ſucceſſio
nes illas etiam quas habent hi qui ab initio legitimi ſunt ⁊
ibi in.§.illud al's ſi quis ergo in fi.nihil a legitimis filijs dif/
ferentes.ad idem.ff.de li.⁊ poſthu.l.filio ⁊.C. de conſul.l.j.
in fi.li.xij.quarum legum caſus infra patebunt ⁊ per hoc cõ
cluditur pro ītiato. ¶ In contrarium pro prius ītio certum
eſt ꝙ ipſius cepit eſſe hereditas ad Gala.iiij. ſi filius ergo
heres.ff.ð liberis ⁊ poſthu.l.in ſuis.⁊ primo fuit cõſtitutus
in iure ſuccedendi inſti.de heredꝫ qua.§.ſed ſui.nec eſt hic
fauor ampliandus qꝛ ſi fauorẽ matrimonij inſpicimus hoc
eſt cõtra prius legitimũ.non debet ergo concedi poſteriori
quod denegaretur priori.ſ̃.de preben.cũ cauſam.C.qui po.
in pig.l.fina.ver.exceptis.cum ergo in duabus dotibus in q
bus etiaꝫ locũ habet fictio.C.de rei vx.ac.l. vna circa princ.
ex tempore prerogatiua ſeruetur vt ibi ergo ⁊ hic ne qð pri/
us legitime factum fuerat vel queſituꝫ ſuperueniẽtẽ euen/
tum vitietur vel perdatur cõtra regulam eodem titu. factũ
legitime cum concor.nam ⁊ habet regula quod id quod no
ſtrum eſt ſine noſtro facto a nobis euelli non poteſt.ff. eod.
titulo id quod noſtrum.primogenitus autem legitimus nil
fecit hic ꝑpter quod illud ius ſucceſſionis ſibi debeat depe
rire nec pater id facere potuit. Primo qꝛ iſte non eſt de ca
ſibus illius.§.cauſas in autenti.vt cum de appel. cogno. no.
ſ̃.de iureiuran.quintauallis.Secundo quia in preiudicium
filij ex primo matrimonio non potuit mutare conſilium hoc
eodem titulo mutare cum concor. tertio nõ poterat expreſ/
ſe priuare vel fraudare illum cui competebat ius ex primo/
genitura multominus tacite contrahendo cum illa olim cõ
cubina de preben.dilecto.Item nec papa nec princeps in al
terius graue preiudicium priuilegia concedunt de cõſue.cũ
olim in fi.ff.ne qd in lo.pub.l.ij.§.ſi qs.C.de eman.nec auus
Secũdo ſic probo.quod hodie incipit valere non trahitur
retro de deſpon.impu.c.j.eodem lib.valet ergo vt ex nũc vt
nota.in regula non firmatur patet hoc inſti.de mi.te.§.pen.
ff.eodem titulo quod ab initio.ff.de offici.procõ. obſeruare
in fin.facit.ff.que res pig.obliga.po.l.ticius ⁊ de mili.teſta.
tribunus cum ergo legitimatõ equipolleat reſtitutõi ⁊ vtra
qꝫ ex ſuo ſecũdum veritatem aliquid nõ tribuat iſtius attri
butionis effectus retro nõ extenditur ſed incohat ex tempo
re ſuo ergo prius legitimus ⁊ per id ius primogeniture ad/
eptus per legitimationem naturalis ꝗꝫ ponderamus ex ſuo
tempore illud nõ perdit vt patet in.c.tanta ibi poſt contra/
ctum matrimonium in auten.qui.mo.na.effi.ibi ex hoc ⁊ gl.
exponit tempore de reſcrip.ꝗuis libr. eodem.ff.de mino. ⁊
ſi ſine.§.ſed quod papa.de heredi.inſtit.ei qui ſoluendo de
bo.poſſeſſio.conrra tab.l.j.§.fina. nec mirum ſi retro nõ tra
hitur quia legitimatus habere debet que huius appellatio
nem decent in autentic.de inceſt.nup.§.dubitatum collatio
ne ſecunda. ſed non decet ꝙ plus iuris habeat legitimatus
ꝗꝫ legitimus in autentico.quibus mod.natura.effic.ſui.§. ſi
quis ergo ⁊.§.⁊ quoniam varie.§.ſi quis autem ergo ⁊c̃.põ
deramus autem quid deceat de voto magne de electio. cuꝫ
non deceat.libro eodem. ¶ Tertio ſic ſicut nos habemus
certos modos vel caſus quibus ſecundus expectans benefi
cium ponitur in locum primi quod nota.de preben.quia ſe/
pe.libro.eodem in vltima glo. ſic legiſte habent certos mo
dos quibus in ſuccceſſionibus hereditarijs cõſtitutus in lo
co ſecundo in locum prioris adducitur vt in morte naturali
que primo ſubducto ⁊c̃.vt qui fi.ſint leg.lator.ff.de ſuis ⁊ le.
filius a patre.§.filius ⁊.l.gallus in principio.Item morte ci
uili ⁊ deportatione vel dãnatione in metallum vt in.l. gal//
lus.§.quid enim ſi nepos de his modis.ff.de ſuis ⁊ le.l.j.§.ſi
filius vſqꝫ ad.§.poſt ſuos.ff.de iniuſti.teſta.l.poſthumorum
inſtitu.de exhere.libr.§.poſthumoruꝫ.ſed modus legitima
tionis non eſt de illis quod ſecundus adducatur in locuꝫ ꝑ
mi ergo ⁊c̃.per locum a ſufficienti numeratione partiũ.ſ̃.de
inſti.c.finali.de poſtulan.bone.ij.in finali.ff.de his qui ſui vl
alie.iur.ſunt.l.j.in principio.de ac. ⁊ ob.obligationum fere
de preto.ſtipu.l.j.§.j. ⁊ inſti. de act.§. actionum nec arguas
a ſimili de legitimatione ad caſus expreſſos.quia cãus omiſ
ſus a principe vel impetrante habetur pro omiſſo. ð ℞ptis
ſuſceptum libro eodem.vbi de hoc dixi ſuper glo.argu.con
tra.⁊ a canone de tempori. ordi.dilectus de ſen.ex. is qui in
fi.j.rñ.libro eodem in cle.de electio.ne romani poſt princ.⁊
.c.conſtitutionem in principio.a teſtõre.ff.de libe. ⁊ poſthu.
cõmodiſſime.ff.de excu.tu.ex his a paciſcente.ff.ſolu.ma.ſi
cum dotem in principio.de pac.cõ.l.final.⁊ a lege.C.de edi.
pri.an in totum ⁊ que ſit longa conſuetudo.l.j.

¶ Quarto ſic probo conſtat ꝙ conſuetudo duo requirit
coniunctim ſcilicet primogenituram ⁊ legitimitatem. ſꝫ na/
tus ex concubina non eſt talis.ergo cuꝫ verba ſint certa que
ſtionem voluntatis non admittunt qui fi.ſint le.c.ij.C. de li/
be.prete.l.iij.ff.de le.iij.ille aut ille.§.cuꝫ ex verbis.ſed in na
to ⁊ vxore ſimul concurrit vtrunqꝫ ergo ⁊c̃.

¶ Si ergo querimus quis prior eſt filius non eſt dubium
ꝙ naturalis hunc eniꝫ natura genuit.licet non honeſtas cõ
iugij.xxxij.q.iiij.c.fina.ff.de adopti.l.j.vnde ⁊ ſpuriuꝫ voca
mus filiuꝫ.c.pre.tanta.Sed ſi queritur quis prior naturalis
an legitimus.patꝫ ꝙ ſecũdus.⁊ ſi queratur quis prior in iu
re ſuccedendi.ſo.is qui prius illa duo iura nactus eſt ex qui

bus ius

bus ius ſucceſſionis competit vt ſic in hoc ponderetur ius
primogeniture.xxij.queſtio.ij.§.vlti.in principio.⁊ ſi vis vt
concedam eum cenſeri a natiuitate legitimum hoc non eſt
verum ſm veritatem nature ſed ſm diſpoſitionem vel ciui-
litatem:ſed conſtat ꝙ illum quem excludunt filij ſm natu-
ram non excludunt filii ſm ciuilitatem.ff.de lega.ij. ſi ita qs
.§.i.de condi.⁊ demonſtratio.fideicommiſſuꝫ.vnde non eſt
ſatis ciuiliter fieri de reſcrip.ſuſceptum.ſcripſi de hoc.§. de
conuer.coniug.cum ſis ad id.ff.de verbo.obligat.ex ea par
te.§. inſulam. vbi de hoc.C.de his que ve.eta.l.fina.
¶ Quinto arguo ſic.quando querimus de ordine ⁊ opor
tet ad alicuius perfectioneꝫ duo concurrere.ſi inter duo ꝓ-
ficientia in vno hec iura ſimul in altero concurrant prior in
telligitur ille medius qui inter duo primi ſua conſequitur ħ
patet in rei vendicatione ⁊ in publiciana.C.de rei vendic.l.
quotiens.ff.de publi.vt ſi quidem.⁊ hic tanto fortius: quia
actus traditionis erat neceſſaria ſequela contractus.⁊ ta-
men non trahitur ad contractum ſed hic non ſic:quia ſecun
dus contractus matrimonij fuit a nuda voluntate parentū
Idem in pignore ſi prius imperfecte cōuenit poſtea cū alio
perfecte demum ſecuta eſt perfectio cum primo ⁊ numera-
tio vt in pre.l.ticius.ff.que res pig.qui po.in pigno. habe.l.
j.in fine.⁊.l.qui balneum.⁊.l.potior.j.reſpon.Sic eſt vide-
re in littera qua mandatur alicui prouideri dato executore
ad conferendum ſine decreto.preſentia eniꝫ ⁊ executoris in
hibitio afficiunt ita ꝙ collatio ordinarij non tenet.ſed ſi in-
ter preſentationem ⁊ inhibitionem ordinarius conferat te-
net collatio.hec probantur de conceſſio.preben.ſi ſoli.li.eo.
ita ſponſalia de futuro ⁊ copula faciunt matrimonium. ſed
ſi inter hec duo deſponſetur alij de preſenti valet interme-
dium de ſpon.veniens.⁊.c.ſi inter de eo qui cogno. conſan.
per totum.iſta vero procederent vbi primum perficit ſine ſe
cundo vt in.c.ſi.de ſpon.duo.vel ſufficit vt in.c.ſi tibi abſen-
ti de preben.eo.lib.beneficium enim ante acceptatam colla
tionem mihi factam non fuit meum.ſufficit tamē collatio ad
impediendum collatorem ante repudiationem vel terminū
lapſum vt ibi. ¶ Sexto ponderanda eſt equitas. quid enī
dices de nobili domina non contractura cum eo cuꝫ quo cō
traxit ſi primogenitum habuiſſet ad ſucceſſionē habileꝫ que
poſtmoduꝫ primogenitum habuit ex matrimonio.Itē qua-
li periculo illam ſubmittis ſi naturalis ſperat ſe illa mortua
legitimari poſſe cum iure primogeniture.faciliter enim ve-
neno vł aliter conſpirabit in eius mortem ex quibus cōclu-
ditur pro primo legitimo ex matrimonio nato.
¶ Ad ſolutionem queſtionis huius eſt ſciendum ꝙ olim
hec queſtio fuit diſputata per Guił.accurſij ⁊ tenuit per ꝓ
dictum.§.reliqui inductum in fine prime partis legitimatuꝫ
preferendum maxime quia conſideratur tempus mortis in
ſtitu.de heredum qualita.§.ſui.⁊.§.in extraneis.ſic ſm eum
ex pacto olim inito hodie datur actio.C.de re. permutatio.
ex placito.⁊ dicebat ꝙ.§.illud ał's ſi quis ergo ad fineꝫ.vbi
dicit ex hoc non debet intelligi.ſ.tempore vt dicit ibi gloſel
la.ſed ex hoc.ſ.matrimonio ⁊ oblatione curie vł alio modo
ad legitimandum idoneo.Idem modernis temporibus te
nuit hic alius ſolēnis doctor in ſtudio paduano inducens ⁊
diſputans.Idem dicitur tenuiſſe alter ſumme ſcientie do-
ctor in ſtudio paduano inducens principaliter.l. filio.ff. de
libe.⁊ poſthu.ſed Bart.brix.hoc diſputauit in dominicali
lv.que incipit quidam habens filium.tenet contrarium pro
legitimo nato ſcilicet ex primo matrimōio dicens ꝙ hoc te-
nebat.H. neſcio ſi de hugutiōe vel hugulino intendit quia
per illorum ſcripta hoc non apparet.hoc etiam tenuit Tan.
in ſua nona queſtione.⁊ hanc partē teneo:ſed tremulus ꝑꝑ
illorum auctoritatem ⁊ reuerentiam qui tenuerunt contra-
rium:tamen hanc partem eligo de deliberato conſilio ⁊ re-
ſponſo trium doctorum legum ſolēniſſimorum huius ſtudij
quos in diſputatione nominaui.doctor etiam meus in theo
logia hanc partem deliberatus preelegit a me conſultus.

¶ Ad hanc autem ſolutionem quam Jaco.de bel.commē
dat in auten.quibus mo.na.effi.ſui.col.vij.induco tres dec.
ſexti.ſ.de reſcrip.ſi pro te.⁊.c.quāuis.de preben.ſi apoſtoli
ce.⁊ hoc modo aut dices ꝙ per ſecundum matrimoniuꝫ ſit
in illum naturalē collatio legitimitatis aut confirmatio aut
reſtitutio vel alterius predictorum fictio.de primo ſit talis
caſus in decre.ſi pro te.certum eſt ꝙ naturalis habet ſtatuꝫ
conditionatum ad legitimitatem .ſ. ſi parentes conſenſerit
in matrimonium.⁊ ille pro quo fuit ibi ſcriptum habuit etiā
ſtatum conditionatum.ſ.ſi conſenſerit epiſcopus ⁊ capitu-
lum.⁊ tamen ſi anteꝗ̃ interueniat ille conſenſus.alius cano
nicatum in illa eccleſia conſequitur: poſtea ſuperueniat ille
conſenſus.ille ſecundus in gratia qui conditioneꝫ preuenit
eſt prior ⁊ potior in aſſecutione prebende poſt vacantis. ſic
iſte qui primo conſecutus eſt legitimitatē erit primo potior
cuius poſtea legitimitas ſuperuenit.ſi dicas ꝙ eſt confirma
tio ſit caſus in decre.apoſtolice.vbi ſi reſeruatio legati ꝓceſ
ſit.⁊ confirmatio papalis ſecuta eſt:tamen poſt reſeruatio-
nem ⁊ ante confirmationem alter ibi impetrauit a papa:iſte
medius erit prior.confirmatio enim preponit illum ſolum
ius acquirentibus poſt confirmationem ſicut ⁊ hic legitima
tio preponit iſtum poſt genitum tm̄.Si dicas ꝙ eſt reſtitu-
tio.facit.C.de nata.reſti.l.ij.ibi natalibus ātiqs reſtitui ⁊c.
⁊ in auten.qui.mo.natu.effi.ſui.ſi quis.ergo ibi prolem vo-
luerit nature reſtituere tunc caſus eſt in decre.quāuis.ibi re
ſtitutio nō preiudicat iuri acquiſito alteri ante reſtitutionē
cui conuenit.l.ij.ff.de decur.procedit autem ſolutio ſi ō ſpe-
ciali contraria interpretatione vel obſeruantia conſuetudi-
nis quo ad caſum propoſitum non apparet.¶ Modo eſt
ad contraria reſpondēdū.⁊ primo ad.§.reliq.⁊ dico ꝙ mēs
littere hoc ſolum ſonat ꝙ ſicut a principio legitimis deferꝛ
ſucceſſio ſic ⁊ legitimatis,nec dicit littera ꝙ cenſeantur ab
initio legitimi:ſed ꝙ habent ſucceſſiones quas habent hi q
ab initio ſunt legitimi vide ſi.de eta.⁊ quali.a multis,in ſi. ⁊
ſubdiaconus eligitur in epiſcopum ſicut diaconus vel ſacer
dos nō per hoc fingitur diaconus vel ſacerdos.vel aliter il
lud vbi iuris repugnantia non impedit talem fictionem. ſe-
cus vbi impedit vt in terminis noſtris vt.j.dicam reſpondē
do ad tertium argumentum.vel dic ꝙ lex non ponit prero-
gatiuam in ſucceſſore ex ordine filiationis.vnde vocatur ſi-
cut ab initio legitimus cum hodie vterqꝫ naturalis ⁊ legiti
mus nec iure communi curamus quis prior.Sed cū queris
quis prior procedit ſolutio ⁊ caſus predicti quibus nō que
rimus de excludendo ſecūdo ſed de poſtponendo. facit ad
predicta quod recitare ſoleo de reſtit.in integ.conſtitutus.
Aliter enim iudicamus de temporali preſcriptione quā pre
uidit ius ꝗ̃ de illa quam nō preuidit.puta ſi inducta ſit per
conſuetudinem vt ibi.vel per conuentionem vt notaꝛ.ff.de
mino.emilius.⁊ per eundem modum poteſt reſponderi ad
§.ſi quis ibi nihil a legitimis.vel dic ꝙ nihil differunt vt ex
nunc ⁊ in ſucceſſionibus que nondum pro alijs erāt affecte.
⁊ ſi ſtemus gloſelle ibi ex hoc.ſ.tempore habeo propoſituꝫ
cui conuenit dec.de tanta.ibi poſt contractum matrimoniū
⁊ qđ recitare ſoleo poſt Hoſtien.de elec.innotuit.ꝙ legiti-
matio ſuperueniens per parentum coniugum non ratificat
electionem prius factā de legitimato .Ad.l.ex placito.di-
co ꝙ facit pro cum ibi conſideretꝛ vt ex nunc tēpus quo cō-
currit vtrūqꝫ naturale.ſ.⁊ ciuile.Ad.l.filio.reſpōdetur pri-
mo ſic ꝙ illa lex inducitur pro.nam ibi exheredatio de natu
rali emācipato non impeditur per arrogationem qua reci
dit in poteſtatem vt ſic vinculum ciuile non tollat impedi-
mentum medij temporis ſuper naturali iure fundatuꝫ ſic ⁊
hic ius quod competit naturali primo legitimo ꝙ exhēdat
illum naturalem tm̄ non tollatur propter ciuilitatem ⁊ legi
timationem ſuperuenientem Item illa lex loquitur de filio
ſemp nāli ⁊ legitimo ⁊ a ꝑncipio in ꝑtāte.q poſtea iure lrio
priuat⁹ fuerit ꝑ emācipatōeꝫ.vñ ꝑ adoptōeꝫ poti⁹ dꝛ recu-
perare ius legitimū amiſſū ꝗ̃ de nouo ꝗrere ad id.ff.ō pac.

ſi vnus.§.ꝙ ſi nó.tamen impropꝛie ſic dicitur qꝛ illud in iu-
re eliſo nó perempto.ff.de ſolu.qui res.§.arcam.vł ſic póde
rata róne licꝫ ille foꝛet emácipatus ve tñ ⁊ efficaciter filius
quo ad ius exheredationis ſaltem de iure pꝛetoꝛio.ff.de in-
offi.teſta.papinianus.§.j.⁊.C.e.l.ij.non fuit ergo tante po-
tentie adoptio vt ita eum de nouo filium faciat ſicut fieret
extraneus ⁊ per id extiguatur ius naturale per ius ciuile vt
ſicut facta exheredatio de non filio non nocet illi facto filio
ff.de bono.poſſeſſio.contra tabu.l.non putauit.§.ſi qs emá
cipatum ita facta de emancipato non noceat adoptione ſe-
cuta quia vere filius fuit.lex pꝛima de cóſuli.facit pꝛo in ṗn
ci.inquantum ibi dicitur ꝙ pꝛius dignitatem adeptus eſt ꝑ
oꝛ ſic ⁊ hic pꝛioꝛ adeptus legitimitatem.in fine facit contra
inquantum ibi pꝛioꝛ conſul ſecundo patriciatum adeptus ꝑ
fertur ſecundo pꝛius patriciatum adepto.ſi ſequeremur ſe-
cũdam lecturam quam ibi ponit glo.negaretur caſus.⁊ ſic
non eſſet reſpondere neceſſe:qꝛ faceret pꝛo.ſed ſecundũ có
munem caſum pꝛedictum ⁊ quem appꝛobat glo.ſolue ꝙ ibi
ex oꝛdine conſulatus debebatur magiſtratus facit.ff.de mu
ne.⁊ hono.℞pto.ſi ergo aliter factum fuerat ex quo pꝛimꝰ
adeptus eſt magiſtratum merito ꝑferẽdus eſt illi cui in adi
piſcendo pꝛeferri debuerat vel habebat ibi conſuetudo con
ſulatus quod habet conſuetudo multarum eccleſiarum ꝙ
inter canonicos eiuſdem oꝛdinis non inſpicitur pꝛioꝛitas in
oꝛdine ſed in inſtitutione vel canonicatu eccleſie ſic inſpicie
batur pꝛioꝛitas in cóſultu tm̃ inter magr̃atus habẽtes:vel
dic ꝙ caſus ille non cóuenit iſti.ibi de ſede hic de ſucceſſióe.
ſed ibi ex ſolo conſulatu habebat conſul ſedem.ſed ex magi
ſtratu maioꝛé.hic ex ſolis natalibus nil iuris habebat in ſuc
ceſſione.vnde pꝛobamus per legem illam ꝙ habens puruꝫ
ius ad canoniam licet ſecundo receptus pꝛefertur ſecundo
impetranti licet pꝛius recepto vel canonicatum adepto vt ð
reſcrip.tibi qui lib.vj.vbi in apoſtillis de lege illa mentioné
feci.⁊ ibi videas.Ad alioꝛum ſolutionem eſt ſcienduꝫ ꝙ lo
gicus habenti aſinam cum pullo de quo nunc eſt ſermo euã
gelicus in ramis palmarum per fallaciam accidentis ꝓbat
ꝙ illa aſina eſt ſua mater.⁊ ſic.iſta aſina eſt tua quod conce
ditur.Item eſt mater ⁊ hoc conceditur pꝛopter pullum.có
cludit ergo coniungendo iſta ergo eſt mater tua.recte ſic fa
ciunt aliqui argumenta contraria quibus dicunt iſte eſt pꝛi-
mo natus:⁊ hoc concedatur.Item eſt legitimus ⁊ hoc etiã
conceditur:coniungunt.ergo eſt pꝛimo natus legitimus ħ
negatur.qꝛ lꝫ aliqua pꝛedicare diuiſim que non licet coniũ-
gere vt hic vides ad ſenſum ꝙ hoc non ſequitur.ego ſuꝫ pꝛi
mus canonicus in eccleſia ⁊ ſum ſacerdos.ergo pꝛimus fa-
ctus ſacerdos.concedo ergo quod dicebatur in pꝛio argu-
mento eum pꝛimo natum ſed non pꝛimo eum legitime natũ
quod requirit cóſuetudo.quod ſubdebatur de tépoꝛe quo
defertur hereditas inſpiciendo fateoꝛ vbi pꝛius non compe
tijſſet illi per conſuetudinem ſaltem ad rem ⁊ tale quod affi
cit ⁊ impedit patris poteſtatem vt dixi in fine quinti argu-
menti ſecunde partis.⁊ per hoc ſit reſponſum ad totuꝫ ſecũ
dum argumentum excepto ipſius fine ad quem reſpondet
ꝙ illud verum in eodem inſtanti alias cóſtat ꝙ diuerſis té
poꝛibus eadé res diuerſo iure cenſetur.Quod ſubdebatur
in pꝛimo argumento ꝙ conſuetudo debet aliqd in iſto ope
rari hoc verũ ſi eſſet ille quem iuuat conſuetudo.Quod in
fine dicebatur idem de toto quod de parte.verum ſi eodem
iure deberetur vtrunqꝫ.ſed de iure debetur pars quia legiti
mus de conſuetudine.totum quia pꝛimus legitimus cum er
go nó ſit eadé vtriuſqꝫ ⁊c.¶ Ad tertiũ argumẽtũ de retro
trahendo reſpondeo ꝙ in fictionibus que ad pꝛincipiũ tra
hi debent opoꝛtet ꝙ eadem cauſa ⁊ eſſentia perſeueret.alꝭ
ſi ex poteſtate filia ſit emancipata fictio ſuam naturam imu
tet.patet.C.de rei vxo.actio.l.vna.§.videamus.cum ergo ꝑ
tempoꝛe quo pater habuit legitimam vxoꝛem ⁊ ex ea filium
concubina non potuerit eſſe vxoꝛ.ergo fictio mutabit natu
ram.⁊ ad id tempus non trahetur nec enim trahi debet ad
tempus quo ſequi poſſit iuris repugnantia.ff.de vſucapio.
ſi is qui.C.de inofficio.dona.l.ſecunda.⁊ de donatio.inter
virum ⁊ vxoꝛem.l.donationes.ſm illos qui dicũt ꝙ nó tra-
hitur ad dominium.¶ Item nec fictio trahitur ad pꝛincipi
um mutata conditione perſone.vel quando res poſſit vitia
ri.C.de teſtamen.ma.l.j.ff.de teſtamen.mi.ſi certarum.§.fi-
na.ff.de capti.in bello.§.codicilli.plus videtur ꝙ fictio lo-
cum non habeat cum alterius pꝛeiudicio quod ſic pꝛoba-
tur vt dixi in fine argumentoꝛum ſecundi membꝛi pꝛime que
ſtionis.actio de dote que non competit conſtante matrimo
nio facto diuoꝛtio competit ⁊ reintegrato matrimonio deſi
nit competere iam inchoata vt.l.ſi mulier diuerterit.ff.ſolu
to matrimonio ⁊ alijs legibus ibi allegatis.ſed licet hoc ex
fictione qua fingitur non diuertiſſe vel non competijſſe pꝛo
cedat quando debetur ſoli mulieri vel mulieri ⁊ patri.non
tamen pꝛocedit quando debebatur extraneo vt patet.ff.de
iure do.ſtipulatio de dote.ff.ſoluto matrimonio in inſulam
.§.finali.in illius enim pꝛeiudicium non pꝛocedit illa fictio.
licet ergo quo ad parentes contrahentes ⁊ ipſum filiuꝫ pꝛo
cedere poſſet fictio.non tamen quo ad pꝛeiudicium pꝛimo-
geniti legitimi habenti efficax ius vt dixi.ſi ergo poneremꝰ
patrem habentem legitimos vxoꝛe moꝛtua ex concubina fi-
lium habuiſſe.cum qua poſtea contrahit nulla iuris repu-
gnantia vel alterius pꝛeiudicium impedit fictionem ad ṗn-
cipium trahi.⁊ ſic etiam pꝛocederet.§.reliqui vt ſupꝛa dixi.
¶ Ad id quod dicitur pꝛoli fauoꝛem deberi fateoꝛ.ſed nó
contra aliam pꝛolem.⁊ ad perimendum ipſius ius ſicut nec
pꝛiuilegiamus dotem contra dotem vt dixi in pꝛimo argu-
mento ſecunde partis.¶ Ad vltimum quod de beneficio
dicebatur dico ꝙ nedum ſacramentum matrimonij ſed nec
etiam ſacramentuꝫ baptiſmi quod maius eſt tollit ius actio
nis vel exceptionis alteri competens:vt nota.xxvj.diſtinct.
deniqꝫ.⁊.xxviij.queſtio.pꝛima ſi quis.⁊ de diuoꝛtijs quan-
to in vltima gloſa.beneficia ergo licet large interpꝛetemur
non tamen ſic large ꝙ alterius ius perimãt:tamen ſic ꝙ ali
quid conferant.iſtud autem multum confert:quia honoꝛi-
bus fungitur vt legitimus vt ceſſante conſuetudine in par-
te ſuccedit.¶ Iteꝫ deficiente illo pꝛimogenito ad alios eũ
ſequentes haberet ius pꝛimogeniture.plus caſus eſt quod
legitimatus naturalis non ſuccedit in feudo ⁊ ſic beneficiũ
non recipimus latiſſime in lib.feud.ſi de feu.controuer.fue.
c.naturales.ſoleo tamen dicere in.c.tanta id loqui de legiti
mato non per matrimonium ſed per pꝛincipis beneficiuꝫ in
quo id non expꝛimitur vt ibi nota.tales autem diſpenſatio-
nes natalium ſunt odioſe ⁊ ſtrictam habent interpꝛetatio-
nem de fil.pꝛeſbyte.c.j.lib.eo.⁊ ſuper hoc vide quod plene
ſcripſi in.c.latoꝛ ſuper pꝛima glo.Quia in pꝛecedenti arti-
culo mihi ipſi videoꝛ fuiſſe pꝛolixus.hunc vltimum qui eſt
an poſito ꝙ clericus ſit ille ſecundogenitus ⁊ alter habet
ius pꝛimogeniture ſibi pꝛeiudicet conſuetudo bꝛeuiter ex-
pediam.¶ Et contra clericum inducam quatuoꝛ.ſecundo
pꝛo ipſo alia quatuoꝛ ⁊ opinionem.tertio datur ſolutio ſol-
uatur opinio per quam contrarijs reſpondetur.

¶ Et ꝙ pꝛeiudicet videtur per gl.legum expeditum.que
runt enim glo.ff.de legibus de quibus.C.que ſit longa con-
ſuetudo.l.j.an conſuetudo ꝙ monachus non ſuccedat exté
datur ad regularem Canonicum.ponunt ergo glo.ille pꝛo
indubitato conſuetudinem illam non ſolum clericis ſed eti-
am monachis pꝛeiudicare.ad idem glo.vlti.in autenti.hoc
ius poꝛrectum.C.de ſa.ſan.ec.licet communiter non appꝛo-
betur.¶ Secundo conſtat ꝙ liber vſus feudoꝛum iuxta
quod verbum ſonat ſunt conſuetudines feudoꝛum ⁊ tamé
per illas conſuetudines clericus non ſolum non ſuccedit in
feudo.ſed etiam illud perdit per clericatum vt de vaſal.qui
ar.hel.depo.c.vno ſi de feudo controuerſia fuerit.c.qui cle
ricus de beneſi.femine.c.vno in fi.⁊ an mutus ⁊ alias imp-
fec.c.vno.⁊ ſic patet per has gloſas ⁊ caſus per tales con-
ſuetudines clericis pꝛeiudicari.

¶ Tertio

¶ Tertio ſuadet etiam hoc equalitatis ratio.cuȝ enim ipſi tales conſuetudines recipiant pꝛo ſe tenentur illas recipe/re contra ſe.de vita ⁊ honeſta.clerico.c.fina.cuȝ concoꝛdā. pꝛecipue cum conſuetudo talis ſuper equitate fundetur ſcilicet ne patrimonia annihilentur. facit quod poſt Hoſtiē. ſcripſi de voto.licȝ.facit.§.de pꝛeben.maioꝛibus.de pigno. ex litteris.de conceſſio.pꝛeben.c.fina.verſicu.quanto eodē lib.ff.de exerci.ne in plures.⁊ appetit reſpublica ſubiectos foꝛe locupletes in auten.vt iud.ſine quoquo ſuffragio.§.cogitatio.colla.ſecunda.ſi ergo fatemur conſuetudineȝ equā fateamur ꝙ ipſius virtus ligat pꝛiuilegiatos ſcilicet cleri/cos ſic pꝛiuilegiatos minoꝛes ⁊ pupillos. vnde conductoꝛ quia poſſeſſoꝛ ad tributa tenetur ⁊ non dominus.ff.de vſu/fruc.hactenus.⁊ de impen.in rebus dota.factis neqȝ ſtipē/dium.C.de anno.⁊ tribu.l.j.lib.x.de agrico.⁊ cenſi. litibus .§.hoc de redditibus.⁊ de coll.fun.pa.omnes lib.xj.ſed cō ſuetudo ꝙ domini teneantur ⁊ non poſſeſſoꝛes ligat etiam minoꝛes vt patet.ff.de adminiſtratio.tuto.ſine herede.§.lu tius.Idem pꝛobent decreta.ex eo ꝙ de elec.coniuncta cum decreta.vlti.de conſuetu.eodem libꝛo.cum igitur conſuetudo detrahat ſinguloꝛum patrimonijs.ff.communia pꝛedio. venditoꝛ.§.ſi conſtat.patet etiam in ſucceſſione feudi inter laycos ſi de feudo controuerſia fuerit.c.mulier.⁊.c.ſi filij.⁊ de matri.⁊ ad moꝛga.contracto.c.vno.fateamur ꝙ huic clerico pꝛeiudicet in poꝛtione ſibi alias de iure debita. nam videmus ꝙ pꝛiuilegiuȝ Anglicis conceſſum pꝛodeſt clericis de foꝛo competen.dilecti.ſic ⁊ conſuetudo eos ligabit cum in iure iſta equiparemus.ix.q.iij.conqueſtus.⁊ de offi.oꝛdi. duo ſimul.de iudi.nouit.verſicu.non enim cum concoꝛdan. Iteȝ videmus ꝙ de iudicato in foꝛo eccleſiaſtico excipitur in ſeculari ⁊ econtra.de excep.c.ij.lib.eo.multa exempla de virtute conſuetudinis ſcripſi de conſuetu.c.fina.ſuper glo.⁊ qua. ¶ Quarto pꝛobetur hoc etiam ab originis pꝛincipio vt dicamus ꝙ quoꝛum eſt eadem oꝛigo ipſoꝛum eadem ſit ratio.facit de cleri.peregri.c.j.de deci.ex parte.ij.⁊.c. cuȝ in tua.in ſucceſſione patet.C. de libe.pꝛete.l.fina. de leg. here. l.duodecim.inſtitu.de exhereda.libe.§.noſtra.de legi. agn. tute.§.ceterū.⁊.§.ſequentibus.ſed conſtat ꝙ.B.⁊.C.ambo ſunt nati layci ⁊ nudi.xlvij.diſtin.ſicut.vnde nec clerica/tus confertur infanti vel illitterato.de tempo.oꝛdi.c.ſi.lib. eodem.ipſum ergo in natiuitate ſua ⁊ pꝛius ſi fas eſt ſic loqui ligauerat conſuetudo que pꝛimogenito detulerat ius pꝛimogeniture quo ſibi debebant bona etiam patre inuito vt dictum eſt in pꝛoximo membꝛo.clericatus ergo ſubſequens illud ius pꝛius queſitum pꝛimogenito auferre non potuit ſicut nec abſtulit baptiſmus vt dictum fuit in pꝛoximo mēbꝛo in fine.ſic ex his concluditur contra clericum. ¶ In contrarium pꝛo clerico allegatur equiparatio legis ad ꝯſuetudi/nem.ff.de legi.l.de quibus.ſed ita eſt ꝙ lex nō ligat niſi ſubditos de ſenten.excommunica.a nobis.de peni.⁊ remiſſi. ꝙ autem de conſtitu.c.ij.lib.eo.⁊ in.l.cunctos populos in pꝛi. .C.de ſumma trinita.ergo nec conſuetudo ligabit non ſub/ditos.conſtat autem ꝙ aliud eſt clericus ꝙ̄ populus de pꝛeben.c.j.de verboꝛum ſignifica.ex parte de ſenten.excōmu.ſi ſententia lib.eod.inde eſt ꝙ plebiſcita olim non ligauerunt nobiles.ff.de oꝛigi.iur.l.ij.§.deinde.inſtitu.de iure natu.gē. ⁊ ciui.§.plebiſcitum.Item nec ſtatuta vel conſuetudies populi ligāt hodie clericos qui nobiles ſunt.C.vt nemo pꝛi.l. ij.⁊ quomodo militibus equantur ſatis dixi in tertio mem/bꝛo pꝛime queſtionis. ¶ Secūdo clerici ſunt maioꝛes:ſta/tuta ergo minoꝛum vel conſuetudines illos non ligant.xxj. diſtin.inferioꝛ de maioꝛita.⁊ obedien.cuȝ inferioꝛ.Itē etiā ſponte non poſſunt clerici ſe ſubijcere iudicio laycoꝛum de foꝛo competen.ſi diligenti eodem titu.ſignificaſti.

¶ Tertio pꝛo clerico faciunt tex.xcvj.diſt.bene quideȝ de conſtitu.eccleſia ſancte Marie.⁊.c.que in eccleſiarum de re.eccle.nō alie.c.fina.hoc de lege vel conſtitutione.de con/ſuetu.patet ꝙ ex quo grauoſa eſt eccleſijs vel clericis nō tenet.de ꝯſue.c.j.⁊.c.cum inter de iudi.clerici de re iudi. cum cauſa.⁊.C.de ſac.ſan.eccle.auten.caſſa.⁊ maxime in termis queſtionis quibus loquitur de conſtituto in ſacris qui a ſtatu clericali non poteſt diuertere de elec.cum ex eo li.eo. ſint ergo immunes a lucratiuoꝛum inſcriptionibus.C.de ſa.ſan. eccle.l.penul. ¶ Quarto negatur verum eſſe qḋ allegaba/tur pꝛimo hanc conſuetudinem rationabilem:immo iniqua ⁊ irrationabilis videtur que aufert alteri quod ſibi debet ō conſuetudi.c.penulti.⁊ filios qui non habita pꝛioꝛitatis ra/tione debent equaliter patri ſuccedere vt dixi in pꝛoxio mē bꝛo in ſolutione contrarioꝛum.facit ſumme inequales vt .ſ. alteri totū alteri nihil debeatur contra id.xvij.q.vij.c.i.Itē pꝛiuat iſtum legitima quod patet expꝛeſſe non poſſet de te/ſtamen.raynucius.⁊.c.Raynaldus.ergo datur ꝙ valeat inter laycos ⁊ inter eos de facto ſeruetur nō tamen noceat clericis.⁊ hanc partem tenet Iaco.de are.vt notat Cy.C. que ſit longa conſuetudo.l.ij.in fine. loquendo in communi de conſuetudine.⁊ Hoſtien.in ſum.de conſuetudi.§.fina.verſicu.ſed pone.⁊ quod poſt eum ſcripſi de foꝛo competen.po/ſtulaſti ad finem magne glo. ¶ Solutio puto in terminis queſtionis conſuetudinem clerico pꝛeiudicare per allegata in pꝛima parte ⁊ maxime in fine coadiuuetur hoc:quia alias conſuetudo in illis partibus non procederet pꝛopter reme/dium fraudis parate ſecundogenito circa clericatum ſuſci/piendum ⁊ damnoſum nimis eſſet pꝛimogenito ſi notabilē quotam hereditatis ſibi per pꝛimogenituram non ſoluȝ de/bite ſed affecte per fratris vnius vel plurium clericatū amitteret.tales autem fraudes non amplectimur de diuoꝛ.quanto in fine cum concoꝛdan.ff.de rei vendi.in fundo.hoc etiaȝ quoadiuuat quia ſic ſe in partibus illis vbi viget interpꝛe/tata eſt conſuetudo qua optime etiam interpꝛetamur legeȝ de conſuetudi.cum dilectus.ff.de legi.ſi de interpꝛetatione ſed eſt ſciendum ꝙ opi.Hoſtien.⁊ Iaco.poſita in fine par/tis contrarie nihilominus vera eſt extra terminos noſtros quando ſcilicet queritur de pꝛeiudicio ꝙ inchoaret cōſue/tudo in iam clericum per quod dici poſſet ꝙ ſi vera eſſet in articulo pꝛoximo opinio cōtraria ſcilicet ꝙ legitimatus haberet ius pꝛimogeniture cum tempoꝛe huius iuris queſiti ille iaȝ eſſet in ſacris vt ponit thema ſibi non pꝛeiudicaret cō ſuetudo.⁊ per hunc modum ſoluendi ſint concoꝛdata con/traria.

ſ

**Ine poſſeſſione** iij.non proce/dit exponit Dynus.i.non inchoatur licet quando inchoata ſine poſſeſſione cōtinuetur.nam hereditas iacens non poſſidet.ff. ſi quis teſtamento libe.⁊c.l.pꝛima.§.Sceuola. ⁊tamen vſucapit.ff.de vſucapion.l.ceptam..⁊.l.nunquam.§.vacuum.⁊.l.iuſto.§.nondum adite.ſatis inſtat in hoc finaliter dicens ꝙ poſſeſſio quam habuit defūctus apta eſt continuari in heredē qui eſt eadē perſona iuris fictiōe.ff.de vſuca.l.heres ſi nō ſit per alium occupata tunc enim impe/diretur pꝛedicta continuatio.ff.de acquiren.poſſeſſio. pomponius.§.queſitum.⁊ de vſuca.l.poſſeſſio teſtatoꝛis.ſi vero per alium occupata non eſt pꝛo continuata debet haberi.argumē.ff.de teſta.l.filius.ff.ex quibus cauſis maio.cuȝ miles circa pꝛi.⁊ pꝛo herede.l.ij.§.filium.⁊ ideo procedit pꝛeſcri/ptio. ¶ Pꝛima gloſa dicit vnde ſumpta.⁊ ponit ⁊ ſpecificat exempla.ſecundo de multiplici poſſeſſione remittit. ter/tio tractat qualis poſſeſſio in pꝛeſcriptione requirat. quar/to quomodo poſſeſſio debeat eſſe continua.quinto de qua/ſi poſſeſſione. ¶ Ultima glo.pꝛemiſſa ratione regule po/nit duas obiectiones legales quas ſoluit.vltimo obijcit de decre.contingit.⁊ ſimpliciter ſoluit. ¶ In pꝛima glo.ibi ſine poſſeſſione.ſequitur non procedit vſucapio.

¶ In glo.ſecunda ibi.l.ij.vide in ſeq.glo. ¶ In glo.vltima ibi in.l.ij.in peculiaribus receptum eſt vt ignoꝛantes vſuca

pianus.⁊ idem.§.celſus ⁊ ibi ſeruus.clam facit qui eſtima-
re debet queſtionem ſibi moturam licet non eſtimet ne ſtul-
tus ⁊c.⁊ ibi q̄uis vide in.c.contingit in.iiij.glo.⁊ ibi.l.vna
vide in.c.is qui ſtatim allegato in glo.ij. ¶ In.j.glo.ibi ci
uilis poſſeſſio prolixe h̄ tractat hoc Dy.qḋ ad preſcriptio-
nem requiritur ciuilis ⁊ naturalis poſſeſſio vel ciuilis tm̄ .ſ.
que animo retinetur ſed naturalis tm̄ non ſufficit vbi alius
ciuiliter poſſidet ꝙ ſufficiat ciuilis probat per leges dicen-
tes ꝙ abſens quem conſtat ſolam ciuilem animo retinē poſ
ſidet quo ad continuandam vſucapionem.ff.de fur.l.ſerui
⁊ filij.§.vlti.de diuer.⁊ tem.preſcript.l.in acceſſione de acq-
ren.poſſeſſio.l.j.§.per ſeruum qui in fuga.ad id qḋ ſola na-
turalis non ſufficiat.ff.de acquiren.re.domi.l.acquiritur.§.
vlt.ad exhibendum.l.celſus.§.iulianus.⁊ de acquiren.poſ-
ſeſſio.l.j.§.per eum.ſequitur etiam hoc neceſſario ſm̄ eū ex
quo ponimus ciuiliter poſſidentem preſcribere vt probatū
eſt.nam ſi diceremus idem de poſſidente naturaliter ſeque-
retur iuris impoſſibile.ſ.ꝙ duo alicuius rei dominium inſo-
lidum eodem tempore acquirerent quod eſſe non poteſt.ff.
commo.ſi vt certo.§.ſi duobus.⁊ de caſtren.pecu.l.heredi-
ditate.§.pater.⁊ de regu.iur.ꝙ contra.§.vni duo.ſed oppo
nitur ꝙ ſm̄ hoc contra abſentem nō curret preſcriptio que
non currit contra poſſidentem.C.de preſcrip.xxx.anno.l.ij.
Item tempus non eſt modus perdende poſſeſſionis.ff.qui
bus mo.vſufruc.l.ſi mulieri.ergo ꝯtra abſentem ciuilē poſ-
ſeſſionem animo retinentem nunq̄ꝫ curret preſcriptio.Re-
ſpondet ꝙ licet tempus non ſit modus perdendi poſſeſſio-
nem eſt tamen modus inducendi obliuionem ⁊ obliuio eſt
modus inducendi diſpoſitioneꝫ animi:⁊ diſpoſitio animi ē
modus perdende poſſeſſionis vt legitur ⁊ notatur.ff.ḋ vſu-
ca.l.furtum.§.fundi.ſi ergo ciuiliter poſſidens neglexit na-
turalem poſſeſſionē per decem annos vel vltra illa negligē
tia ꝓuat illuꝫ poſſeſſione ciuili ſicut negligētia in adipiſcen
da vel recuperanda poſſeſſione inducit amiſſionem ciuilis
ff.de acquiren.poſſeſſio.ſi ideo.§.forte.ꝯcludit ergo contra
ciuiliter poſſidentem preſcriptionem non inchoari duabus
rationibus ſupradictis.inchoabitur autem ex quo ciuilem
perdiderit vt eſt dictum ⁊ dicit ꝙ glo.in.l.j.C.de ſer.fugiti.
voluit hoc dicere ſed non plene.propter predicta vero inci
denter tractauit aliam queſtionem an ſint due poſſeſſiones
ſpecie differētes an vna tm̄ diuerſificata per accidētia quā
plene proſequitur.tenet autem opinioneꝫ Ioan.ꝙ ſint due
per.l.ff.de acquirē.poſſeſ.l.iij.§.nerua filius.⁊ pro herede
l.ij.§.quod vulgo.⁊ in fi.idem Dy.qui formauit de hoc ob
iectionem ad vlti.allega.ff.ſi ſerui.vendi.ſi quis diuturno ḋ
aqua plu.ar cen.l.j.§.deniqꝫ.⁊.l.ij.in ꝑncipio.C.de ſer.⁊ aq̄
l.j.⁊.ij.de preſcrip.lon.tempo.l.vlt.dat etiam ſimile de iter
dicto vti poſſidetis quod nō datur niſi poſſidenti.ff.vti poſ
ſidetis.l.i.§.interdictum.⁊ tamen ſicut datur pro tuēda ve
ra poſſeſſione rei corporalis immobilis ita datur pro quaſi
poſſeſſione tuenda rei incorporalis que de numero immobi
lium reputatur.ff.de ſer.l.pe.ſi ſerui.vendi.l.ſicuti.§.ariſto.
⁊ vti poſſi.l.fina. ¶ In glo.vlti.ibi ſed lex.idem Dyn.⁊ ibi
ſolutio idem dicit hic Dy.

b **Ec regula** facit ad queſtioneꝫ quam
diſputaui poſt Io.de mō-
te murlo quam ſic ꝓpoſui Ioanni dioceſano epi
ſcopo petenti quartam decimaruꝫ. opponit ec
cleſia preſcriptionem queritur quis habeat probare.
¶ Pro epō duo allegauit diſputans que fortifico.ſecun-
do contra ipſum allegauit quatuor que etiam fortifico. ter-
tio ponit̄ ſolutio diſputantis oſtendit̄ difficultas ſolutionis
ponunt̄ euidentialia datur ſolutio diſtinguens ⁊ cōtrarijs
reſpondens. ¶ Qḋ eccleſie excipienti incumbat probatio
ſic arguo. certuꝫ eſt petitionem epī circa quartam fundatā
eſſe iure cōi.x.q.iij.vino.ē.de offi.ordi.cōquerēte.ē. de pre-
ſcrip.de quarta.de deci.qm̄.⁊.c.dudum.hꝫ ergo ꝓbare ipſi

us aduerſarius.c.di.contra morem.Item preſumptio etiaꝫ
facit pro epiſcopo ꝙ diligens fuerit in exigendo.⁊ qḋ non
iactauerit pecunias ſuas.ff.de probatio.cuꝫ de indebito de
ſolu.c.ſi.ergo ꝑgo probet eccleſia. ¶ Secundo ſic reus in
excipiendo quo ad onus probandi ſit actor.ff.de probatio.
in exceptionibus.ē.eo.de excep.pia.⁊ habet probare niſi ex
cipiat negatiue de renunci.ſuper hoc de proba.tertio de te-
ſti.caꝫ litteris de his que ſi.a prela.quanto.⁊ generaliter al
legans preſcriptionem habet illa probare eodē titu.veniēs
⁊.c.olim.⁊.c.auditis.de cauſa poſ.cuꝫ eccleſia.ſic ⁊ allegās
conſuetudinem de conſuetu.cum dilectus.⁊ ſi eccleſia ꝓba-
re non poteſt.hoc nocere nō dꝫ epiſcopo qui probauit ſed
dicetur eccleſie deficere non ius ſed probationem ſm̄ Ioā.
de mon. ¶ Fortificatur ꝑmum ſic ſi ius cōmune ⁊ preſum-
ptio quodlibet per ſe transfert probationem in aduerſariuꝫ
etiam negantem vt infra ꝓbabitur fortius vtrūqꝫ cōiunctū
facit de reſti.ſpo.audita.de purga.cano.inter.Item ſi pre-
dicta transferunt probationem fortius impediūt ne ex vi ne
gatiue transferatur probatio in epiſcopuꝫ:cum plus ſit trāſ
ferre ⁊ minus impedire.ad hoc.xv.q.i.§.fina.de iureiurādo
quēadmodum. ¶ Scōm fortificatur per no.poſt Inno.⁊
Hoſtien.de accu.ſuper his.vbi tenent ꝙ excipiens contra
electum etiam de tali negatiua que probari non poteſt per
hoc non transfert in epiſcopuꝫ onus probandi. ibi videas.
⁊ ꝙ talis negatiua non transferat probent lex cū de indebi
to ⁊ dec.is qui.ꝑalleg.ſic inducte:certum eſt ꝙ repetens in
debitum quod ſoluit habet neceſſe probare ꝙ fuerit nō de
bitum ſed hic ſi nunq̄ꝫ fuit debitum impoſſibile eſt probari
aliter q̄ꝫ per confeſſionē aduerſarij.quod patet ⁊ dicere ſo
leo vt lite non conteſta.quoniam ſuper vlti.glo.de reſcript.
nonnulli.⁊.c.ex parte.iij.non tamen per hoc transfertur ꝓ-
batio in aduerſarium ad idem de priuileg.cum perſone eo-
dem lib.de conſue.c.iij.vbi probat allegans preſcriptioneꝫ
⁊ conſuetudinem negatiuam ſcilicet ꝙ non ſubeſt epiſcopo
⁊ ꝙ non requiſiuit epiſcopus conſilium capituli.ſatis facit
ad idem.C.de fun.patri.l.ſi.ad ſi.li.xi.vbi allegat̄ ꝑſcriptio
xl.anno.in canone non ſoluto quam probat allegans ibi.xl.
an.poſſeſſio teſtatur ad idem.C.de ſerui.l.final.vbi allegat̄
preſcriptio.xx.an.contra non vtentem ſeruitute. ex quibus
concluditur ꝙ probet excipiens. ¶ Qḋ probet epiſcopus
ſic oſtēditur dicens habet probare nō is qui negat.ff.de ꝓ-
batio.l.ij.C.eo.actor.vj.q.ſi.actor.⁊ eſt virtus pure negati-
ua transferre ꝓbationem in aduerſariū vt no.de elect.bone.
etiam ſi huic negatiue aduerſetur iudex vt patet de probat.
quoniam contra. ¶ Secundo ꝓbatur per.l.plures.C.de ſi
de inſtrumē.cuius conſilium alˀs eſſet inutile.ſ. quod datur
domino ſcilicet de recipiendo inſtrumento ſolutiōis ſibi fa
cte a colono vel emphitheota ne contra ipſum alleget̄. xxx.
an.preſcriptio in non ſoluendo.ac ſi dicat lex cum allegans
talem preſcriptionem propter negatiuam que ineſt non ha-
bet neceſſe probare videat dominus ꝙ poſſet probare con
trarium ne ſuccumbat. ¶ Tertio quia inutiliter emanaſſet
decre.de preſcrip.de quarta. que dicit hanc quartaꝫ preſcri
bi ſed hoc eēt ꝙ preſcribēs haberet probare ⁊ probare nō
poſſet.nec valet ſi dicis ꝙ probare poterit per poſitionē de
cōfeſ.c.j.li.eo.qꝛ adhuc illud ius non emanauerat.
¶ Quarto iuuet clericos quia rei ſunt ⁊ fauorabiles ⁊ pu
gnant pro libertate.ē.de ꝓba.ex litteris de re iudi.c.fin.ſm̄
Io.de mon.fortificat ꝑmū qḋ no.Accur.C.de nō nu.pec.l.
ij.ſ.negatiuā purā ꝓbatam hoc ipſo ꝙ nō ꝓbat̄ ꝯtrariū.ad
ſecūdum facit optime.ē.de teſti.ſignificauit.vbi ꝯſulit̄ ꝓdu
centi teſtes in caſu publicationis ꝙ de requiſitione aduerſa
rij ꝯfici faciat publicū inſtrumētum ac ſi dicat apparētibus
atteſtationibus ſi negaret aduerſarius ſe citatū ꝓducēti in-
cumbit probatio.habeatur ergo inſtrumētū ad id.Ad ter-
tium ēt facit ꝙ lex nō dꝫ eſſe inutilis ⁊ de verbo tm̄ nec im-
poſſibilis.iiij.di.erit aūt.ē.eo.li.de electione cōmiſſa.§.por-
ro.C.cōia dele.l.ij.in fi.ex quibus concluditur ꝙ epiſcopo
incumbit

incūbit vel cōpetit ꝓbatio. Sed ſi nō allegat titulus obti
net ep̄s lȝ nil ꝓbet. ſi vō allegat eccleſia titulū ꝓſcriptionis
ſufficientem puta ꝯceſſionē epi ſine conſenſu capituli vl' cō-
firmationem pape in communi forma vel alium ſufficientem
vel probat ſe alijs hanc quartam non ſoluiſſe ſpacio .xl. an.
vel hanc quartam al's petitam ab ep̄o ꝛ denegatam vel ſil'e
per quod apparet eccleſiam fuiſſe in poſſeſſione ꝛ ſic pre-
ſcripſiſſe tunc ſuccumbet ep̄s niſi probet poſſeſſionē ꝛ inter
ruptionem per pre. c. auditis. ꝛ per. l. plures. C. de nō nu. pe
cu. ſi ex cautione. ꝛ. l. aſſeueratio. ꝛ iura que dicunt ꝙ ꝓbat
negans loquunt' quando preſumptio eſt contra ipſum. ꝛ iu
ra que dicunt probare illum qui preſcriptionem obijcit lo-
quuntur in affirmatiua ſm Jo. de mon. ¶ Mihi videt' ꝙ
huius q̄ōnis ſolutio ſedeat tremula inter duas fortes con-
trarias equitates. ſi enim dicimus epiſcopum debere proba
re ſequitur ꝙ ſuccumbet niſi probat ꝙ videtur iniquiſſimū
ſcilicet ꝙ ex ſola verbali allegatione preſbyteri non probā
tes ſuccumbat epiſcopus cuius petitionem fundat ius cō-
mune. ꝛ cui forte eſt impoſſibile ſolutionem probare licet fa
cta fuerit propter familiam epiſcopatus mortuam ꝛ muta-
tam vt eſt moris vel incendium palatij ſi extabant inſtrumē
ta vel his ſimilia. ꝛ diſcutiat quiſqȝ qua cōſcientia poteſt iu
dex hic eccleſiam abſoluere. ꝛ ſuper quo fundetur hec ſolu
tio. In contrarium ſi dicamus eccleſiam debere probare ſe-
quitur ꝙ ſuccumbet ſi non probet. ſed fingamus ꝙ eccleſia
vere preſcripſerit non ſoluendo. Nec extat aliquis modus
hoc probandi: q2 nec fuit interpellata nec alteri ſoluit q̄ con
ſcientia condēnamus eccleſiaȝ que non reperitur in aliqua
culpa cum iſtud ſit tale negatiuum in quo durāte ꝓſcriptio
ne ad nil tenebatur eccleſia. i. non occurrit qd' aliquo modo
circa hoc ſibi debuerit vl' potuerit prouidere q2 nec inſtru-
mēta nec teſtes poterat rogare. nam ꝛ ſi ſingulis diebus ꝑ-
ſcriptionis rogaſſet notarium vel teſtes ſuper ſolutione nō
facta. alijs horis eorūdem dierum ſoluiſſe potuerat ꝛ fatue
feciſſet epiſcopum interpellando. propter que dubius ſum
in caſu ꝛ puto ſic fuiſſe predictum dominum Jo. qd' ſatȝ col
ligo ex verbis ſolutionis. ¶ Ad declarationem tamen di-
cendorum eſt ſciendum ꝙ circa negatiuam facti principal'r
duo requirunt' lȝ plura incidenter. p̄mo an debeat probari
ſecundo an poſſit probari. ad p̄mum vtriuſqȝ iuris docto-
res concordant ꝙ negatiua probari nō debet niſi in caſib⁹.
Primo quando preſumptio eſt contra negantē inducunt
Innocē. in decre. cum iure de offi. delega. ꝛ alij decre. vnicā
vt eccle. bene. ꝛ de ſucceſ. ab inteſt. c. fina. de proba. poſt ceſ
ſionē. C. de codicil. l. nec codicillos. de dona. inter vi. ꝛ vxo.
l. etiam de iniur. ſi non ꝯuitij de ſicca. l. j. Secundo ſm legi-
ſtas in grauibus delictis. C. de aboli. l. fallaciter in fi. ſed mi
xti legiſte. i. qui viderunt ſcripta iuris noſtri intelligunt illā
legem de infamatis ꝛ hoc placet. vj. q. vlt. ꝛ. c. vlt. ꝛ. §. vlti.
Tertio quando probatur negatiua per ſacramentum ex cō
miſſione iuris iudicis vel exēpla ſm leges patent. C. de his
qui ad eccle. confugi. preſenti vltra medium cum ſuis con-
cordan. de teſti. p̄ſentium. ꝛ. c. penul. de ſent. excō. ſi vō de
elec. vt circa. ꝛ. c. nulli li. eo. cū ſi. Quarto quādo negat' ve-
ra ſcriptura vel probatio auctoris. ſ. de teſti. ex tenore. C. de
cōſti. optimā. Circa ſcd̄m quo queritur an poſſit probari re
ſpondetur ꝙ non niſi cum reſoluitur in affirmatiuam vel eq
ualentem. ſ. de renunc. ſuper hoc. ff. ad. l. aqli. inde neratius
. §. ſi. vel cum includitur aliquod affirmatiuum quo proba-
to probat' negatiua qui ma. accu. poſ. c. ſi. ff. de his qui ſui vl'
alie. iur. ſunt. l. filium. ꝛ bene facit quod no. hoc eo. ti. preſu-
mitur. Item quando habet determinationem vt in pre. dec.
ex tenore. ꝛ. l. optimā. Iteȝ qn̄ propter determinationē vel
coartationem cadit in intellectum teſtis vel ſubiacet inſpe-
ctioni oculorum quo caſu probari pōt etiam directe vt ſatȝ
ſcripſi in dec. bone de elec. ſuper glo. negatiue ex his videt'
concludendum iuxta prius dicta ꝙ cum ius ꝛ preſūptio ſit
contra negantem ꝓbare debeat eccleſia ſm iura ad hoc idu
cta. ſ. ver. j. quādo loquunt' in negatiua que pōt probari vt
patet per ſingula exempla ipſorum iurium: ꝛ ſic ſit etiam re
ſponſum ad alia iura ſuperius inducta in p̄n. ¶ Propter
qd' ſoluēdū dico ꝙ aut allegat eccleſia ꝯſuetudinē gn̄alem
in loco aut ſuā ſp̄alē ꝓſcriptionē. p̄mo cāu ꝓbet eccleſia ꝙ
alie eccleſie loci nō ſoluunt hanc quartam quo probato per
clericos ꝛ rectores eccleſiarum loci qui de ſuo negatiuo fa-
cta ad iſtius commodum deponere poterunt tuta erit niſi
contrariam conſuetudinem huius eccleſie probet epiſcop⁹
per decre. vi. de offi. archi. ꝛ ea que ibi ſcripſi. ꝛ ſic intelligo
ff. de public. l. ſi publicanus in fine. ꝛ. l. licitatio. §. earum. vt
ſi conſuetudo eſſet ꝙ de libris vel pannis ſericis non ſolua-
tur vectigal. Secundo caſu aut eccleſia allegat preſcriptio
nem nomine alieno puta alterius epiſcopi cui ſoluit quartā
quo caſu probet propter affirmatiuam ad hoc de preſcript.
cum ex officij. ꝛ ſic loquitur decre. cum perſone. ſ. non ſum ti
bi ſubiectus quia ſum alteri immediatus. aut proprio ꝛ tūc
aut allegat preſcriptioneȝ quadraginta annoꝝ. aut tanti tē
poris cuius initij non eſt memoria vel contrarij ſi. xl. tn̄ pro
bet titulum qui precefferit inchoatam preſcriptionem quo
probato transfertur onus in epiſcopum ex hac preſumptio-
ne ꝛ vi negatiue ꝛ fortius ſi cum titulo probaret denegatio
nem. ¶ Scd̄o caſu probet. ꝛ ſi non titulum ad qd' nō aſtri
gitur ſaltem communem opinionem ꝛ famam iuxta ea que
notantur. ſ. eodem lib. de preſcrip. §. j. in vlt. glo. ꝛ in Spe.
de proba. §. j. ad fin. quo probato transfertur in epiſcopum
onus probandi vt ſupra. facit. ſ. de preſump. quia veriſimi-
le. ꝛ. ſ. eo. lib. de hereti. filij. ꝛ tūc vtilis eēt ep̄o apocha ſo-
lutōis: vt in. l. plures. ꝛ in dec. ſignificauit. vl' logt' decre. de
actib⁹ iudicialibus in q̄bus negatiua trāſfert vt in dec. qm̄
cōtra. ꝛ ſic intelligo leges ſi ex cautione. ꝛ aſſeueratio. C. de
non nume. pecu. vt ſcilicet non ex vi negatiue tantum ſed et
ex preſumptione qua debitores agentes conſueuerunt ſic ſe
obligare ſub ſpe future numerationis transfertur probatō
in creditores. nec multum in hoc grauatur epiſcopus. cui ſa
tis erit probare ſemel infra. xl. an. in primo caſu vel a tempo
re cuius non eſt memoria. in ſecundo quartam fuiſſe ſolutā
ꝛ ſic temperetur equitas ſupra pro epiſcopo allegata de ꝑ-
ſcrip. illud. ꝛ. c. auditis. ¶ Si vō neutrum iſtorum in alte-
ra predictarum preſcriptionum probet eccleſia etiam ſi ꝓ-
baret quartam petitam ꝛ denegatam. ex quo titulum in pri
ma vel cōmunem opinionem in ſecunda non probat ſuccū-
bat. dioceſano etiā nil probante. ſi tamen talis eſſet preſcri-
ptio que non requireret titulum: non poſſet eccleſia ꝓbare:
quod non ſoluit per poſitionem negatiuā ſi confiteret' ipſaȝ
ep̄s de confeſ. c. j. ſ. eo. lib. per quam decre. ſatis poſſet attē
ptari: qd' ſola negatiua non transfert onus probandi: etiam
ſi probari non poteſt per negantē. al's non video quare fuiſ
ſet neceſſaria vel vtilis prouiſio illius iuris noui ex quo ad-
uerſarius ſic negans haberet neceſſe probare. concurrente
vero preſumptione ſecus vt dixi: poſſet etiam probare per li
bros rationis. ſi ſuper his extant. ꝛ ita probantur apud nos
aliqui nō ſoluiſſe decimas papales. ꝛ eo caſu intelligo ꝑ. l.
fina. C. de fun. patri. debent enim illi collectores libros ha-
bere per quos de ſolutis rōnem reddant ꝛ per illos proba-
ri poterunt ſoluta ꝛ non ſoluta. ꝛ facit quod dixi. ſ. de pro-
batio. quoniam contra ſuper fi. vlti. glo. per modum aūt de
cre. tertio non puto negatiuam caſus noſtri poſſe probari.
nam illa loquitur de actu alienationis qui non poteſt expe-
diri: niſi per tractatum ꝛ deliberationeȝ collegij. illi ergo q
fuerunt etiam de neceſſitate in illo tractatu bene poſſunt ꝓ
bare quid fuit ibi tractatum. ꝛ quid firmatum affirmatiuū
vel negatiuum. ſed ſolutio quarte epiſcopalis eſt actus qui
per ſolum prelatum vel diſpenſatorem eccleſie ſine ſcientia
vel tractatu capituli poteſt fieri licite ꝛ ſic longe diuerſus ꝛ
ſic etiam reſpondetur ad decreta. tam litteris ꝛ decre. quan
to in decre. iij. de conſue. lib. eo. negatiua probatur per affir
matiuos actus quibus coartata bene cadit in intellectuȝ te
ſtium qui percipere potuerunt exercitium illorum actuuȝ ca
pitulo non vocato nec conſulto per epiſcopum expediri ꝑ
h̄ ſic diſtincta ꝛ addita puto ſingula contraria partim con-
cordata ꝛ partim fore ſoluta. Jo. and.

¶. Regule iuris ciuilis ſiue ff.oꝝ.huius littere.S.ſunt he.

Emper in obſcuris qꝺ minimū eſt ſequitur.

Cōm nām eſt cōmoda cuiuſqꝫ rei eum ſequi quem ſequuntur incommoda.

I filiuſfamilias ſub conditione ſtipulatus emācipatꝰ fuerit deinde extiterit cōditio patri actio competit qꝛ i ſtipulationibus id ſpectaẛ tempus quo contrahimus.

Emper in ſtipulationibus ⁊ ceteris ꝯtractibus id ſequimur qꝺ eſt actum: ⁊ ſi non appareat quid actum eſt conſequens erit vt id ſequamur qꝺ in regione in qua actū ē frequētatur.qd ergo ſi neqꝫ regionis mos appareat qꝛ variuſ fuerit ad id qꝺ minimū eſt redigēda ſumma eſt.

Icuti in pena ex delicto defūcti heres teneri nō dꝫ ita nec lucrū facere ſi qd ex ea re ad eū ꝑueniſſet.

Emper in dubijs benigniora preferenda ſunt.

Emper qui non probet pro ſe interuenire mādare creditur:ſed ⁊ ſi quis ratum habuit quod geſtum eſt obſtringitur mandati actione.

I librarius in tranſcribēdis ſtipulatiōis verbis erraſſet nihil nocere ⁊ reus ⁊ fideiuſſor tenētur.

I in duabus actionibus alibi ſumma maior alibi infamia eſt proponenda eſt cauſa eſtimationis.vbi autem eqparant famoſa iudicia ⁊ ſi ſummam imparem habeant ꝓ paribus accipienda ſunt.

I quis obligatiōe liberatus eſt pōt videri cepiſſe. nō pōt videri accepiſſe.q ſtipulatus pōt exceptiōe ſubmoueri.

I nemo ſubijt hēditatē oē ius teſtamēti ſoluitur.

I quis pregnantem vxorem reliquerit non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

Emper in coniunctionibus non ſolum quid liceat cōſiderādum eſt:ſed ⁊ quod honeſtum ſit.

Emper ſpecialia generalibus inſunt.ſeruitutem mortalitati fere comparamus.

Eruus rei publice cauſa abeſſe non poteſt.

¶ Sub littera.T.ſequitur hec regula.

Otiēs in heredē damus actionē de eo qꝺ ad eū ꝑuenit:quotiēs ex dolo defuncti ꝯueniẛ nō quotiēs ex ſuo.

v **Tile non debet** xxxvij. ¶ Pria glo.ponit exempla.ſcḋo vltra tria exēpla alleg.ad hāc partē Hoc.xxij.iura ad partem cōtrariam alle.x.ponit Bar.hix.ſolutiones demū plenius ſoluit rn̄dēs ad ſolutionuꝫ contraria. ¶ In prima glo.ibi ſi falſis.loquiẛ cū trāſactio hꝫ plura capl'a. ⁊ vnum ſolū deciſum eſt per falſa inſtrumēta.⁊ ibi ſi ꝑtor infra declaratur:⁊ ibi difficilis: vt qa mācipia ſunt ꝯiuges vel parentes ⁊ liberi vel fratres vl' iumenta ſunt paria.vel ē triga vel quadriga.hoc volunt leges ille.⁊ ibi.l.plane in prin. ſi teſtator legatum mihi factum in aliū trāſtulit:mihi nō debetur etiam ſi ille capax nō ſit.⁊ ibi.§.ſed ſi mihi ſtipulor pāphilum promittis ſtichum ⁊ pāphilum.inutilis adiectō nō vitiat vtilē. ⁊ ibi que extrinſecus.extrinſecus adiecta ſtipulationē n̄ vitiāt:vt ſi ſtipulāti rn̄deo.Arma virūqꝫ cano ſpōdeo.⁊ ibi.§.ij.donatio facta ꝯiugi ⁊ extraneo:ſi eſt inſeparabilis rerū vel perſonarū cā valet tota.ſi ſeparabilis cetera valent.donatum ꝯiugi nō valet. ¶ In.j.glo.ibi nō tꝫ.Dy.ponit exemplū p.l.ſi duobus.§.heres.ff.de le.j.vbi debeẛ legatum:ad ꝑſtandum dānatus eſt heres ⁊ nō heres ⁊ ibi vſure etiam mixte ſorti.⁊ ibi pedius.aꝛs incipit parui refert. ⁊ ibi reguẛr idem Accur.in pre.l.pedius.ſed dicebat Dy. ſolutionē nō ſufficere niſi caſuū exceptoꝝ ſpālis rō reddaẛ.⁊ ibi inſeparabilia.idem Jo.mo.h ⁊ ibi cū ſup.⁊ per.l.pedius.⁊ ibi itegrā vicino:ſed in.l.pedius nō ſiebat inſolidū cōpromiſſum:qꝛ tunc ſecus vt in.l.ſe.ſed cum ita Dyn.diſtinguebat tres caſus.nā qn̄qꝫ duo ꝯcurrunt ad ꝯfirmationeꝫ vniꝰ actus.quoꝝ vnum eſt vtile.alterū iutile.tunc ſi vnum per ſe ſufficeret valet qꝺ agiẛ:vt.l.pre.qꝺ cum fal.tu.ſi vtrūqꝫ requiriẛ nō valet:vt in.l.pedius.ſecūdus caſus qn̄ vnū ſolum eſt factum ex pluribus cōmixtum quorum alterū vtile: alterum inutile. ⁊ tunc locum hꝫ diſtinctio de ſeparabili ad inſeparabile.tertius caſus qn̄ plures ſunt actus prorſus diſtantes ⁊ ſepati quoꝝ ſecūdus accedere videẛ ad reuocationeꝫ primi tunc ſecūdus oio inutilis nō tollit ꝑmū.ſi vo aliquid vtilitatis lꝫ nō ꝑfecte ꝯtineat tolliẛ ꝑmū.ff.ſi cer.pet.l.certi ꝯditio.§.qm̄.inſti.q.mo.tol.ob.§.ꝑterea.ff.de le.j.ſi ſeruus legatus.§.ſi ſeruus de iniuſ.rup.teſ.l.ij.de his qbus vt in.l.cum qdam de le.j.l.plane in ꝑn.⁊ de adimē.le.l.legatuꝫ.§.pater.⁊.l.lꝫ.dicit aūt ꝙ tres leges vltimo alle.videnẛ ſolutionē deſtruere ſed non deſtruūt qꝛ ademptio legati que ꝑ eas induciẛ poterat vtiliter ꝓcedere ſepatim ſine trāſlatione.⁊ eodē mō rn̄detur ad.l.iulianus.§.minor.ff.de fund.inſtruc.ſm Dy.hanc mām Cy.proſeqtur in.l.ſancimus.C.ꝺ dona.vbi etiam ponit dictum Ja.de are.quod fuit tale aut inutile cauſaẛ ab inutili ⁊ tunc vitiaẛ.ff.de ver.ob.l.j.§.ſi qs ita.⁊ de fideiuſ.l.cū lex.⁊.C.de legi.non dubium.fallit ſꝫ eū qn̄ ꝑmū eſt inutile reſpectu ciuilis vinculi ſed vtile reſpectu naturalis.C.de ꝯtrahen.ſtip.l.nuda de pac.ſi pacto.aut cauſatur inutile ab vtili: ⁊ tunc inutile trahitur ad vtile.ff.de cōtrahen.emp.l.fundus.⁊ ſic pōt loqui.ff.de dona.inter vi. ⁊ vxo.ſi ſponſus.§.generaliter.qꝺ verum niſi expreſſe p.l.inhiberetur.ff.de vſur.vſuras.aut vice mutua vnum eſt alteriꝰ cā ⁊ tunc vitiaẛ vtrūqꝫ vt in.l.pedius.⁊.ff.fa.her.in hoc iudicio.aut neutrū eſt alterius cā.⁊ tunc nō vitiaẛ vtile ſi ſepari poteſt.ſi ſepari nō poteſt vitiaẛ ſi agēti culpa poſſit aſſcribi induciẛ.§.item qꝛ.⁊.§.trebatius.ad ſecūdū caſum obſtat ꝯ.eo.li.de elec.ſi ꝯfirmationē ꝓpter qꝺ tēperari pōt illō dictū qꝺ trahiẛ iutile ad vtile ſupplēdo vl' ſaltē vtile nō vitiatur vt ibi.Ja.de bel.aꝛr ꝓſequiẛ inſti.de inuti.ſtip.

b **Vic regule** cōuenit qꝺ do.ſuperātij de cingulo epi terui ſieñ.quā ꝓſequar abbreuiādo ⁊ erat talis.A.⁊ B.litigātes in curia ſuper receptiōe teſtiū vtriuſqꝫ reſcriptū ipetrauerūt ad partes corā receptore opponit.A.teſtes.B.recipi nō debere cū reſcriptum pro ipſius parte ſit nullum quia excommunicatus erat maiori excommunicatiōe tempore date queritur an hoc ꝓbato reſcriptū ex toto valeat an ex parte vel ex parte illius.A.tm̄:an vero in nullo valeat. ¶ Ad ꝑmum allegat quatuor rōnes.ad ſecundum tres regulas ⁊ vnā rōnem.ad tertium quatuor rationes.demū ſoluit excludendo caſus non dubios ⁊ ad materiam diſtinguit. ¶ Ad partem qꝺ in totum valeat inducebat de arbi.ꝯtingit.⁊.c.per tuas.vbi cōmixtio habilis ⁊ inhabilis facit valere qꝺ non valēt geſtum ſolum ab inhabili.lꝫ ergo reſcriptum a ſolo excommunicato impetratum non valeat.ꝯ.eo.lib.de reſcrip.c.j.valebit tamen propter cōmixtionem.ad idem quod dicitur de auctoritate preſtita ꝑ verum ⁊ falſum tutores.ff.quod cum falſo tutore.l.j.§.j.vn̄ vnitum cum duobus retinet conditiones que ſunt meliores in altero.C.cōmunia de lega.l.ij.⁊ de rei vxo.act.l.vna circa ꝑn.⁊ no.xvj.q.j.⁊ temporis ne ſe.vac.c.i.facit.xxxij.q.i.non eſt culpandus de ſpon.inter opera.⁊ prodeſt maiori cōmunio quam habet cum pupillo.ff.quemadmo.ſerui.amit.ſi cōmunem.⁊ vide quod not.ꝯ.eo.li.de iurepa.c.vno in vltima gloſ.ſic ad validandum reſcriptum proſit excommunicato communio non excōmunicati:cum non ſit nouuꝫ quem per alium conſequi:qꝺ per ſe conſequi non poſſet.de conceſſio.preben.c.penul.cum concordan. ¶ Secundo certuꝫ eſt reſcripta impetrata de conſecutiuis iudicij diſtingui ab his ꝙ ſunt principaliter impetrata:vt patet.ꝯ.de reſcript. ex parte decani.vbi valet primum eo caſu quo non valeret ſecundum vt ibi patet in ſummario intellectu.ſed iſtud de conſecutiuis iudicij ⁊ in iudicio ⁊ intra litem impetratum fuit:cū teſtiū receptio ⁊ ipſius receptionis commiſſio ſit de litis ꝓceſſu.patet primū de proba.quoniam contra.⁊ ſecunduꝫ.ꝯ.de teſti.preſentium.e.lib.ſed actus iudicialis cuꝫ excommunicato habitꝰ ēt ſi ſit actor valet donec oppōaẛ exceptio.ꝯ.e.li.ꝺ exce.pia.ergo valuit ipetratio.ex ꝙ nō fuit exceptum.

¶ Tertio

¶ Tertio in effectu ſatis eſt ꝙ valeat ex perſona nõ excõ-
municati. nam ſi ſolus impetraſſet reſcriptum talis forme
aduerſarius vteretur illo. ſunt enim reſcripta cõmunia ſal-
tem poſt citationẽ. de quo ſatis ſcripſi de reſti. ſpolia. ex cõ
queſtione. facit ad idem de mu. pe. c. j. ij. ⁊. ſ. eod. libr. de re-
ſcrip. diſpendia. §. reus quoqꝫ. C. de temp. in integ. reſtitut.
l. petende. ſic quãdoqꝫ vnius partis priuilegiũ alteri parti-
cipatur. C. de fruct. ⁊ li. ex. l. fina. poterit ergo excõmunica-
tus ſuos teſtes coram receptore ꝓducere. ⁊ ſic nõ eſt diſpu-
tandum. an valeat quo ad eum. ¶ Quarto. ſi hoc dicatur
dubium debemus illaꝫ partem eligere. vt res potius valeat
ſupra de verb. ſign. abbate. ⁊ que minus ſit captioſa. ff. eod.
titul. l. quotiens. ⁊ in iudicijs equalitas ſeruanda eſt ſupra
eod. in iudicijs ⁊. c. nõ licet. eſſet autem inequalitas vnius
teſtes tantum recipere quod ſi fieret. oporteret nouam cõ-
miſſionem fieri melius eſt ergo partes hoc expediri compẽ
dio ꝙ per quãdam ſubtilitatem cum partiũ diſpendio cau
ſam ꝓrogari. ſ. de re iudi. abbate ad finẽ. recipiat ergo. A.
contra ſe quod ꝓ ſe approbat. v. q. iij. ſi quis teſtibus nec il-
lud ſolum i parte reſpuat de cõſe. diſtin. ij. comperimus cuꝫ
concord. potiſſime quia perſona ipſius. B. cum quo impe-
trauit approbando ſibi deinceps opponere non poterit fa
cit. ſ. eod. lib. de elect. nulli cum concord.
¶ Ad partem ꝙ ſolum ꝓ non excõmunicato valeat facit
hec regula vt vtile ſeparabile ab inutili quale eſt iſtud per
ipſum inutile non vitietur. ex contrario ſequeref ꝙ grava-
retur quis alterius odio contra regulam. ſ. eod. nõ debet ⁊
puniretur culpa carens contra regulam ſine culpa. ſ. eodẽ.
¶ Scõo ꝙ poſſit reſcriptum in parte valere ⁊ in parte nõ
valere patet. ſ. eod. lib. de reſcript. ſi eo tempore. nec miruꝫ
cum in ſententijs collationibus teſtamentis legatis ⁊ con-
tractibus idem habeatur vt patet. ſ. de arbit. cum tempore
de pbẽ. dilect⁹. ꝺ teſta. Raynutius ⁊. c. Raynaldus. ſic ⁊ cõ
tractus pro parte tantum valet ⁊ claudicat de deſpon. ipu.
de illis ⁊ ibi concor. Item ſi reliquif capaci ⁊ ñ capaci valꝫ
in parte capacis. ff. de lega. ij. ſi titius. ⁊ de lega. j. plane. §. ſi
coniunctim ⁊. l. ſi duobus ſic ⁊ in propoſito teneat reſcrip-
tum pro parte capacis ad impetrandum.
¶ Ad tertiam partem ꝙ in nullo valeat inducitur quia ſi
A. ⁊. B. impetrarunt negari nõ poteſt. B. excõmunicatũ
impetraſſe quia licet ⁊ alter impetrauerit tamen ⁊ ipſe. ff. ꝺ
ritu nup. illud ſed decre. dicit reſcriptum ab excõmunicato
impetratum ipſo iure irritum de reſcript. c. j. ⁊ iſtud eſt tale
ergo ⁊c. facit ad hoc eod. titu. in toto ⁊. c. plus ſemper.
¶ Scõo ſepe cõmixtio vitioſi totũ improbat vt patet. ix.
diſtin. ad ſacras ⁊. xvj. diſtin. c. j. vnde ſi ex comedis quadri
gis vel ſimilibus vnum eſt in caſu redibitionis omnes redi
bentur ſi non ſingulare ſed cõmune fuit pretium eoruꝫ. ff. ꝺ
edi. edic. l. cum eiuſdẽ. vnde ſi in teſtimonio vel i iſtrumẽto
ſit aliqua falſitas totum vitiatur vt. iij. q. ix. pura de hereti.
fraternitatis vbi ſatis de hoc ſcripſi poſt Innocen.
¶ Tertio cõmixtio ſcienter facta de excõicato in actu ele
ctionis illam vitiat vt no. ix. q. j. nos in hominẽ ⁊. ſ. eod. lib.
de elect. ſi quando in gloſ. fina. ad idem. ff. de arbitr. l. pedi
us vbi non valet cõpromiſſum factum in liberum ⁊ ſeruum
in ſentẽtijs iudicialibus ꝓceſſibus latis vel factis ab habili
⁊ inhabili ꝓbatur idem de re iudi. ad ꝓbaudum de offi. de
leg. cum ſuper idem in conſtitutione ſindici de ꝓcur. c. fina.
¶ Quarto cõmunio excõmunicati peccatum eſt ⁊ quan-
doqꝫ mortale. vt ſatis ſcripſi quod met. cauſa ſacris in vlti-
ma queſtione. ergo propter delictum impetrantis cum ex-
cõmunicato etiam quo ad ipſum non valeat reſcriptum vt
puniatur in quo peccant de imu. eccle. c. ſiu. cum concor. ad
primã ⁊ ſcõam partem facit quod ſcripſi poſt Inno. de offi.
deleg. prudentiã. §. vj. in glo. notat hic. ¶ Soluendo pmo
proponit qõnem nõ dubiam. in illis caſibus in quibus etiã
ſolus excõmunicatus impetrare põt exceptaris in pn. c. j. de
reſcrip. idem ſi in pdicto iudicio excõmunicat⁹ erat reus q
põt oia facere ad ſui defenſionẽ ptinentia. de iudi. intellexi
de excep. cũ inter. Remanet ergo dubiũ. quando ille excom
municatus erat actor prime cauſe vel litis. ⁊ tunc dixit in to
tum valere reſcriptum de conſecutiuis iudicij impetratũ. ex
quo non fuit exceptum per allegata poſt prin. prime patris
verſiculo ſecundo certum. ſed ſi adhuc eſt excõmunicatus:
licet exceptio non obſtet reſcripto obſtabit tamen producti
oni teſtiũ quã facit vt actor ſicut obſtaret coram delegante.
extra thema vero ad declarationem materie. quando excõ-
municati cum non excommunicato impetrant reſcriptum
non de cõſecutiuis iudicij. ſic diſtiguit. aut ſimul impetraue
runt vt actores cõtra tertium. aut vnus ex eis ẽ actor alter re
us. primo caſu aut ius eorum erat diuiſibile vel vtriqꝫ in ſoli
dum competens etiam quo ad exercitium. aut indiuiſibile
vtriqꝫ cõmune. primo caſu pro non excommunicato valebit
reſcriptum quod pro excommunicato erit caducum. facit. ff.
de le. ij. ſi titio ⁊ mihi. ſecundo caſu quando indiuiſibiliter
eſt vtriqꝫ commune inſeparabiliter vitiat reſcriptum per
ea que h plene no. in glo. ⁊ ſuper ea quãdo vero vnus ex eis
actor eſt. ⁊ alter reus ſi excommunicatus erat actor. non va-
let reſcriptum per pre. dec. primã de reſcrip. cum reſcriptuꝫ a
vitioſo ⁊ prohibito traxerit originẽ vt ibi no. ſi vero excom
mucatus erat futurus reus. qui cum actore cõuenit de iudi
ce ⁊ loco vt eſt moris: tunc ſi nõ ab ipſo reſcriptum originem
duxerit valebit in totuꝫ ad hoc. C. de cadu. tol. l. vna. §. in pri
mo. facit qđ no. de ꝓba. licet in gl. bene tamẽ. ver. Itẽ ꝯſtat
nõ tñ ꝑ illud audiref reus excõmunicatus agere vel recõue
nire volens. vel aliquid facere quod ad defenſionem nõ ſpe
ctet. niſi prius fuerit abſolutus. de excep. cum inter in ſin. eo.
lib. ⁊ ti. pia. ad id quod dixi de conuenientia iudicum obſta
re videtur quod ſcripſi poſt archi. in pre. dec. de reſcrip. in
ſin. ſcilicet quod curia non admittit excommunicatum reuꝫ
ad conuenientiam iudicum ſed illud procedit cum de excõ-
municatione excipitur.

¶ Regule iuris ciuilis huius littere. V. ſunt he.

Elle nõ creditur qui obſeqtur i imperio pris vel dñi

Erum eſt neqꝫ pacta neqꝫ ſtipulatiões factũ poſſe tol
lere: quod enim impoſſibile eſt neqꝫ pacto neqꝫ ſtipulatione
poteſt comprehendi vt vtiliem actionem aut factum cõpre-
hendef poſſit.

Bi lex duorum mẽſium fecit mentionẽ ⁊ qui. lxi. die
venerit audiendus eſt ita enim ⁊ imperator noſter Anto. cũ
diuo fratre ſuo reſcripſit.

Bicunqꝫ cãe cognitio eſt ibi pretor deſideratur.

Ani timoris nõ eſt iuſta accuſatio.

Bi repugnantia in teſtamento in ter ſe inuenitur neu
trum ratum eſt ⁊ que rerum natura prohibentur nulla lege
confirmata ſunt.

Bi voce ſed preſentia opus eſt mutus ſi intellectum
habet poteſt videri reſpondere. ¶ Idem in ſurdo hic qui-
dẽ ⁊ reſpondere poteſt furioſus abſentis loco eſt ⁊ ita põ-
ponius lib. j. epiſtolarum ſcripſit.

**Atum rome** que principatuꝫ ⁊ ca
put obtinet nationũ
. ij. q. vij. beati ad ſi. vbi petri ⁊ apoſtoloca ſedes
fuit a deo principaliter ordinata. xxj. di. Quis. xx
xiiij. q. i. rogamus. ſ. qui ſi. ſint leg. per. venerabi-
ad ſi. ſ. eo. li. de elec. fundamenta. §. ne autem ⁊ vide qđ ꝺ ro
ma clero ⁊ populo romano ibi ſcripſi ante. §. illud ſuper gl.
die ſancta Martij habetur eadem data in. l. Item veniũt
. §. pridie ydus. ff. de peti. heredi. ⁊ iſte menſis ſm latinorum
cõputationẽ eſt primus de hoc no. lxxv. di. c. vlt. ſꝫ hebray
cam vltimus. lxxv. di. §. primũ. Prima gl. arguit ⁊ remittit.
¶ Secunda gl. inſtruit de calendis ydibus ⁊ nonis.
¶ Glo. ſcire debes. inſtruit de more curie circa epiſcopatũ
ſcribẽduꝫ in litteris ⁊ circa formã bulle ⁊ circa pontificatuꝫ
⁊ quando incipit. ¶ Vltima glo. querit arguit pro ⁊ cõtra

opiniones ponit ⁊ ſoluit in fine facit cõcluſionem operis in
glo. ſcire.ibi.l.pl't. dicitur miles qui celeſti militia exor-
natus eſt ⁊ in comitatu principuʒ retentus eſt ⁊ cinctus ⁊
ibi de ꝯſulibus.l.i.⁊ de decur.l.fi.loquuntur iſte leges de ve
ſte trabea qua vtebantur conſules ⁊ ꝯ infulis conſulatus.⁊
de infulis prefecture ⁊ idem in autẽ.de conſulibus que ſtati
allegatur ⁊ ibi ex eo non eſt miles etiam ad militiaʒ expen-
ſis publicis itinerans donec fuerit in numero.
¶ In gl. ij.ibi qui ad nũdinas vel a colo.i.veneror qua ve
nerabantur olim vt no.ff. ver.ſig. cum biſextus in prima gl.
⁊ ibi dies ad ydus de hoc.xviij.di.ꝓpter.⁊ ibi octo vicenos
cui ſi biſextus fuerit ſuperadditur vnus.
¶ In glo.ſcire debes ibi ſcribeꝛ poſſint.bene facit.ſ.eo. li.
de ꝓceſ.preben.c.vlt.in prin.põderato ibi textu ſummi pon-
tificatus.⁊ quod ibi no.in gl.iij.⁊ quod.ſ.ſequitur in hac gl.
per q̃ cõiuncta patet quod Bonifacius tempus põtificatꝰ
vocat quo non erat conſecratus.⁊ ibi bulla ſine nomine .de
hoc in ſpe.de reſcrip.preſenta.§.vlt.ver.Item quod obten-
tũ eſt ſed hodie opponentes iſta contra litteras quas Cle-
mens tradidit añ ſuam coronationeʒ ſunt excõmunicati per
ipſius extrauagantem.qꝛ non nulli.⁊ ibi cõputati. ⁊ eſt ſimi
lis error in cõputatione annorum domini.quã quidam icho
ant a natiuitate.alij a circũciſione.alij ab incarnatiõe.alij ab
octaua calendis octobris.ſicut fiebat ante aduentum chriſti
de hoc vide in ſpe. de inſtri.edi.§.ij.in.i.⁊.ij.columna.
¶ In vlt.glo.ibi nonageſimooctauo. de tempore cõpilla-
tionis decreti no.ij.q. q.vj.§.forma.ꝯ tempore lateranenſis
cocilij dixi de his que ſi.a prela.cum apoſtolica in fi.de tem-
pore generalis dixi de deci.c.penul.de tempore vtriuſqꝫ lug
duñ.dixi.ſ.eo.li.de elec.nemo ſuper glo.ij.de tempore con-
cilij vieñ.vide no.in clem.de cenſi.cum ſit in glo.penul.⁊ ibi
noue cõſtitutiones:hoc dicit ꝓpter conſtitutiones.vij.pre-
deceſſorum.de quibus non dubitatur. qui prius ligarent lʒ
nouiter per Bonifacium fuerint hic inſerte.illi autem fue-
runt grego.ix.⁊.x.⁊ quarti Inno.Alexan.Vrba.⁊ Cle. Ni
co.iij.aliorum ꝯſtitutiones non memini hic inſertas.⁊ ibi iu
ris veteris.vide quod no.in proemio clẽ.in glo.videtur per
hanc .⁊ ibi.§. vt autem apertius. Ioan.mo.ſ. eo.in gene-
rali.ſub.xiij.mẽbro allegat hanc autẽ.ꝙ neceſſaria ſit publi
catio in prouincia ad hoc vt ligentur prouiciales ⁊ dicit id
verum cum vna conſtõ editur ſecus ſi p plures cõmuni voce
prehabita de extrauagantibus faciendis vel iuribus refor-
mandis.vel ſecundũ eum illud in lege imperiali quia cũ im-
perator qui eſt aduocatus eccleſie habeat diſcutere debet fi
eri in prouincia publicatõ.ſed papa qui nõ habet pedes plũ
heos ſtabiliſqꝫ manens dat cuncta moueri in ipſius ergo cõ
ſtitutione non eſt neceſſaria publicatio per prouincias.ſ.de
poſtuꝉ.c.i.ſummo neceſſaria eſſet i hoc caſu declaratio Ho
ſti.in dec.quia cunctis ver.nec obſtaret.ſ.eo.li.de con. pre-
ben.dicit ſpeciale in ꝯſtitutione principis ꝙ ligat poſt duos
menſes a tempore publicationis in alijs ſit tempus arbitra-
rium pro ratione diuerſitatis ⁊ pro materia remittit ad ſum
mã de cõſti.§.quando ꝯſtitutio in prin.⁊ ibi preparaui dicũt
canones.i.q.i.ſpiritus ſanctus in fi.⁊.c.ita ſit ꝙ etiaʒ per mi
niſterium reproborum ſpiritus ſanctus probos colligit.
¶ Hic aduertendum eſt quod romani pontifices non po-
nunt inditionem in ſuis litteris imo nec ponunt annum ex-
preſſum natiuitatis vel incarnationis ſed ponunt hec quat-
tuor locum annũ pontificatus menſem ⁊ diẽ pñcipis . roma
ni ponunt duplicem ⁊ quandoqꝫ triplicem annũ.ãnũ domi-
ni annũ regni ⁊ etiam imperij poſt coronationem ⁊ tamẽ in
ditionem non ponunt vnde vltime littere de quibus loqui
tur clem.de iureiur.romani in fin.habebant data rome apud
ſanctam Sabinam.M.ccc.xij.ſecundo nonas Iulij regni
anno.iiij.imperij.anno.i.ille de quibus ibi premittitur date
fuerunt.M.ccc.x.ydus octobris ſui regni anno ſecũdo.oli
in priuilegijs papalibus vel in inſtrumentis que fiebant de
actibus papalibus ponebaꝉ annus domini ⁊ inditio. xxiij.
di.in nomine domini i prin.ſed illud quia talia ſubſcribebã-
tur per notariuʒ.ſed hodie i bullatis notarij nõ inſcribunt
⁊ ſic predicta non faciunt ad queſtionem qua queritur an
omiſſio inditionis vitiet inſtrumentum ⁊ quid ſi inditõ cum
anno concordare non poteſt. ¶ Ad intellectum huius bi-
membris queſtionis datur remiſſio.⁊ inducitur alia queſtio
Gof.⁊ ſolutio.ſecundo ſoluitur primũ membrum cuʒ dupli
ci determinatione.tertio ſecundum membrum diſputatur.⁊
contra inſtrumentum inducuntur ver.ſecundo pro iſtrumẽ
to.iiij.ex quibus concluduntur.v.ad quartum ſignãtur duo
contraria ⁊ ſoluuntur. tertio ponitur opinio ⁊ dictuʒ Dy.
quarto do plenam ſolutionem diſtinguentẽ ⁊ contrarijs re-
ſpondentem.In themate ergo declarari potes ſecundũ cõ-
putum plene traditum de fide inſtru.inter in glo.inditõ.pu
ta quia dicitur anno domini.M.ccc.xxvj.inditione.xi. cum
debeat dicere nona ſi verus eſt annus.alias ſi vera erat indi
tio debebat dicere anno.xxviij.vel anterioribus.
¶ Gof.in queſtionibus ſuis q̃ſtione prima querebat de no
mine pape vel imperatoris anno pontificatus vel imperij an
fidem faciat priuilegium reſcriptũ vel inſtrumentum predi-
cta non exprimens ⁊ tenet ꝙ non per iura que ſtati allegabo.
alle.etiam.C.de apo.pu.l.i.li.x.i autẽ.de exhi.⁊ iutro.reis.§.
ſancimus colꝉ.v.⁊ idem dicit ſi deficiat locus alle.qꝺ no.ſ.e.
li.de re iudi.abbate ad fi.in glo.i. ¶ Sed redeundo ad id
qꝺ primo querebam ſcilicet de inditione.quod inſerenda ſit
expreſſum eſt i autẽ.colꝉ.v.vt preponatur nomen impera.p
totum ⁊ colꝉ.vi.qui.mo.na effi.le.§.quantũ vero ſub illa in-
ditione illo menſe illo die ⁊c.de.fi.inſtru.iter.verſi. ſed con
tra.xxiij.di.in nomine domini in prin.facit quod.xxv.q. ij. ſi
qua:de re.do.cum venerabilis.⁊ per Guilꝉ.in ſpe.de inſtru.
edi.§.ij.in prima columna ⁊.§.inſtrumentũ ver.Idem quod
non eſt.⁊ habeꝉ de inditione.xx.iij.q.v.de liguribus ⁊. xvi.
q.vij.maiores.cum ergo per prius allegata appareat in-
ditionem eſſe de ſubſtantialibus inſtrumenti.dicendum eſt
ſine illa inſtrumentum non valere.quod intellige ſi per ali-
qua que ꝓcedant in pagina de inditione non cõſtat:quod
ſufficeret.facit ſupra de voto ex multa.ꝟ.verum de ap.ſecũ
do requiris.xxxij.q.vij.apoſtolus.ff.de edẽ.ſi quis ex argen
tarijs.§.ſi initium. ¶ Quod dixi inſtrumentũ non valeꝉ ve
rum intelligo niſi conſuetudo loci habeat contrariũ ſcilicet
inditionem in inſtrumentis nõ poni.bene facit ꝯ fide iſtru.
cum dilectus.iiij.di.§.leges.ff.de legi.de quibus in fi.facit p
hoc dcõ equitas que fundatur ſup ceſſatione cauſe.cum eni
hodie non fiat illa inditio vel ſolutio tributorum ferri argẽ
ti ⁊ auri.de qua no.C.de iuſti.co.compo.l.vna in fi.⁊ i autẽ.
vt preponatur nomen imperatoris in prin.⁊ dixi in ꝓ.dec.in
ter.ſuper glo.inditio. facilius ceſſare poteſt ipſius iſcriptõ
que propter illa fiebat ſupra de voto magne in fi. de renun
ci.poſt tranſlationem ⁊ ibi concor. ¶ Nunc trãſeamus ad
ſecundũ mẽbrum quod per diſputationis moduʒ tractauit
Dy.in quo primo repetitur qꝺ predixi ſcilicet. inditiõeʒ eẽ
de ſubſtantialibus inſtrumenti per iura prius allegata. ſed
ſecundũ thema varietas talis eſt que inducit contrarietatẽ
propter quã videtur inſtrumentũ non valere.ff.de regu.iur.
vbi repugnantia vel ſaltem non iuuare producentẽ ſupra de
fide inſtru.imputari.⁊.C.eodem titu.ſcripture.
¶ Secundo conſtat quod in iſtrumento ſcriptuʒ eſt de an
no ⁊ iditione non poſſe ſiꝉ verum eſſe.ergo fateri oportet al
terum falſum.⁊ ſic totũ inſtrumentum vitiatur.ix.di.ſi ad ſa
cras facit.ff.ad legem cor.ꝯ fal.eos qui. ¶ Tertio illa pars
que eſt falſa habetur pro nõ ſcripta.ff.de verb.ſig.l. paulus
ſed pars vtraqꝫ ſcilicet annus ⁊ inditio ſunt de ſubſtãtia in
ſtrumenti ſi ergo alterum quod eſt falſum cenſetur nõ ſcrip
tum facit.ff.de aucto.tu.l.ij.qui ſatiſ.cog.l.quotiens ergo ꝯ
eſt alterum de ſubſtantialibus per quod concluditur inſtru
mẽtũ non valere ſicut ad annullandã electioneʒ ſufficit ꝙ in
ea deſit vnũ de ſubſtantialibus de elec.quia propter quia ec
cleſia ⁊.c.cuʒ poteſt. facit.ff.de tranſac.cum ibi §.ſi pretor ⁊
de rebus eorum magis.§.ſi es alienum. ¶ Quarto certum
eſt ꝙ quando ad eſſe rei duo vel plura neceſſaria requiruntꝉ
altero

altero ꝺficiente deficit quod agit̃.j.q.j.detrahe ꝺ bap.c.pe.
¶ Quinto quid plura nõne textus eſt ꝙ falſitas inſtrumẽti potiſſime patere poteſt ex inditione ita ꝙ ipſius offuſcatio reddit inſtrumentum ſuſpectum.ſ̃.de fide inſtru.inter dilectos.ver.ſed contra non videtur ꝙ aliud ſonare poſſint ħ verba niſi caſum noſtrum.ſ.ꝙ non conueniendo cum anno inſcripto falſitas appareat. ¶ Ad contrariuꝫ inducitur ꝙ error tabellionis ſcribentis aliter quã debuerit contrahentibus vel alteri ipſorum cuius cõmodum inſpicit inſtrumentuꝫ non debet obeſſe.C.de teſta.errore ⁊.l.ambiguitas quarum mentem vide in ſuffragijs.ſ̃.de fide inſtru.ex parte.ff.ꝺ regu.iur.ſi librarius quã vide ſub ſua littera ⁊ facit ẽt.ff.de heredi.inſti.quotiens.§.ſed ſi maiorem.
¶ Secũdo vbi de damno vitando agitur conſtat ꝙ error facti etiam proprij non nocet.ff.de ꝯdi.inde.ſed ⁊ ſi me putem.l.⁊.ij.rñ.ff.de ac.emp.l.ſi tibi liberũ.ff.ꝺ iur.⁊ fac.igno.l.error ⁊.l.regula. ¶ Tertio reperitur quandoqꝫ error facti ⁊ iuris mixtim circa idem concurrere licet de lucro captando agat̃ perinde ac ſi dolus ⁊ error facti interueniret.ff.de do.inter vi.⁊ vx.ſi ſponſus.§.generaliter.
¶ Quarto certum eſt ꝙ probabilior eſt ignorantia in alieno facto ꝗ̃ in proprio.ſ̃.de reſcrip.ab excommunicato.ff.ꝓ ſuo.l.ſi.⁊ ad trebel̃.l.ꝗ̃ꝗ̃. ¶ Modo ex his concludo primo ꝙ hic eſt error non habens originem a contrahentibus ſed a tertio ſcilicet notorio. Item quod hic agitur ꝺ damno vitando.quare ſiue errauerit notarius in iure ſiue in facto ſiue mixtim non debet error nocere contrahentibus.
¶ Secũdo ſic error computationis vel calculi non nocet. .C.de error.calcul.l.j.⁊.C.de iur.⁊ fac.igno.l.ſi poſt diuiſionem ⁊.v.legibus ſequentibus.ſi igitur notarius in inditione ⁊ ipſius computatõe errauit eius error nocere non debꝫ.
¶ Tertio conſtat ſcribentis erroreꝫ non debere nocere.vt eſt dictum ⁊ patet.C.de erro.aduo.l.ij.ff.de heredi.inſtitu.l.his verbis.§.finali.ſed in his que non ſolent a partibus exprimi.ſed a notario preſumimus verba fuiſſe ipſius notarij ⁊ non partium preſumit enim ius illud fuiſſe a partibus expreſſum.quod ex cõſuetudine per ipſas exprimi ſolet.ar.ff.ꝺ queſtõi.de minore.§.tormenta.C.loca.l.circa.ff.de edil.edi.quod ſi nolit.§.q2 aſſidua de le.i.ſi ſeruus plurium.§.final.ꝺ le.iij.l.nũmis ⁊.l.predijs.§.ticio ⁊.§.final.facit regula inſpicimus ſupra eodem titulo ſecũdum id concluditur quod error notarij partibus non nocebit.
¶ Quarto ꝙ variatio vel error circa ſubſtantialia nõ reddat rem inutilem ſic probatur.ſi heredis vel legatarij nomẽ equipollens omittatur diſpoſitio nulla. ſed valet diſpoſitio ſi exprimitur.licet in expreſſione erretur.ff.de heredi.inſti.l.quotiens in princip.⁊.§.ſi quis nomẽ ⁊.l.his verbis.§.vlti.inſtit.de lega.§.ſi quis in nomine.C.de teſta.ſi in nomine de lega.ſi fortidianum.ff.de ver.ob.ſi in nomine ex quo concluditur.quod licet omiſſio annorũ domini vel inditionis poſſet vitiare inſtrumentum.expreſſio tamẽ erroreꝫ habens annexum vitiare non debet.facit de confir.vti.vel inuti.bone.ſolutio ibi fraus tacentis ſed hic error ſcribentis.
¶ Item ꝯ clemẽ.de elec.ꝯſtitutionẽ.§.j.ſolue vt ibi i vl.gl.
¶ Quinto lex dicit quod omiſſio ſubſtantialiuꝫ que leuia ſunt non vitiat quod agitur.ff.de ventre inſpici.l.j.in fin.cũ ergo per inſtrumentuꝫ conſtet de grauibus ſcilicet de perſonis contrahentiuꝫ.⁊ re in contractuꝫ deducta ⁊ de cauſa cõtractus.que contractuꝫ perficiunt. cetera que ſolent apponi videntur leuia quare ⁊ omiſſa non vitiant vt ſupra.
¶ Et hanc parteꝫ videtur tenere Dyn. dicens etiã plus ꝓſumi errorem in inditione ꝗ̃ in anno. cuꝫ prima ſit magis incognita.⁊ circa publice nota ignorantia preſumitur lata culpa.que dolo equipollet.ff.de inſtito.ſed ⁊ ſi pupillus.§.preſcribere.ff.de ver.ſigni.cedere.§.final.⁊.l.late ⁊.l.magna.in incognitis autẽ ſubſtinetur ignorantia vt in pre.§.preſcribere.ex quo ergo error tabelliõi attribuitur veriſimilior eſt inditionis quo preſuppoſito poterit facile corrigi vt plus valeat quod ſcribi debuit ꝗ̃ quod ſcriptuꝫ inuenitur.ff.de ſta.hom̃i.l.j.in princip.de offici.pre. illicitas.§.veritas.C.plus valere qõ agitur.l.i.⁊ per totũ ⁊ de libe.cauſa.l.nec omiſſa.
¶ Scias ꝙ quãdo poſt productioneꝫ inſtrumenti appareꝫ in ipſo error notarij in omiſſione vel falſitate inditionis vel his ſimilibus nõ corrigit notarius nec ſupplebit ſine auctoritate iudicis vel officialis ad hoc conſtituti vt eſt hoñ.preconſul notariorũ alias poſſet ſibi impingi falſuꝫ.ff.de fal.eos qui in princip.ſi vero antequã parti tradat autenticum vidẽs notarius ſe erraſſe ſine iudicis auctoritate ſuuꝫ errorem corrigit ⁊ ſic ſeruatur ad hoc facit quod no.in ſpec.de inſtru.edi.§.poſtꝗ̃ ver.ſed nunquid caſu.⁊ ver.vbi auteꝫ ⁊ §.inſtrumentuꝫ ver.ſed nunquid confecto. ¶ Si nõ extat notarius qui corrigat ⁊ poſſet videri eius ꝓthocollum per quod appareret error anni vel inditionis illi ſtabitur in autentica.coll̃.iiij.de tabelli.§.illud. ⁊ vide quod nota.in ſpe.de inſtru.edi.§.inſtrumentuꝫ ver. quid ergo ſi in not. ⁊ iura ibi allegata facit.ſ̃.de fide inſtru.c.pl̃t.⁊ propter hoc etiam iurat notarius prothocolla tenet̃ vt ſcripſi ne clerici vl̃ mo.ſicut te.⁊ nota.Guil̃.in Specu.ti.pre.§.reſtat ver.ſed quero ſub qua.ſi nec prothocolluꝫ videri poteſt nec per teſtes coadiuuatur qui memorentur ꝺ anno nec aliud eſt inſtrumẽto per quod appareat veritas anni deſcripti quod eſſe poſſet puta quia exprimitur nomẽ cõſulis qui erat annalis per quod ſatis videtur patere erratuꝫ in indictione his deficientibus putarẽ contrarietateꝫ illaꝫ obſtare per prius allegata
¶ Nec obſtant ſecũdo que iaꝫ.ſ̃.conceſſi.ſi conſtat vl̃ ſaltem veriſimiliter preſumitur de errore.vbi vero nõ eſt circa alteruꝫ certum erroris indiciuꝫ conſtat diem incertam ⁊ ſic habenduꝫ perinde ac ſi non eſſet ſicut dicitur de incerto voto eligentis.ſ̃.eodem libro de elec.c.ij.⁊ facit quod ibi not.in glo.antepl̃t.de incertis iudice arbitro ⁊ tutore ⁊ ꝓcuratore ⁊ vide remiſſiones quas ibi dedi ⁊ fortius ꝓcedunt predicta quãdo tempus ꝓpter prioritateꝫ multuꝫ facit ad cauſam in qua producitur inſtrumentum.

Ic vltima queſtio quã hic me tractaturum obtuli in prima glo.proemij compillationis gregoriane.an magiſtri conpoſitores librorũ vel ſcriptorũ ſua nomina debeant in illis inſcribere memor ſum quod iam diu eſt queſtioneꝫ hanc in ſuo quolibet magiſtro meo in theologia formaui.ſed ſolutioneꝫ ipſius vel alterius nunquã audiui.⁊ hoc mouet ad fortius inſiſtendum. ſcio qõ dices abſqꝫ lectione ſequentiuꝫ ſolutionem tibi notam. cuꝫ etiã in meis paruis opuſculis nomẽ inſcripſeriꝫ.ſic Plinius ſeruus querens a Cornelio libro primo epiſtola.xx.que oratio cõmendabilior eſſet.breuis vel prolixa.dixit ſolutionem ſe ſciturũ per ſolam viſionem abſqꝫ lectione breuis vel ꝓlixe epiſtole reſponſiue quod tamẽ hic pro ſolutione illud non ſufficiat infra patebit.decurtabuntur auteꝫ allegatiões.vt plenius circa ſolutioneꝫ inſtetur. ¶ Ad partem negatiuaꝫ.primo inducuntur auctoritates veteris teſtamenti ⁊ noui ſecũdo dicta canonũ ⁊ doctorum.tertio ⁊ quarto due rationes.
¶ Primo inducit̃.i.Regum.ij.nolite loqui ſublimia gloriantes.q2 deus ſcientiaruꝫ eſt dominus.hiere.ix.ad fi.dicit dominus nõ glorietur ſapiens in ſapientia ſua.i.ad corinth.iiij.quid habes quod non acccepiſti.ſi accepiſti quid gloriaris.ad Gal̃.v.in fin.non efficiamur inanis glorie cupidi.ad ephe.ij.B.ne quis ex operibꝰ glorietur.i.ad Theſſaloñ.ij.A.non querẽtes ab hominibus gloriaꝫ.imitemur ergo chriſtum dicentem Io.viij.ante finem ego gloriam meam nõ ꝗ̃ro.⁊ apoſtolum dicentem ad Gal.vj.mihi autem abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri ieſu criſti.
¶ Secũdo canon reprehendit etiam bonnꝛam actuũ ſupbam gloriationem.xj.q.iij.iniuſtum in fine.⁊ eos qui humanam laudem querunt.j.q.j.ſunt nonnulli.ix.q.iij.non ſoluꝫ nec debet ineſſe docenti auiditas laudis cõſequende.xxxij.q.iiij.obijciuntur hiero.ad Pãma.⁊ Mar.⁊.E.docet etiam gloriolam ex ſcriptis vitandã dicens niſi prolixum eſſet

⁊ redoleret gloriam iam tibi oſtenderem ⁊c̃. Item ad gala
ſiam.q.j.notat falſam doctrinaꝫ que gloriam querit huma
nam ⁊ de.xlij.manſio.xj.dicit nil tam periculoſum eſt quam
glorie cupiditas ⁊ iactantia ⁊ tumens animus conſcientia
virtutuꝫ.⁊ ſuper Mathe.B.non queras gloriam. ⁊ cũ in
glorioſus fueris non dolebis.⁊ ſuper Parabo.xxviij.dicit
ꝙ laus cruciat iuſtos ⁊ iniquos exaltat. Greg. etiam.xxxj.
moralium aggrauans inanem gloriam.dicit ꝙ ex illa proce
dunt inobedientia iactantia hypocriſis contentio pertina-
tia diſcordia nouitatum preſumptio.ergo merito fugienda
Tullius.li.i.tuſcul.q.c.iiij. reprehẽdit opifices q poſt mor
tem nobilitari volunt ſubdens quid noſtri philoſophi non-
ne in libris ipſis quos ſcribunt d̃ gloria contẽnenda ſua no
mina iſcribunt.cuius etiam dictum ponit Hiero.ſuper Ga
latas.B.⁊ Valeri⁹ li.viij.c.de cupiditate glorie circa fineꝫ
vbi dicit ꝙ illi qui profeſſioneꝫ eleuant vſurpatione memo-
rie aſſequi conantur cui cõuenit lex profeſſio.C.de mune.pa
tri.li.x.⁊ ſene.epiſtola.vij. gloria publicandi ingenij te non
producat in medium.⁊ epiſtola.cxiij.in fine.qui virtuteꝫ ſu
am publicari vult non virtuti laborat ſed glorie.Item plini
us li.i.epiſtola.viij.maiori animo honeſtatis fructus in con
ſcientia ꝙꝫ in fama reponitur.ſequi enim debet gloria nõ ap
peti.vnde li.iij.epiſtola.xx.turbatur ꝙ multi famam conſci
entiam pauci verentur.debemus ergo dicere cum apoſtolo
gloria noſtra hec eſt teſtimoniũ conſcientie noſtre.ij.ad cor
inth.i.xj.q.iij.inter verba de ſacra vnci.c.vno.§. hoc ergo.
Non omitto Galienũ qui vij.queſtione terrapentice in pn
cip.multuꝫ ad propoſituꝫ ſic dicit.Contempſi multorũ lau
dem hominuꝫ cupiui veritateꝫ ⁊ diſciplinam nullaꝫ eſſe eſti
mans neqꝫ meliorem hominibus neqꝫ diuiniorem poſſeſſio-
nem propterea ego neqꝫ.ſ. ſcripſi vnquã nomen meum vlli
a me ſcriptorum librorum.rogabã autem vt noſtis ⁊ vos ne
qꝫ me laudare apud homines immoderatius ſicut aſſueui-
ſtis neqꝫ ſubſcribere conſcriptiones meas.

¶ Tertio ſic probatur.ea que dant materiam delinquendi
vitanda ſunt ſed nomen inſcribere eſt tale ergo omittendũ.
maior patet.lxiij.diſ.§.veruꝫ.xij.q.j.certe.xiij.q.iiij. nec hoc
quoque de coha.cleri.c.j.ſ.eodeꝫ libro de ſta.regula.c.vno
in fine prime partis ⁊ de vſur.vſurarum in proemio ffforũ.§.
illud.ff.nau.cau.ſta.l.j.§.j.C.de lati.lib.tollen.l.vna.§.pſt.
minor patet.dicit enim Hiero.ſtatim cuꝫ aliquid ſcripſit in-
ter amatores ſuos ⁊ inuidos eſt contentio. primi excedunt
in laudando ſecũdi in vituperãdo ipſius verba vide in hie
ro.ad Pãmachium.iij.lib.⁊ ſuper Oſee.v.dicit ꝙ ſcriben
tibus dum viuunt proſunt amicoruꝫ ſtudia ⁊ nocent emulo
ruꝫ obprobia ⁊ premittit ꝙ amici plus merito laudant ⁊ ini
mici plus iuſto detrahunt facit qđ.ſ.proximo dixi poſt ga-
lienuꝫ.non ſunt ergo nomina inſcribẽda per que datur ami-
cis ⁊ emulis mentiendi materia.

¶ Quarto cuꝫ cuique ſatis ſit opinionem ⁊ rationẽ ipſius
ſcire vel allegare ſine nomine opinantis. vt probatur de fe-
rijs capellanus de reſti.ſpo.litteras de cele.miſ. cuꝫ marthe
§.queſiuiſti de bap.maiores ver.ꝙuis ⁊.§. Iteꝫ queritur ⁊
in clem.de ſum.tri.c.vno.§. finali.in quibus omnibus roma
ni pontifices opiniones ponunt non expreſſis opinantiũ no
minibus.patet ergo nugatorie vel ex abundanti nomen in-
ſcribi ⁊ hieronymus ad alexandruꝫ.C. nõ doctoris opinio.
ſed doctrine ratio ponderanda eſt. ⁊ contra pelagianos li.
iij.in dogmatibus ⁊ queſtionib⁹ diſſerendis nõ perſona ſꝫ
cauſa querenda eſt.⁊ facit ad Dama.iiij.libro. Item ſuper
zacha.C.non quid vel vbi ſcriptũ eſt ſed qua ratione ſit ſcri
ptum conſiderandum eſt.facit.ix.diſ. ego ſolis. ⁊ hoc meri-
to quia lex eſt omne quod ratione conſiſtit. pma diſ. conſue
tudo.ex his concluditur ad negatiuam.

¶ In ꝯrium.ꝙ ſint nomina inſcribenda vtriuſqꝫ teſtamen
ti auctoritates veniant ſicut ſupra.ſecundo ipſius exempla.
tertio dicta doctoruꝫ.quarto ratio auctoritatibus ⁊ rationi
bus adiuta. ¶ Primo inducitur illud eccleſiaſti.xxxvij.ſa
piens hereditabit honorem ⁊ nomen illius viuet in eternũ.
hoc autem niſi per certitudinẽ nominum eſſe non poſſet.qđ
etiam de Salomone ⁊ Ariſtotile facile diſcernitur ⁊ eodẽ
libro.c.xli.curã habe de bono nomine.⁊ Iſaie.lxiij.⁊.lxviii.
gloriam meã alteri nõ dabo.quod ſine inſcriptione poſſꝫ fa
cile euenire.fiunt enĩ quandoqꝫ falſe inſcriptiones.vt patet
in miracul' hieronymi ſub lr̃a.C.⁊ ad Pãma. ⁊ Mar.xx.
li.⁊ ad hoc facit.xvj.diſtin.c.j.⁊.c.clementis.⁊ Pſal.cxiii.
nomini tuo da gloriã.math.v.luceat lux veſtra coram homi
nibus vt videant opera vr̃a bona.⁊.i.ad corinth.ix. bonuꝫ
eſt mihi magis mori quã vt gloriam meã quis euacuet.⁊ ad
Roma.ij. gloria honor ⁊ pax omni operanti bonum.

¶ Secundo vt quid in dubio proponit' queſtio que ſolui-
tur p vtriuſqꝫ legis exempla hiero.ad marcellã.xiiij.nõ no
cet exẽplis affirmare qđ dicimus.nonne Iſaias hieremias ⁊
ezechiel omneſqꝫ.xij.prophete minores ſuarũ viſionũ vel p
phetiarꝫ pncipijs ſua noĩa habẽt inſcripta.ideqꝫ d̃ parabo
lis Salomonis ⁊ libro eccleſiaſtes ingrẽs aduertet hec de
veteri.Itẽ nõne i nouo teſtamẽto apoſtoli ſuis epiſtolis ex
cepta pma Ioã.⁊ vltia pauli ſua noĩa inſcripſerũt.ideqꝫ in
apocalypſi cõijcies.idem pꝫ in hieroymo lꝫ decise de ep'is
hiero.ad aug.Tertio pꝫ ideꝫ qꝛ hiero.ſup eccl'iaſtẽ.ij.c.cõ-
mendat laborãtes q libros ꝯponũt ⁊ memoriã ſui reliquũt
ergo inſcribere lꝫ ad id vt ſcribentis memoria habeat' ⁊ ibi
dem.c.vij.fac tibi famã longiorem vt ad tuũ vocabuluꝫ po
ſteritas delectet' ⁊ ad euandrum ⁊.B.reprehẽdit nõ inſcri
benteꝫ dicẽs ꝙ id fecerat vt fugeret piculũ diſputandi cui
ꝯueniat qđ ipſe ſcribit ad dommonẽ ⁊ ꝯ ruffinũ.C.Itẽ no
men nõ inſcribere eſt ſcripta celare.qđ hiero.reprehẽdit di-
cens ꝯ Ruffinũ.§.dic oro celandas ſcripſiſti cedulas an p
dẽdas ſi vt celares cur ſcripſiſti:ſi vt pderes celabas. Itẽ
Plini⁹.ij.li.i.opuſculo.iii.canino ruffo.ſic ſcribe effinge ali
qd ⁊ excute qđ ſit ppetuo tuũ.nã cũ reliq̃ rerũ tuarum poſt
te alium atqꝫ aliũ dominũ ſortientur hoc nunquã tuũ eſſe
deſinet ſi ſemel cepit. ⁊ ad eundẽ li.iij.epi.vij.Cũ nobis de
negeť diu viuere reliquam⁹ aliqd quo nos vixiſſe teſtemur.
talia enĩ ſm philoſophũ.x.ethicorꝫ faciũt hominẽ imortalẽ

¶ Quarto vt dicit Macrobi⁹ ſup ſomnio Scipionis lib.
ij.⁊.iij.negari nõ põt qđ ſenſus vl' viſus affirmat ſꝫ expimur
nos turbari cũ librorũ quos ſtudemus ignoramus auctorẽ
⁊ ſepe qđ nõ inuenimus in pncipio querimus in fine.⁊ ſi nec
ibi qꝛ cupiditas hominũ eſt auidius occulta cognoſcẽ vt di
cit hiero.in vita Pauli.ingrimus p media ſi de auctore cer
tificare poſſem⁹. inhoneſte ergo facit auctor incertitudinẽ
hanc relinquens cũ Sapiẽtie.vij. dicat' ꝙ ſpiritus ſapiẽtie
dꝫ eſſe certus diſertus ſuauis ⁊c̃.⁊ ſubdit' ſtabilis certus ⁊ ſe
curus ſatis ergo põt iferri ꝙ illa certitudo duplicata hꝫ re-
ſpicere ſtili certitudinẽ ⁊ auctoris.vñ eccl'iaſtici.xxij.in fi.la
bia mea ſignaculũ certũ ⁊ ius cõmendat eũ q emittit verbũ
certũ ⁊ enarrans veritatẽ.vñ numeri.xvij.in principio deus
precepit d̃.xij.virgis ꝙ nomẽ cuiuſqꝫ trib⁹ in ſua virga ſcri
beret' vt haberet' noticia certa virgarũ.ſic ⁊ ad eundẽ finem
virgis vel operibus magiſtrorũ ipſorꝫ nomina debẽt inſcri
bi cũ virgis merito cõparent' qꝛ ad ſimilitudinẽ virgaruꝫ q̃
recte ſunt virent ⁊ florent rectificant itellectus ⁊ eos virẽ ⁊
florere faciunt .vltra id virgis ad diſciplinã vti ſolent magi
ſtri.xxiij.q.v.c.j.ad fi.Itẽ cũ auctor ſit pn. eſſendi ſui libri ⁊
ſit vna de q̃tuor cauſis.ſ.efficiẽs que notat' in libris nõne ab
ſurdũ eſt illã fore incertã.Item cũ libellus q reũ tm̃ reſpicit
habere debeat actorẽ inſcriptũ.nõne abſurdum eſt dicer' ꝙ
libellus q reſpicit vniuerſuꝫ nõ indigeat inſcriptione ſui au
ctoris pꝫ primũ.ij.q.viij.libellorꝫ de li.obla.c.i.⁊ ibi no.mul
tos etiã caſus qb⁹ reprobat' incertitudo collige ex no.ſ.eo.
li.de elec.c.ij.cum ſuis remiſſionibus. ¶ Ad ſolutionẽ que
ſtionis veniens dicã cũ hiero.ad Dama.iiij.C.ꝙ decet p ip
ſius veritate habẽda laborare pauliſper ergo ſex premittã.

¶ Primũ ꝙ queſtio nõ pponit' de pncipibus vel plat' q
legent:qn pñt ſubdit' iperare ſꝫ de magiſtris quorꝫ ſcripta
nõ artãt niſi quãtũ de rõne deriuãt vt dictũ eſt . Scđm ẽ ꝙ
qđ nõ itẽdit i dubiũ deducẽ an nomẽ auctoris ſit iſcribẽdũ
tanquã per

tāq̄ p ſereq:

ꝓpriā entitatē vel eſſentiā ... cognitione ſcſetie
cū ſit cauſa extrinſeca. qđ etiā oſtendit Seneca epi. lxvj. cir
ca medium. vñ ab ignorato opifice ſciētia tradi pōt de om-
nibus integralibus ⁊ ſubiectis ptibus ſuis. vnde Hiero. in
pncipo ſuo cronice dicit. qđ. v. vj. ⁊. vij. edictio q̄rū ignoran
tur auctores auctoritatē ſine nominib⁹ meruerunt. Seneca
epiſtola. xx. facere docet philoſophia non dicere ⁊ epiſtola.
xvj. philoſophia i rebus eſt nō in verbis. concor. ſ. eo. lib. de
elec. cōmiſſa. §. porro cū concor. Tertiū ē dato qđ in caſu de
quo querit̄ in inſcribēdo vel non culpa fore dicat̄ non tñ eſt
talis que iudicialis fori penam requirat: per qđ fateri opor
tet illius de quo queritur conſcientiam ponderadam.
Quartū. ꝙ Hiero. in textuali ꝓlogo in epiſtola ad ebreos
dicit Paulū i ipſa epiſtola ſuū nomē ⁊ officiū non ſcripſiſ
ſe pp ſui humilitatē ⁊ illorū quib⁹ ſcribebat ſuperbiā. dicēs
beatū Joā. ex cauſis eiſdē in pma ſua epiſtola nomē ſubtica
iſſe. Quintū eſt qđ valerius li. viij. c. penul. ꝺ cupiditate glo
rie in pñcipio diffinire noluit an glorie cupiditas ſit vitioſa
vel virtuoſa. ⁊ an vt neceſſaria negligi debeat nō virtute.
Augu. tñ q̄nto de ciuitate dei dicit qđ ſanius videt: q amorē
laudis vitiū eē cognoſcit. curioſus de hoc videat p Tho-
mā ſcđa ſcđe. q. cxxxij. maxime. i. iij. ⁊. iiij. articulis. Sextum
qđ huius q̄onis veritas diſtinctionē req̄rit ⁊ illam multipli
ces ſubdiuiſiones oꝫ habere extimās ergo ex illis confuſio-
nē vel obſcuritatem obuenire poſſe ad qđ Seneca epiſtola
lxxxviij. idē vitij habet nimia qđ nulla diuiſio. ſimilis ꝯfuſio
eſt q̄cquid vſq; in puluerē ſectū eſt. ⁊ permittit philoſophiā
in ptes nō in fruſta diuidendā. diuidi. n. illam non concedi
vtile ē. vtar ergo alio mō ſoluēdi qui clarior erit ⁊ in ſīſibus
trahi poterit in exēplū ſicut euenit de modo quem ad decur
tandas diſtinctiones inueni in q̄ſtiōe epiſcopi excōmunican
tis appellantē quā ꝓpoſui ſup regula cum ſunt partium. ſ.
eo. li. cui nunc addo modū ad euitandas eaſdē. ¶ Ponā
ergo prīo de non inſcribente caſus q̄bus non peccat ⁊ alios
q̄bus peccat ſcđo de inſcribente faciā illud idē. ¶ Prim⁹
caſus eſt quando propter puram humilitatem non inſcribit
ad hoc ſufficiat qđ. ſ. primo dixi poſt hieronymum ver. ter-
tium ⁊ ad humilitatis cōmēdationē vide quod no. i clemē.
de reli. do. cū de q̄buſdā in vlt. glo. ¶ Secundus quando
non ponderat nec aduertit ſic inſcribēdū vl̄ nō forte ſic fuit
in his doctoribus de q̄bus īfra prīo mēbro dicetur. ſiue. n.
dicamus peccatū id qđ eſt factum dictum vl̄ cōcupitum cō
tra dei legem vt no. ſm Augu. de pe. di. iij. ille res ad fi. ſiue
ſꝫ Ambro. dicatur peccatum qđ aliter fuit q̄ꝫ probatum eſt
. i. approbatū i conſciētia nō erronea. xxviij. q. i. §. ex his. ſiue
dicatur voluntas retinendi vel conſequendi qđ iuſtitia ve-
tat vt habetur. xv. q. i. §. i. in fi. nō erit eo caſu dare peccatum
vbi non preceſſit iniquitas que ē habitudo mētis iniuſte vt
in pre. c. ille rex. procedit hoc maxie iſto caſu quo cōſcientiā
ponderamus vt. ſ. dixi. ꝟ. ſecundum. ¶ Tertio quādo non
ſcribit quia actus vel ſtillus ſuus ita non eſt notus ꝙ ſine in
ſcriptione cōſtat de auctore cuius noticiā alij in ſcribendo ꝺ
ducent ad poſteros hoc videri poſſet in gratiano qui non in
ſcripſit compillationē decreti. in Jo. ⁊ Ber. ⁊ Accur. qui ſe
ſuis apparatibus non inſcripſerunt tamē legendo fuit id no
tum contemporaneis ⁊ per illos deuenit ad nos. xj. di. eccle
ſiaſticarum de cele. miſ. cum marthe. ver. credimus. licet i ad
ditione dec. ꝙ ſicut de elec. Ber. de ſe feceris mētionem ſe-
cundū quedam exēplaria. ⁊ Accur. de ſe in. l. facta. §. ſi vero
. ff. ad trebel. ad idē inducitur quod ex. xv. qui inſcripſerunt
in cōpillatione gregoriana ſoli q̄tuor ſe inſcripſerunt vt ſcri
pſi ſup eius proemio in prima gl. ⁊ qđ de Galieno primo di
xi in primis allegationibus ver. ij. in fi. nec tamē abſurdū di-
ceretur predictos lꝫ in nigro ſe non inſcripſerit Ricas vel
titulos prepoſuiſſe vel poni cōſenſiſſe vt ipſos auctores fu-
iſſe conſtaret vnde pñceps non vult talium nomina ſubtice
ri. C. de ventre inſpi. l. tanta. faciunt proemia iſtius compil-
lationis ⁊ gregoriane. ¶ Valerius etiā ponit lib. viij. c. de

pi ſer

qđ ſcripſerat edipodē ne poſteris eſſet ignotū fabula erat
ex q̄ dicit Valerius ꝙ omniū illius ſtudij poetarū percipe-
re potuit gloriā. ⁊ illā cōſcripſerat paulo ante mortem fere
centenarius. ¶ Quartus. qñ nō iſcribit ne det emulis ma
teriā detrahēdi. qua pcipit forte paratā. ⁊ ſic ſit ſatiſſactum
ei qđ allegabat̄ in ver. iij. ꝙ āt prōpta ſit reprehendēdi libi
do. vide in Hiero. ad celātiā E. ⁊ facit ad hoc mēbrum ibi
littera prima. ⁊ vide etiā in cronica. v. vbi dicit reprehēſionē
vitare nō poſſe. niſi eū q omnino nil ſcribit. ¶ Quitus quā
do ex certa cā cernit inſcriptionē operi vel ſibi nō expedire
cuiuſq; dicti demus exēpla. pmū exemplū de primo. q2 vi-
det ſe exoſū illis q̄bus ſcribitur vel quibus participandū ē
ſcriptū. ita quod illud lacerarēt. vel igni ſubmitterēt vl̄ poſ-
ſibilē darent operā vt operis copia periret vl̄ notitia vt eni
dicit hieronymus ſup Pſal. lxxxiiij. iuſtū ē vt figulus miſce
atur operibus ſuis. ꝯcor. quadrageſimalis ſermo. B. in hie
ro. ¶ Secūdū. cū pp aliquā ſui notā puta apoſtaſiā vel ſi
milē pcipit ex inſcrptione fidē vtilis operis minui. ⁊ ſic no-
mē iuſte reticerit. xix. di ſꝫ. vñ iā dudū legiſſe me meminī i li-
bro q mariale vocatur i fine ſecūdi ꝓlogi: qđ auctor nomen
ſubticer̄ ſe dixit. ne vileſceret opus cognito tractatore. ⁊ tūc
a quodā ordinis pdicatorū audiui quod ille fuerat ipſorū
apoſtata data tñ ꝙ exprimat vel ſciat̄ non recipiunt̄ eius di
cta vt autorizabilia ex ſcribente ⁊ ſic loq̄t̄. xvj. diſticti. c. pri
mo. ſꝫ recipiūt̄ vt rationabilia vt ſcripſi ꝺ hereti. fraternita-
tꝫ ſup. i. gl. fac. ix. di. ego ſolis. ⁊. q. i. nōne cū ꝯcor. ⁊ dixi i fi.
allegationum prīe partis eſt tamē excuſabilis tacēs vt dixi.
¶ Exemplū primū de ſecundo quia videt id ſtatui ſuo nō
cōuenire puta q2 religioſus eſt qui ſcripſit aliqua vtilia i iu
re ciuili vel in mā ſibi non cōgrua vel poeticas fabulas. hu-
ius rō quia licet peccauerit cōponēdo facit quod habetur i
legenda hieronymi nō tñ illud occultum peccatum prodere
tenet̄ de pe. di. i. nō tibi dico. ¶ Secundū quia ſibi ⁊ ſuis
ꝓuidendo nō inſcribit operi qđ facit ꝓ iuſticia ⁊ re publica
cōtra tyrannos cū tñ tyranno ſubſit ſuadet hieronymus ſu
per Jo. li. v. ne fruſtra nos piculis offeram⁹ facit. xxiij. q. v.
ſi nō lꝫ. vij. q. i. §. hoc tunc. vñ ad adiutū dicit aduerſus oia
ſcribere nō huius ē tēporis. ¶ Tertiū quādo volens ſpe-
culatiuus eē ⁊ nō actiuus habens vnde ſibi i temporalibus
ſufficit ſbticet nomē ne ingeretur vel a ſpeculatiuis retrahat̄
per gloriā vel famā ꝓuēturā: ex iſcriptiōe vide hieronymū
ad honeſtū de duabus queſtionib⁹. C. vbi dicit non bñ fieri
qđ occupato fit animo. ⁊ ad abigañ. C. dicit quoſdā philoſo
phos: vt totā cogitatiōnē ad mētis cogerēt puritatē ſibi oc
culos eruiſſe. Sene. epiſtola. lxxiij. reſiſtēdū eſt occupatiōi-
bus nec explicande ſꝫ ſubmouēde ſunt. tēpus quidē nullū ſa
tis eſt idoneū ſtudio ſalutari. ad idē epi. ſequēs in pñ. ⁊ epi-
ſtola. liiij. vltra medium bene facit qđ dicit hieronymus de
Demoſthene ad Nepotianū. B. ⁊ ſuper ezechi. li. vij. dicit
pp occupationes aut nobis claudendū eſt oſtiū aut ſcrip. ſ
rarū per quas aperiende ſunt fores ſtudia relinquēda ⁊ per
iſta habeo ꝓpoſitū. Caſus autē quibus nō in ſcribendo pec
cat ſunt hi. ¶ Primus qñ cōtra cōſciētiā ⁊ credens male
agere non inſcribat. iſte eniꝫ gladio cōſcientie punctus eſt.
Prouer. xii. ⁊ a conſcientia infirma polluitur. i. ad corinth.
viij. ſcienti. n. bonū ⁊ nō facienti peccatū eſt illi. Jaco. iiij. in
fi. iura ſunt nota ꝙ q facit cōtra conſcientiā edificat ad gehē
nam. xxviij. q. i. §. ex his de reſti. ſpo. litteras. ver. porro de ſy
mo. per tuas. ij. ¶ Secūdus quādo ſtudioſe ⁊ ſine cauſa re
linquere vult lectorem incertum iſte recte facit cōtra charita
tem ⁊ qđ ſibi fieri nollet contra id Thobie. iiij. ⁊ Mathe.
vij. ⁊ habetur in prin. decre. ⁊. ſ. de ma. ⁊ obe. dilecti.
¶ Tertius quādo operi improbo vel detractiuo ſaltem in
parte non inſcribit vt alter quē odit ſcripſiſſe putetur. hoc ē
recte contra preceptum de proximo diligendo quod habet̄
Mathe. xxij. in fi. ⁊ Luce. x. ad Gala. v. ⁊ habetur de ſacra
vnci. ver. caput vnde ad Roma. xiij. dicitur qui diligit pro-
ximū legē impleuit ⁊ ſic illū odiens legē violat.

¶ Quartus quádo id agit ne ſibi incūbat declarandi corrigendi vel defendēdi onus. huic cōuenit quod in allegationibus ſecunde partis dixi poſt hieronymum. v. iij. ⁊ vt dicit Ualerius li. iiij. c. de conſtantia in prin. virtus cōſtantie hec requirit vt nobis geſta ſi obtrectentur acriter: tueamur. vel inchoata ſi nondū perfecta impediantur. ſine vlla cūctatione ad effectum perducamus. vnde Hieronymus ſe offerebat defenſuruʒ que ſuper Ionā ſcripſerat ad Aug. iiij. di.

¶ Quintus quádo id agit vt contrarium dicere vel agere poſſit ne obſtēt ſibi propria ſcripta. de primo Prouer. viij. os bilingue deteſtor cōcor. i. ad Timothe. iij. vt eccleſia. hū. c. vno ver. oibus ⁊ hieronymus ad Pāma. ⁊ Mar. ii. dicit quod ſcribens illum vituperare non poteſt quem in ſuis opuſculis laudauit ⁊ ad pāma. C. quis tá hebes ⁊ in ſcribēdo rudis vt idem dānet ⁊ laudet ⁊c. ⁊ ibi vide.

¶ De ſecundo hiero. ad Occeanum. i. C. perdit auctoritatem docendi cuius opere ſermo deſtruitur. ⁊ inducit illud Tulij caput artis ē docere quod facias. ⁊ ad Nepotianum. C. accuſare auaritiá etiaʒ latro poteſt. ⁊ vide ſuper titū. E.

¶ Nunc de inſcribente videamus qui non peccat quádo id agit vt alios ad ſiſes labores alliciat. Experimur quod ſepe inuidia teſtante Sene. epi. v. quod philoſophie nomen etiaʒ ſi modeſte feratur inuidioſum eſt. vel bona emulatio aliquos inducit ad ſcribendum alias non ſcripturos taleʒ āt emulationem laudat hieronymus ſuper Gala. li. ij. di. ⁊ fac ad atletaʒ. B. ſicut āt flagitioſa ſunt exēpla maloruʒ actuum. xj. q. iij. precipue ita meritoria ſunt exmpla bonorum. ad titum. ij. teipſum prebe exemplum bonorum operum in doctrina ⁊c. facit. xx. di. de quibus. lxiij. di. valentinianus.

¶ Secundo quando inſcribit dubitans. ne opus alteri inſcribatur. ⁊ hoc probant que dixi allegādo ſupra parte ſecūda in princi. vnde ponit Ualerius. c. penult. quo ſupra de Ariſtotile quod cum libros rethoricoruʒ quos cōpoſuerat donaſſet publicandos vt proprios theodanti diſcipulo ſuo. moleſte gerens poſtea ſic illorum tituluʒ alteri ceſſiſſe in alio libro cuidam materie inſiſtens dixit ſe de illa plene in theodantis libris tractaſſe. ſi vir tam late patentis ſcientie pati ñ potuit alteri cui etiam cōſenſerat ſuos labores aſcribi: reprehendi non debet qui a principio huic timori prouidit.

¶ Tertio quando per inſcriptionem certificari vult illaʒ fidem operis que prouenit ex auctore conſtat ꝙ ex varietate auctorum augetur vel minuit fides ſcriptionuʒ. vnde ponit Ualerius li. viiij. c. vlt. d Pictagore ꝙ ipſius dicta in diſputatione deducere auditores ipſius extimabant abſurdum: ⁊ interpellati de cá hoc ſolum reſpondebant id euʒ dixiſſe. eʒ de Paulino dicit hiero. ꝙ eius conſcriptiones ſcriptore ⁊ charta non indigent quia fructuʒ ſine radice oriri fieriqʒ tēptauit. vide i hieroñ. de. xij. lectoribus. C. ⁊ de materia p totum. bene ergo agit qui lectorē de auctore hoc reſpectu certificat vt ſic lector dicere poſſit ex nomine te noui. Exo. xxxiiij. eſt enim primū incitamentum diſcēdi nobilitas magiſtri vt dicit hieronymus ad Paulá ⁊ Euſto. D. ⁊ vide ſuper zachariaʒ ⁊ ibi dictorum fideʒ ad eos a quibus dicta ſunt referamus. ¶ Quarto quando indifferens ad inſcribenduʒ vl non illum ſic occurrit eligere huic ſufficiat quod dixi in prima parte non inſcribentis. ver. ſecundus. ¶ Quinto quando licet per id cupidus fuerit pōpe vel fame tamen habuit iuſtum motum puta vt ſibi ⁊ ſuis de ſcientia qua diu ſtuduit prouidere poſſet ad quod ſūme ſuffragatur fama ſcientie circa primuʒ Ualerius li. viij. de cupiditate glorie. nulla tanta humilitas que dulcedine glorie non tangatur ⁊ multa ibi ponit virorum claroruʒ exempla. ⁊ Criſoſt. dicit ſup Mathe. vi. ꝙ inanis gloria occulte ingreditur. ⁊ hieronymus ad saluinaʒ. C. dicit ꝙ difficile eſt gloriaʒ virtute ſuperare. ⁊ in vita ſancti hylarionis. C. hoc potiſſime hiero. in eo ſuper qd calcare potuit gloriaʒ ⁊ honoreʒ. ⁊ adde quod de hoc pulchre dic ad Euſto. B. plini9 li. iiij. epiſtola. xij. dicit ꝙ laus etiaʒ a minoribus profecta delectat. ſi ergo tali cupiditati difficile reſiſti poteſt nec ille talem gloriam intendit timori diuino pponere cū etiá hoc nō repugnet charitati quo ad proximū nec quo ad reʒ vel ſubiectum dicaʒ ꝙ ex quo iuſtuʒ motiuuʒ fuit admixtum. ſ. vt ſui laboris honeſtum fructuʒ perciperet ⁊ ſuis neceſſitatibus puideret nō peccauit. bene facit. xiiij. q. iiij. quicunqʒ. ⁊ iura appetunt litteratos honorari ⁊ ditari de preben. de multa in fi. ⁊ i dubio pro eis preſumunt de proba. in noſtra de preſumptione. c. pxi.

¶ Sexto quádo propter obedientiam ſuperioris id iubentis iſcribit ad hoc ſufficiat. xj. q. iij. quid ergo. xxiij. q. i. quid culpatur i fi. ⁊ quod vtrobiqʒ nō. ⁊ ſupra de tempo. or. ad aures in fi. ij. glo. facit. viij. q. i. ſciendum de ma. ⁊ obe. illud.

¶ Septimo quando benefactorem ſuum vel magiſtrum vel reuerentialem dominum huius rei dignum vult honorare ſibi opus deſtinando quia tunc eum ad quem ⁊ ſe oportet inſcribi. ad primum faciat prologus nouelle. ⁊ ad Hebre. xiij. beneficientie nolite obliuiſci ⁊ reprehenduntur obliti beneficiorum ſuorū. Pſal. lxxvij. Sene. ij. de beneficijs dicit quod quidam furtiue beneficioruʒ gratias agunt in angulo. ⁊ ad aurem. verentur eniʒ palam facere. vt ſua potius virtute quam alieno adiutorio cōſecuti dicantur. Ingratū ergo illum vocat qui remotis arbitris gratias agit. de ſecundo ad hebre. xij. habuimus eruditores ⁊ reuerebamur eos. De tertio quod reuerētiales venerandi ſunt ⁊ honorandi ponit pulchre Ualerius li. iiij. c. vlt. vbi iter cetera ponit duces ſuorum hoſtiū ⁊ predonum ad venerandum Scipionē inermes veniſſe. ad idem. lib. viij. c. de teſtibus vlt. exemplo.

¶ Peccat autem quádo inſcribit ad purá vanam gloriaʒ ſine vllius boni mixtura. ⁊ ſic pcedant que allegata ſunt primo. vnde Aug. ad honoratuʒ de vtilite credendi circa prin. libri de tali vana gloria ſe excuſans dicit. bene mihi conſcius ſum quod ad hūc ſtiluʒ pio ⁊ officioſo animo nō vani nominis appetitione aut nugatorie oſtentationis acceſſi. quaſ autem de mixtura diximus ſupra proximo verſi. quinto require. ſufficiat ergo ſibi quod virtuoſum ipſius actū ſequeſ gloria velit nolit vnde hiero. de ſancta Paula in ipſius epithaphio. B. dicit quod gloria virtutes ſequitur quaſi vmbra ⁊ appetitores ſui deſerēs appetit contēptores. ⁊ Tull. tuſ. lib. i. c. x. dicit quod virtutem neceſſario ſeqtur gloria. ⁊ Ualerius. c. i. li. ij. dicit quod virtutis vberrimuʒ alimentum eſt honor. ¶ Secundo quando ſolus rancor ad emulos qd videt ex ipſius honore dolere ⁊ ad detrahenduʒ paratos euʒ facit inſcribere huic membro ſufficit quod dixi in ſecunda parte non inſcribentis membro ſecūdo ⁊ tertó. tamē ad hoc addendum eſt ꝙ rancoreʒ dimittere tenetur cuiqʒ fideli de neceſſitate ſalutis de hoc no. xiij. q. iiij. ſi is qui ⁊. ff. eodem lib. de homi. c. ij. in. iiij. glo. ſuper qua plenius dixi.

¶ Tertio quádo ſola ambitio dignitatis eccleſiaſtice maxime mouet ad id vt per quaʒ plures factum conſtat q pōtificibus ⁊ principibus ad eum fineʒ illis etiam ⁊ ſibi inſcripta deſtinarunt opuſcula fateri oportet ex quo talis ābitio cadit in culpam omnis actus qui ordinatur ad illaʒ etiaʒ prohibitus eſt. facit quod no. in cle. de hereti. ad noſtrū. ver. vij. in prima glo. vnde Sene. li. i. naturalis queſtionuʒ poſt pri. dicit ꝙ ad dignitates non niſi per indigna ducit ambitio de primo. i. ad corinth. xiij. B. charitas nō ē ambitioſa. ⁊ Petrus ra. exponēs dicit ꝙ ābitio ē ſymia charitatis. charitas enim patiens eſt pro eternis. ambitio patitur omnia pro caducis. charitas benigna ē pauperibus ābitio diuitibus. charitas omnia ſuffert pro veritate. ambitio pro vanitate. per hoc Plinius. ij. ad veſpaſianum cōmendando cathonē dic ꝙ erat ambitionis hoſtis. ⁊ Ualerius lib. ij. c. vlt. de cathone dicit ꝙ eius domus erat ambitioni clauſa. ⁊ vide cle. de regula. vt profeſſores ⁊ qd ibi no. ſuper ver. ambitó ⁊ qd dixi. ff. de preben. qr in tantum. non tamen putet aliquis ꝙ ambitionem imponá in ſingulos ſic ſcribentes. non eniʒ officiū cenſeri debet ambitio vt dicit hierony. ad ſaluiná i prin. ſed ſi qui ex predictorum numero ſe connittunt ſue ſaluti prouideant. qd faciliter poſſunt. ff. de ſimo. c. vlt. ⁊ eſt huic fini ſimile. ff. eo. lib. de elec. fundamenta. §. proinde.

Concluſionē

# Onclusionem non

meruit publicatio regularum adhuc fabro ſuper incudem huius operis media malleante ſed exquo eius partis quieuere fabri concludere cuʒ Apuleio libro ſolū de deo Socratis eligo quo ad tria gratiarum.ſ. actionem.tardationis excuſationem.⁊ cū ſpe premij orationē ad ſtudium.de primo ipſe dicit in li.ij.in fi.ſummas incenſiones dei cōſiſtere non in thure vel pigmentis ſed in actiōibus gratiarum.ſumme igitur exuperantiſſime gratias ago deo ſine quo ingenium florere vel iſtius mūdi ſenſibilia ſpecies qualitates ⁊ corpora vegetari non poſſunt ⁊ qui naturarum ⁊ gratiarum omnium ſecunda pregnatio dexterā dirigēs ⁊ intellectui lumē īfundēs me huius operis perduxit ad limē. ¶ Secundū autem ſumo ex ipſius libri principio vbi dicit celeritatis gratiam cum diligentie laude nō poſſe concurrere.cuius verba ſcripſi de elec.cum nobis olim.verbis igitur. ¶ Circa tertium li.i.charta fi.dicit ſe valde mirari de his qui diſcere negligunt etiā ea que videri nolūt neſcire:hortans autē ad ſtudium li.i.in prin.inducit Ariſtippū qui tyrāno querenti quid ſibi diutinum philoſophie ſtudiū profeciſſet.Reſpondit hoc ꝙ cum omnibus hominibus ſecure ⁊ intrepide loquerer.quod in noſtri iuris ſcientia ſpero poſſe repetere eum qui hoc opus nouelle certo reſpectu vnicū vel in ſex vel ī tria vel in duo diuiſum ſedulo ſtudio per intellectum orditum cum memoria tenaci texuerit.quia tameʒ vt ipſe dicit li.ij.poſt prin.terra omnium eſt receptrix omniūqʒ generum que accipit reſtitutrix.deſignans etiā per hoc ſciētificum eſſe mortalem.hortatur.lib.i.charta pſt.ſcientiā ad inſtar Socratis cū iuſtitia ⁊ innocētia eſſe colēdā.⁊ ſic agentis duplex eſt p̄miū laus.ſ.huius ſeculi ⁊ gloria futuri. ¶ De prio li.i.ad fi.ſic ait bonis artibus doctus ⁊ eruditꝰ ⁊ q̄ꝫtum licet homini ſapiens ⁊ boni conſultus laudandus ē hoc enim a patre hereditarium eſt nec a caſu pendulum nec a ſuffragio adminiculū nec a corpoꝛ caducū nec ab etate mutabile.hec oīa mēs Socratis habuit ⁊ ideo cetera cōtēpſit. ¶ De ſecundo li.ij.charta tertia pulchre ⁊ notabiliter pro operantibus ad bonū publicuʒ ſic dicit qui deuʒ pie colēdo ⁊ mundū munde ſeruando mundi pulchritudinē cū diligentia ſeruet ⁊ auget operaʒ ſuaʒ cuʒ dei voluntate coniungit: cuʒ ſpecieʒ quā ille diuina intentione formauit adminiculo ſui corporis diuturno opere curaqʒ cōponit.hunc quo munere credis eſſe munerandū niſi eo quo parentes noſtri munerati ſunt quo ēt nos quoqʒ munerari ſi foret diuine pietati ꝯplacitum piiſſimis votis optamus.i.vt emeritos ⁊ exutos ab humana cuſtodia mortalitatis nexibus abſolutos nature ſuperioris ptis.i.diuine puros ſanctoſqʒ reſtituat.Hec Apuleius.difficulter autē cōtinui huic fini iungere de ſōnio Scipionis ⁊ Macrobio ſuper ipſo que peroptime congruebant.ſed ignoſcendū eſt ex quo plus vigenteʒ pretermitto hieronymuʒ.

¶ Expletum eſt aureuʒ cōmentū.d.Jo.and.ſuper regulis iuris quod nuncupatur mercurialis eo quia ipſe auctor die mercurij inſudabat ⁊ vigilabat ad ipſuʒ cōmentuʒ explicādū quod merito aureuʒ nuncupari pōt quia litteris aureis mereretur ip̄rimi. Quodqʒ impreſſum fuit Venetijs per Bernardinum ſtagnin de Tridino de Monteferrato Mcccclxxxix.die.viij.Auguſti.

## Regiſtrum.

a

Prima alba
Non ē nouū
aliquā nō
tingit per

b

.C.de fal.l.j.
vt ibi patet
probatur in
neʒ ſenarij

c

Arbitratu
ſiſtit.ſed
decre.cum
iura de eo

d

Hoſtiē.de re
demū ſoluā
ſequenti
.ꝭ.de officio

e

Preſentatus
ſeipſo.xxiiij.q.
ſpecu.tit.j.
quapropter

f

Predonibus
¶ Secundo
cōſtitu.que
inde non

g

Et propter
gale recedere
ſcriptio bone
fide ſupueniēte

h

Pro affirmatiua
quādo poſt
¶ In q̄ſtione
procedant

i

De procurato.
parochie q̄ꝫ
habere vocē
validuʒ.iij.q.

k

Tionis exercet
¶ Ad negatiuā
non debet
¶ De ſecūdo

l

¶ Tertio in
altero

Finis.